

C
55
10

maximè admiramur, neq; deest, modò velimus, facultas. Quare enim cum domini nos & principes contumeliosis prosequuntur, istud nobis non accidit: nonne quod formido ira non minor, nos absterret, neq; à principio iram dare permittit? Quamobrè serui sepenuerò à nobis maledictis affecti, silètio omnia perpetiuntur, an quod seruitutis vinculo continètur? Tu autè non solum de timorè cogitare, sed etià quod ipse tibi iniuriam faciat, cum silentiù indicit, & omnia à quo animo perferes. Dic te vrgenti, Quid faciam tibi: alius mihi & dexteram, & linguam cohibet: hoc profectò verbum & tibi, & illi sùt philosophiæ materia. Nunc autè hominum gratia etiam intolerabilia ferimus, & ad eos qui nos lacestunt, huiusmodi sepenuerò verbis vitur: Ille me, non tu, lacestiuit. Verùm deo non tantam adhibemus reuerentiam, & quæ nam nobis venia speranda est? Agite, quæso, nos ipsos alloquamur, & dicamus, Deus nunc nos lacest, cum manus nostras continet, ne profiliamus contra, neque nobis deus, quàm homines sit despectior. Exhorruistis hoc verbum? Verùm ego non verbum tantum, sed operationes exhorere has velim. Dei præceptum est, non modò ferendù percutientem maxillam, sed grauiorem etiam contumeliam perferendam: nos verò volendo penitus metui, diuinæ repugnamus voluntati, vt non modò mala perpeti recusemus, sed grauius etiam iniurias vlcisci admittamus: qui nisi omni conatu vlioni inuigilemus, humilis nos ipsos, & abiecti animi esse ducimur: & quod grauisimum est, nostram calamitatè, victorià nobis ducimus: & cum maximè ab ira vincimur, tunc maximè vicissè existimamus: & cum humi miserè prostrati iacemus, innumeris à diabolo plagis, vulneribusq; acceptis, victoriã reportasse contèdimus. Quã ob rem fratres vos ego & hortor, & moneo, vt victoriã ipsam cognoscere non negligatis, eamq; prosequamini: siquidem malorum perpèlso victoriã nobis est. Si igitur à deo laudum præconia cupimus, non externa certamina, sed diuinam legè in his seruemus certaminibus, & quicquid eueniat, à quo animo perferamus: hoc pacto & veteri prostrata malicia, & præsentis seculi, & quæ in futuro nobis promittuntur bona cõsequemur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo patri, simul & spiritui sancto gloria, honor & imperium in secula seculorum, Amen.

Luca 6. d

† aduersarios superabimus.]


Homilia quarta, ex cap. primo.

Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est. Moses veteris testamenti liberum, historiamq; exorsus, quæ sensu percipiuntur, ea nobis pluribus verbis enumerat. In principio, inquit: creauit deus cœlum & terram. Inde subdit lucem, secundum cœlum, stellarum naturã, varia animantium genera creata, & cætera deniq; omnia, ne singillatim prosequentes simus longiores. Hic autè euangelista omnibus his præcis, atq; omisiss, vno verbo & ea, & longè altiora comprehendit, nec immerito: vt pote cum satis cognita essent auditoribus, & ipse ad altiorè præstantioremq; materiam properet, & omni conatu non circa creata, sed ipsum omnium creatore incumbat: idcirco ille quanuis minorè creationis partem aggredieretur: nihil enim nobis de inuisibilib; disputat virtutibus, his tantum immoratur. Verùm Ioannes ad ipsum omnium conditorè ascendere festinans, meritò & quæ ille prosecutus est, & quæ conticuit, prætercurrrens, paucis omnia cõprehendit. Omnia, inquit,

Gene. x. a & seq.

A per ipsum facta sunt: & ne putares quæcunq; Moses dixit, ea dütaxat Ioannem intelligere, infert, Et sine ipso factum est nihil, quod factum est: hoc est, eorù quæ creata sunt, siue visui, siue intellectui tantum subiecta, nihil sine filij virtute productum est, vel conditum. Neq; cum dixerimus, Sine ipso factum est nihil: perfecto id puncto notabimus, vt heretici opinantur. Hi enim cum velint spiritum creatum esse, sic legunt: Quod factum est in ipso vita erat. verù nulla profectò ratione hæc intelligi potest oratio. Primum nanq; neq; temporis huius, neque propositi erat, spiritus meminisse: quod si ita ei visum est, si ita placuit, quã nam gratia tã obscure spiritus mentionem fecit: vnde autem constat id de spiritu dictum esse: alioqui iuxta hanc rationè inueniensem non spiritum sed filium à seipso factum esse. Verùm excitemini ne hæc vos sententia fugiat, & agite quæso, primum hunc textum secundum eorum legamus opinionem: hoc enim pacto quàm perperam, impieq; cum interpretetur, planè intelligetis. Inquiunt igitur, Quod factum est in ipso, vita erat: hanc vitam spiritum intelligi contendunt: sed hæc vita lux etiã inuenitur appellata, cum subdidit: Et vita erat lux hominum. Itaque secundum eorù positionem, lux hominù spiritus dicitur. Quid ergo cum prosequitur, Fuit homo missus à deo, qui testimoniù perhiberet de lumine: quod etiam de spiritu dictum constat, necesse est: quod enim superius, verbum, appellauit: id deinde, & deum, & vitam, & lucem, appellat. Vita erat, inquit, hoc verbum: & vita, lux. Si igitur verbum, vita est: verbum autè hoc, caro factum est: vita facta caro est, hoc est verbum. Et vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre. Quod si spiritum dicant hoc in loco vitam appellari, considera quot sequerentur absurda. Erit enim spiritus incarnatus, non filius, erit vnigenitus spiritus. Quod si negaretur, in aliud longè absurdius, hoc euitato, prolaberentur. Nam si de filio hoc in loco intelligendum, & punctum illic faciendum contenderent, filium à seipso factum fateari cogentur. Nam si vita est verbum, & quod factum est in ipso vita erat, secundum eorum lectionem, ipse in seipso, & per seipsum factus est. Deinde post nonnulla in medium adducta, subdit: Et vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre. Ecce vnigenitus filius, eorum sententia, spiritus sanctus esse inuenietur: de eo enim hæc omnia narrata sunt. Anima duertisne cum semel veritas deprauatur, quò res euadat: quot impia, quot absurda pariantur? Quid ergo? non erit lux spiritus? est sanè lux, sed hoc in loco nequaquam de eo loquitur euangelista: etenim deus spiritus, hoc est, incorporeus, appellatur: non tamen vbicunq; mentio fit de spiritu, deus quoque intelligitur. Et quid admiraris si de patre hoc dicimus, cum ne de paraclæti quidè appellatione id dicere possemus, vt vbicunq; spiritus, illic omnino paraclæti significetur, quanuis hoc nomen illius potissimum sit demonstratiuum: siquidem & Christus dei virtus & dei sapientia nuncupatur, non tamen semper sapientiæ, & virtutis dei appellatione filium dixeris intelligendum. Itidem hoc in loco, quanuis illuminet spiritus, minimè tamen de eo intelligitur. Sed quando eos iam his erroribus liberauimus, vndique contra veritatem insurgere adnites: eo quo primum asseruerunt modo legendum, pertinaciter insistent, videlicet, Quod factum est in ipso vita erat: quid igitur & Sodomorum supplicium, & diluuium, & gehenna, & innumera huiusmodi: Sed de mundi opificio sermo nobis, inquit, est. Sanè quidè &

b illa



maximè admiramur, neq; deest, modò velimus, facultas. Quare enim cum domini nos & principes contumelias prosequuntur, istud nobis nò accidit: nòne quòd formido ira non minor, nos absterret, neq; à principio dare permittit? Quamobrè serui sepenumero à nobis maledictis affecti, silètio omnia perpetiuntur, an quòd seruitutis vinculo continètur? Tu autè noli solùm de timorè cogitare, sed etià quòd ipse tibi iniuriam faciat, cum silentiù indicit, & omnia à quo animo perferes. Dic te vrgenti, Quid faciam tibi: alius mihi & dexteram, & linguam cohibet: hoc profectò verbum & tibi, & illi sùt philosophiæ materia. Nunc autè hominum gratia etiam intolerabilia ferimus, & ad eos qui nos laceflunt, huiusmodi sepenumero verbis vitur: Ille me, non tu, lacefluit. Verùm deo nò tantam adhibemus reuerentiam, & quæ nam nobis venia speranda est? Agite, quæso, nos ipsos alloquamur, & dicamus, Deus nunc nos laceflit, cum manus nostras continet, ne profiliamus contra, neque nobis deus, quàm homines sit despectior. Exhorruistis hoc verbum? Verùm ego non verbum tantum, sed operationes exhorere has velim. Dei præceptum est, non modò ferendù percutientem maxillam, sed grauiorem etiam contumeliam perferendam: nos verò volendo penitus metui, diuinæ repugnamus voluntati, vt non modò mala perpeti recusemus, sed grauius etiam iniurias vlcisci adnitamur: qui nisi omni conatu vltioni inuigilemus, humilis nos ipsos, & abiecti animi esse ducimur: & quod grauius est, nostram calamitatè, victoriã nobis ducimus: & cum maximè ab ira vincimur, tunc maximè vicisse existimamus: & cum humi miserè prostrati iacemus, innumeris à diabolo plagis, vulneribusq; acceptis, victoriã reportasse contèdimus. Quã ob rem fratres vos ego & hortor, & moneo, vt victoriã ipsam cognoscere nò negligatis, eamq; prosequamini: siquidem malorum perpessio victoriã nobis est. Si igitur à deo laudum præconia cupimus, non externa certamina, sed diuinam legè in his seruemus certaminibus, & quicquid eueniat, à quo animo perferamus: hoc pacto & veteri prostrata malicia, & præsentis seculi, & quæ in futuro nobis promittuntur bona cõsequemur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo patri, simul & spiritui sancto gloria, honor & imperium in secula seculorum, Amen.

Homilia quarta, ex cap. primo.

Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est. Moses veteris testamenti liberum, historiamq; exorsus, quæ sensu percipiuntur, ea nobis pluribus verbis enumerat. In principio, inquit, creauit deus cœlum & terram. Inde subdit lucem, secundum cœlum, stellarum naturã, varia animantium genera creata, & cætera deniq; omnia, ne singillatim prosequentes simus longiores. Hic autè euangelista omnibus his præcisit, atq; omisit, vno verbo & ea, & longè altiora comprehendit, nec immerito: vtpote cum satis cognita essent auditoribus, & ipse ad altiorè præstantioremq; materiam properet, & omni conatu non circa creata, sed ipsum omnium creatore incumbat: idcirco ille quanuis minorè creationis partem aggredere: nihil enim nobis de inuisibilib; disputat virtutibus, his tantum immoratur. Verùm Ioannes ad ipsum omnium conditorè ascendere festinans, meritò & quæ ille profecutus est, & quæ conticuit, prætercurrrens, paucis omnia cõprehendit. Omnia, inquit,

Tomus tertius.

A per ipsum facta sunt: & ne putares quæcunq; Moses dixit, ea dütaxat Ioannem intelligere, infert, Et sine ipso factum est nihil, quod factum est: hoc est, eorū quæ creata sunt, siue visui, siue intellectui tantum subiecta, nihil sine filij virtute productum est, vel conditum. Neq; cum dixerimus, Sine ipso factum est nihil: profecto id puncto notabimus, vt heretici opinantur. Hi enim cum velint spiritum creatum esse, sic legunt: Quod factum est in ipso vita erat. verum nulla profectò ratione hæc intelligi potest oratio. Primum nanq; neq; temporis huius, neque propositi erat, spiritus meminisse: quod si ita ei visum est, si ita placuit, quã nam gratia tã obscure spiritus mentionem fecit: vnde autem constat id de spiritu dictum esse: alioqui iuxta hanc rationem inuenirentur nò spiritum sed filium à seipso factum esse. Verum excitemini ne hæc vos sententia fugiat, & agite quæso, primum hunc textum secundum eorum legamus opinionem: hoc enim pacto quàm perperam, impieq; eum interpretetur, planè intelligetis. Inquiunt igitur, Quod factum est in ipso, vita erat: hanc vitam spiritum intelligi contendunt: sed hæc vita lux etiã inuenitur appellata, cum subdidit: Et vita erat lux hominum. Itaque secundum eorū positionem, lux hominū spiritus dicitur. Quid ergo cum prosequitur, Fuit homo missus à deo, qui testimoniū perhiberet de lumine: quod etiam de spiritu dictum confiteantur, necesse est: quod enim superius, verbum, appellauit: id deinde, & deum, & vitam, & lucem, appellat. Vita erat, inquit, hoc verbum: & vita, lux. Si igitur verbum, vita est: verbum autè hoc, caro factum est: vita facta caro est, hoc est verbum. Et vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre. Quod si spiritum dicant hoc in loco vitam appellari, considera quot sequerentur absurda. Erit enim spiritus incarnatus, non filius, erit vnigenitus spiritus. Quod si negaretur, in aliud longè absurdius, hoc euitato, prolaberentur. Nam si de filio hoc in loco intelligendum, & punctum illic faciendum contenderent, filium à seipso factum fateari cogerentur. Nam si vita est verbum, & quod factum est in ipso vita erat, secundum eorum lectionem, ipse in seipso, & per seipsum factus est. Deinde post nonnulla in medium adducta, subdit: Et vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre. Ecce vnigenitus filius, eorum sententia, spiritus sanctus esse inuenietur: de eo enim hæc omnia narrata sunt. Anima duertisne cum semel veritas deprauatur, quò res euadat: quot impia, quot absurda pariantur? Quid ergo? non erit lux spiritus? est sanè lux, sed hoc in loco nequaquam de eo loquitur euangelista: etenim deus spiritus, hoc est, incorporeus, appellatur: non tamen vbicunq; mentio fit de spiritu, deus quoque intelligitur. Et quid admiraris si de patre hoc dicimus, cum ne de paraclæti quidè appellatione id dicere possemus, vt vbicunq; spiritus, illic omnino paraclæti significetur, quanuis hoc nomen illius potissimum sit demonstratiuum? siquidem & Christus dei virtus & dei sapientia nuncupatur, non tamen semper sapientiæ, & virtutis dei appellatione filium dixeris intelligendum. Itidem hoc in loco, quanuis illuminet spiritus, minimè tamen de eo intelligitur. Sed quando eos iam his erroribus liberauimus, vndique contra veritatem insurgere adnitentes: eo quo primum asseruerunt modo legendum, pertinaciter insistunt, videlicet, Quod factum est in ipso vita erat: quid igitur & Sodomorum supplicium, & diluuium, & gehenna, & innumera huiusmodi? Sed de mundi opificio sermo nobis, inquit, est. Sanè quidè &

b illa

Luca 6. d

† aduersarios superabimus.]

Gene. 1. a & seq.

illa opificij sunt. Sed vt vehementius eorum reprehendamus positionem, percontemur eos, nūquid lignum vita sit: nūquid lapis: in anima hęc & immobilia. Verum ipse homo omnino vita est: & quisnā hoc diceret? Non enim ipsa vita homo est, sed vitę susceptiuus. Vide igitur etiā hic rursus absurditatē. Et vt ordine hoc etiam in loco orationem prosequamur, animaduerte quā inep̄te, quā absurdē, quāq; nulla ex parte spiritui quicquam consentaneum loquantur. Nam cum inde decidūt, ea hominibus attribuunt, quę meritō de spiritu dici arbitrati sunt. Veruntamen etiam sic ipso- rum sententiam inquiramus. Vita, creatura hoc in loco intelligitur, ergo & lux creatura est, & de ea venit testimonium perhibiturus Ioānes: quamobrem igitur ipse lux non est? Non erat, inquit, ille lux, atqui ex creaturarū erat numero. Quo modo ergo non est lux? Quo modo in mundo erat, & mundus per ipsum factus est? Nūquid creatura in creatura erat, & creatura per creaturam facta est: quo modo & mundus eū non cognouit, *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri.* Sed iam satis risimus: vobis has ineptias, hęc mōstra consideranda dimittimus, ne risus mouendi duntaxat gratia hęc dixisse videamur, & tēpus cōteramus incassum. Nam si neq; de spiritu id dictum est: vt planē ostendimus, neq; de creatura, & eo quod asserunt puncto esset is textus distinguendus, illud vnum sequeretur absurdissimū, quod ante diximus, filiū per seipsum factum esse. Si enim lux vera filius est, lux autem hęc erat vita: vita autē facta est in ipso: eorum proculdubio sententia hęc coniūgi, & in idem venire necesse est. Quāobrem hac reiecta, verā aggrediamur lectiōnē & expositionem. Quę nam autē ea est: vt post eam particulam, quod factum est, perfectum punctū apponamus: deinde clausulam incipiamus, In ipso vita erat: cuius particula sententia huiusmodi est: Sine ipso factū est nihil, quod factū est. Si quid factū est, inquit, sine ipso factū non est. Vides quo pacto hac breui adiectione omnia corrigit inconuenientia: ex ea enim particula, Sine ipso factū est nihil: & adiectione, quod factū est: intelligibilia cōprehendit, spiritū subtrahit: Quippe cum dixisset, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factū est nihil: Ne quis suspicaretur, si omnia per ipsum, spiritū quoq; per ipsum factum esse, ea fuit adiectio necessaria. Ergo si quid factum est, id per ipsum factum dixi, siue inuisibile sit, siue corporeū, siue cōeleste. Pręterea non simpliciter dixi, omnia: sed si quid factum est, hoc est * genitū: spiritus verō ingenitus est. Vidēs ne doctrinā qua certissimā in memoriā reduxit sensibiliū creationem, quę ante Moses edocuerat? Inde cum satis in his profecerimus, ad altiora nos erigens, ad incorporea scilicet atq; inuisibilia, spiritum sanctū ab omni creatura seiunxit. Itidē Paulus gratia hac inspiratus, inquit, vniuersa in ipso cōdita esse, cuius animaduerte, quęso certitudinē: idem enim spiritus in Paulo loquebatur. Ne quis igitur eorū quę a deo creata, factaq; sunt, quicquā subtraheret, eo quod sint inuisibilia: neq; his admitteret paracletū, sensibilibus & quę cognitu facilia sunt prętermisissis, cōelestia his verbis enumerat: Siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates. Hęc autem particula, siue, singulis addita, nil aliud nobis significat, quā omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factū est. Si verō hanc prepositionem, per, significare diminutionē arbitraris, audi prophētā dicentē: In initio domine terrā tu fundasti, & opera manū tuarū sunt cœli: quod de patre tanquā de cō-

ditore dictū est. Idē de filio Paulus attestatur, nunquā profectō id asseritur, nisi conditorē ipsum non ministrū opinaretur. Per ipsum autē, hoc in loco nulla alia ponitur gratia, quā ne ingenitū quispiā suspicaretur. Nam quod ex opificij & generationis dignitate nihilo sit patre inferior, audi ipsum loquētē: Sicut pater suscitauit mortuos & viuificauit, sic & filius quos vult viuificat: quod si de filio etiā in veteri testamento: In initio terram tu fundasti domine, dictū est, manifesta est opificij dignitas. Sin de patre prophētā id locutum dixeris, quod de illo dictū est, Paulus filio attribuit, & ita idē efficitur: neq; enim filio id Paulus tam constāter attribuisset, nisi proculdubio patri & filio pares esse intelligeret dignitates. Vltimā nanq; & amētia esset & audacię, quę incōparabili conuenirent naturę, ea ad minorē, & quę illa indigeret deducere. Verum neque minor est filius, neq; patris indiget substantia: quocirca nō hoc modo de filio Paulus audeat profiteri, sed alia quoq; huiusmodi: hoc enim verbū, ex quo, quod tanquā dignū quoddam & pręcipuū soli patri attribuis, filio quoq; propriū his verbis ostēdit: ex quo totū corpus per nexus & coniunctiones subministratū, & constructū crescit in augmentū dei: neq; hoc solo cōtētus, aliunde etiā nobis os obstruxit, cū illud verbū, Per quē, quod diminutionē significare arbitraris, patri attribuat. Fidelis enim deus, inquit, per quē vocati estis in societate filij eius. Et itē, per voluntatē eius. Et alibi, quod ex ipso, & per ipsum, & ad ipsum omnia. Itaq; non filio tantū hoc verbū, ex quo, sed spiritui quoq; attributū inuenieris. Dixit enim ad Ioseph angelus: Noli timere accipere Mariā cōiugē tuam, quod enim in ea genitū est, ex spiritu sancto est. Quemadmodū certē hoc verbum, In quo, quāuis spiritus sancti sit propriū, id tamen deo attribuere nō recusat propheta, cum inquit: In deo faciemus virtutem. Et Paulus obsecrās inquit: Si quo modo tandē aliquādo prosperum iter habeam in voluntate dei venire ad vos. Et iterum Christo attribuit dicēs, In Christo Iesu. Et huiusmodi frequenter verba indifferenter accepta inueniemus: quod minimē fieret, nisi vbiq; eadem esset substantia. Ne autē ex ea particula: Omnia per ipsum facta sunt, de signis nūc dictum suspicareris: de his enim reliqui euangelistę verba fecerunt, nō multō post subdit: *In mundo erat, & mundus per ipsum factus est,* non autē spiritus qui factus nō est, sed omnē longē excedit creaturam. Verum iam reliqua profequemur, cum de rerū creatione Ioannes verba fecisset, quod scilicet *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factū est nihil quod factum est.* de prouidentia iam sermonem aggreditur. *In ipso,* inquit, *vita erat.* quod ideo addidit, ne quis fortē diffideret, quō nam pacto tanta & talia per ipsum facta sunt. Nam quemadmodū si ex profundissimo & iugi fonte quantum vis aque haurias, nihil tamen his diminuitur fons: ita in vnigeniti operibus, quodcūq; ex his productum factūve credideris, nihilominus efficit. Imō vt priori vtamur similitudine, lucis scilicet, quam mox ipse subdidit: *Et vita erat lux hominum.* Quemadmodum inquam, lux quāuis hominum multitudinem illuminaret, nihil sui splendoris remitteret: itidē deus & antequā mundum condidit, & postquā conderet, idem perfectus atq; integer permanet, nihil tanto & admirabili opificio minor, nihil imbecillior. Quod si innumeros huiusmodi esset mūdōs cōditur, omnibus tamen sufficeret, non modō ad creandos, sed & ad gubernandos. Vitę enim nomen hoc in loco nō modō creationis est, sed prouidentię ad perpetuitatem.

lectionem expendamus.

*τ & γεννητὰ. i. ipsa genita sine procreata aut facta.

Coloss. 1. c.

Psal. 101. d.

Heb. 1. a

Infra 5. d

Coloss. 2. d

1. Cor. 7. 1. b

Roma. 11. d

Matth. 1. c

Psal. 59. c

Roma. 1. b

Galat. 5. b

nihilominus effectum.

Infra 1. 4. c

tem. Necnō & resurrectionis rationē iam asserre incipit, & admiranda hęc euangelia exorditur: aduenire autē ad nos vita, vis mortis perit: & luce nos illumināte, tenebrę euauerunt: sed manet semper in nobis vita, & mors ei dominari non potest. Itaq; quod de patre dictū est, de hoc quoq; propriē dicitur, quod in ipso uiuimus, & mouemur, & sumus. Quod & Paulus his verbis significauit: quia in ipso condita sunt vniuersa, & omnia in ipso constāt: quapropter & radix dicitur, & fundamentū. Verum cum audis, *quod in ipso vita erat:* noli suspicari compositū: alibi enim de patre dicit, Sicut pater habet vitā in se, sic dedit & filio vitā habere: sed vt patrem idcirco non dixeris compositū, quia vitam habeat, ita nec filiū. Etenim alibi inquit, quod lux est deus: & iterum, quod lucem habitat inaccessibilem. Hęc autē autē omnia singillatim profecuti sumus, nō quod compositionem vllam in deo suspicemur, sed vt paulatim ad doctrinā altitudinē euehamur. Cum enī non facile a multitudine intelligi posset, quā nam ratione in eius persona vita sit primum, id quod humilius est tetigit, cum inquit, Dedit ei vitam habere. Inde eruditos altius erigit his verbis: Ego sum vita: & iterū: Ego sum lux. Et quę nam est hęc lux? Nō quę sensu, sed quę animo percipitur, quę ipsam illuminat animā. Cum enim dicitur ei esset Christus, Nemo potest venire ad me, nisi pater traxerit eum: Idcirco hinc exoritur euangelista, inquit, ipsum esse qui illuminat: vt quāuis de patre aliquid eiusmodi audieris, non solius patris id esse, sed filij quoque profitearis. Omnia, inquit, quęcūq; habet pater meus, mea sunt. Primum igitur creationē nobis edocuit, deinde beneficia quę in aduētū suo nobis largitus est, vno verbo cōmemorauit, significauitq; euangelista, cum ait: *Et vita erat lux hominum:* non Iudæorū, sed hominum omnium. Non enim Iudæi duntaxat, sed Gentiles quoque in hanc cognitionē deuenēre, & cōmunis omnibus propolita est hęc lux. Quā nam autem gratia non angelorū, sed hominum tantum lucē dixit: quoniam ei in pręsentia de humana natura sermo habetur: & ad homines venit, vt vera & perpetua eis bona annūciaret. *Et lux in tenebris lucet.* Tenebras, & mortem & errorē appellat. Siquidē sensibilis hęc lux, non lucet in tenebris, sed omni luce penitus tenebrę carēt. Prędicatio autē inter eū qui omnia comprehenderat, errorē effulsit, eumq; penitus aboleuit: & moriens Christus sic mortē vicit, vt eos qui iam pridē morte detinerentur, liberaret. Cum igitur neq; mors, neq; error hęc lucē exuperet, sed charitate incredibili propria vi vbiq; effulgeat: idcirco inquit, *Et tenebrę eam non comprehenderunt.* quę etiā vinci nequeat, non tamen illorum qui illuminari nolūt, animis patitur immorari. Quamobrem si non omnes comprehenderit, nolite turbari. Nō enim necessitate & vi, sed cum volumus, cum assentimur, & deus ad nos venit. Nolimus huic luci, & tantis deliciis ostium claudere: hęc lux per fidem nobis exoritur, & exorta in eorum, a quibus piē suscipitur, animis affatim radios diffundit: cui si puram & immaculatam vitam exhibeas, semper tecum permanet, semper in te habitat. Qui diligit me, inquit, pręcepta mea seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Quemadmodum enim solaribus radiis nemo clausis oculis frui potest, ita neque huius claritatis particeps abundē vnquam fuerit, nisi animi oculus ad eam dirigat, eiusq; aciem vndique eo contendat: quod eueniet, cum omnibus malis affectibus animum purgauerimus. Peccatum enim tene-

brę & vorago quādam profunda: quod vel inde planissimē constat, quod clam & sine arbitris peccata cōmittuntur. Omnis enim qui mala agit, odit lucem, & non venit ad lucem. & quę in occulto fiunt, turpe est & dicere. Sicut enim in tenebris neque amicus, neque inimicus agnoscitur, sed omnia penitus ignorantur, itidem in peccato vsu venit. Quippe qui lucro inhiat, nullam amici, inimicive intelligit differentiam: & inuidius familiarissimum non secus quā inimicum conspiciatur, & latrones similiter in omnes bellum gerunt, omnibus insidiantur: & omnino quicūq; se viciorum sordibus coinquant, nihil ad rerū differentias dignoscendas ab ebriis, insanientibusque differunt. Et quemadmodum noctū lignum, plumbū, ferrum, argentum, lapides preciosos, & alia omnia eodem modo & sine discrimine videmus, lumine videlicet quo hęc discerni possent, sublato: ita qui sordidē, & viciōsē vitam viuit, neq; modestię vim, neq; sapientię discernit pulchritudinem. In tenebris enim, vt iam dixi, preciosi etiam lapides nullam speciem, nullū prę se ferunt fulgorem, nō sua, sed caligantiū oculorū culpa. Neq; hoc duntaxat nobis dum sub impia viciorum tyrannide viuimus, molestum est: verum etiam illud quod formidine perpetua angimur, & veluti qui per obscuram noctem iter faciūt, vt nihil metuendum sit, metu tamē concutiuntur: sic qui scelus aliquod admittunt, etiā nemo id videat, nemo reprehendat, nihilo tamen melius sibi fidunt, sed omnia formidant, omnia suspicantur: quippe qui perpetuis conscientię stimulis agitantur, omnia formidolosē circūspiciunt. Propulsemus igitur tam grauem, tam molestam vitam, cuius angorem mors sequitur, mors inquam immortalis & perpetua, cui nullus supplicij finis est. Adde quod in hac vita nihil ab insanientibus hi differūt, qui terrenas res & breui duraturas tanquam in somnis suspicantur, videntur diuitiis affluere, cum nullis affluant: in deliciis esse, cum non sint: neque antē se deceptos intelligunt, quā ab insania liberentur, quā somnum discutiāt. Quocirca vt sobrii simus & vigilemus, nobis Paulus pręcipit, & itidem dominus. Qui sobrius est & vigilat, quāuis a peccato capiatur, mox tamen ipsum abiicit, fugatq;: qui verō somno aut insania comprehenditur, non intelligit quo pacto sub eius detineatur seruitute. Quamobrem nobis nullus sit somni locus: non enim noctis tēpus est, sed diei, vt in die honestē ambulemus. Etenim nihil peccato turpius est, nihil ignominiosius. Et profectō si ad turpitudinis rationem referatur, tolerabilius est nudos, quā peccatis ac scelerib; opertos & refertos obambulare. illud enim nō ita in culpa est, interdumq; paupertatis gratia contingit: eo autem qui peccatorum sordibus inquinatur, nihil obscēnius, nihil contemptu dignius. Veniat nobis in mentem, & diligenter cōsideremus eos, qui rapinę & cupiditatis causa in iudicium vocantur, quā obscēni, quā ridiculi appareāt, cum omnia turpiter & iniuste fecerint, omnes fefellerint, in omnia temerē prolapsi sint. Nos autem tam miserē, tam infeliciter vitam agimus, vt vestem pręposterē indui non patiamur, imō alios si id faciant reprehendemus: cum verō & nos, & proximi nostri, capite ambulemus, nō aduertimus. Quid enim eo turpius, qui assidue meretricios petit fornice: Quid cōtumeliosius, quid maledicō, quid iuido risu digni? Sed quamobrem non tam hęc turpia, quā nudū ambulare videatur: ex consuetudine, vnde nemo vnquā spēte sua nudus ambulare consuevit. Illud autem omnes

Ioan. 3. c

Ephe. 5. e

Matth. 24

d. 1. c. 1. c. 1. c. 1. c.

rimb. 16. e

omni tempore, & sanè confidenter audent. Quòd si quispiam cum angelis haberet consuetudinem, apud quos nunquam tale quid committitur, certò tunc quoniam ridiculum sit, intelligeret. Et quid de angelorum loquor consuetudine: in ipsis enim regis apud nos si quis introductam meretricem cognosceret, vel ebrietate, vel aliqua huiusmodi turpitudine dehonestaretur, vltimum daret supplicium. Quòd si hæc in regis intolerabilia sunt, longè magis in conspectu summi & omnipotentis regis, cum vbiq; præsto adsit, & quæcunque audem intueatur, meritis pœnis afficiemur. Quare precor & obsecro, vt in hac vita & sobrios nos & quietos exhibeamus, rex enim noster omnia nostra opera conspiciat. Vt igitur hæc lux perpetuò nos illuminet, hos diuinæ clementiæ radios & quæramus, & efflagitemus, ita vt præsentibus his, & futuris bonis affatim fruamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto in secula seculorum, Amen.

Homilia quinta, ex cap. primo.




Vit homo missus à deo, cui nomen erat Ioannes. Cum de verbo dei in euangelij sui principio ea Ioannes disseruisset, quæ mentes nostras facile allucere possent ad credendum, via & ordine procedens ad ipsius verbi præconem ac nunciū, & eodem quo ipse nomine appellatū, Ioannē scilicet, venit. Tu autē cum à deo missum intelligas, nihil iam humanum ab eo dici, annunciari vè existimes. Nō enim suū quicquam, sed t̄ mittentis arcana denunciat. Idcirco angelus appellatur, hoc est nuncius. Est enim nunciij officium nihil ex se dicere. * Fuit autem hoc in loco non trāsitus ad esse, sed ipsius apostolatus est significatiuū. * Fuit missus à deo, iquit, pro missus est. παρὰ θεῶ. i. nullo appposito articulo. Quo modo igitur textum illum apostoli, Qui cū in forma dei esset, non eandē cum patre essentiam significare dicunt: eo quòd non præponatur articulus. Ecce hoc in loco nullus præponitur, nūquid igitur de patre hīc non loquitur? quid igitur dicemus priorē hic prophetā dicenti: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuā, qui præparabit viam tuam ante te? Meū nanq; & tuū duas personas significat. Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine. Quid hoc, dicit fortassè quispiam, seruus de domino testimonium perhibet: Verūm cum nō solū à seruo testimonio perhibitus sit, sed ad seruum etiam venerit, & cum Iudæis baptizatus, nōne magis & commoueberis, & dubitabis? Sed quid perturbari commoueri q; oportet? Admirare potius ineffabilem dei benignitatē. Quòd si quis adhuc in perturbatione dubius persisteret, dic ad illū id quod ad Ioanē dixit: Sine modo, sic enim decet nos nos implere omnem iusticiā. Si verò amplius quis perturbabitur, & illud ad Iudæos dictū adducet: Ego non ab homine testimonium accipio: dicit q; Si hoc nō indiget testimonio, quā nam gratia missus est à deo Ioānes: Respondendum est, non propterea quòd ipsius testimonio indigeret: prophanum enim id asserere, sed ea quam ipse Ioannes subdit causa, Vt omnes crederent per illum. Ipse autem Christus cum dixisset, Ego nō ab homine testimonium accipio: ne apud indoctiores sibi ipsi repugnare videretur, cum nūc dicat, Alius de me perhibet testimonium, & scio quia verum est testimonium eius, Ioannem significans: nunc, non ab homine testimonium accipio, mox adiectione eam soluit dubitationem, inquires: Sed hæc dico propter vos, vt salui si-

tis: quasi dicat, Deus ego sum, & dei vnigenitus filius, & supernæ & immortalis substantiæ, nulliusq; indigeo testimonio, & quāuis nemo hoc profiteretur, nihil propterea natura mea fit minor, nihil deterior: sed cū mortalium salus mihi curæ esset, in hanc descendi humilitatem, vt hominis testimonio me subiicerem. Nā propter Iudæorum imbecillitatem, hoc pacto melius faciliusq; fides in eum extendi, propagariq; poterat. Sicut igitur carnē induit, ne si nuda se diuinitate exhiberet, omnes perderet: ita virum qui se annunciaret misit, vt cū familiarem vocem populi audirēt, facilius ad credendum adducerentur. Nam quòd nihil illo teste indigeret, satis quisnam esset, nuda dūtaxat & aperta substantia potuit ostendere, atq; ita omnes in admirationem conuertere: non tamen id fecit, quoniam vt iam dixi, omnes perdidisset, cum nemo posset inaccessam illius lucis præsentiam tolerare. Propterea, vt dictū est, carnem induit, & vni conseruorum nostrorum de se testimonium mādauit, quoniam ad salutem nostram omnia operatus est, neq; suæ duntaxat dignitati, sed auditorum vsui facilitatiq; cōsuluit. Quod ipse quoq; his verbis significat: Hæc dico propter vos, vt saluemini. Et euangelista cū de domino locutus dixisset, Vt testimonium perhiberet de lumine, addidit, Vt omnes crederent per illum. quasi dicat, Ne putes hac causa testificatum venisse Ioannem Baptistam, vt fidei ratione aliquid domino adderet, sed vt sui contribules crederent per ipsum. Quòd autem ad hanc tollendam suspicionē hoc dixerit, ex sequentibus constat. Addit enim: Non erat ille lux. nam si nō huius suspicionis gratia in hoc institisset, præterisset simpliciter, & potius esset eiusdē rei repetitio, quā doctrinæ clarior significatio. Quippe cū dixerit, Missus est vt testimonium perhiberet de lumine. prosequitur: Non erat ille lux. neq; id temerè: sed quoniam frequenter apud nos qui testimonium perhibet, maior eo est, de quo perhibetur, & maioris plerunq; auctoritatis apparet, ne qua de Ioanne huiusmodi oriretur suspicio, ab ipso statim principio eam penitus tollit, ostēditq; & quis perhibuerit, & de quo perhibitum sit testimonium, & quæ sit inter eos differentia. JEt in hoc eius incomparabilem enarrat t̄ essentia. JEt ita audēter iam reliquā aggreditur orationem. Necnō si quid absurdum temerariū ve oriebatur, quo stultorum mentes commoueri potuissent, è medio diligenter sublato, ita omnia persequitur, vt facilè iam nullo impedimento doctrinæ suæ rationē edoceat. Oremus itaq; vt cū horum sensu reuelatione, & doctrinæ huius veritate pura nobis adsit vita, & cōuersatio honesta atq; illustris. Siquidē nullus eorū vsus est, nisi bonis illustrētur operibus. Quāuis enim fidē firmissimā, quāuis scripturarū sensus haberemus, à vitæ autē patrociniō & deserti essemus, & nudi, nihil nos à gehennæ ignibus eriperet, quin perpetua & inextinguibili flāma combureremur. Quemadmodū enim qui bene operatur, resurgit in vitam æternam: ita qui malè, in supplicium æternum, quod nullo vnquā sine præscribitur. Quare omni diligentia, curaq; adhibita contendamus, ne quod ex vera & firma fide lucrū accepimus, operū prauitate perdat: sed in hac vita totis viribus Christi sectemur vebus claris & sanctè viuētes, quæcunq; dicta sunt, ad dei gloriam referamus, cui honor, simul & vnigenito filio, & spiritui sancto in secula seculorum, Amen.

Homilia sexta ex cap. primo.

Erat



erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Propterea mihi iam dilectissimi filij, paulatim vos per scripturarū pascua ducimus, nec omnia simul diffundimus, vt facile quæ vobis committimus, & custodiatis, & seruetis. Quippe qui ædificando nondum primis cōpactis lapidibus, alios superimponunt, iam quasiatū & breui ruiturum struunt parietem. Qui autē his firmatis, & calce compactis opus reliquum prosequuntur, tutam & diu duraturam domū ædificant. Huiusmodi & nos architectos ad nostras confirmandas animas imitemur. Et enim nonnunquam veriti sumus, ne recente, & adhuc imbecilli priore fundamēto, aliarum speculationū accessu, cum mens simul omnia assequi nequeat, priora illa offendātur, & pereāt. Quid igitur hodie nobis posuit est? Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Siquidē cū superius Ioannē venisse dixisset, vt testimonium perhiberet de lumine, & quòd nunc missus fuit: ne cuius ex testantis recēti aduentu, etiam de eo cui testimonium perhibetur, talis suspicio exoriretur, mentes erexit, & supra omne principium æternā, & nullo sine præscriptā dei profecutus est essentia. Et quò nam pacto filius hoc habere potest, inquis: De deo loquimur, & quò nam pacto, interrogas? nōne times? nōne exhorrescis? quòd si abs te quispiā quæret, quo modo imortalē vitā, & corpora & nostræ habituræ sint animæ: nōne ridicula esset quæstio: ac si non humani esset ingenij eiusmodi inquirere, sed credere tantum oporteret: neq; esset curiosius inuestigandum, quod sufficiens habeat sui demonstrationē, immensam promittētis potestātē. Nam cū animarū & corporū nostrorū cōditorē, qui omnē incorporalē excedit creaturā, sine principio esse asseramus: quā nā ratione id factū sit, efflagitabis? Quis nā hoc incōstantissimi esse animi, & insanæ mentis indicium negauerit? Au disti: Erat lux vera. Quid stultè & temerè æternā hanc vitam humana ratione coniectari, atq; inuenire contendis? Haud fieri potest. Quid scrutaris imperscrutabilia? Quid circa incomprehensibilia inanè subis laborum? Quid inuestigas quæ nulla ratione possunt deprehendi? Inquiras quanta potes diligentia solarū radiorum originē: nō sanè poteris, neq; indignaris, neq; tuā iniquo fers animo imbecillitatē. Quid igitur in maioribus tam audax es, & temerari? Tonitruus filius Ioānes tuba personans spiritali, nihil aliud q̄ quod audierat à spiritu, inuestigauit: tu autē illius gratiæ expers, & penitus vacuus, manifestis humanæ nature rationibus illius cognitionis terminū superare contendis: propterea ne ad terminū quidē ipsum peruenire vnquā poteris. Tale enim diaboli ingenium est, tales insidie, vt eos qui nobis constituti sunt fines, trāsire persuadeat, ac si ad lōgē meliores simus peruēturi: cū verò hac nos spe allegerit, & diuina gratia priuauerit, tunc non solū nobis nihil amplius præstantiusve elargitur (quò nam enim pacto diabolus) sed ne in pristinam quidem conditionē, vbi tutè & securè cōmorabamur, reditū permittit, sed passim trahit errātes, cū nō habeant vbi possint cōsistere. His fraudibus primū è paradiso hominem expulit. Maioris nanque cognitionis & gloriæ spe allectū, ab his quibus tranquillè fruebatur bonis deiecit: & nō modò eum deo similè, vt pollicitus erat non reddidit, sed sub mortis ditionem compulit. Non modò nihil amplius à ligni fructu assecutus est, sed ne cognitionē quidem, quā prius habuerat, retinuit, cū multa se cogniturū speraret: tum primū erubuit, cū se nudum

abscondit, cū antea nullo fuisset pudore confusus. Cū enim se nudum & vestibus carentē cognouit, & tristitia & dolore cōtabuit: quod ne nobis accidat, cōditori nostro deo pareamus, & eius præcepta omni diligentia obseruemus. Neq; præterea quicquam inuestigemus curiosius, ne accepta beneficia amittamus. Quēadmodum hi qui cū sempiternæ vitæ principium inuenire contēderint, etiam quæ assequi licuerat, amiserūt: neque tamē quæ sita assecuti sunt, cū minimè potuerint, & à vera vnigeniti fide deciderunt. Nos verò nullo pacto velimus perpetuos, quos nobis patres nostri posuerunt terminos præterire, sed omni tēpore spiritus sancti legibus pareamus: & cū audierimus, Erat lux vera, non vltius inquirendo, quod inueniri nō potest, persistamus. Nam si genitus esset vt homo, necessariò interuallum aliquod esse inter genitorem, genitumq; oportuisset: cū verò ineffabili ratione, & vt deū decet, genitus sit, meritò & antè & post, quæ particula tēporis indicia sunt, in eum cadere nequeunt. Nam filius seculorum omnium est conditor. Ergo non pater, inquit, est, sed frater. Quæ nam hæc necessitas? si patrem, filiumq; aliunde ortos diceremus, id sanè sequeretur: sin hanc negamus impietatem, & patrem quidem sine principio esse, neque ex alio genitum, filium autem sine principio, genitum tamen ex patre & sentiamus, & profiteamur: quid nos tam impiam cogit inducere sententiam: nihil profectò, splendor est, splendor autē cum eius natura simul cuius est splendor intelligitur. Propterea Paulus filium splendorem appellauit, vt nullā suspicareris patris & filij differentiam. Quod autem à superiori exemplo sequitur, absurdè à stultis motā objectionem tollit. Non enim ex splendoris, inquit, appellatione propria ipsum priuari psona existimabis: hoc impium est, & Sabellianorū, Marcellianorūq; insabellianonia, qua nos abiecta in propria esse persona filium dici videmus. Idcirco cū splendorem ipsum appellasset, addidit figuram esse substantiæ eius, quo propriam eius personam ostenderet, & eius esse substantiæ cuius est figura. Non enim satis est vno, vt iam dixi, verbo dei doctrinam hominibus ostēdere, sed multa ex singulis collecta, quæ huic accōmodentur materiæ eligamus, sic poterimus de diuina gloria dignè loqui, dignè autem dico, quantum in nostris viribus est. Quòd si quis dei respectu dignè se verba facturum arbitraretur, contēderetque ita se deum intelligere, vt ipse seipsum nouit, is maximè deū ignorat. Cū igitur hæc apertè videamus dilectissimi, summo nobis studio insistendum est in iis quæ nobis verbi ministri, & qui certò id cōspicati sunt, tradiderunt, & nihil vltius contēdamus. Duo nanq; mala & quidem graua, hoc morbo laborantes circūueniūt. Primum quòd dum in his frustra inquirendo laborant, miserī sunt, cū ea inuenire nequeāt. Alterum quòd deum irritant, cū constitutos ab ipso terminos excedere contentur: quod quantopere deum ad iram prouocet, cū planè omnibus constet in præsentia omittamus: & eorum contempta demētia, quò perpetuò nos corroboret, eius sermones formidemus, quoniam inquit: Ad quem aspiciam, nisi ad humilem, & quietum, & metuentem sermones meos? Hac igitur perniciofa inquirendi cura abiecta, nostra conteramus corda, peccata deploremus, vt à Christo nobis præceptum est, & eorum gratia quæ perperam & iniquè egimus, compungamur: & summa cum diligentia quicquid superiori tēpore aui sumus, quicquid malignè commūimus, animo repetamus, atque abiciamus.

Resignis patrum inesse dum.

Hebr. 1.4

Sabelliano Mat. cellianorū, hærēsis.

Mat. 3. c

Gene. 3. a

Esai. 55. a

Esai. 43. d. Ad quod multas nobis deus vias aperuit. Dic enim tu
Psal. 31. b. primus iniquitates tuas, vt iustificeris. Et iterum: Dixi
 pronuntiabo aduersum me iniquitatem meam domi-
 no, & tu remisisti impietatem cordis mei. Neque enim
 parum nobis confert ad magnitudinem peccatorum
 imminuendam frequēs eorum memoria & accusatio.
 Est & alio operosior, vt nemini qui nos offendit suc-
 censeamus, sed iniurias omnes magno & generoso ani-
 mo obliuioni mandemus. Vis & tertiam audi Daniē-
Danic. 4. c. lem: Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates
 tuas misericordias pauperum. Accedit & alia, iugis sci-
 licet oratio, & in deprecationibus ad deum cum puri-
 tate perseuerantia, quæ non paruam nobis affert con-
 solationem, & à peccatis nos abluit. Ieiunium ad hæc
 eum proximi charitate, maiorem in modum diuinam
 in nos iram extinguit. Ignem nanque ardentem extin-
Eccli. 3. d. gnet aqua, & eleemosynis purgantur peccata. Decursis
 igitur his viis omnib⁹, & repetitis, in iisdē assidue perse-
 ueremus, hoc pacto non modo præterita abluemus
 peccata, sed in posterum maximū consequemur emo-
 lumentum. Quippe qui nullam dabimus diabolo oc-
 casionem, vt nos in vitæ desidiā, vel in exitalem a-
 liquem affectum pelliciat. Præterea neque insanas dis-
 putationes, neque noxias inducet controuersias, vt ei
 moris est, cum ociosos nos & oscitantes, nullamq; quo
 modo ad virtutis viam dirigamur, sollicitudinem ha-
 bere conspicatur. Hunc nos eius insidiis aditū obstrua-
 mus, vigilemus, sobrii simus, vt in hac breui vita paruo
 labore perpetua in externo illo seculo bona nobis cō-
 parem⁹, gratia & benignitate domini nostri Iesu Chri-
 sti, per quem, & cum quo patri, simul & spiritui sancto
 gloria, in secula seculorum, Amen.

Homilia septima, ex cap. primo.

Rat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientē
 in hunc mundum. Nihil prohibet quin hodie-
 na die eadem verba repetamus, cum hesternā
 propter opinionum expositionē, omnia quæ

Infr. 14. d. lecta fuerant, pertractare nō potuerimus. Vbi sunt igitur
 hi, qui ipsum verum deum negant: Ecce hīc lux ve-
 ra appellatur, alibi ipsa veritas & vita, sed cum in eum
 locum venerimus, apertius explicabimus. In præsentia
 autem necessarium est id charitati vestræ exponere. Si
 illuminat omnem hominem venientem in hunc mū-
 dum, quō nam pacto tot homines sine lumine perma-
 nent: Neq; enim omnes † Christum cognoscunt, † quo
 modo ergo illuminat omnē hominē: Illuminat profe-
 ctō, quantū in ipso est. Si qui autē sponte sua mentis o-
 culis coniuuentibus ad huius lucis radios aciem diri-
 gere noluerint, non ex luminis natura, in tenebris per-
 stiterunt: sed malicia sua, qui spontē tanto se dono in-
 dignos reddiderūt. Nā gratia in omnes diffusa est: nō
 Iudæum, non Græcū, non Barbarum, non Scythā, non
 liberum, non seruum, non virum, non mulierem, non
 senem, non iuuenem effugit aut dedignatur, omnibus
 eadem est, omnibus se facilem exhibet, omnes pari ho-
 nore aduocat. Qui autem eius munere frui negligunt,
 hanc suam cæcitatem sibi ipsis imputēt. Cum enim om-
 nibus aditus pateat, & à nemine prohibeatur, perditū
 quidam & nequam homines propria duntaxat mali-
 cia ingredi recusant. *In mundo erat, sed non tanquam*
mundo æqualis, idcirco addidit: Et mundus per ipsum fa-
ctus est. Quibus verbis iterum te ad æternam vnigeniti
 reducit essentiam. Qui enim audit hunc mundum esse
 eius opus † nisi penitus insaniat, nisi † inimicus gloriæ

dei, atque hostis sit, omnino velit nolit, arde opera sua
 eorum conditorē fuisse confiteatur, necesse est. Quo-
 circa magis magisq; indies admirat⁹ sum Pauli Samo-
 satensis insaniam, quo vultu tam manifestē audeat re-
 pugnanter veritati, & seipsum sponte sua in errore præci-
 pitem dare. Non enim ignoratione, sed consultiō errauit,
 non secus ac Iudæi. Nam quemadmodum hi homi-
 num gratia, fidei firmitudinem prodiderunt, & Chris-
 tum vnigenitum, & dei filium intelligentes, principū
 tamen gratia fateri noluerunt, ne è synagoga eiceren-
 tur: ita & illum vt mulieri cuidam rem gratam faceret,
 salutem suam inquit contempserunt. Graue profectō &
 molestum quiddam est inanis gloriæ vis, quæ facillē e-
 tiam sapientum oculos possit perstringere, nisi tempe-
 retur: Nam si auaricia hoc potest, longē magis hic qui
 ea violentior est affectus. Idcirco ad Iudæos Christus:

Infr. 9. g. Quo modo, inquit, potestis credere, qui gloriā ab inui-
 cem accipitis: & gloriā quæ à solo deo est, nō queritis?
Et mundus eum non cognouit. Hoc loco mundum peccā-
 tium multitudinē, & terrenis rebus deditā, stultumq;
 & abiectum, & omnibus obnoxium perturbationibus
 vulgus appellat. Nam dei amici & venerabiles illi viri,
 etiam ante Christi incarnationem ipsum cognouerūt,
 & patriarcham eius præuidisse aduentum ipse Christus
 nominatim testatur. Abraham pater vester exultauit,
 vt videret diem meum, vidit, & gauisus est. Et quod de
 Dauid Iudæos arguens, inquit: Quo modo Dauid in
 spiritu dominum ipsum vocat, dicens: Dixit dominus
 domino meo, sede à dextris meis? Et frequenter in eos
 inuectus, Mosi meminit: & quod reliqui propheta eā-
 dem habuissent cognitionē, apostolus Petrus, omnes
 prophetas à Samuēle cognouisse eum, & eius aduentū
 multo antē tēpore dixisse, his verbis attestatur: Et om-
 nes propheta à Samuēle, & deinceps qui locuti sunt,
 annunciauerunt dies istos. Iacob autem & patri quem-
 admodū auo & apparuit deus, & locutus est, multa &
 magna eis se daturū bona pollicitus, quæ quidē re exe-
 cutus est. Ad hæc obiecerit quispiam: Quo igitur pacto
 ipse dicebat multi propheta cupierunt videre quæ vi-
 detis, & non viderunt: & audire quæ auditis, & non au-
 dierunt: Nunquid non fuerunt eius cognitionis parti-
 cipes: Fuerunt sanē. Quod hac eadem particula, ex qua
 nonnulli ea cognitione priuatos fuisse prophetas arbi-
 trati sunt, manifestū facere conabimur: Multi, inquit,
 cupierunt videre quæ vos videtis: nouerūt ergo ipsum
 ad nos venturum, & quæ fecit, facturum. Nisi enim no-
 uissent, nullo pacto videndi flagrasset desiderio. Ne-
 mo enim quod ignorat, cupere potest. Nouerunt igitur
 ipsum dei filium ad humanum genus descensurū:
 Sed quæ nam sunt quæ neque viderunt, neque audie-
 runt: Ea quæ nunc vos & videtis, & auditis: siquidem
 & vocem eius illi audierunt, & ipsum viderunt, non
 tamen in carne, neque cum hominibus conuersantem,
 neque ipsis tam familiariter liberēque loquentē. Quod
 significauit cum non simpliciter dixit, cupierunt vi-
 dere me, sed quæ vos videtis: neque audire me, sed
 quæ vos auditis. Itaque licet non ipsum aduentum in
 carne conspicati sunt, † viderunt † tamen ipsum futu-
 rum, quem cupiebant, & in quem credebant. Cæterum
 cum nos gentiles accusant, & his verbis percontantur:
 Quid superiori illo tempore, cum nondum hu-
 manum genus aspiceret faciebat Christus? Quid tan-
 dem finem ipsum expectauit, vt nostræ saluti consule-
 ret, cum tandiu nos neglexerit? Respondimus, quod
 ante id tempus in mundo erat, & opera sua summa cui-
 rabat

rabat prouidētia, neque à venerabilibus illis & sanctis
 viris ignorabatur. Si verò quod non omnes eum tunc
 temporis, sed boni tantum, & virtute præditi, & sancti-
 monia cognouerunt, idcirco incognitum dixeris: hac
 etiam ratione nunc incognitum dixerimus, cum non
 ab omnibus cognoscatur. Sed quemadmodū in præ-
 sentia, nemo eorum gratia qui deum ignorāt, cognos-
 centibus non crederet: ita neque de superioribus illis
 temporibus dubitandum est. Multis enim, & vt rectius
 dicam, omnibus claris illis & præstantibus viris cog-
 nitus est. Quod si quis percontaretur, quam ob rem non
 omnes ei tunc crediderunt, neque seruiuerunt, sed iusti
 duntaxat: eum rursus interrogabo, quid hoc etiā tem-
 pore non omnes eum cognoscūt: Et quid de Christo
 loquimur? cur ipsius patris non omnes, neque nūc, ne-
 que antiquitus habuerunt cognitionem? Verū alij
 omnia sponte sua ferri aiunt, alij dæmonibus vnuerſi
 orbis prouidentiam permittunt. Sunt qui alium præter
 hunc deum effingant, nonnulli oppositam potestatem
 deum impiē asseuerant, & leges eius mali cuiusdā dæ-
 monis arbitrantur. Quid ergo hac nos causa deum esse
 negabimus, quoniam nonnulli ipsum negant, & ma-
 lum ipsum esse profitebimur, quoniam malum impiē
 autumat. Mitte, quæso, stulticiam, & vltima te insania
 liberum redde. Nam si stultorū iudicio ad nostras mē-
 tes doctrina informandas duceremur, nihil esset reli-
 qui, quin eadem similiter comprehenderemur insania.
 Nemo Solē dixerit oculis noxium, eo quod nonnulli
 visu sunt hebetiori, sed quā accōmodatissimū, & ex
 acutē intuitibus eius vtilitas indicatur. Neq; mel quis-
 piam amarum gustu iudicauerit, quoniā tale ægrotan-
 tibus videatur. Deum autem ex infirmorū & ignoran-
 tium iudicio vel nō esse, vel malū esse, aliquando rebus
 humanis prouidere, aliquando eas negligere opinari,
 non sani hominis, sed insani potius, & vltimo furore
 perciti meritō dixerimus. Et mundus eū nō cognouit,
 inquit, sed hi quibus mundus dignus nō erat, eū cogno-
 uerunt: & causam ignorationis inferuit. Nō enim sim-
 pliciter, inquit, Nemo eū cognouit: sed, mundus eū nō
 cognouit: hoc est, qui tantum mūdo inhærent, qui mū-
 do innituntur, qui terrena duntaxat sapiunt: sic etiam
 Christus eos appellare cōsuevit. Pater sancte, inquit, &
 mundus te non cognouit. Non igitur filiū tantum, sed
 & patrem mundus ignorauit, quemadmodū diximus.
 Nihil etenim ad eō mēte perturbat, quā secularibus
 his rebus inhære. Cum igitur hæc nobis luce clarius
 pateant, huius mūdi illecebras, carnaliaq; & terrena to-
 tis viribus abiiciamus. Neque enim in parua re, & nul-
 lius momenti, sed in maximo bonorum detrimentum
 accipim⁹, siquidē nullo pacto fieri potest, vt qui omnia
 ad præsentis vitæ voluptatē refert, is cælestibus bonis
 fruatur: sed necessarium est, qui terrenis rebus inhæat,
 à cælestibus decidat. Non potestis, inquit, deo seruire, &
 mammonæ: vnum teneamus, alterum odio habeamus
 oportet. Hoc quoque ipsa rerum clamant experientia.
 Quippe qui pecuniarum derident cupiditatem, hi ma-
 ximē sunt qui dei flagrant desiderio: at contra qui illas
 præcipuē admirantur, hi maximē sunt qui in deū amo-
 rem habent remissioem. Animus enim qui pecunia-
 rum cupiditate distrahitur, non facillē ab his abstinet,
 quæ deum ad iram prouocant: vt pote, qui alterius ser-
 uus sit domini, omnia ipsi contra diuinas leges præci-
 pientis. Sobrii igitur sitis aliquando, & excite mini, &
 cui nostrum debeamus seruitium, intelligamus: eiusq;
 duntaxat regnū de ideremus, clamemus, præterita de-

A fleamus tempora, quibus mammonæ seruiuimus, cuius
 graui & intolerabili iugo abiecto, Christi iugum & le-
 ue & facile subeamus. Nihil enim eorū quæ mammo-
 na, nobis Christus præcipit: siquidem illud omnium ini-
 micicias, hic contra omnium amorem, omnibus salu-
 tem dicere. Illud nos luto & terræ affigens, neque enim
 aliud aurum est, ne noctu quidem vel minimum respi-
 rare nos sinit: hic nos inani & superuacanea cura libe-
 rat, iubetque vt in cælo thesauros sine cuiusquam iniu-
 ria, propria iusticia recondamus. Illud post innume-
 ros sudores atque miseras, neque nobis adesse, neq; au-
 xilium in necessitatibus præstare potest, quamuis multa
 & grauia perpessi simus, vt eius legibus pareamus, imò
 vehemētiore afficit supplicio: hic etſi nobis iniūgat vt
 calicem aquæ frigidæ demus, nunquam tamen nos si-
 ne mercede dimittit, sed incredibili liberalitate nos
 donat. Nōne summa profectō dementia est tam le-
 ue, tam gratum imperium, & tantis redundans bonis,
 vt ingrato & fœdissimo seruiastyranno, contemnere:
 cum nihil neque in hac, neque in æterna illa vita his
 qui ipsi parent & seruiunt, afferre possit vtilitatis? Neq;
 id solū graue est, & molestum quod nullum laborū
 præmiū reddat, verū quod innumeris sibi obsequen-
 tes, vt iam diximus, malis accumulat: plurimi enim ex
 his qui illic cruciatur eo quod pecuniis seruiuerunt, ea-
 rumque cupiditati indigentibus nihil erogarunt, pœ-
 nas luunt. Quod ne nobis accidat, dispergamus, dem⁹
 pauperibus, & noxiis huius vitæ curis, sollicitudinibus,
 & eo quod illic nobis impendet, supplicio animum
 liberemus, & pro terrenis pecuniis iusticiam cælo re-
 condamus: perpetuos colligamus thesauros, qui vnā
 in cælum nobiscum euadere, & proſilire, & nobis pe-
 riclitantibus præsto adesse, & iudicem conciliare pos-
 sint: quem si nobis propiciū, vt optamus, & in hac
 vita, & in die illa habuerimus, fidenter his bonis frue-
 mur, quæ in cælis diligentibus se præparauit: quæ vti-
 nam omnes consequamur, gratia & benignitate domi-
 ni nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, simul & spi-
 ritui sancto in secula seculorum, Amen.

Homilia. viij. ex cap. primo.



N propria venit, & sui cum non receperunt. Si prio-
 rum meministis sermonum fratres dilectissi-
 mi, fidentius iam quæ sequuntur super eis ma-
 gno cū emolumento ædificabimus: sic enim
 & vos melius edoceri poteritis, & nobis non multo o-
 pus erit labore, cum ex discendi cupiditate acutius in-
 spiciēdi via ad reliqua pateat. Qui enim id quod acce-
 pit amittit, semper doctore indigeat oportet, nec vllō
 vnquā tēpore quicquā consequetur: qui verò accepta
 custodit, & his in dies aliquid superaddit, ex discipulo
 quamprimū magister proculdubio euadet, non modò
 sibi, sed omnibus vtilis. Huiusmodi ego hæc omnē con-
 cione futurā expecto, hoc ex incredibili vestro audie-
 di desiderio, & mira attentione coniectatus. Agite er-
 go tanquā sub certa & tuta custodia in animis vestris
 Christi thesaurū deponamus: & quæ nobis hodie pro-
 posita sunt, ea quantum nobis spiritus sancti gratia sup-
 peditabit, explicemus. Dixerat euangelista: Et mundus
 eum non cognouit: quod de superioribus illis tēpori-
 bus locutus est, nō immeritō iā ad prædicationis tēpo-
 ra descendit, atque dicit. In propria venit, & sui eū nō
 receperunt. Suos hoc in loco Iudæos appellat, tan-
 quam populum peculiarem, vel omnes etiā homines,
 tanquam ab ipso creatos. Et quemadmodum superius
 b iij. multitu-

[Iud. eorū & multitu- dinis.]

[Psal. 17. g.]

[Esaie 52. d. Ibid. 65. a.]

[Rom. 11. a.]

[Ibid. 9. g.]

[poeta.]

[Rom. 10. a.]

[Ibid. 9. g.]

multitudinis amentiam admiratus, & de cōmuni natura erubescens, inquit, quōd mundus per ipsum factus est, nec tamen conditorem suum cognouit: ita in hoc iterum loco † Iudæorum multitudinis Jæreferens perfidiam, in grauiorē prorumpit accusationem: inquit enim, Et sui eum non receperunt: idq; cū ad eos venisset. Nec Ioānes solū, sed prophetæ quoq; & deinceps Paulus hoc idē conquesti sunt: & prophetæ quidem ex persona Christi clamauerūt: Populus quē ego non cognoui, seruiuit mihi: in auditu auris obediuit mihi. Filij alieni mentiti sunt mihi, filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis. Et iterum: Quibus nō est narratum de eo, videbunt: & qui non audierunt, intelligent, & inuentus sum à non quærentibus me. Palām apparui his qui me non interrogabant. Paulus autem ad Romanos: Quid ergo, inquit? quod quærebat Israël, hoc non est consecutus, electio autem consecuta est. Et iterū: Quid ergo dicemus: quōd gentes quę non sectabantur iusticiam, apprehenderunt iusticiam: iusticiam autem quę ex fide est: Israël verō sectans legē iusticię, in legem iusticię non peruenit. Et sanē plurima admiratione dignum est, quo pacto, qui in prophetarū libris educati, Mosē & reliquos deinceps prophetas singulis diebus plurima de Christi aduentu locutos audierāt: præterea Christū signa & miracula quotidie facientem, & secum duntaxat versatum viderāt, neque sinentem adhuc discipulos, vt in gentes dispergerent, & in Samaritanorū ciuitatem ingrederetur, neque ipsum eas ingressum, sed vbique asserētē missum se ad oues quę perierant de domo Israël: tū cū signa viderent, prophetas frequēter audirēt, quotidie ab ipso admonerentur, tam surdi penitus, & cæci persistenter, vt nihil eos ad Christi fidem posset adducere. Gētilēs autem nihil eiusmodi viderant, nullos de deo sermones, ne in somnis quidem acceperant, sed in insanentiū fabulis versati, (hęc enim gentiliū philosophia est) † ac poetarū deliramenta euoluentes, lignis & lapidibus affixi incubuerant, neque doctrinę, neque vitę gratia quicquam vtile, bonūve conspicabantur. Eorū nanque vita quām doctrina immūdiōr erat, & scelerior. Et quid ita non esset: cū viderent deos suos in omnibus flagitiis, sceleribusque delectari, & verbis quidē obscœnis, rebus autem obscœnioribus colī, quibus & festum diem, & cultum ipsis se exhibere arbitrabantur, præterea nefandis etiam puerorum cædibus venerari: mirum si in his illos imitabantur? Hi tamen cū inimum malicię pelagus demersi essent, repentiē tãquam machina quadam ad superna impulsī ab ipso cœlo clari apparuerunt. Quo nam pacto hoc factum est, audi Paulum. Etenim beatus ille est qui hęc diligenter inquit, neque cessat quousque eorum causas inuenerit, & in omnes diffuderit. Quę igitur est causa: & quāobrem Iudæi tam obstinatē induruerūt: audi inquam illum cui ministerium hoc creditum est, & qui hęc aperit, hanc multitudinis soluens dubitationē. Ignorātes, inquit, iusticiam dei, & quærentes propriam iusticiam statuere, iusticię dei non sunt subiecti, propterea ita induruerūt. Et iterum hoc idem aliter interpretatus, ait: Quid ergo dicemus: quōd gentes quę non sectantur iusticiam, apprehenderunt iusticiam, iusticiam autem quę est ex fide: Israël verō sectādo legem iusticię, in legem iusticię non peruenit. Quare? Quia non ex fide, offenderant enim in lapidem offensionis, hoc est, diffidentia eis horum malorum fuit causa, quam superbia peperit. Cū enim antiquitus, quām gētilēs &

legem, & dei cognitionem, & alia quę Paulus cōmemorat amplius & perfectius Iudæi habuissent, inde post Christi aduentum eodem honore, & hos illosq; ex fide vocatos viderent, nihilq; circūcisionis gratia post fidē se Gētilibus superiores, ex arrogancia in inuidiam exarserunt, & ineffabilem immensamq; domini non tulerunt benignitatem, quod nulla alia causa, quām ex superbia, & prauitate sua eis accidit. Quid enim omnīū stultissimi ob humanitatem, clemētiāq; in alios colatam offendimini? Nunquid vestra bona aliorū communicatione minuebantur? Sed cæca profectō malicia est, quę nihil opportunū, nihil vtile intelligere potest [sed quāprimū omnīū obliuiscitur.] Offensū itaque quōd socios eiusdē habituri essent familiaritatis, contra se ense strinxerunt, & longē à se diuinam abiecerūt benignitatem. Nec immeritō. Amice enim, inquit, non tibi facio iniuriam: volo etiam & huic nouissimo dare sicut & tibi. Imō neque digni sunt hi, quibus ita respōdeatur. Ille enim etsi agrē ferebat, narrare tamen poterat totius diei labores, ærumnas, æstus, sudores: hi autem quid afferre potuissent, nisi desidiam, luxuriam, iniuriam, vicia, quę semper omnes prophetæ suis profecti sunt accusationibus, quibus non minus quām gētes deum offenderunt? Quod Paulus his verbis significauit: Nō enim est distinctio Iudæi, & Græci, omnes enim peccauerunt, & egent gloria dei, iustificati gratis per gratiā ipsius, in qua epistola & vtiliter admodum, & scitē hoc caput disputat. Cæterum superius grauiori eos supplicio dignos ostēdit. Quicunq; enim in lege peccauerunt, per legē iudicabuntur, hoc est grauius, quippe qui cum natura etiā legem habēt, quę eos accusat, neq; hac tantū causa, sed quōd fuerunt apud gentes authores vt deo malediceretur. Nomen meum, inquit, per vos blasphematur inter gentes. Cū igitur hoc maximē eos offenderet, etenim ex circūcisione credentibus nouum & admirabile videbatur, idcirco Petrum accusabant cū ad ipsos à Cæsarea rediret, qd ad homines habētes præpucium diuertisset, & cum his comedisset. Qui cū dei intellexissent dispensationē, adhuc etiā admirabantur, quo modo inter gentes donum spiritus sancti diffusum esset, & stupore quodam nūquam tam inopinatam rem se expectasse significabant: hoc cū intelligeret Paulus maximē eos tangere, in eo immoratur, vt eorum tam inflatam cōtundat superbiam: & quo nam pacto hoc faciat, vide: cū de gentibus disputauerit, ostenderitq; nullam eas habere excusationem, neque salutis spem, & accuratē eorum peruersam doctrinam, & immundam vitam accusauerit, ad Iudæos sermonem vertit, inde à propheta omnibus collectis, quibus ille asserit scelestos quosdam & dolosos, & subdolos, & quasi omnes simul inuites factos, & neminem deū requirere, & declinasse omnes, & alia huiusmodi, addit: Scimus autem quoniam quęcunq; lex loquitur, his qui in lege sunt loquitur, vt omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus deo. Omnes enim peccauerūt, & egent gloria dei. Quid te effers Iudæe: Quid superbis: etenim os tuum obstrusum est, & tua perit audacia, & cum omni mundo etiam tu factus es subditus, nec secus ac cæteri omnes vt gratis iustificeris indiges. Oportebat equidem & si bonus fuisset, ac multam in deo habuisset fiduciā, neque hoc pacto his qui consecuturi erant, & misericordiam & salutē pro humanitate inuidere. Maximā enim prauitatis est, vt aliorum commoda iniquo animo quis ferat, præcipuē si nullo suo detrimento id fiat. Nam si aliorū salus

[Mat. 20. b.]

[Roma. 3. d. & 10. c.]

[Ibid. 2. b.]

[Esaie 52. b. & Ro. 2. d.]

[Galat. 2. c.]

[Psal. 5. c. & 13. a. & Rom. 3. b.]

[Roma. 3. c.]

salus tuis commodis officeret, esset fortasse dolori tuo indulgendum, quanquam neque hoc sapientem deceat. Quod si neq; proximi damno aliquid tibi lucri, neque felicitàe detrimenti prouenit, quamobrem torqueris si quis gratis salutē assequitur? Oportebat sanē, vt dixi, etiam si bonis ac probatis es moribus, quę gratis gētib; salus elargita sit, eam minimē iniquo animo ferre. Cū autem domino eiusdē sis reus criminis, eumq; offenderis, alienis commodis doles & superbis, tãquam tibi soli sit obnoxius cui gratiam largiatur: hoc profectō non inuidię tantum & arrogantię, sed vltimę dementię est, & quantumuis grauissimis dignum supplicii. Superbiam nanque malorum omnium in te plantasti radicem. Idcirco sapiens principium eam peccati, hoc est radicem, fontemq; & matrem appellauit: per hęc primus homo à beata illa paradisi sede deiectus est, per hanc qui eum decepit diabolus à tantę dignitatis fastigio decidit. Quare cum versutus ipse, atque scelestus huius peccati naturam vimq; intelligat, quod ex ipso etiam cœlo possit creaturam deiicere, hanc viam aggressus est. Cū Adā ē tanta gloria deturbauit, quippe cū deo similem eum futurum polliceretur, superbia extulit, & ad ima præcipitem deuoluit. Nihil enim tam alienum à diuino amore hominem reddit. Nihil tam faciliē in gehennam intrudit, quām superbię infania, sub qua omnis nostra vita immunda est, quanuis pudicitia, virginitate, ieiunio, orationibus, eleemosyna, quanuis omni denique virtute præstemus. Immundus, inquit, apud deum omnis superbus. Coerceamus ergo hanc animi elationem, hunc fastum penitus tollamus, si mundi esse, & eo quod diabolo paratum est supplicio volumus liberari. Quod enim superbus eodem quo diabolus cruciatu damnetur: audi Paulum, non neophytū, ne in iudicium incidat, & in laqueum diaboli. Quod in iudicium? quem in laqueum? In eandem damnationem, & in idem supplicium. Quō nam igitur pacto hoc euitare discrimen poteris? si tecum eius naturam, multitudinem scelerum, tormentorum magnitudinem, & eorum quę in hac vita pulchra videntur fluxum, imbecillitatemq; nihil à fœno differentem, & vernis floribus languidiorem reputabis. Si hęc frequenter animo infederint cogitationes, & eorum qui rectē vixerint meminerimus: nullo nos conatu, nullis viribus diabolus inflare poterit, neque occasionem vllam aut causam qua nos oppugnet, inuenerit. Bonus autem & mitissimus humilium deus, ipse & vobis & nobis contritum præbeat & humiliatum: sic enim & hęc, & alia bona opera de nobis extare poterunt, ad gloriam domini nostri Iesu Christi, per quem & cum quo patri gloria, & spiritui sancto in secula seculorum, Amen.

[Ecl. 10. b.]

[Esa. 14. d.]

[Gen. 3. a. b.]

[1. Tim. 3. b.]

[Homilia. ix. ex cap. primo.]



Propria venit, & sui eum nō receperunt. Clemētissimus & benignissimus deus, dilectissimi, omnia & facit & molitur, vt nos ad sectandas virtutes illuminet, & vnumquenque bonum esse vult, neminem tamen cogit. Suadendo autē & benefaciendo voluntarios quoscuque & vltro sequētes allicit & ad se trahit. Propterea cū veniret in mundum, alij eum receperunt, alij neglexerunt. Nullū enim seruorum deus vult inuitum, nullum coactum: sed eos tantū, qui sponte sua ipsum optant, ipsum amplectuntur, & gratiam se ei seruitutis habere intelligunt. Homines enim, vtpote quibus necessariō seruorum opera & seruitio opus est, improbos & dictō non audientes ser-

uos, possessionis iure coërent. Deus autē cū sibi ipsi sufficiat, & nullius indigeat, nostrā dūtaxat salutis gratia omnia operatur, nosq; ipsos nostri arbitrij & iuris esse liberē permittit. Idcirco cogit neminē, ad nostrā enim tantūmodo spectat vtilitatem. Quod si nolētes ad seruiendū traheret, non secus eos haberet, ac si nullum præstitissent seruitiū. Quā nam igitur causa, dicit quispiam, eos qui ipsi parēre nolunt, supplicio afficit? Quid miratur gehennam his, qui præcepta transgrediuntur? Quoniam maiorem in modum eorum qui hortatu & suasionibus suis non adducuntur, curam habet: & cum bonus benignusq; sit, nec resiliētes missos facit, neq; fugientes negligit. Quam ob rem cū priorē, hoc est, beneficij viam contemnamus, nullisq; aut suasionibus, aut præmiis obaudire velimus, alterā pœnæ scilicet, & supplicij aggreditur, amarissimā quidem, maximē tamen necessariam: priore enim contempta, necessariō secunda agendum est. Nam & legumlatores multis & grauib; contra errātes supplicis animaduertunt, nō tamen eos propterea aspernamur, sed lōgē magis sanctionum illarum gratia veneramur: qui nulla nostra re indigētes, vel potius nescij qui futuri sint, qui ex ipsorum legibus fructum sint percepturi, tamen vitę nostrę curam habuerunt: eosque qui honestē & probē viuunt, laudibus: qui malē & perperam supplicio prosequuntur, & à sceleribus arcent, ac si humanam offendāt societatem. Quod si hos & diligimus, & admiramur, nōne longē magis deus ob immensam nostri curam amore nobis completendus est? Etenim maxima & illorum, & huius erga nos prouidentię differētia est. Ineffabiles profectō, & quę omnem excedunt cogitationem diuinę bonitatis diuitię sunt. Cōsidera quālo, In propria venit, non suę necessitatis gratia: sufficiens enim est, vt dixi, per se diuinitas, sed ad suorū vtilitatē: neque tamen sui eum ad ipsorū vtilitatē venientē receperunt, sed expulerunt: neque eum tantū expulerunt, verunetiā extra vineam eiectum occiderunt. Non tamen dei benignitas eos à pœnitētia exclusit, sed tam benignum, tam facilem se eis exhibuit, vt modō velint post tantā iniquitatem omnia abluerē & delere peccata, per fidem possint, & tanquam nihil vnquam sceleris commisissent, amicis annumerari. Quod autem non falso, neque inanis spei gratia hęc loquamur, ex apostolo Paulo planissimē cōstat, qui cū Christum post eius mortē persecutus esset, & eius testem Stephanū multitudinis manibus tradidisset, cū primū pœnituit, & errata sua cognouit, atque reprehendit: necnon ei quem tãtopere persecutus erat, se subiecit, & paruit, inter primarios & familiarissimos in prædicatorem & magistrum vniuersi orbis assumptus est, cū paulō antē blasphemus fuerit, persecutor, contumeliosus: vt ipse de dei salute benignitateq; exultans, nullo rubore testatur, sed literis tanquam monumento cuidam quę superiori tempore temerē commiserat, mandauit: melius ratus pristinam vitam suam ab omnibus accusari, diuini muneris magnitudinem ostendendo, quām si ineffabilem dei benignitatem obscurans, errorem suum palām gentibus facere veritus esset. Propterea aliquoties persecutiones, insidias, bella, quę in ecclesia molitus est, meminit, & nunc quidē: Non sum dignus vocari apostolus, inquit, eo quod persecutus sum ecclesiā dei: nunc quod venit Iesus, vt saluos faceret peccatores, quorum primus ego sum. Et iterum: Audistis meam conuersationē aliquando in Iudaisimo, quōd maximē persecutus sum ecclesiam dei, & expugnabam illam. Tanquam enim vicem Christo

[Infr. 21. d.]

[Acto. 7. g.]

[1. Cor. 15. b.]

[1. Ti. 1. c. d.]

[Galat. 1. c.]

Christo

Christo redderet patientiæ, quam ipse in se habuerat, ita promptè & ingenuè, quantopere à principio Christum oppugnauerit, & quo pacto hostis & inimicus sit salutem consecutus, profitetur, ex quo bonam etiã spem desperantibus præbet. Nam propterea inquit se misericordiam à Christo consecutum, vt & patientia, & immensa bonitatis eius diuitiæ in ipso primùm ostenderentur, ad informandum eos qui credituri erant in ipso in vitam æternam. Grauiora enim ab ipsis commissa erant, quàm quæ venia digna essent: quæ quidem euangelista ostendens, inquit: *In propria venit, & sui eum non receperunt.* Vnde venit qui omnia implet, qui vbique præsens est: Quem locum aduentu suo vacuum reddidit, qui omnia manu cõprehendit, omnia sustinet? Locum quidè nullum. Quo modo enim id fieret? Suo autem ad nos descensu id fecit: Quoniam etsi in mundo erat, adesse tamen non videbatur, cum adhuc non cognosceretur: post autem seipsum ostendit, cum nostram carnè induere dignatus est, & hanc eius apparitionem & descensum, aduentum appellat. Admiratione profectò dignum, vt discipulus in magistri sui contumeliis commemorandis nõ erubescat, sed aperit omnia literis mandet. Etenim nõ paruum hoc veritatis est argumentum. Nam quem pudet, gratia accipientium, non facientium contumeliam pudere oportet. At hic post tãtam iniuriam magis etiam claruit, cum ad eò hominibus contumeliosis consuluerit. Illi autè iniqui & scelerati omni iudicio apparuerunt, cum tam beneficium, tam liberalè tanquam inimicum, atque hostem expellerent. Neq; in hoc tantum sibi ipsis obfuerunt, sed quod non affectu sunt, quæ essent, si eum recepissent. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri. Quid non dicis nobis Ioannes eorum etiã supplicium, qui eum non receperunt: sed tantum quod sui erant, & in propria venies, à suis minimè receptus est: quod autem ex hoc eis supplicium maneat, silentio præteristi. Ita enim maiorem in modum eos perterrere, & duriciem illam ingratiitudinis mollire poteris. Quã nam igitur gratia id subiticiuit? Et quod nam maius supplicium esse posset, quàm si in eorum ponatur arbitrio filios dei fieri, & nolint, sed sponte sua, tanta se nobilitate, tanto honore indignos efficiant? Verum enimvero non in hac duntaxat vita cruciabantur, cum nihil acceperint, sed in ignè etiam damnabantur perpetuum, vt in sequentibus patebit. Hoc autem in loco, eum recipientium immensa bona breui enarrat: Quotquot autem receperunt eum, inquit, dedit eis potestatem filios dei fieri. Siue serui sint, siue liberi, siue Greci siue Barbari, siue sapientes siue insipientes, siue viri siue mulieres, siue pueri siue senes, siue nobiles siue ignobiles, siue diuites siue pauperes, siue principes siue priuati, omnes, inquit, eodem dignati sunt honore. Fides enim & spiritus sancti gratia, mortalium omnium diuersitatem comprehendens, in vnam redigit formam, & vno regio charactère imprimat. Quid huic humanitati par? Rex qui ex eodem quo nos luto formatus est, conseruos qui eandem cum ipso naturam communicant, & nonnunquam melioribus præditi sunt moribus, non dignatur in exercitum suum adscribere, si seruili sint conditione. Vnigenitus autem dei filius neque publicanos, neque magos, neq; seruos, & his etiã despiciat, & superiores homines, nonnullos etiam manco, distorto, & sordido corpore in filios accipere nõ dedignatur. Tanta fidei vis, tanta gratiæ exuberantia: & quemadmodum ignis si metallorum terram attigerit, eam quamprimum aurum reddit: sic &

longè magis pro luteis aureos eos baptisma facit, quos abluerit, cum spiritus sanctus tanquã ignis illa ipsa hora animos nostros ingrediatur, & terrena absumpta similitudine cœlestem illam nouam & claram tanquam ex fornace fulgètem referat. Et cur non dixit, fecit eos filios dei fieri? Vt ostenderet multa nobis opus esse diligentia, vt adoptionis nobis per baptisma impressam imaginem, puram seruemus atque intactam. Præterea quod nemo hanc nobis potest auferre potestatem, nisi primùm nobis ipsis abstulerimus: si enim qui ab hominibus authoritatem aliquã accipiunt, tantum ferè possunt, quantum qui dederint: longè magis nos qui hunc à deo honorem assecuti sumus, si nihil hac indignū fecerimus potestate, omnium erimus potentissimi: cum qui hoc nos honore dignatur, inter omnes maximus sit & præstantissimus. Simul autè declarare voluit gratiam non temerè, neq; sine labore nostro in nos infundi, sed cum ipsi volumus, cum eam inquirimus. In nostra enim potestate est filios dei fieri. Quippe nisi primùm ad eam accipiendam promptum animum exhibeamus, neque diuinum ad nos munus accedit, neque quicquam in nobis operatur. Vbiq; igitur non violentum, non coactum, sed voluntarium penitus & liberum nobis ostendit arbitrium, quod in hoc loco significauit. In ipsis enim arcanis & supernis bonis, dei quidem est, dare gratiam: hominis autem, fidem exhibere. Præterea in subsequenti tempore non parua opus est diligentia. Si quidem ad animæ puritatem seruandam, non satis est baptizari duntaxat & credere: sed si perpetuò ea frui mundicia & pulchritudine volumus, dignam se vitam exhibere oportet. Talè se nobis deus exhibuit. Quod enim per mysticam generationè omni priori crimine abluamur, per baptisma nobis largitus est. Quod autè in puritate mentis in posterum perstemus, neque vllis amplius sordibus vitam coinquinemus, nostræ virtutis est & diligentia. Idcirco & generationis modum memorat, & carnalium partuum comparatione hanc significat excellentiam, cum inquit: *Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex deo nati sunt.* Hoc autè fecit, vt vilitate & humilitate prioris partus ex sanguinibus, & carnis voluntate, & magnitudine præstantiaq; alterius qui per gratiã fit, cognita, magnum quiddam inde de deo & genitoris nostri beneficio sentiamus, neque paruam deinceps curam adhibeamus: verum maiorem in modum nobis formidandum est, ne pulchra hac stola, segnicie postmodum & sceleribus nostris sordidata, è cubiculo thalamoq; euicimur: vt quinque illæ virgines fatuæ, & is qui nuptialem vestem nõ habebat: siquidem ille ex conuiuio erat, inuitatus enim & ipse fuerat, sed quoniam inuitatus, & tanto acceptus honore, dominum qui se inuitauerat contumelia affectit, audi quàm miseram, quàm luctuosam pœnam dederit. Cum enim ad tam splendidam, & tam lautam mensam veniret, nõ modò conuiuio prohibitus est, verum & manibus ligatis & pedibus in tenebras mittitur exteriores, vbi & perpetuus fletus est, & stridor dētium. Nolimus igitur, nolimus inquam dilectissimi, fidem nobis ad salutem satis esse existimare. Nam nisi vitam puram exhibuerimus, & hac cœlesti vocatione digna nos induerimus vestimenta, quibus ad nuptias admittamur: nihil nos eripiet, quin eodem quo miser ille afficiamur supplicio. Etenim indignū est, cum deus & rex viles & abiectos, & nullo honore dignos homines conuocare, & à truiuo ad mensam suam accerere non erubescat: nos tãtam præferamus temeritatē, vt

nc tanto

Liberi ar-
bitrium.

Hoc autè
in nobis
fecit ipse
deus.]

Mat. 25. a
Ibid. 22. b

ne tanto quidè honore allecti, meliores efficiamur, sed post vocationem in eadè perseueremus malicia, adeoq; in incredibile vocatis insaniamus humanitatem. Non enim idcirco nos ad spiritalem hanc, & verèdam mysteriorum vocauit societatem, vt veteri coinquinati malicia ingrediamur: sed vt omni abiecta turpitudine, nõ indignas regis conuiuio vestes induamus. Quod si ea vocatione digna facere nolimus, non ei qui talem obtulit honorem, sed nobis imputemus. Siquidem non ille nos à tam admirabili conuiuio cœtu, sed nos ipsos euicimus. Ille quod suum fuit, summa parauit diligentia: nuptias fecit, mensam sterni iussit, seruos vocatum nos milit, venientes benignè, & maximo honore accipere dignatus est: nos autem ipsum, conuiuas, nuptias, sordidarum vestium contumelia, hoc est, sceleribus nostris afficientes, non iniuria euicimus. Hoc enim pacto & nuptias, & conuiuas honorat, cum temerarios & impudentes expellit, aliter reliquos inuitatos offenderet. Sed abfit, vt quispiam talem experiatur vocationem. Idcirco priusquam hæc fierent, mandata sunt literis, vt earum minis perterriti, nostros cõpesceremus affectus, neque hanc ignominiam ad supplicium re ipsa, sed verbote nus experiri sineremus. Cãdida igitur & pura stola induti in vocationè illam proficiscamur, quam vnam omnes cõsequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per què & cum quo patri simul & spiritui sancto gloria in secula seculorum, Amen.

Homilia .x. ex cap. primo.

Hoc verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Vnũ vos in præsentia antequam ad euangelica verba veniamus rogatos volo, id ne contemnat, obsecro. Quippe cum nihil graue, nihil factu difficile petamus, neque accipienti mihi solum utile, verum exhibetibus vobis longè vtilius. Quid igitur à vobis contendimus: vt vna die in hebdomade, vel saltem sabbato, curæ vobis sit euangelicas legere lectiones, quas ante has conciones in manibus habere, domi frequenter repetere, earum diligenter sensum disquire, quid clarum, quid obscurum in his sit, adnotare velit, quid pugnare videatur, cum nõ pugnet: ita omnibus penitus examinatis, his vos concionibus quàm attentissimos exhibeatis. Hoc pacto non parum vtrisque nostrum emolumentum prouenerit. Siquidem nobis non multo opus erit labore, vt euangelij vim ostendamus, cum domi ipsam vobis sententiam quantum ad verba iam familiarem reddideritis: vos autem & acutiores & perspicaciores efficiemini, non ad audiendum, & doctrinam duntaxat præcipiendam, sed & ad docendum alios. Nã multi in præsentia hic audiunt, qui simul omnia & euangelij verba, & quæ super his à nobis dicuntur, memoria mandare conantur: non tamen etiam si annum in hoc consumeremus, admodum proficerent. Quam ob rem: quoniam obiter ac negligenter, & in sola tantum ecclesia breui tempore meis vacant sermonibus. Quod si qui sunt qui negocia occupationesq; & publicarum priuatarumque rerum curas causantur: Primùm in hoc non parum errant, quod in tot rebus versantur, & ita semper secularibus negociis affixi sunt, vt ne minimum quidem in his quæ maximè necessaria sunt, studium impendant. Deinde friuolam & nullius momenti excusationem afferunt, cum ipsos reprehendere hac in parte eorum cum amicis possent consuetudines, & moræ in theatris, & confessus, vt eorum certamina speculentur, in quibus sæpenumero

diem totum consumunt: nõ tamen in his alias causantur occupationes. Præterea rebus vilibus omni reiecta excusatione diligens adhibere studium potestis: diuinis autem si quando vacandum est, adeo vobis inutilia & nullius momenti videntur, vt ne minimam quidem curam in his ponendam ducatis: & quò nam pacto, qui ita sentiunt, spirare, solème cõspicari digni sunt? Est & alia his oscitantibus inepta excusatio, librorum videlicet inopia. Et diuitibus quidem ad hoc respondere ridiculum est. Verum cum multos pauperes hæc frequenter excusatione vt existimem, cum his parumper iocari, atq; ita eos percõtari placet, nõ quid omnia artis suæ habeant instrumenta, etsi inopia in his cõparandis admodum impediatur: nõne igitur absurdum est, hinc non causari paupertatem, sed diligenter attendere, ne quid sibi ad artem suã necessariũ deficiat: vbi autem tantam sint cõsecuturi vtilitatem, occupationes desere, & inopiam? Verum si quis tam pauper esset, vt nullo pacto libros sibi cõparare queat, ei ex continua quæ hic habetur lectione, nihil ex diuinarum literarum sententiis ignorare licet. Quod si impossibile vobis videtur, non immerito videtur: plerique enim paruam his sermonibus attentionem adhibent, sed vix paucis auditis, quamprimum domum reuertuntur: si qui remanserint, nihilo his qui abierunt meliores, corpore solo adsunt. Sed ne amplius querimoniis vos tædio afficiam, & tempus frustra conteram, agitè euangelium aggrediamur. Tempus enim iam propositis verbis nostram accommodare orationem. Sed excitemini quæso, ne quid vos prætereat. Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Cum dixisset ex deo natos, & filios dei factos, qui eum receperunt: tanti honoris causam adiecit, Quod verbum caro factum est, & serui formam dominus accepit: Factus est enim filius hominis dilectissim⁹ dei filius, vt filios hominum filios dei faceret. Supernum nanque cum humili copulatum est, illud quidem nullo in propriam gloriam detrimento affectum: hoc autem ex multa elatum humilitate, quod certè in domino factum est: suam nanque naturam descensu suo nihilo inferiore reddidit, nos autem cum in ignominia antè & in tenebris effemus, & superna erexit gloriam. Non aliter quàm cum rex inopem medicumque studio & beneuolentia quadam alloquitur, nihil se indignum facit, illum verò omnibus admirandum reddit: quod si in cõtingenti hominum dignitate nihil honoratiorem abiectioris cõsuetudo offendit, multò minus immortalẽ illam substantiam, cum nihil non propriũ habeat, nihil aduenticiũ, nihil quod adfit & absit, cum omnia bona firma, stabiliq; in eternum possideat: itaque cum audieris, Et verbũ caro factum est: ne perturberis, neve titubes: nõ enim substantia trãsuit in carnem, hoc etiam cogitatu impium est: sed eadem permanens, serui formam accepit. Sed quã nam gratia hoc verbo, factum est, vtitur? Vt hæreticorum os obstruat. Cum enim sint, qui dicant imaginationem quandam & figmētum esse, quæcunque de incarnatione feruntur: ab ipso principio eorum excludes blasphemiam factum esse asserit, neque substantiæ mutationè, quod absit, sed veræ carnis vult acceptionem ostendere. Quemadmodum enim cum inquit: Christus nos redemit ex maledictõ legis, factus pro nobis maledictum: non intelligit substantiã eius à propria gloria separatam in maledictũ versam: hoc enim neque demones ipsi, neque stultissimi & naturali sensu penitus carentes opinarentur, tantã ea opinio saperet vna cum impietate

* ex deo & factus, & factus aduenticiũ.

Philip. 2. b

Gala. 3. b

impietate stulticiā. Non igitur hoc dicit, sed quod pro nobis maledictum accipiens, nō finit nos amplius maledictos esse. Itidem hoc in loco, carnem, inquit, ipsum factum esse: non quod mutauerit carne substantiam, sed quod carnem accepit, nulla parte coinquinata substantia. Quod si qui dicerent omnia in dei esse potestate, & idcirco in carnem potuisse transferri, id eis responderemus: Deū profecto omnia posse, quousque deus permanet: si autē mutaretur & in deterius, quō nam pacto deus amplius esse posset? Longē enim ab immortalī illa natura est trāsmutatio. Vnde propheta: Omnes, inquit, vt vestimentum veterascēt, & sicut opertorium mutabis eos, & mutabūtur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Hęc enim substantia omni mutatione superior: nec quicquam est ea præstantius vt ad id proficiendo perueniat. Sed quid dico præstantius? Neq; est quicquam deo par. Nihil ei, ne minima quidem in re equiparatur. Sequitur ergo ipsum in deterius mutatum esse, si mutatus esset. Hoc autem nullo pacto deus esset, sed blasphemia, quæ in eorum qui hæc dicerent, caput verteretur. Sed quoniam propter hoc dūtaxat, factum est, inquit, ne id opinareris, animaduerte ex his quæ sequuntur, quo pacto rationem illam, & prauā omnem auferat suspicionem. Subdit enim: *Et habitauit in nobis, tantum non dicens, nihil absurdum suspiceris, cum factum dicimus. Non enim immutabilis illius nature mutationem, sed diuerforiū & habitationem [mutatam] dixi. Habitare autem non idem est quod habitatio, sed alterum in altero habitat, aliter non esset habitatio. Si quidem nihil in seipso habitat. Alterum dixi secundum substantiam: vnitate nanque & cōiunctione vnum est, deus verbum, & caro: non confusione, aut interitu substantiarum, sed arcana quadam & inexplicabili vnitate. Quo modo autem hoc sit, noli disquirere, factum est vt ipse nouit. Sed quānam habitationē habitauit, audi prophetam: Sulcitate tabernaculū Dauid, quod cecidit. Cecidit profecto natura nostra, eo casu vt restitui nullo pacto a quoquam, nisi ab illa potentissima manu posset: neque enim aliter exurgere poterat, nisi qui in principio eam effinxerat, manum porrexisset, & cœlitus aque & spiritus regenerationē informasset. Et animaduerte quæso admirandum, atque arcanum mysterium, perpetuō enim hoc habitat tabernaculū. Carnem nostram induit, non vt rursus dimitteret, sed omni cum ea tempore habitaturus: aliter enim regio eam throno nec ipsam fecisset indignam, & omnium angelorū exercitui, angelis, & archangelis, thronis, dominationibus, principatibus, potestatibus inferiorum constituisset. Quæ oratio, quæ mens, quātum honorem humano generi deus exhibuit, mirificum profecto & admirādum, explicare poterit: quis angelus? quis archangelus? nihil quod in cœlis est, nihil quod in terra. Eiusmodi enim dei in nos beneficia sunt, tam magna, tā excellentia, vt non solum mortalium linguam, sed angelorum virtutem eorum exuperet explanatio. Quam ob rē iam orationi nostræ finem imponemus, si prius vnum vos faciemus admonitos, vt scilicet ei vicē reddamus, qui tam bene de nobis meritus est: quod si fecerimus, ad nos rursus omne lucrum referetur. Tunc autem ei vicem reddiderimus, cum anima nostra nobis cure fuerit. Et profecto in hoc quoque domini videre licet benignitatē, qui cum nemine nostrum indigeat, referri tamen sibi vicem dicit, cum animam nostram non neglexerimus. Quare vltimæ amentia est, & innumeris dignū supplicii, nisi pro viribus contendamus tales nos exhibere, qui tanto frui*

A honore mereamur. Et maximē cum operū nostrorum ad nos omnis redditura sit vtilitas, & multa præterea nobis bona proponātur, pro quibus omnibus gloriam diuinæ demus clementiæ, non verbis solum, sed re ipsa: vt futurorum bonorum fiamus participes, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem & cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto in secula seculorum, Amen.

Homilia. xi. ex cap. primo.



I vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti a patre plenum gratia & veritatis. Fortasse vehementius, quā opus sit nuper vobis & graues vifsumus & molesti, acrioriq; contra vos & delidiam vestram accusatione orationem nostram profecti sumus. Quod si ea tantum gratia fecissemus, vt dolore afficeremini, non immerito esset ab omnibus iniquo animo ferendum. Verum si cum omnium vestrum communem spectarem vtilitatē, vestram nobis conciliare gratiam contempsimus, si non voluntati nostræ veniam, saltem, si æqui iudices eritis, amorī dabit. Et enim non parua nos formido incelsit, ne quando orationi nostræ negligentius vobis aures adhibētibus, attentione & industria remissiore grauius in vos diuinam irritaretis indignationē. Quam ob rem frequēter vos excitare adnitimur, & somnum excutere, vt ne minimum quidem concionis nostræ verbū inauditum prætereat. Hoc enim pacto fidēter & hanc vitam agere, & in die illa ante Christi tribunal impauidi adesse poterimus. Cum igitur superiori die satis vos admonitos fecerimus, agitē hodie ab his verbis exordiamur. *Et vidimus, inquit, gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti a patre.* Cum dixisset euangelista nos filios dei factos, neque aliter quā per verbum quod caro factum est: alterum item emolumentū affert, quod inde cōsequimur. Quid nam id est? Et vidimus gloriam eius, gloriā quasi vnigeniti a patre. Nō vtique visuri, nisi per socium corpus nobis apparuisset. Nam si Iudæi gloriosam Moysi, cum nostræ esset nature particeps, faciem conspicari nō potuerunt, sed homini etiam iusto opus fuit velamento, quod eius gloriæ magnitudinē obumbraret, vt illis qui eius aspectum non perferebant, spectabilem redderet: quōnam pacto nudā & ipsis supernis virtutibus inaccessibleē diuinitatem, nos ex luto & terra facti ferre possemus? Idcirco habitauit in nobis, vt ad ipsum accedere, cū ipso loqui & conuersari audenter liceret. Quid autē significat, gloriam quasi vnigeniti a patre? Quoniam multi etiam prophetarū glorificati sunt: vt idem ipse Moyses, vt Elias, vt Heliseus: ille ab igneo curru tractus, hic autē simpliciter receptus: & post hos Daniel, & tres pueri, & alij complures quicunque miracula fecerunt, & angeli qui hominibus apparuerūt, & suæ nature clarissimam lucem spectantibus ostenderunt. Neque angeli solum, sed & Cherubin & Seraphin multa cū gloria a propheta visa sunt. A quibus omnibus hoc in loco euangelista abduxit, & a creatura & conseruorum nostrorū claritate mentibus nostris amoris, in ipso nos bonorū culmine cōstituit: ac si dicat, Non propheta, non angeli, non archangeli, non cœlestium virtutum, non creatæ alicuius nature, nō cuiuspiam alterius rei, sed ipsius domini, ipsius regis, ipsius dilectissimi vnigeniti filij gloriā vidimus. Id autē verbum, quasi hoc in loco non similitudinis est, neque parabola, sed confirmationis & definitionis certissime, quasi dicat: Vidimus gloriā qualem deceat, & credibile sit habere vnigenitum,

Matth. 7. d

Matth. 2. d

Luc. 2. b. c

Matth. 3. d

Matth. 4. d

vnigenitum, & dilectissimum omnium regis dei filium. Neque hoc loquendi genus præter morem inuenitur. Neque recusabo a communi etiam consuetudine id confirmare. Neque enim ad verborum speciem, neque ad compositionis ornatum propositū est nobis in præsentia orationem habere, sed ad vestram duntaxat vtilitatē. Quapropter nihil prohibet ex vulgi verbis hunc dicendi morem ostendere. Quōnam pacto? Qui regem aliquādo preciosissimo cultu ornatum, preciosisq; vndique fulgentem lapidibus conspicati, aliis speciem illam ac maiestatem enarrare volūt, purpureum florem, gemmarum magnitudinem, albas mulas, auratos currus, solium adstantium oculos nimio fulgore perstringens, pro viribus enarrat. Cum verō & his & aliis collectis cultum illum omnē maiestatemq; verbis cōprehendisse sibi non videantur, continuō addunt: Quid multis opus est: vno verbo dicā, quasi rex. Cum ex hoc verbo, quasi, non regi similem, sed ipsum regem velint significare: ita hoc in loco euangelista, quasi, inquit, ad gloriæ maiestatem & incomparabilem excellentiam significandam. Reliqui nanque omnes & angeli, & propheta, iussi omnia operabantur, ipse autem ea potestate quæ & regem deceret & dominū. Quod quidem & turbæ admirata sunt, quod doceret eos sicut potestatem habens. Apparuerunt itaque, vt dixi, etiam angeli cum gloria multa in terra: vt in Daniele, in Dauid, in Moyses, sed tanquam serui, & qui domini mandata exequerentur: ipse autem tāquam omnium dominus & princeps, & licet sub vili & abiecta specie se ostendisset, creatura tamen dominum suum agnouit. Quōnam pacto? Stella e cœlo Magos vocauit, qui eum adorarent. Angelorum cœlestium cœtus in terra apparuerunt, qui & domino seruirent, & eum laudarent. Alij item præcones surrexerunt, omnes admirabile hoc mysterium euangelizantes. Pastoribus enim angeli, ciuibus pastores, Mariæ & Elizabeth Gabriel, his qui in templo erāt, Anna & Simeon annunciauerunt. Nec viri tantum & mulieres lætati sunt, verum etiam infans nondum in lucem editus. Cuius inquam eremi, & eodem quo hic euangelista nomine appellatus, adhuc in vtero matris gaudio exultauit, & omnes spe maximē erigebantur, & hæc quidē circa partus tempora. Verum cum seipsum magis ostendit, longē prioribus maiora miracula apparuerunt. Siquidem non amplius stella, non cœlum, non angeli, non archangeli, nō Gabriel, non Michaël, sed ipse eum cœlitus pater prædicauit: & cum patre ipse paracletus vnā cum voce in ipsum descendens, & manens super eum. Hac profecto gratia dicebat: Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti a patre. Accedit ad hoc quod non pastores tantum, neque viduæ, neque senes nobis Christum annunciant: sed ipsa quoque rerum vox omni tuba clarius proclamat, quæ tanta fuit, vt quamprimum hic quoque exaudiretur, abiit enim in Syriam auditus eius, inquit. Tunc cœlum terra facta est, cum cœli dominum contineret, quem omnibus manifestauit, vbique clara voce professa, cœlorum regem aduentasse, dæmones enim vndique exilientes diffugerunt, diabolus oppressus abscessit, ipsa mors primum succubuit, mors penitus abolita est, omne morborum genus disperit. Siquidem mortuos emiserunt sepultura, insanos dæmonia, ægrotos morbi reliquerunt: & plurima admirationis plena & stuporis, & præter omnium expectationem apparuerunt, & quæ non immerito desiderarunt videre propheta, & non viderunt. Videre enim licuit formatos oculos, & quod in

A omnium votis esse poterat, videre scilicet quōnam pacto Adam deus de terra effinxerit, id breui omnibus, & in potiore corporis parte ostensum est. Membra præterea dissoluta restitui, & corpori apte conglutinari, manus emortuas moueri, pedes dissolutos repetē profilire, surdas aures aperiri, & mutā linguā clara voce proloqui. Siquidem quemadmodū optimus architectus domum situ & vetustate labantem, ita communi hominum natura accepta, eius perditas restituit partes, disuncta & abscissa copulauit: & quæ profus ceciderant, erexit. Quid autem opus est, vt animæ formationē longē corpore admirabiliorem verbis prosequamur? Magna fanē corporis præstantia, anima tamen tantō præstantior, quantō corpore melior. Neque hac tantum ratione, sed quoniā corporis natura, quocunque ipsam opifex ducere velit, eō sequitur, neque resistit: anima autem sui iuris vim in se habet operandi, neque vlla in re deo, nisi velit obtemperat: inuitam enim & coactam minime vult deus bonam, & virtutibus præditam reddere: neque id animæ virtuti esset adscribendum, sed sponte sua bona sit, & sibi virtutem complectendā persuadeat oportet. Quamobrem difficilius huius est, quā illius cura. Veruntamen omnis emendata est, omnis fugata malicia: & quemadmodum corpora bene curata non in bonam tantum valetudinem, sed in bonum pristinum habitum restituntur: itidem animas deus non a viciis solum purgavit, sed ad ipsum etiā virtutis cacumen extulit: & publicanus apostolus factus est: persecutor, blasphemus, calumniator, orbis terrarum prædicator apparuit: Magi Iudæorum magistris effecti: latro paradisi ciuitate donatus: meretrix fide incredibilis effulsit: Cananæa & Samaritana & ipsa fornicatrix, hæc ad ciues suos prædicatoris munere functa, ciuitatē totam irretiens, vniuersos in Christi fidem traxit. Illa fide & fedulitate effecit, vt filia anima a malo dæmone liberaretur. Et alij longē his peiores statim in discipulorum numerū accepti, omnes repente corporis ægrotudines, omnes animi affectus mutauerunt, & in sanitatem, ipsumq; virtutis apicem euaserunt. Nec duo tantum, aut tres, non decem, non centum, sed totę ciuitates & gentes facillimē Christi fidem acceperunt. Quid ego præceptorum sapiētiam, cœlestium legum virtutem, angelicæ vitæ disciplinam enarrem? Talem enim nobis vitam proposuit, tales apud nos leges condidit, & tales mores instituit, vt qui his vtentur, angelorum mox naturam induant: & quantum homini liceat, deo similes reddantur, etsi omnium hominum maliciam excefferint. His igitur omnibus ab euangelista collectis, in corporibus videlicet & in animis, in elementis, Christi miraculis, præceptis arcanis illis, & cœlo altioribus donis, legibus, moribus, persuasionibus, futurorum promissionibus, eiusq; tormentis & cruciatibus, in admirandam hanc & cœlestis doctrinæ plenam vocem prorupit. *Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti a patre plenum gratia & veritatis.* Neque enim miraculorū gratia Christum duntaxat admiramur, sed & passionis, vt cum affixus est cruci, flagellis & alapis cæsus, & insputus ab his, de quibus tam bene merebatur. Siquidem in his ipsis, quæ probri & ignominia plena esse videbantur, ipsum rursus verbum clarissimum apparuit, hoc Ioannes gloriam appellauit. Non enim charitatis solum & amoris fuerat, sed immensæ etiam virtutis. Tunc enim mors abolita est, maledictum periit, dæmones confusi sunt, & de his triumphatum est, chirographū cruci affixum. Verum cum sensu ipso visus hæc non deprehenderentur,

Psal. 101. d

Amos. 9. c

nec ipsam fecisset indignam, & omnium angelorū exercitui, angelis, & archangelis, thronis, dominationibus, principatibus, potestatibus inferiorum constituisset.

Exod. 34. d

4. Reg. 2. b

* Quasi, quasi.

tur, etiam corporea ipsum vnigenitū dei filium, & totius naturæ dominum certissimè demonstrarunt. Quippe cum primū sanctissimū corpus cruci affixum est, sol radios abscondit, vniuersa terra concussa & tenebris operata est, sepulchra aperta sunt, & mortuorū multitudo surrexit, & ciuitatē ingressa est: & cū lapis monumento impositus esset: & custodes adhibiti, qui in crucem sublati, qui clauis affixi, qui mortui erant, resurrexerunt. Præterea potestate multa vndecim implens discipulos, per vniuersum orbem dimisit, qui humano generi ad meliorem frugem vita directā mederentur, & cælestis doctrinæ cognitionem quocūque terrarum disseminarent, dæmonium euerterent potestatem, magnas illas & arcanas diuitias edocerent, nobis animæ immortalitatem, sempiternam corporis vitam, & quæ intellectum nostrum excedunt, nunquam finem habitura præmia annuntiarent. Hæc & alia plura reputans beatus hic euāgelista, quæ is quidem nouit, scribere autem non est ausus, eo quod mundus ea nō caperet: omnia enim, inquit, si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere eos, qui scribendi sunt libros. Hæc inquam omnia reputans exclamauit: *Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre, plenum gratiæ & veritatis.* Qui igitur tanta & tam admiranda audire, & tot muneribus frui meriti sunt, eos etiam vitæ ea dignam doctrinam exhibere oportet, vt illis fruatur bonis. Idcirco dominus noster Iesus Christus in mūdum venit, vt non solum in hac vita eius gloriam, sed futurā quoque videamus. Propterea inquit: Volo vt vbi ego sum, & ipsi sint, vt videant gloriam meam. Quæ si tam clara, tam eximia est, quidnam de ea quispiam diceret? Non enim nobis degetibus in hac terra corruptibili, neque in fluxis & caducis corporibus in quibus sumus, sed in perpetua & immortalī creatura apparebit, & tāto splendore, vt nulla possit ratione comprehendī. O beati, ter inquam & sapius, qui gloriæ illius digni habitū sunt spectatores fieri, de qua exclamans propheta inquit: *Tollatur impius, ne videat gloriam dei.* Sed absit, hoc cuiquam vestrum accidat, vt eam aliquando non videat: ad quam assequendam nisi summa vtamur diligentia, possemus sanè dicere, bonum esse si nati non essemus. Quid enim viuim? Quid spiritum ducimus? Quid sumus, si illo priuamur aspectu, si dominus noster tunc à nobis videri nō permittetur? Nā si illi qui Solis lucem conspiciari nequeunt, omni morte miseriorem vitam degunt, quid eos perpeti credendū est, qui illa luce priuantur? Siquidē in hoc seculo cæcitatē duntaxat damnatum est, in illo autē non in visu tantum lædimur: quāuis hæc sola priuatio sit grauiſſima, vt neque etiam sic par esset supplicium: sed tantō id grauius, quantō sol ille quāuis hic est sine comparatione præstantior. Verū aliud quoque supplicium expectandum est, quippe qui luce illa caruerit, nō modō in tenebras intrudetur, sed perpetuō ardebit, consumetur, dentibus stridebit, innumeris pœnis cruciabitur. Nolumus, quæso, nos ipsos cōtemnere, & breui huius vitæ desidia in æternum damnari supplicium, sed vigilemus, sobrii simus, omnia & faciamus, & operemur, vt æternis illis potiamur bonis, & fluium illum igneo flagore perfluentem ante horrendū Christi tribunal longè diffugiamus: in quem qui semel incidit, ei nunquam reditus datur. Nemo eum inde, non parentes, non frater, eximere amplius poterit, quod & ipsi prophetæ clamitant, vnus quidem dicit: *Frater non redimit, redimet homo?* Ezechiel vero quiddam etiam amplius: *Si staret Noë & Iob & Da-*

Ioan. vlii. g
Infra. 17. d
Esaie. 26. b
Psal. 48. d

niel, filios suos & filias nō liberarent. Siquidem vnum duntaxat illic patrociniū est, operum videlicet, quo qui caruerit, aliunde nusquā salutis locus est. His itaque frequenter animo agitat, vitam nostram nullis coinquinatam sordibus, clarā, mundamq; reddamus, vt fidēter dominum nostrum cernere, & promissa assequi bona possimus, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quē & cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto in secula seculorum, Amen.

Homilia. xij. ex cap. primo.


Ioannes testimonium perhibet de ipso, & clamat dicens: *Hic erat quem dixi, qui post me venturus est, ante me factus est, quia prior me erat.* Nunquid frustra currimus: frustra laboramus: nunquid super petram semen iacimus? nūquid secus viam, an inter spinas nobis insciis semina cadunt? Anxij enim sumus, & maiorem in modum formidamus, ne agricultura nobis sterilis euadat. Neque hoc dico quod verear ne in laboris huius mercede capiam detrimentum: non enim eadem conditione, qua agricolæ, sunt verbi diuini præceptores. Siquidē agricolæ post annuos sudores & miseram illam laboriosamq; vitam si terra aliquādo pro operis in se impensis non respondeat, nemo alius eius dānum instaurare potest, sed pudibundus, tristisq; ab area domum ad vxorem & filios reuertitur, & quem longi laboris mercedem petat, habet neminem: in nobis autem nihil huiusmodi vsu venit, sed licet culta terra nullum afferat fructum dummodo nos nullum substraxerimus laborē, & eius & noster dominus vana nos spe dimissos non frustratur, sed remunerat. Vnusquisque enim, inquit, propriam mercedem accipiet secundum proprium laborem, non secundum rerum euentum. Et tu, inquit, fili hominis testificare populo huic, si forte audiant, si forte intelligant: & per Ezechielem: *Si speculator prædicat quid fugere, quid eligere oporteat, animam suam liberauit, quanuis nemo attendat.* Verū enim uero licet firmum hoc solatiū & remunerationis fiduciam habeamus, cum nihil vos bene operando proficere videamus, nihilo melius afficimur quā agricolæ illi, qui demisso vultu & rubore perfusi anguntur, & suam desinent calamitatem. Hoc magistri misericordia est, hoc patris cura. Etenim Moses cū à Iudæorum ingratitude liberari posset, & alterius gentis potiorem, longeq; maiorem accipere principatum: *Dimitte me, inquit, vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamq; te in gentem magnam.* Cū sanctus & dei seruus esset intimus, ne audire quidem id sustinuit, sed potius vnā cum his qui sibi semel crediti errāt, perire, quā sine illis saluus esse & ad maiorem dignitatem assumi, prætulit. Huiusmodi esse oportet cui animarum cura commissā est. Est nanque absurdum vt prauorum filiorum pater, nolit nisi eorū quos genuit pater appellari. Nos autem discipulos quotidie nunc hos, nunc illos mutemus, erga neminem amicē, familiariterq; affecti. Sed absit, vt de vobis vnquam hæc suspicio suboriatur. Confidimus enim vos fide in dominum nostrū Iesum Christum, & mutua in omnes charitate abundare: sed hæc dicimus, vt studium vestrum augeamus & diligentiam, & vitæ vestræ virtutem maiorem in modum propagemus. Sic enim iactis orationis nostræ fundamentis, altius mētes erigere poteritis, si nulla malicia lippitudo mētis vestræ oculos perstrinxerit, & acumen obtuderit. Quid igitur hodierna die nobis

Ezech. 14. c
*ip. x. d. me. i. qui venit, ante venturus est. sic & in sequentibus.
i. Cor. 3. b
Ezech. 3. c
Exod. 32. c

nobis propositum est? *Ioannes testimonium perhibet de ipso, & clamat dicens: Hic erat quem dixi, qui post me venturus est, ante me factus est, quia prior me erat.* Multus est hic euāgelista in Ioannis laudibus & eius testimonium multifariam diffundit. Quod non temerè, sed incredibili sapientia prosequitur: plurimum enim hunc hominē omnes Iudæi admirabantur. Nam & Iosephus Ioannis cede bellum ortum existimat, & propterea non esse Iudæorum ciuitatem, quæ aliquando Metropolis fuit, & longa oratione præcurſoris laudes exequitur, per eum Iudæos arguens, cuius frequenter testimonium ipsis in memoriam reuocat. Et alij quidem euāgelistæ facta superiorum prophetarum mentione, per singula Christi opera trahunt auditorem, & super natiuitate. Hoc autem factum est, inquit, vt impleretur quod dictum est per prophetam dicentem: *Ecce virgo in vtero habebit, & pariet filiū.* Et cū Hærodes ei insidiatus, tāta vbique diligentia eum perquiri fecit, vt immaturā etiam ætate interficeret, in medium Hieremias adducit testimonium: *Vox in Rhama audita est, lamentatio, ploratus & ululatus multus, Rachel plorans filios suos.* Et Osce, cū ex Aegypto rediret: *Ex Aegypto vocaui filium meum: & hunc vbique in suis euāgelis morem seruant.* Ioannes autem apertius & à recetioribus testatur, vt pote qui cæteris sublimius locutus, non mortuos tantum, sed viuum, & qui Christū præsentem præsens ostendit & baptizauit, in medium frequenter adducit, nō idcirco vt serui testimonio domino auctoritatem compararet, sed vt ad auditorum descēderet imbecillitatem. Quemadmodum enim nisi serui formam accepisset, nunquam comprehendī potuisset: ita nisi serui voce conseruorum aures arrexisset, non sanè multi Iudæorum eius probassent orationem. Præterea & aliud magnum & admirabile respexit: nam cū de sui ipsius laudibus cuiusque suspectum sit testimonium, & plerisque sæpenuero auditoribus nō persuadeant, alterum de ipso testificaturum adduxit. Accedit ad hoc, quod plerique solent libentius eorum vocē audire, cum quibus consuetudinem habuerūt, vt pote quam magis cognoscunt. Propterea vox de cælo semel vel bis audita est: *Ioannes autem sæpenuero & frequenter locutus.* Nam qui multitudinis imbecillitatem superabant, hi à sensibilibus omnibus liberi, cælitus vocem audire poterāt, nec eis multum opus erat humana, quippe qui ab illa persuasi erant & alleccti. Qui verò adhuc in his inferioribus deuoluebantur, & multa terrenarum rerum nube operiebantur, hoc humiliori indigebant sermone. Ita igitur Ioānes cū omnibus se sensibilibus exuisset, aliis magistris non indiguit, sed cælitus eruditus est. Qui enim me misit, inquit, baptizare in aqua, ille mihi dixit: *Ad quem videris spiritum dei descendentem, hic est.* Iudæi autem qui adhuc rudes ad illam altitudinem non poterant peruenire, hominem habebant magistrum, non sua eis, sed cælestia annunciantem. Quid igitur hic loquitur? *Ipsè testimonium perhibet de eo, & clamat dicens: Quid per illud verbum, clamat, significatur: hoc est fidenter & liberè, omni abiecta formidine, dei aduentum prædicat.* Quid autem testatur? quid clamat? *Hic erat quem dixi, qui post me venturus est, ante me factus est, quia prior me erat.* Obscurū & adhuc plenum humilitatis testimonium. Non enim dixit, hic est filius dei vnigenitus & dilectus: sed, hic erat quem dixi: qui post me venturus est, ante me factus est, quia prior me erat. Quemadmodum enim aues pullos suos, neque uestigiō, neque vna duntaxat die, totam volandi artem

adocent: sed primò è nido paululum educūt: deinde à volatu requiescere sinūt: & postmodum ad volatum maiorem reuocant: ita paulatim exercendo ad naturalem eos efferunt altitudinem. Ita beatus Ioannes nō statim ad summa Iudæos erigit, sed primū paululum à terra eleuat, cū Christum se meliorē testatur. Neque enim parum erat, quod auditores primò Christum nondum cognitum, nondum miracula facientem, Ioanne viro tam admirabili, tam claro, ad quem omnes concurrebant, quem omnes angelum arbitrabantur, meliorem crederent. Principiō igitur hanc opinionem in auditorum animis confirmare conatus est, eo videlicet, qui testimoniu perhiberet, eum de quo perhiberetur: & eo qui prior venit, eum qui posterior, & claro & nobili nondum notum esse potiorē. Et animaduerte testis sapientiam, nō modò cognitum, sed priusquam nosceretur prædicat. Illa enim particula, *Hic est de quo dicebam, id significat: quem admodum & Matthæus dicit: Omnibus qui ad se venerāt, dicebat: ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiā: qui autē post me venturus est, fortior me est, cuius non sum dignus soluere corrigiam calceamenti.* Sed quānam causā antequam eum ostenderet, ita locutus est? Vt facilius præsentis testimoniu auditorum animis reciperetur, cū iam exhibitis verbis illius noticiam habuissent, neue eos vile Christi vestimentum à credendo dehortaretur, sed facile multitudinem in fide contineret. Nam nisi prius aliqua de domino cognitio habita esset, & simul eum populus vidisset, & tam admirabile, tam magnū testimonium accepisset, aspectus eius vilitas testimonij quam primū magnitudinē obstiteret. Ad eum enim Christus abiectus, ad eum communis omnibus videbatur, vt & Samaritanæ mulieres mēreticesq; & publicani, nullo honore & accedere, & alloqui eum auderent. Vt igitur diximus, si & verba hæc simul audissent, & Christum vidissent, Ioānes saltem derisissent testimonium: sed cū ante eius cognitionem plura de ipso audierint, & in his confirmati fuerint, contrā euenit: siquidem eo viso non sunt prædicationis eius doctrinam aspernati, sed Ioannis testimonio fidem adhibentes, etiam clariorem sunt arbitrati. Quod autem dicit: *Qui post me venturus est: hoc est, prædicaturus, non futurus, hoc & Matthæus significat dicens: Post me venit vir, non de eius ex Maria generatione dicens, sed de aduentu secundum prædicationem.* Nam si de generatione dixisset, non præsentem, sed præterito vsus esset tempore. Natus nanque erat Christus, cū ita locutus est Ioannes. Quid autem significat, *Ante me factus est? Clarior videlicet atque honorabilior.* Nolite enim, inquit, etsi prior venerim ad prædicandum, ideo me illo maiorem arbitrari: longè minor sum: vt ne serui quidem loco connumerari sim dignus: hoc significauit cū inquit, *Ante me factus est.* Quod aliis verbis Matthæus ostendit: *Nō sum, inquit, dignus soluere eius corrigiam calceamenti.* Verū quod per hanc particulam, *Ante me factus est: Christi nō intelligatur adesse aduentus ex sequentibus perspicuum est: siquidem superflue adderetur, Quia prior me erat.* Quis enim adeo stolidus, adeo insanus est vt qui ante eum factus est, illum eodem tempore non fuisse non intelligat? Quod si enim de æterna intelligeretur essentia, id nihil aliud significaret, quā qui post me venturus est, ante me factus est, quia prior me erat. Sed hoc absurdū est, & causa frustra adicitur. Contrarium enim, si hoc significare prior ipso voluisset, dicere oportuit, videlicet, *Qui post me venturus*

Matth. 3. c
*x. d. i. o. e. id est habi- tus, figura, vultus, personæ.
Ibidem. *eis τὸ ἐλάμ, Ante me factus est: Christi nō intelligatur adesse aduentus ex sequentibus perspicuum est: siquidem superflue adderetur, Quia prior me erat. Quis enim adeo stolidus, adeo insanus est vt qui ante eum factus est, illum eodem tempore non fuisse non intelligat? Quod si enim de æterna intelligeretur essentia, id nihil aliud significaret, quā qui post me venturus est, ante me factus est, quia prior me erat. Sed hoc absurdū est, & causa frustra adicitur. Contrarium enim, si hoc significare prior ipso voluisset, dicere oportuit, videlicet, *Qui post me venturus*



55
 turus est, prior me erat, quia ante me factus est. Huic enim particula, Prior me erat, non immerito posset hæc afferrī causa, quia ante me factus est. Huic autem, Ante me factus est, quia prior me erat: non est causa: hoc vero quod nos dicimus, firma ratione nititur. Siquidem iam omnes nostis, non quæ manifesta sunt, sed obscura semper ratione indigere. Quod si de essentia sermo esset, non erat obscurum, quin prius factum prius esse oportuerit: sed cum de honore disputetur, non ab re apparentem soluit dubitationem. Etenim credibile erat multos dubitare, quamnam gratia qui posterius venit, ante factus sit, hoc est honorabilior. Huius igitur questionis mox causam affert, quia prior me erat. Neque enim proficiendo & superando, cum prior essem, me reiecit, & ante me factus est. sed prior me erat, inquit, quamvis posterior venerit. & quomodo nam pacto inquis, si de eius claritudine & futura apud homines gloria diceret, quod nondum fuerat, tanquam factum profiteretur: non enim inquit, fiet: sed, factus est. Quoniam mos prophetarum est, ut sepe numero quæ futura sunt, tanquam facta enarrant. Nā & Esaias de Christi morte locutus, non inquit: Tanquam ovis ad occisionem ducetur, quod futurum erat: sed, ductus est. Atqui nondum carnem induerat, verum tamen quod futurum erat, propheta tanquam factum enarrat. Et David crucem significans, non inquit: Fodiet manus meas & pedes meos: sed, foderunt: & Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. Et de proditore verba facies, qui nondum fuerat: Qui manducat, inquit, panes meos, leuauit contra me calcaneum. Et de passione locutus: Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Vultisne alia adducamus exempla, an hæc in presentia sufficiunt? Ego satis arbitror. Nam si in superficie non multum spacij comprehendimus, profundum tamen attingimus, non tamen minus hoc quam illud laboris habet. Sed veriti sumus, ne longiori sermone vestram remitteremus attentionem. Quam ob rem debitum orationi nostræ finem imponamus. Debitus autem finis est, laus digna deo, non verbis tantum, sed operibus. Luces enim, inquit, lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui est in cælis. Et profecto nihil optima vita clarius dilectissimi, ut sapiens testatur? Via iustorum tanquam lux fulgent: illustrant verò non eos modò, qui per opera lucem attingunt, & rectam viam ingrediuntur, sed & propinquos. Effundamus igitur oleum è lampadibus, ut maior accendatur ignis, & lux appareat locupletior. Hoc autem oleum non modò in presentia multum valet, sed cum sacrificia florerent, maiorem in modum illorum virtutem probauit. Oleum enim, inquit, volo, & non sacrificium. Et merito quidem: alterum enim inanimatum est altare, alterum animatum. In altero quicquid imponitur, igni consumptum in cinerem vertitur, & fumus in aërem dissoluitur: alterum alios affert fructus. Quod Paulus significauit: cum enim Corinthiorum, qui pauperum studiosi erant, thesauros enarraret, his verbis usus est: Quoniam ministerium huius officij non solum supplet ea que desunt sanctis, sed etiam abundat per multas gratiarum actiones deo. Et iterum: Glorificantes deum in obedientia confessionis vestrae in euangelio Christi, & simplicitate communicationis vestrae in illos, & in omnes, & in ipsorum obsecratione pro vobis desiderantiu vos. Vides mutuam gratitudinem, dei laudem, continuas preces, & vehementiorum eorum charitatem, qui beneficiu accepere: Sacrificemus igitur dilectissimi, sacrificemus in

56
 A istis sacrariis quotidie: hoc enim & oratione & ieiunio & multis huiusmodi officiis maius est sacrificium, modò ex iusto labore fiat & lucro: & omnis sit expertus auaricie, rapinae, violentiae. Hæ oblationes deo gratæ sunt, alias respicit oditque, neque vult alienis calamitatibus honorari. Impium enim & prophanum id sacrificium est, & irritat potius deum quam placet. Quocirca summa diligentia uti oportet, ne dum volumus deum colere, iniuria afficiamus. Nam si Cain deteriores hostias offerendo, quamuis nullam aliam iniuriam intulerit, vltimum tamen dedit supplicium: nonne longè grauiora perpetiemur, si rapina & auaricia malè parta deo offeramus? Propter hoc enim formam huius mandati deus manifestauit, ut videlicet misereamur, non torquemus conseruos. Qui autem aliena rapit, & alij dat: non misereatur, sed lædit, & iniuriam vel maximam facit. Ut enim lapis nunquam oleum fundit, ita neque crudelitas humanitatem: siquidem cum hinc provenit elemosyna, non amplius est elemosyna. Quare hortor ne id solum cogitemus, ut præbeamus indigentibus, sed ne ex rapina. Nam si alter precatur, alter imprecatur: utrius vocem potius dominus audiet? An plus illud utilitatis, an hoc detrimenti afferet? Quod si diligenter vixerimus, diuinæ gratiæ auxilio, misericordiam veniamque omnium, quæ semper peccauimus, consequi poterimus, & flumen igneum effugiemus: à quo liberi utinam omnes ad cælorum regnum perueniamus, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, simul & sancto viuificantique spiritui, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia xiiij. ex cap. primo.

Hic de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia. Superiori die diximus, quod Ioannes ut eorum dubitationem solueret, qui essent quaesituri quo pacto Christus posterior ad predicandum veniens, prior eo fuerit & clarior, addidit: Quia prior me erat. Et hæc una causa est, qua non contentus subdit aliam, videlicet, Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia. Et iterum aliam: Quia lex, inquit, per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Et quid tandem, inquis, significat: Et de plenitudine eius nos omnes accepimus? Ad hoc enim primum dicendum est: Non habet, inquit, donum participabile, sed ipse fons est, & radix honorum omnium: ipse vita, ipse lux, ipse veritas, non in seipso honorum diuitias continens, sed in vniuersos diffundens, quibus diffusis plenus permanet, neque ex eo quod aliis suppeditat, minuitur, sed diuitias suas elargitur semper vberius: cumque omnes his bonis impartiat, in eadem permanet perfectione. Quod autem ego fero, participabile est: ab alio enim id accipi, & exigua pars totius est, & quasi gutta parua ad immensum abyssum & infinitum pelagus comparata: immo neque exemplum hoc sufficiens est, ad quod volumus ostendendum. Nam si guttam è pelago acceperis, ea tamen pelagus: etsi visu percipi nequeat, diminuitur: de illo autem fonte hoc dici non potest, sed quantumcunque quis hauriat, nihil deficit. Quare alio exemplo vtendum est, licet & hoc infirmum sit: neque possit quod quaerimus, demonstrare. Alterum tamen afferemus, quod magis ad propositam nos adducat sententiam. Constituamus nobis igneum fontem, à quo innumeræ accendantur lucernæ, & bis totidem, & ter totidem: nonne huiusmodi fons ita plenus est ignis, quemadmodum antequam ex eo quicquam sumeretur? Sanè perspicuum est. Quod

57
 Quod si in corporibus quæ in partes diuidi possunt, & per ademptionem partium minora sunt, aliquid huiusmodi inuenitur, ut post sui communicationem nullam diminutionem accipiant: quanto magis in incorporea & immortalis illa potentia hoc contigerit? Nam si ubi subiectum substantia est & corpus, & sit & non sit diuisio: multo magis cum de actione sermo habetur, & actione incorporea substantia, credibile est idem euenire. Idcirco Ioannes inquit: Et de plenitudine eius nos omnes accepimus. Et testimonium suum Baptiste testimonio coniungit. Hæc enim particula, De plenitudine eius nos omnes accepimus: non præcursoris verbum est, sed discipuli, cuius hæc est sententia, Nolite existimare diuinæ consuetudinis, & eiusdem mensæ participationis gratia nos de eo testimonium perhibere: nam & Ioannes qui Christum antea nunquam viderat, neque cum eo conuersatus est, nisi cum ipsum baptizauit, in multorum cœtu eum conspicatus, inde omnia accipies, clamauit: Prior me erat. Nos item omnes duodecim, trecenti, quingenti, tria milia, quinque milia, innumera Iudeorum multitudo, omnis fidelium cœtus, qui tunc fuerunt, nunc sunt, & futuri sunt, de plenitudine eius accepimus. Quid autem accepimus? Gratiam pro gratia. Quam pro qua? Pro veteri nouam. Quemadmodum enim duplex erat iusticia. Secundum iusticiam, inquit, quæ in lege est, factus irreprehensibilis. Et duplex fides: ut, Ex fide in fidem. Et adoptio duplex: ut, Quorum adoptio est. Et duplex gloria: ut, Si enim quod euacuatur per gloriam est, multo magis quod manet in gloria. Et lex duplex: ut, Lex spiritus vitæ liberauit me. Et duplex seruitus: ut, Quorum seruitus. & iterum: Spiritui dei seruientes. Et testamentum duplex: ut, Disponam vobis testamentum nouum, non secundum testamentum quod disposui patribus vestris. Et duplex sanctificatio, & duplex baptisma, & duplex sacrificium, & templum, & circumcisio duplex, ita & duplex gratia. Sed illa quidem quasi figura sunt, hæc quasi veritas, & quiuocationem quandam, non rei communionem seruantia: quoniam in figuris sunt & umbra. Nam & homo pictus, homo appellatur, & verus homo itidem. Similiter in statuis & aurea & lutea hominis habet appellationem: verum tanquam hominis figura, ille ut verus homo. Noli igitur tanquam à nominum communicatione, idem re ipsa esse existimare, sed neque diuersum. Nam si figura erat, non erat aliena à veritate: si umbram seruabat, ipsa minor erat veritate. Vultis quæ nam sit horum omnium differentia, explicemus? Vnum aut alterum dictorum accipiamus, hoc pacto & cætera fient vobis manifesta, certòque deprehendemus puerilia illa fuisse præcepta. Hæc vero præclarorum philosophiæ professorum, & magnorum virorum: & illa tanquam à hominibus, hæc tanquam ab angelis instituta. Vnde igitur exordiemur? Vultis ab ipsa adoptione? Quæ nam inter hanc & illam differentia est? illa verbo honorabatur, hæc re ipsa: & de illa quidem inquit: Ego dixi dii estis, & filij altissimi omnes: de hac autem, Ex deo nati sunt. Quamnam rationem? Per Iuacrum regenerationis & renouationis spiritus sancti. Et illi quidem postquam filij appellati sunt, adhuc spiritum seruitutis habebant: erant enim serui, etsi hac appellatione honorabantur: nos liberi tunc facti, non nomine, sed re honorem accepimus. Quod Paulus his verbis significauit: Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum dei, in quo clamamus, Abba pater. Generati namque à deo, & ut vere dici potest, formati,

ita vocati sumus filij. Sed si sanctificationis modum & hunc, & illum considerabimus, multam in hac quoque parte deprehendemus differentiam. Illi enim cum idola non colebant, neque fornicabantur, neque adulterium committerent, hoc nomine appellabantur: nos vero non in huiusmodi abstinentia, sed in maiorum acquisitione & possessione facti sumus sancti. Et primò quidem ab ipso spiritus sancti aduentu hoc donum affecuti sumus, deinde à vita longe potiore, quam Iudaica. Et quod non arroganter hoc dictum sit, audi quid illis loquatur: Nolite vaticinari, neque purgare filios vestros; quoniam populus sanctus estis. Ita apud illos hæc erat sanctitas, ut idolorum leges abiicerent: apud nos autem, ut sancta sit, inquit, & corpore & spiritu. Pacem prosequimini & sanctificationem, sine qua nemo videbit dominum, & perfectentes sanctificationem in timore dei. Vides hanc esse sanctificationem, quando intrinsecus radicem habet, & fontem? Non enim hoc nomen sanctus, in omnibus eandem habet significationem. Nam & deus sanctus dicitur, sed non quemadmodum nos. Cum igitur vocem hanc à Seraphin demissam propheta audiuit, qui inquit: Heu mihi misero, quod cum homo sum, & impura labia habeam, in medio populi immunda labia habentis habito. Atqui & sanctus & purus erat: sed si supernæ sanctitati nostram conferamus, immundi profecto sumus: Sancti angeli sunt, & ipsa Cherubin & Seraphin sancta, sed huius quoque sanctitatis alia differentia, inter nos videlicet, & supernas virtutes. Opus esset & alia genera explicare, sed longiori vteremur oratione. Quare vltèrius progressi, reliqua vobis inquirenda relinquimus: poteritis enim hæc domi colligendo ipsam deprehendere differentiam, & inde in reliquis proficere. Da, inquit, sapientiam occasionem, & sapientior fiet: non bis reliqua sunt necessario transigenda. Cum ergo dixisset Ioannes: Et de plenitudine eius nos omnes accepimus: addidit, Et gratiam pro gratia: Gratia namque Iudæi salutem consequebantur. Non enim quia vos multiplicati estis, inquit, sed propter patres vestros elegi vos. Nam qui non propriis meritis à deo dilecti sunt, eos perspicuum est, & propter gratiam eiusmodi honorem consecutos: nos autem omnes salui quoque facti sumus gratia, sed non eodem modo, neque iisdem de rebus, sed longe maioribus & excellentioribus. Non enim hæc nobis duntaxat gratia data est, venia scilicet peccatorum, quam cum illis communicamus: Omnes enim peccauerunt, sed iusticia, sanctificatio, adoptio, spiritus sancti gratia, longe clarior, longe vberior: ad hæc & alia maior, hoc est, à spiritu & reconciliatione fiducia, huius gratiæ causa, deo charifaceti sumus, non amplius ut serui, sed ut filij & amici. Quocirca inquit, Gratiam pro gratia: Verum quæ legis fuerunt, fuerunt & gratiæ, etiam ipsa formatio hominis ex nihilo. Non enim nostris præcedentibus meritis hanc accepimus remunerationem. Quo modo enim cum nihil essemus? sed gratia dei, quæ semper in beneficiis priores sibi partes vendicat. Neque solum quod facti sumus ex nihilo: sed quod facti, & faciendæ, & vitanda didicerimus, & horum à natura legem accepimus, & conscientia iudicium incorruptum nobis ab opifice deo tributum sit. Hoc inquam maximæ fuit gratiæ, post quam alia secuta est, ut corruptam hanc legem per legem scriptam recuperaremus. Consentaneum namque erat, ut qui datum semel à deo præceptum aduiterassent & corripissent, poenam luerent: verum minus

Esai. 53. c
 Psal. 21. d
 Ibidem.
 Psal. 40. c
 & Ioa. 13. c
 Psal. 68. c
 Math. 5. b
 Sapient. 3. b
 Math. 9. b
 Osee. 6. c
 * ελεου. i.
 misericordiam.
 di. legisse
 videtur
 ελεου. i.
 oleu, quod
 etiā pro misericordie
 operibus capitur.
 2. Cor. 9. d
 Ibidem.

Philipp. 3. b
 2. Cor. 3. b
 1. hominibus, hæc tanquam angelis
 Psal. 81. b
 Titum 3. b
 Rom. 8. c
 Gal. 4. a

Sanctus.
 Esa. 6. b
 Prouer. 9. b
 Deut. 7. b

ius nobiscum actum est. Iterum emendandi medicina adhibita, non debita quidem, sed à misericordia & gratia proueniens. Nā quod gratiæ sit & misericordiæ, audi Dauid loquentem: Faciens misericordias dominus, & iudicium omnibus iniuriis patietibus: Notas fecit vias suas Mosi, filii Israël voluntates suas. Et iterū: Bonus & rectus dominus, propter hoc legem ponet peccantibus in via. Misericordiæ igitur & miserationū, & gratiæ est, legem accipere. Idcirco cum gratiam pro gratia dixisset, etiam pro beneficiorum dei in nos magnitudine vehementius certans, addidit: *Lex per Mosem data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est.* Videte quā placide, & paulatim & Baptista Ioannes, & discipulus ad suprēmā auditores cognitionem trahant, cū prius humilioribus eos assuefecerint. Ille enim Christi ad se comparatione facta, qui sine cōparatione omnes excedit: sic deinde eius excellentiam ostendit, dicens, Ante me factus est. Deinde subdēs, Quia prior me erat. Hic autem maius locutus est, minus tamen quā vnigeniti dignitas postulat. Non enim ad Ioannem, sed ad eum qui longe maiori erat apud Iudeos admirationi, facit comparationem, hoc est, ad Mosem. Quia lex, inquit, per Mosem data est: gratia & veritas, per Iesum Christum facta est. [Et animaduerte euangelistā sapientiam, non personarum, sed rerum facit disquisitionem: quibus confelsis, longe Christum Ioanne maiorem necesse est etiam pertinaces consentiant. Siquidem cum res quæ nullam habent, neq; ad alicuius gratiam, neque ad odium, causam, hoc testantur, certam etiā impudentibus ostendunt sententiam. Nam quales eas auctores fecerunt, tales existimantur. Quare eorum maxime verum est testimonium sine vlla suspitione.] Animaduerte præterea quā honestam facit comparationem, etiā apud imbecilliores. Non enim ratione excellentiam confirmat, sed nudis nominibus differentiam ostendit, gratiam & veritatem, legi, & hanc particulam, Facta est: huic, Data est, opponens. Maxima autem vtrorūque differentia: dari enim ministri est. Nam qui dat, is aliunde accipit, & dat cui dari præcipitur. Fieri autem & gratiam & veritatem, regis est, cum potestate omnia dimittentis peccata, & benignitatis suæ dona confirmantis. Quare, inquit, dimittuntur tibi peccata tua. Et iterum: Vt autem sciatis, quoniam potestatem habet filius hominis in terra dimittendi peccata, dicit paralytico: Surge, tolle grabatum tuum, & vade in domum tuam. Vides quo modo gratia per eum facta sit: vide & veritatem. Gratiam quidem, & quæ modo diximus, & erga latronem benignitas, & baptismatis & spiritus sancti dona, & alia item plurima nobis ostendunt. Veritatem autem manifestius intelligemus, si figuras didicerimus: futuras enim dispensationes in nouo testamento consummari, figuræ primum vt figuræ annunciarunt, quas Christus suo consummauit aduentu. Videamus ergo figuras, si placet, in paucis. Non enim omnia transigere præsentis est temporis. A paucis reliquas intelligetis. Vultis ab ipsa passione incipiamus? Quid dicit figura? Tollite agnum per familias, & sacrificate, & facite, vt instituit dominus, Christus autem nihil huiusmodi præcipit, sed ipse id factus est sacrificium, & oblationem seipsum patri offerens. Vides quo pacto figura data est per Mosem, veritas facta est per Iesum Christum? Item in monte Sina, vt Amalechitæ in pugna profligarētur, manus Mosi ab Aaron & Hur vtrinque sublimes tenebantur: Christus verò adueniens suas ipse manus extendit in cruce. Animaduerte

tis quo modo nobis figura dabatur, & veritas facta est: Præterea lex inquit: Maledictus quicumque non manserit in omnibus quæ scripta sunt in libro hoc. Gratia autem: Venite omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Et, factus est pro nobis maledictum. Cum igitur tantam affecuti simus gratiā & veritatem, nolimus quæso pro beneficiorum magnitudine pigriores fieri. Quanto enim maiori honore accepti sumus, tanto maiorem debemus virtutem. Nam qui pro paruis acceptis beneficiis parua retulerit, nulla dignus est reprehensione: qui vero in ipsum honoris culmen assumptus est, si vilia minimaque rependit, longe maius meretur supplicium. Sed absit vt de vobis talia suspicemur. Confidimus enim in domino, qui animis vestris pennas dabit, quibus in cælū elati, in huius mundi peregrinatione, terrena labe non inquinabimini. Verum enimvero hoc de vobis persuasum habentes, non quiescimus tamen quin frequenter eadem & hortemur, & admoneamus. Nam & in seculi certaminibus non oscitantes & supinos, sed strenuos, & se vltro periculis obicientes vniuersi hortantur, & plaudunt spectatores. Illos enim, ac si de eorum victoria penitus desperent, neque possint vllis hortationibus ad virtutem accendi, taciti missos faciunt. Hoc autem in loco non de vobis tantum, qui sobriam vitam agitis, sed de recidentibus, modo emendari voluerint, bene sperare licet. Quamobrem modo hortando, modo exprobrando, nunc suadendo, nonnunquam laudando omnia & facimus, & adnitimur, vt salutem vestram non negligatis: & quantum in nobis est, nihil omnino prætermittimus. Nolite igitur nostram de viuendi ratione iniquo animo admonitionem accipere. Non enim ita loquimur, vt vos inertia accusemus, sed de vobis optime speramus. Neque ad vos duntaxat, sed ad nos qui orationem habemus, hæc & loquimur, & loquimur. Siquidem & nos doctrina, admonitione, consilio indigemus. Nam etsi ipsi sermonem facimus, nihil nobis quoque fieri prohibet. Sermo enim sceleribus obnoxios corripit. Qui autem omni liberi sunt crimine, eos etiam longius abducit. Neque enim nos sine peccato sumus. Medicinæ igitur ars communis est, & remedia omnibus proponit. Cura non communis est, sed fit ad videntium voluntatem. Qui vult medicina vti, curatur: qui eam vulnere adhibere negligit, magis læditur, & torquetur vehementius. Nolimus ergo ægrè medicinam ferre, sed lato animo accipiamus. Licet non paruum dolorem nostræ afferant admonitiones, suauissimum tamen fructus sequetur, cuius gratia & facimus omnia, & dicimus, vt à plagis & vulneribus quæ peccando animæ inurimus, liberi ad æternam vitam eadamus, & Christi præsentia digni efficiamur: neque acerbis & sæuis potestatibus in die illa nos exhibeamus, sed quæ nos ad cælorum possunt assumere hereditatem, deum diligentibus præparatam: Quam vtinam omnes consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperium cum sancto & viuificante spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia .xiiij. ex cap. primo.



Deum nemo vidit vnquam. Vnigenitus filius, qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Sacra scripturæ verba nō vult deus vt simpliciter, sed multa cum prudentia intelligatur. Ideo beatus Dauid sæpenumero in psalmis suis titulu præscribebat, in intel-

Etum, & dicebat: Reuela oculos meos, & intelligam mirabilia ex lege tua. Item & eius filius: Quod oportet tantum argentum exquirere sapientiam, & tanquam thesaurum perscrutari. Præterea dominus Iudæos admonuit: Scrutamini scripturas: quod non vtiq; dixisset, si per facile & prima tantum lectione possent intelligi. Quod enim in medio, & in promptu positum est, nemo sanè perscrutatur: sed quod obscurum & latens, id multa indiget inquisitione, vt inueniatur. Idcirco thesaurum absconditum scripturas appellauit, vt ad earum nos inquisitionem excitaret. Hæc autem nobis dicta sunt, ne simpliciter & temere, sed summa cum attentione scripturam accipiamus. Nā si quis ipsa duntaxat verba nuda, & vt dicuntur acciperet, multa absurda de deo necesse esset suspicari. Etenim hominem eum esse, & pecunia corrumpi iuracundum, furibundum, aliāq; de eo his peiora intelliget. Verum si reconditam verbis sententiam deprehenderit, omnia purgabitur. Nam proposita nobis lectio sinum deum habere dicit, quod est proprium corporis. Sed nemo tam insipiens est, qui incorporeum, corpus arbitretur. Vt igitur digne spiritalium sensum accipiamus, agite altius hunc locum inuestigemus. Deum nemo vidit vnquam. Quāmnā hæc particula cum superioribus habet cōsequentiā: vt ostendat Ieuangelistā beneficiorum dei magnitudinem, & horum eorumque quæ per Mosem data sunt incomparabilem differentiam, probabilem causam, personæ adducit dignitatem, quæ maiora effecerit. Ille enim cum seruus esset, merito inferiorum factus est rerum minister. Hic autem dominus & rex, & regis filius longe maiora nobis contulit, qui cum patre semper est, & semper eum intuetur: propterea inquit, Deum nemo vidit vnquam, sed vnigenitus filius. Quid igitur dicemus clarissimo propheta Esaiæ, cum inquit: Vidi dominū in throno altissimo sedentem: Quid Ioanni de eo testimoniū perhibenti, quod hæc dixit, quando vidit gloriam eius, & de eo locutus est? Quid Ezechielis: Etenim ipse quoque super Cherubin eum sedentem vidit. Quid præterea Danieli dicenti: Antiquus dierum sedet? Quid ipsi Mosi: Ostende mihi gloriam tuā manifeste vt videam te: Iacob autem etiam ab hoc appellationem accepit, cū Israël vocatus est, quod deū videns interpretatur. Nec non & alij ipsum viderunt. Quid Ioānes: Deum nemo vidit vnquam? Vt ostendat illa omnia * permissionis fuisse, non ipsius puræ substantiæ. Nam si ipsam vidissent, nulla ex parte differentem vidissent: quippe quæ simplex, & pura est, non composita, nec descriptibilis. Non iacet, non stat, non ambulat. Hæc omnia corporis sunt officia. Quo modo autem sit, ipse nouit solus, quod per prophetam significauit: Ego visiones multiplicauit, & in manibus prophetarum assimilatus sum: hoc est * permisi, non tamen id quod eram me ostendi. Cum enim eius filius vera carne accepta venturus esset in mundum, multo ante sanctos viros ad diuinæ substantiæ visionem exercuit, ita vt videre poterant. Nam id quod est deus, non modo prophetæ non vident, sed neque angeli, neque archangeli. Sed si eos percontaberis, nihil ab his de dei substantia audies, sed tantum referentes: Gloria in altissimis deo, & in terra pax in hominibus bona volūtas. Si Cherubin & Seraphin, sanctificationis laudem audies, plenum esse cælum & terram gloria eius. Si supernas virtutes, tibi item respondunt, tibi vnum opus esse, vt deum laudent: Laudate eum, inquit, omnes virtutes eius. Solus autem ipsum videt filius & spiritus sanctus. Quod si omnis natura crea-

ta est, quānam ratione increatum videre poterit? Nam si incorpoream virtutem, quāuis genitam, non possumus manifeste conspici, & hoc sæpenumero in angelis ostensum est: multo minus incorpoream, & ingentiam substantiam. Quare Paulus: quem, inquit, vidit nemo hominum, neque videre potest: Soline igitur patri hoc præcipuum inest, non autem filio? Audi hac etiam in parte quid superius dicat: Qui est imago dei inuisibilis. Qui autem inuisibilis imago est, ipsum quoque inuisibilem esse necesse est, aliter non esset vera imago. Propterea inquit: Qui manifestatus est in carne. Manifestatio autem per carnem non est secundum substantiam. Nam quod ipse inuisibilis sit, non solum hominibus, sed & supernis virtutibus, cum dixisset Paulus, manifestatum esse in carne: subdidit, visum ab angelis. Ergo ex quo carnem induit, tunc visus est ab angelis: antea vero non ita videbatur, cum ipsis quoque inuisibilis esset substantia. Quamobrem igitur inquit, Nolite despiciere vnum ex his minimis: dico enim vobis quod angeli eorum semper vident faciem patris mei, qui in cælis est: Quid ergo, faciem deus habet, & cælo circūscribitur? Sed nemo ea agitur infania, vt hæc dixerit. Quæ nam ergo ea sententia: quæ & in loco illo: Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Cogitationem nāque, atque imaginationem, quam pro viribus nostris de deo capimus, eam visionem appellat. Neque aliter de angelis intelligendum est, propter puram ipsorum, & nullo somno obnoxiam naturā, cum nihil aliud quā deum semper mente agitent. Propterea Christus: Nemo, inquit, cognoscit patrem, nisi filius. Quid inquam? Num omnes in ignorantia viuimus? Absit. Sed nemo ita cognouit patrem, vt filius. Vt igitur multi, quisque pro captu suo ipsum viderunt, substantiam autem nemo vidit: sic multi deum cognoscimus, non tamen ipsam substantiam qualis est, nisi solus eius vnigenitus, qui certam notionem, visumque, & comprehensionem habet, qualem filium de patre habere par est. Sicut enim cognoscit me pater, inquit, & ego cognosco patrem. Quare animaduerte quāta cum auctoritate I loquatur Euangelista. Siquidem cum dixisset, Deum nemo vidit vnquam: non profecutus est, filius qui vidit narrauit, sed aliud quiddā amplius quā videre posuit, dicens, qui est in sinu patris. Nam in sinu patris esse, maius quiddam est, quā videre. Qui enim tantum videt, nō certam habet rei visæ cognitionem: qui vero in sinu immoratur, omnia ei perspicua sunt & certa. Ne autem audiēdo: Nemo cognoscit patrem nisi filius, diceres quod licet maiore cæteris de patre habeat cognitionem, non tamen qualis est nouit, ideo in sinu patris cum esse inquit euangelista. Christus etiam tantum se patrem cognoscere, inquit, quantum pater ipsum: Percontare quæso, eum qui contradicit, nunquid cognoscat filium pater? respondebit, Etiam, nisi omnino insaniat. Deinde illud iterum interroga: Quid autē? certane quadam visione, & sciētia ipsum videt, & id quod est manifeste cognoscit? Certe assentiet. Hinc collige certam filij de patre comprehensionem. Ipse enim inquit: Sicut cognoscit me pater, & ego cognosco patrem. Et alibi: Nemo deum vidit, nisi qui ex deo est. Hac vt dixi gratia Euangelista sinus meminit, quo vno verbo multam substantiæ cognationem, propinquitatem, parem patri cognitionem, potestatem ostendit. Non enim diuersam substantiam in sinu haberet pater, sed neque ipse auderet, si seruus, si ex multitudine vnus esset in sinu domini versari. Hoc nanque dilectissimi filij tantum

† ex ore cōstituit]

† cū ostendit]

Esai. 6. 4

Ioan. 12. f
Ezech. 1. c
10. a

Daniel. 7. b
Exod. 33. c

Genes. 32. f
c. 35. b

* ουρα -
ταβαρε -
ωδ, demis -
sonis, cōde -
scens sonis.

Osee. 12. c

* cōdescendi]

Luca. 2. b
Esai. 6. a. c
Apo. 4. c

Psalm. 143. a

Psalm. 102. a
Ibid. 24. b

Marc. 2. a
Ibidem.

Exod. 12. a

Ibid. 17. c
Exo. 17. d

Ioan. 19. d

1. Tim. 6. c

Coloss. 1. c

1. Tim. 3. d

Matt. 18. b

Ibid. 5. d

Matt. 11. d

† abūdātia
& exuberātia]

† Nō quōd
deum quis]

est, qui multum genitori suo fudit, neq; ipso vlla ex parte sit inferior. Vis & sempiternum intelligere: audi Mo-
sem quid de patre loquatur. Nam cum peteret si inter-
rogaretur à Iudæis, quis ipsum miserit, quid iuberet re-
sponderi: Dic, inquit, qui est, misit me. Hoc enim ver-
bum, Qui est: sempiternum & sine principio, & vere,
& proprie esse significat. Hoc idem ex ea particula, In
principio erat, ostendit Ioannes. Item hoc in loco, cum
in sinu patris esse dicit, & ne propter nominis commu-
nicationem, vnum eorum, qui per gratiam facti sunt fi-
lij, significare arbitreris: primum articulū addidit, qui
per gratiam filios seponit. Inde si hoc tibi non satis est,
& adhuc humi deuolueris, alio magis proprio nomine
vltus est, cum inquit, Vnigenitus. Sin adhuc humū de-
spicis, non recufabo, inquit euangelista, de deo sermo-
nem faciens, humanis & corporeis verbis vti, hoc est
in sinu: tantum ne vile quicquam & abiectum de Chri-
sto suspiceris. Considera benignitatem domini, & nos-
tri curam. Indignis se verbis nuncupari patitur, vt hoc
saltem pacto oculos erigamus, & aliquid de se magnū
concipiamus, & tu ad inferiora semper deflecteris: Dic
quæso, qua gratia hoc in loco sinum positum existimas?
Crassum hoc nomen & carnale. Nunquid vt deū cor-
pus habere suspicemur? Absit. Cur igitur? Nam si neq; fi-
lij* dilectio, neq; corpus deum esse hinc comprobatur,
superfluum hoc in loco, & ociosum id verbum est. Nō
enim te petere recufabo, vt aliquid in hoc cōiectemur.
Sed profecto constat, nihil aliud quam summam vni-
geniti dilectionem, & patri coæternitatem significari.
Vbi que hoc perspicuum est. Ille enarravit, inquit. Quid
enarravit? Quod deum nemo vidit vnquam: an quod
vnus est deus? Verum hoc & reliqui propheta, & Mo-
ses iam pridem exclamat, Dominus deus tuus, dominus
vnus est. Et Esaias: Ante me non est factus alius deus,
& post me non est. Quid igitur amplius à filio didici-
mus, qui in sinu patris est? Quid ab vnigenito? Primum
quidem hæc eadem vnigeniti operationes sunt, deinde
longe ab eo expressiorem, & magis perspicuam do-
ctrinam accepimus, videlicet quod spiritus deus est: &
qui adorāt eum, in spiritu & veritate oportet adorare.
Quod deum videre est impossibile, quod eū nemo no-
uit nisi filius, quod pater est dilectissimi vnigeniti, & a-
lia multa, quæ de eo narrata sunt. Id autem verbum, e-
narravit, expressiorem, certiorēq; doctrinam demō-
strat, quam non apud Iudæos tantum, sed in vniuersum
mundum propagauit, eūq; meliorem reddidit: pro-
phetis enim neque Iudæi omnes fidem adhibebāt, vni-
genito autem dei filio vniuersus orbis & paruit, & cre-
didit. Enarratio autem hoc in loco doctrinæ euiden-
tiam significat. Quare & verbum, & magni consilij an-
gelus appellatur. cum igitur perfectiore dignati simus
doctrina, neq; amplius per prophetas, sed per filium ad
nos in vltimis his diebus de^o locutus sit, longe potiorē,
& dignā accepto honore vitā exhibeamus. Etenim ab-
surdum est si cum tantus descenderit dominus, & non
amplius per seruos, sed per seipsum nos alloqui volue-
rit, nos nihil à priscis illis differamus. Illi Mosem, nos
Mosi dominum, magistrum habemus. Quamobrē hoc
honore dignam præ nobis feramus philosophiā, & ni-
hil cum terrenis communicemus. Propterea nobis cœ-
litus viuēdi normam detulit, vt eo cogitationem trāf-
ferremus, vt magistri imitatores pro viribus effice-
mur. Qua autem ratione possumus Christi imitatores
fieri? Si omnia in communem non nostram fecerimus
vtilitatem, etenim Christus, inquit, non sibi ipsi placuit,

sed sicut scriptum est: impropria impropertium ti-
bi ceciderunt super me. Nemo priuatam quarat vtili-
tatem, sed & proximi, ita suam quarit: siquidem illorū
res nostræ sunt. Corpus nanq; vnum sumus, & inuicem
partes & mēbra. Nolimus igitur ita alter erga alterum
affici, ac si penitus simus alieni. Nemo illum neque ami-
cum, neq; cognatum, neque vicinum, neque quicquam
cum eo sibi esse dicat: Quo modo accedam? quid dicā?
Licet enim horum nihil sit, homo tamē est eiusdem na-
turæ particeps, sub eodem domino conseruus, & cōtu-
bernalis: eiusdem enim mūdi est incola. Quod si fidem
eandem tecum communicat, iam tuum factus est mem-
brum. Quæ enim amicitia, quæ familiaritas tantā con-
trahere vnionem posset, quantam fidei cognatio? Non
enim quantam amicis amico debet propinquitatem,
tantam nos habere inuicem oportet, sed quanta est mē-
bri ad membrum: hac amicitia & cura aliam maiorem
nemo vnquam inuenire posset. Quemadmodum ergo
is sanē ridiculus foret, qui vnde secum familiaritas sit,
vnde propinquitas percōtaretur: ita qui vnde sibi cum
fratre & proximo. Omnes enim in vnum corpus bap-
tizati sumus, inquit. Quid significat, in vnum corpus: ne
diuidamur, sed vt mutuam cōsuetudinem, amicitiam-
que tanquam vnum corpus seruemus. Nolimus inui-
cem alter alterum contemnere, ne nos ipsos contem-
namus. Nemo vnquam carnem suam odio habuit, sed
nutrit, & fouet. Propterea hunc mūdum tanquam do-
mum vnam nobis deus largitus est, [& omnia æqua
portione distribuit.] Vnum Solem omnibus lucere fe-
cit. Vno nos tecto, cœlo videlicet, operuit. Vnam cun-
ctis mensam, hoc est terram communicauit, impariti-
tus est etiam aliam longe maiorem, vnam tamen con-
discipuli intelligunt. Vnum generationis modum om-
nibus largitus est spiritalem. Vna nobis, & communis
in cœlo patria, idem poculum omnibus propinatur.
Nihil amplius diuiti & spectato viro, quam pauperi &
abiecto deus exhibet: sed vniuersos pariter vocat. Car-
nalia pari honore, spiritalia similiter. Vnde ergo tanta
huius vitæ inæqualitas? Ex diuitum auaricia, atque inso-
lencia. Sed nolite fratres, nolite quæso, ita affecti esse: ne
cum[†] ratio ipsa & necessitas in vnum nos cogat, à ter-
renis & caducis huius vitæ bonis distrahatur, à diui-
tiis dico, paupertate, sanguinis coniunctione, inimici-
ciis, amicitia. Hæc enim omnia vmbra sunt, & quam
vmbra abiectiora habentibus cœlitus vinculum chari-
tatis: hoc seruemus dilectissimi toto conatu, & nullus
prauus affectus hanc diuidere perturbare ve poterit
vnitatem: quam vtinam omnes consequamur, gratia &
benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem &
cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula
seculorum, Amen.

Homilia. xv. ex cap. primo.

Hoc est testimonium Ioannis, quando miserunt ad eum
Iudæi à Hierosolymis sacerdotes & leuitas, vt interroga-
rent eum, Tu quis es? Graue viciū inuidia est
dilectissimi, graue inquam & exitiosum, nō his quibus
inuidetur, sed ipsis inuidentibus. Primum enim eos of-
fendit, consumitque tanquam mortiferum quoddam
virus eorum animos occupās. Si quo autem pacto eum
cui inuidetur lædit, paruum quidem, & nullius ferē mo-
menti detrimētum est, quōdque plus emolumentum quam
damni afferat. Neq; in inuidia solum, sed etiam in cate-
ris viciis, non qui malo afficitur, sed qui afficit is dam-
num accipit. Quod nisi ita se haberet, nō iniuriam ac-
cipiendam.

Psal. 68. b
& Roma. 15. a
1. Cor. 10. d
et Eph. 4. f

1. Cor. 12. b

Eph. 5. f

Luc. 1. a. g
Mat. 3. a
& Luc. 1. g

Mat. 13. g
et Mar. 6. a

Infra. g

*† vniuersa
lia & ma-
gis necessi-
ria in vni-
nos cogat*

Mat. 11. c

Mat. 22. b

Luc. 1. f

cupiendam potius, quam inferendam præcepisset Pau-
lus discipulis. Quare nō magis, inquit, iniuriam accipi-
tis: quare nō magis fraudem patimini? Certo enim no-
uit, non mala accipientem, sed inferentem omnino exi-
tium secuturum. Hæc omnia mihi propter Iudæorum
inuidiam dicta sunt. Qui enim ex ciuitatibus ad Ioan-
nem confluerant, qui propria damnarāt peccata, qui
baptizati erant, post baptismam tanquam ex quadam pœ-
nitentia, mittunt qui Ioannem interrogent, Tu quis es?
Certe gemina viperarum & serpentis: vel si quid his
grauius generatio mala, adultera, peruersa, post bap-
tisma Baptistam interrogas, & percontaris: Quid hac stul-
ticia stultius? quo modo ad eum cōuenistis: quo modo
peccata vestra confessi estis: quo modo ad baptismam cu-
curristis? quo modo ipsum percontati estis, quid foret
agendum: Hæc omnia à vobis temere, & sine ratione fa-
cta sunt, cum neque principium, neque fundamentum
intelligatis. Verum nihil horum protulit, neque obiecit
Ioannes, neque quicquam exprobrauit, sed omni cum
mansuetudine respondit. Quam ob rem? est enim di-
gnum cogniti, vt omnibus eorū manifesta, perspicua-
que fieret malicia. Sæpenumero Ioannes Christo testi-
monium perhibuit, & cum Iudæos baptizaret, frequen-
ter Christi meminerat. *Ego quidem, inquit, vos baptizo in
aqua: qui autem post me venit, fortior me est, ipse vos baptizabit in
spiritu sancto & igni.* Quibus verbis humana quadā per-
turbatione affecti sunt. Mundi nanque gloriam affe-
ctantes, & secundum faciem iudicantes, Ioanem Chri-
sto inferiorem, indignum arbitrabantur. Multa nanq;
Ioannis generositatem ostendebant. Primum generis
claritas, principis enim sacerdotis erat filius. Deinde
vita & asperitate, & rerum humanarum cōtemptu in-
signis. Siquidem veste, mensa, domo, & ipso victu con-
tempto eremū ab ineunte ætate incoluit. Contrā, Chri-
stus obscuro genere natus, quod sæpenumero his ver-
bis exprobrarunt: nōne hic est fabri filius? Nōne ma-
ter eius dicitur Maria, & fratres eius Iacobus, & Iosus?
Et patria vnde originem ducere putabatur, ignominia
quadam notabatur, vt inquit Nathanaël, A Nazareth
potest aliquid boni esse? Præterea conuersatio omnibus
communis, & vestimenta nihil à vulgo differentia.
Non enim zona pellicea cingebatur, neq; pilosam ve-
stem induebat, neque melle, & locustis vescebatur: sed
cum omnibus eandem habebat consuetudinem. Infan-
nium hominum, & publicanorum conuiuui aderat, vt
eos ad meliorem frugem alliceret: quod non intelligē-
tes Iudæi, ei exprobrabant, vt ipse Christus inquit: Ve-
nit filius hominis manducans, & bibens, & dicunt: Ec-
ce homo vorax & potator vini, publicanorum & pec-
catorum amicus. Cum ergo frequenter Ioannes ab se
Iudæos ad Christum, longe eorum opinione inferio-
rem dimitteret, agrē ipsi ferebant, & rubore perfunde-
bantur. Quippe qui Ioannem potius magistrum habe-
re, quam Christum voluissent: palām tamen id dicere
verebantur. Mittūt autem ad eum, vt per adulationem
ipsum alliciant ad confitendū se Christum esse. Quam-
obrem non abiectos, & infimæ sortis homines mittūt,
quemadmodum ad Christum cum vellent eum cape-
re in sermone. Tunc enim seruos, & iterum Herodia-
nos destinarunt: nunc autem sacerdotes, & leuitas: nec
quoslibet sacerdotes, sed ab Hierosolymis, hoc est ma-
ioris autoritatis & nominis. non enim temere hoc si-
gnificauit euangelista, & mittunt vt interrogarēt eum:
Tu quis es? Et profecto natales eius adeo celebres erāt,
vt vulgō diceretur, Quis putas puer iste erit? & super

omnia montana Iudææ diuulgabantur omnia verba
hec. Et cum iterum Iordanem petisset omnes ad eum ci-
uitates aduolabant, & ex Hierosolymis, & ex omni Iu-
dæa ad Ioannem vt baptizarentur, cōcurrerant. Quid
igitur interrogant? Non quod ignorarent: satis enim
superq; cognoscebatur. Neq; villo pacto poterat igno-
rari: sed ea quam paulo ante diximus ratione, quod eum
adducerent, vt se Christum esse cōfiteretur. Audi ergo
quo modo beatus Ioannes non verbis, sed animo quō
illi percontabantur, respondet. Nam cum dixissent, Tu
quis es? Non respondit continuo, quod recte erat respō-
dendum, Ego vox clamantis in deserto: sed eorum pri-
mum suspicionem amouit. *Interrogatus enim, inquit, tu
quis es: confessus est, & non negauit: confessus est, quia non sum ego
Christus.* Et animaduerte euangelistæ sapientiam. Ter-
tium idem dicit, vt & Baptistæ virtutem, & Iudæorum
maliciam, atque stulticiam demonstret. Lucas vero in-
quit, quod cum turbæ suspicaretur eum esse Christum,
iterum tollit suspicionem. Hoc frugi serui officium est:
non solum domini sui gloriam non aucupari, sed & à
multitudine tributam propulsare. Verum turbæ simpli-
citate, & ignorantia in hanc venere suspicionem: hi au-
tem mala mente, malo animo eum percontati sunt, id
arbitrati se per adulationem consequi posse quod dixi-
mus. Quod nisi hoc animo fuissent, non continuo ad
aliam venissent interrogationem, sed indignati, tan-
quam ad propositum non respondisset, neque id dubi-
tare, neque id percontatum venire dixissent: verum tā-
quam in crimine deprehensi & rei, ad aliud venerunt,
& dicunt: *Quid ergo? Helias es tu? & dixit, Non sum.* Arbi-
trabantur enim eum venturum, sicut Christus inquit.
Rogantibus nanque discipulis, quo modo ergo Scribæ
dicunt, quod Heliam oportet primum venire, ipse re-
spondit: Helias quidem venturus est, & restituet omnia.
Deinde interrogant: *Propheta es tu? & respondit, Non.*
Et tamen propheta erat, quare se prophetā negat? Quia
iterum percontantium animum inspexit. Existimabant
enim prophetam quendā eximium venturum, eo quod
inquit Moses, Prophetā vobis suscitabit dominus deus
de medio fratrum vestrorum tanquam me, ipsum au-
dite. Hic autem erat Christus. Non igitur rogarunt, an
esset vnus ex aliorum numero prophetarum, sed articu-
lum addiderunt, ac si dicerent: Prophetāne ille es, qui à
Mose prædictus est: Propterea negauit, non se pro-
phetam esse, sed se prophetam illum esse negauit. *Dixerunt
ergo ei: Quis es? vt responsum demus his qui miserrunt nos. Quid
dixit de teipso? Vidēsne hos vehementius vrgentes, &
iterum rogantes, nec desinentes: hunc autem summa
cum mansuetudine falsas eorum suspensiones omni co-
natu tollentem? Et veritatis amicus, Ego, inquit, vox
clamantis in deserto, dirigite viam domini, sicut dixit Esaias pro-
pheta.* Cum enim magnum quiddam, & eximium se-
cundum eorum opinionem de Christo locutus sit, ad
præstandam verbis suis auctoritatem, propheta statim
testimonium adducit. *Et qui misit fuerant, erant ex Pha-
risæis, & interrogauerunt eum, & dixerunt ei: Quid ergo bap-
tizas, si tu non es Christus, neque Helias, neque propheta? Vidēs
quod non temere dixerim quod ad hoc eum adduce-
re volebant. Non tamen hinc orsi sunt, ne quo ani-
mo dicerent, deprehenderentur. Et cum se Christum
esse negasset, iterum malicia sua dissimulata, ad He-
liam veniunt, & prophetam. Quod cum se neutrum
esse profiteretur, dubij iam consilij, persona & simu-
latione omni abiecta, aperte fraudulentam men-
tem his verbis detegunt. Quid ergo baptizas, si tu*

non es Christus: Deinde vt animum celarent, addiderunt, neque Helias, neque propheta. Nam cum adulationibus eum allicere non possent, calūnia se eum coacturum arbitrati sunt, vt quod non esset, se esse confiteretur. O superbiam, o amētiam, & curam intempestiuam. Misistis vt ab eo cognosceretis quis esset, & vnde. Nunquid ei quid facturus sit praescribetis? Hoc cogentium est, vt se Christum confiteatur. Veruntamen neque nunc indignatur Ioannes, neque sic eis, vt merebantur, respondet: Vos praecipere, & legem mihi ponere audeatis: Sed iterum incredibilem praefert mansuetudinē.

Ego, inquit, baptizo in aqua, medius autem vestrum stetit, post me ve quem vos nescitis. Ipse est qui post me venturus est, qui ante me factus est, cuius non sum dignus, vt soluam eius corrigiam calceamenti.

Quidnam his respondere potuissent Iudaei? Ipsi contra se, nulla venia, nulla excusatione dignam sententiam tulerunt. Quoniam pacto: tanta autoritatis Ioannem, & tam verum arbitrabantur, vt non solum de aliis testimonium, verum ipsi de seipso omnia crederent. Neque enim nisi ea essent sententia, ipsum interrogatum misissent quid de se diceret. Nostis enim quod de se dicentibus, his duntaxat maximē fidem adhibemus, quos verissimos arbitramur. Neque hoc tantum eorum os obstruit, sed animus quoque, quo ad eum locuti sunt. Promptissimo namque animo ad eum venerunt, licet postmodum mutati sint. Quae ambo Christus his verbis significauit: Ille erat lucerna ardens & lucēs, vos autem voluistis exultare ad horam in eius luce. Et responsio eius ipsum fide dignum faciebat. Qui enim non quaerit gloriam suam, verax est, & iniusticia non est in eo. Ioannes autem non sibi gloriam quaesuit, sed ad alium eos dimisit. Et qui miseri erant, summā erāt apud Iudaeos autoritatis, & primum locum obtinebant. Itaque nulla ex parte confugium, aut excusationem habebant, si Christo non crederent. Sed qua gratia Ioanni de Christo fidem non adhibuistis? Vos ex primoribus misistis, vos de his interrogastis, vos Baptista responsum audistis: omnia illi conati, omnia scrutati sunt, & suspiciones vestras omnes in medium protulerunt, & tamen ingenue confessus est se non esse neque Christum, neque Heliam, neque prophetam: neque hoc contentus, quis esset ostendit, & de baptismo suo verba fecit, quod paruum esset & vile, & praeterquam nil amplius haberet: ostendit praeterea excellentiam baptismatis a Christo traditi. Adduxit Esaię prophetę testimonium, qui diu ante & ipsum dominū, & hunc ipsum ministrum appellauit. Quid iam dubij relinquebatur, quin deum adorarent, & confiterentur, cum omni adulatione amota, verum esset testimonium? Neque enim aliud testantis mores & sapientia pollicebatur. Ad haec, vel inde perspicuum erat, quod nemo proximum sibi praefert: neque quem sibi honorem arrogare potest, in alium facile confert. Itaque Ioannes nisi Christus deus fuisset, in tantum non descendisset testimonium. Nam si id nomen tanquam conditione sua maius abieciisset, non sane alij, & sane inferiori tribuisset. Medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis. Decens namque erat, vt in populo tanquam vnus ex multitudine versaretur, qui vbi que humilitatem & mansuetudinē doceret. Cognitionem autem hic dicit exactam & accuratam, vt quis & vnde sit. Illam autē particulam, Qui post me venit, frequenter meminit, tantum non dicens: Nolite putare re totam in meo esse baptismo: non sane si istud perfectum fuisset, alius post me venisset alterū allaturus. Hoc tamen illius preparatio quadam est, & praecisio. Res

Infra. 5. f

Infra. 7. b

per hos]

nostre vmbre sunt, & imago: alium venire oportet, qui veritatem afferat. Quamobrem illud, Post me venit, eius maxime ostendit dignitatem: nam si id erat perfectum, nullus erat secundo locus. Ante me factus est: hoc est, honorabilior & clarior. Deinde ne ex comparatione similitudinem intelligerent, cum nullam vellet ministrorum adnumerari se dignum profiteatur. Soluere enim calceamenta vilissimi serui officium est. Quod si Ioannes indignus qui corrigiam solueret: Ioannes, inquam, quo maior inter natos mulierum non surrexit, quo nos loco ponemus? Si is, qui terrarum orbi aequiparatur, imo qui maior est (non enim, inquit, erat his dignus mundus.) ne inter vltimos quidem ministros connumerari se dignum dicit: quid nos innumerorum scelerum pleni dicemus, qui tanto Ioanne sumus inferiores, quanto terra minor est caelo? Hic neque qui soluat corrigiam calceamenti, dignū se proficitur: inimici autem veritatis in tantam prorumpunt insaniam, vt qui deum cognoscant, quemadmodum ipse se ipsum nouit, digni se arbitrentur. Quid hac amentia scelestius: quid hac superbia insanius? Bene inquit Sapiens: Initium superbiae non cognoscere dominū. Non esset e caelo eiectus, neque in diabolū versus cecidisset angelus, nisi hoc se scelere coinquinasset. Hoc eum praecipitē dedit, hoc in gehennam intravit, hoc malorum omnium ei causa fuit, hoc tatarum virium est, vt omnem animi virtutē, eleemosynam, orationes, ieiunium, cetera animi bona corrumpat. Superbia in hominibus, immunda, inquit, est apud deū. Non ergo fornicatio duntaxat, neque adulterium hominem polluit, sed & superbia, ac etiam illis longe magis. Quamobrem: quoniam fornicatio, etsi indigna venia sit, potest tamē quispiam voluptatem in excusationem adducere: superbia autem ne minimam quidem, propter quam vel vmbra saltem venia consequatur: sed nihil aliud est quam deprauatio animi, & morbus grauisissimus, non aliunde quam ex insaniam ortū ducens. Nihil enim superbo homine insanius, quamuis ditissimus sit, quamuis multa hac exteriori sapientia praeditus, quamuis potens, quamuis omnia quae homini exoptanda videntur, in illum cogerantur. Quippe qui in reuera bonis superbit, miser est & infelix, & illorum omnium mercedem amittit. Qui eorum gratia, quae nulla ex parte bona sunt, propter vmbra, & florem faeni (hac enim inanis gloria est) inflatur: nonne omnium maxime ridiculus est, cum idem faciat quod quibus pauper & mendicus, & semper famelicus, qui si quando latum somnium viderit, eo letatur: Miser sane & infelix, qui cum animam tuam grauisimo morbo consumas, & vltima in miseria verberis: tumescis tamen quod auri tibi talenta sunt plurima, quod seruatorum multitudo. Verum haec non tua sunt. Si meis verbis non credis, plurimorum habes exempla. Quod si ita insanis, vt neque ex aliorum experientia hoc intelligas, parumper expecta, & in teipso nullam tibi inde vtilitatem cognosces: cum exanimis, nec hora, nec breui quidem momento, eorum dominus eris, inuitus aliis relinques, & his sapenū numero quibus nolles. Multis enim nec sua disponere permissum est, migrauerunt repente e vita, & cum vellent his frui non poterunt. Quod ne nobis accidat, iam ad sanitatem reuersi, ea nos ipsi ad ciuitatem nostram transmittamus, quibus solis fruemur, aliis minime. Illa in asylum, & locum tutissimum recondemus, vnde nihil ea nobis poterit auferre, non mors, non testamenta, non haereditatum successiones, non calumniam, non insidiam. Sed qui hinc emigrans

Hebr. 11.

Ecclesi. 10.

Ibidem

concupiscentiam]

grans sua praemiserit, his perpetuo fruatur. Et quisnam tanta laborat insania, vt rebus suis omni tempore se perfruiturum negligat? Transferamus igitur illuc nostras diuitias: non nobis asinis opus est, non camelis, nullis iumentis, nullis curribus, nullo alio vehendi instrumento, qua nos molestia deus liberos reddidit: tantum pauperibus indigemus, claudis, cecis, infirmis. Isti sunt quibus talis securē committitur transportatio: hi res & pecunias in caelum perferre, & earum dominos ad aeternorum bonorum haereditatem perducere poterunt: quam vltinam omnes consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto in secula seculorum, Amen.

Homilia. xvi. ex cap. primo.

Bethabaria.]

Acc in Bethabaria] facta sunt tres Iordanem, vbi erat Ioannes baptizans. Altera autem die vidit Ioannes Iesum venientem ad se, & ait: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi.

Matth. 10. d

& loquendi libertas, omniaque Christi confessioni postponere, tam magnum, inquam, & admirabile, vt filius dei vngentis talem coram patre praedicet, quamuis non par sit retributio. Tu enim confiteris in terra, ipse in caelo: tu praesentibus hominibus, ille patre & angelis omnibus. Talis Ioannes, non multitudine, non gloria, nulla re humana motus, omnia pessundat, liberrimē, vt debet, Christi mysteria omnibus annunciat: propterea etiam locum significat euangelista, vt magnanimi praecōnis fiduciam ostenderet. Non enim domi, neque in angulo aliquo se abdidit, sed apud Iordanē, in media omnium, qui ab ipso baptizabantur, multitudine id palam profitebatur (venerant enim Iudaei dum baptizaret) tūc supremum illud arcanum, & inenarrabilis doctrinae plenum de Christo praedicauit, quodque non esset dignus soluere eius corrigiam calceamenti. Propterea inquit: Haec in Bethania facta sunt. Quaedam autem

Bethabaria. Bethania.]

ille qui tollit]

Matth. 4. b.

Infra. 3. c

Matth. 3. c

exemplaria veriora videntur, in quibus Bethabaria scriptum est. Bethania enim non trans Iordanem, neque in deserto erat, sed non longe ab Hierosolymis. Locorum autem alia etiam ratione meminit. Nam cum non antiqua, sed quae pauloante contigerant esset narraturus, qui aderant & viderant, eos testes adducit, ex quibus rem certam innuit. Confidens enim nihil se veritati addidisse, sed vt res se habuerat, pure & simpliciter enarrasse, a loco testimonium accepit, non paruum, vt dixi, futurum veritatis indicium. *Altera autem die vidit Ioannes Iesum venientem ad se, & ait: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Distribuerunt tempora euangelistae. Matthaeus quidem priusquam Ioannes Baptista caperetur, tempora abbrevians, ad ea quae secuta sunt, properat: Euangelista autem Ioannes his maximē immoratur. Et ille postquam venit Iesus e deserto, interim omisis omnibus quae Ioannes, quae Iudaei miseri inuicem verba contulerint, & aliis pluribus, continuo transit ad carcerem. Cum audisset, inquit, Iesum, quod traditus esset Ioannes, secessit illinc: Ioannes autem non sic: sed profectioem quidem in desertum tacuit, utpote a Matthaeo narratam. Narrat autem quae post descensum montis secuta sunt, & multis praetermissis addit, Nondum enim Iesus erat Ioannes in carcerem. Et quamam gratia hoc in loco inquit Iesum ad ipsum venisse non semel, sed iterum: Matthaeus necessarium eius aduetum fuisse inquit, baptismatis gratia. addit enim Iesus, Sic enim decet nos implere omnem iusticiam. Ioannes autem eum iterum venisse dicit post baptismum, quod manifestauit, in-

quiens: *Ego vidi spiritum descendentem quasi columbam, & mansit super eum.* Qua igitur gratia venit nunc ad Ioannem: neque enim venientem tantum, sed ad se, inquit? Cur inquam? Ne quis suspicaretur, cum primum vnā cum cetera multitudine venisset, eadem qua alij causa venisse, vt scilicet peccata confiteretur, & in penitentiam ablueretur in flumine: Idcirco venit praebens Ioanni occasionem, vt eiusmodi suspensionem tolleret; quam illud verbum, *Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi:* penitus tollit. Qui enim tanta excellit puritate, vt aliorum peccata possit abluere, sanē constat eū non ad confitendum peccata venisse; sed vt illi admirabili praecōni hanc daret occasionem, & secunda hac voce his qui priora audierant, & certius dicta imprimeret, & alia superadderet. Illud autem verbum, *Ecce*, ponitur, eo quod saepe multi ex iam dictis ipsum inquirebant, ideo praesentem ostendit dicens: *Ecce hic est*, de quo iam sermo habitus est. Hic est agnus. Agnum autem appellat, vt Esaię prophetiam in memoriam Iudaeis reducat, *Esai. 16. d* & vmbra etiam a Mose representatam: vt per figuram magis eos ad veritatem alliciat. Ille quidem agnus nullius peccatum accepit, hic autem totius orbis terrarum. Periclitantem enim mundum quamprimum ab ira dei liberavit. Hic est de quo dixi, *Post me venit vir, qui ante me factus est:* Vides & in hoc loco quo modo superiora interpretatur? Nam cum dixisset, *Agnus qui tollit peccata mundi:* tunc subdit, *Ante me factus est, manifestas quid significet istud Ante, nempe, quod accipit peccata mundi, quod baptizat in spiritu sancto.* Meus enim aduentus nihil aliud habuit, quam praedicare commune orbi terrarum praestitum beneficium, & in aqua baptizare: huius autem, purgae humanum genus, & largiri paracliti operationē. Hic ante me factus est: hoc est, clarior apparuit, quia prior me erat. Pudeat Pauli Samosatensis sectatores tam manifestam oppugnare veritatem. *Et ego nesciebam eum.* Aufert omnē testimonio suspensionem, cum non humanae familiaritatis gratia, sed diuina reuelatione id perhibere ostendat. *Nesciebam eum, inquit. Quo modo ergo dignus est fide testis? Quo modo alios docet, qui nescit? Non, inquit, nescio, sed nesciebam, vt hoc modo maxime sibi crederetur. Quo enim pacto tantum ignoto tribueret? Sed vt manifestetur Israēli, propterea ego veni in aqua baptizans. Non igitur ipse baptismatis indigebat. Neque alia ratione illud lauacrum institutum est, quam vt viā reliquis ad Christi fidem praerberet. Non enim, inquit, vt baptismate ablutos mudem, neque vt peccatis liberem, ad baptizandū veni, sed vt manifestetur in Israēl. Quid enim, dic quaeso: nonne licebat sine baptismate praedicare, & multitudinem facile ad credendum adducere? Minime, neque enim tanto studio omnes festinassent, si sine baptismate fuisset praedicatum, neque nisi ex comparatione eius excellentiam didicissent. Siquidem multitudo, non vt praedicationem audiret, sed vt confessi peccata baptizarentur, concurrebat. Vbi autem aduenissent, Christi doctrina imbuebatur, & baptismatis intelligebant differentiam: quāquam istud Iudaicae institutioni praestaret: & idcirco omnes confluerent, nec tamē sic erat perfectum. Quo modo igitur cognouisti eum? quia spiritus descendit. Verū ne quis spiritus, quē admodū nos, eum indignis arbitrareretur, audi quo pacto hanc tollit suspensionem, ostendens spiritū ad Christum annunciandū descēdisse. Nā cum dixisset, *Et ego nesciebam illum:* addit, *Sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris spiritum descendentem, & mansit super eum.**

agnus illi dei qui]

Esai. 16. d

mentem super eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Vides ad hoc venisse spiritum, vt Christum ostenderet? Non erat Ioannis suspectum testimonium, nihilominus vt id probabilius faceret, ad deum & spiritum sanctum relegauit. Cum enim rem tam magnam, & admirabilem, dignamque que omnes in admirationem conuerteret, testificaretur, videlicet quod vniuersi orbis terrarum ipse solus peccata auferret, & ad tantam multitudinem

† Redimen- abluendam i diuini muneris magnitudo sufficeret, huiusmodi iam sententiam confirmat. Confirmatio autem est quod filius dei sit, neq; baptismate indigeat: & quod idcirco spiritus descendit, vt eum duntaxat manifestaret. Non enim erat Ioannis dare spiritum, quod ab eo baptizati significabant, cum dicerent: Sed neque si spiritus sanctus est, audiuiimus. Nō enim baptismate opus habebat Christus, neque illo, neq; alia re: sed baptismata Christi indignit gratia. J Hoc enim fons & caput omnium bonorum relinquebatur, vt scilicet qui baptizarentur, digni essent spiritu sancto. Hanc igitur spiritus

† testificatio satisfactam aduentu suo impleuit, **† testimonium** perne aduentu habuit Ioannes, dicens, Quod vidi spiritum descendentem quasi columbam de celo, & mansit super eum, & ego nesciebam eum. Sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Et ego vidi, & testimonium perhibui, quia hic est filius dei. **† Prudenter.** J Frequenter hac vtitur particula, nesciebam eum. Quānam gratia? Ei cognatione iunctus erat secundum carnem. Ecce enim, inquit, Elizabeth cognata tua & ipsa concepit filium. Ne igitur videretur ad voluntatem loqui eius cognitionis gratia, inquit, Nesciebam eum: & merito sanē. Qui in deserto extra paternam domum a pueris versatus erat, quid mirum si Christū nesciebat, antequam spiritus descenderet? Quod si ante baptismata eum non cognouit, cur prohibebat eum, dicens: Ego a te debeo baptizari: Hoc enim signum erat certissimæ cognitionis. Non tamen multo antē tempore eius noticiam habuit. Nec ab re: miracula enim quæ a pueris Christus fecerat, vt de Magis, & alia huiusmodi, diu antē (Ioanne adhuc infante) contigerant. Interea multo intercedente tempore, minimē mirum si ignorabatur. Nam si antea notus fuisset, non vtique dixisset, Vt manifestetur in Israël, propterea veni baptizans. Hinc constat signa illa, & miracula quæ in Christi puericia feruntur, vera non esse. Nam si a pueris miracula facere cœpisset, non sanē eum Ioannes ignorasset, nec reliqua multitudo indiguisset magistro, qui ipsum manifestaret. Nunc autem, inquit, propter hoc veni, vt manifestetur in Israël. Sed quānam ratione inquit, Ego debeo a te baptizari? Deinde vt pote qui manifestus eum cognosceret, turbis eum manifestauit dicens: Hic est de quo dixi, Post me venit vir, qui ante me factus est. Quia & qui misit me baptizare in aqua, & qui propterea misit me, vt manifestetur in Israël: ipse ante descensum spiritus ipsū Ioanni reuelauit: idcirco & antequam venisset, dixit, Post me venit vir, qui ante me factus est. Nesciebat igitur antequam Christū ad Ioannem veniret, sed cum baptizandus esset, tunc eum cognouit, & maximē cum pater eum prophetæ reuelasset, & spiritus Iudæis, quorum gratia descēderat, eum qui baptizaretur, ostendisset. Itaque ne Ioannis contemneretur testimonium, cum inquit: Quia prior me erat, & in spiritu baptizat, & iudicabit orbem terrarum. Ideo pater ipse voce sua filium professus est, & spiritus supra Christi caput descēdit vocem ad illum trahens. Cum enim alter baptizaret, alter baptizaretur, ne quis

† potentia. J

† testificatio

† Prudenter.

Lucia 1. d

Mat. 3. d

Mat. 3. d

Mat. 3. d

Mat. 3. d

Mat. 3. d

Mat. 3. d

Mat. 3. d

Mat. 3. d

Mat. 3. d

Mat. 3. d

Mat. 3. d

de Ioanne id verbum dictum arbitraretur, venit spiritus qui huiusmodi amouit dubitationem. Itaque cum inquit, Nesciebam eum: superiora tempora respicit, nō quæ circa baptismata fuerant. Nam quo pacto prohibuisset, dicens, Ego debeo a te baptizari? quo modo hæc de eo loqueretur? Sed quid non credebant Iudæi? Non enim solus Ioannes vidit spiritum in columbæ specie. Quoniam hoc mysterium non corporeis tantum oculis indigebat, sed mentis potius, ne inanis species putaretur. Nam si miracula facientem Christum, cum tactu solo infirmos sanaret, mortuos vitæ redderet, videntes Iudæi non crederent, sed inuidia perciti, contraria iis quæ cernebantur affirmarent, quo pacto solo spiritus aduentu abieciissent incredulitatem. Quidam autem dicunt, non omnes, sed Ioannem tantum, & quosdam vita & moribus probatioris spiritum vidisse. Nam etsi corporeis oculis in columbæ speciem spiritus descendens videri poterat, non tamen necessario sequebatur, vt ab omnibus spectaretur. Etenim Zacharias sub corporea imagine multa conspicuus est, necnon & Daniel & Ezechiel, nullum tamen visionis locum habuerunt. Præterea Moses multa vidit, qualia aliorum nemo. Et transfigurationem in monte non omnes viderunt discipuli. Sed neque in resurrectione visionis illius omnes fuisse participes. Quod significauit Lucas, cum inquit: Qui dedit eum manifestum fieri testibus præordinatis. Et ego vidi, & testimonium perhibui, quia hic est filius dei. Sed vbi testimonium perhibuit quod hic sit filius dei? Agnum quidem ipsum appellauit, atque quod spiritu baptizare deberet, professus est. Filium autem dei, nequaquam. Atqui post baptismata nihil ipsum dixisse scribunt alij euangelistæ.

Acto. 10. f

Acto. 10. f

Acto. 10. f

Acto. 10. f

Acto. 10. f

Acto. 10. f

Acto. 10. f

Acto. 10. f

Acto. 10. f

Acto. 10. f

Acto. 10. f

Acto. 10. f

Acto. 10. f

Acto. 10. f

Acto. 10. f

Acto. 10. f

Acto. 10. f

Acto. 10. f

nis nostræ sermonibus inuigilare, sed his contemptis veluti superuacuis, caducis rebus curā omnem adhibemus: & qui saltationis, & aurigandi, & bestias conficendi studio delectantur, huiusmodi certaminibus totis viribus incumbunt, ne inferiores euadant, & studia sua maiorem in modum laudant, & aduersus eorum accusatores, excusationem meditantur: & aduersarios maledictis prosequuntur. In Christiana autem religione defendenda, nulla cura adhibita torpescimus, oscitamus, maximē ridiculi deprehendimur: & qui non summam dei subimus indignationem, cum Christum inferiore loco, quā saltatorem habeamus: Horum enim opera, quāuis turpissima, multis modis excusare admittimur: Christi miracula, quāuis orbem terrarum conuertent, neque intelligere, neque curare videmur. Credimus in patrem, & filium, & spiritum sanctum, in resurrectionem corporum, in vitam æternam. Si quis Gentilium percontaretur, Quis hic pater est, quis filius, quis spiritus sanctus? Tres deos asseritis, & nos plurium deorum assertores reprehēditis. Quid ad hoc dicetis? Quid respondebitis? Quo pacto has dissoluetis obiectiones? Quid autem si vobis ad hæc obmutescētibus aliam inferat quæstionem, An omnino futura sit resurrectio, an in hoc corpore, an in alio resurrecturi simus? Et si in hoc, quæ necessitas vt dissoluatur? Quid ad ista dicetis? Quid autem si præterea petat cur hoc tandem, & nō superiori tempore Christus humanam carnem accepit? Quid ei in præsentia, potius quā tot superioribus seculis visum est humano generi providere: atque alia multa examinet? Neque enim operæ precium est, vt qui plures præterea quæstiones accumulatur, earum conticeat solutiones, ne rudioribus oblit. Arbitramur sanē quæ diximus suffectura ad somnum vestrum excutiendum. Quid igitur si hæc, & huiusmodi percontarentur? Non potestis ipsa verba audire: quod nos, quæso, manet supplicium, cum tanti sumus erroris authores his, qui in tenebris inuoluuntur? Vellem, si horum studio teneremini, huc in medium impij alicuius Gentilis philosophi contra nos librum proferre, contrā, senioris huius, vt hac vos ratione excitarem, & desidia vestram excuterem. Nam si illi vt contra religionem nostram loquerentur, tantopere inuigilarunt: qua nos venia dignamur, nisi huiusmodi cōtra nos insultus propulsare calleamus? Hoc nobis Petrus præcipit. Inquit enim, parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem, de ea quæ in vobis est spe. Et Paulus: Verbum Christi inhabitet in vobis abundanter: sed quid ad hæc respondēt fucis stultiores? Benedicta omnis anima simplex: & qui simpliciter ambulat, in fiducia ambulat. Hoc nanque omnium

1. Pet. 3. c.

Coloss. 3. c.

Prou. 10. b

Mat. 10. b

Mat. 10. b

Mat. 10. b

Mat. 10. b

Mat. 10. b

Mat. 10. b

Mat. 10. b

Mat. 10. b

Mat. 10. b

Mat. 10. b

Mat. 10. b

Mat. 10. b

Mat. 10. b

Mat. 10. b

Mat. 10. b

domini nostri Iesu Christi, per quē, & cū quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

Homilia xvij. ex cap. primo.



Litra die iterum stabat Ioannes, & ex discipulis eius duo. & respiciens Iesum ambulatē dicit: Ecce agnus dei. Et audierunt eum duo discipuli loquentem, & secuti sunt Iesum. Pigra quodam modo humana vita est, & ad perditionem procliuis, non propter naturæ suæ opificium, sed propter volūtatis desidia. Quamobrem sapius admonendum est: Vnde Paulus, Eadem scribere mihi quidem non graue, vobis autem tutum. Terra enim semel accepto semine mox profert fructus, neque indiget altera satione: In anima nostra non ita vsu venit, sed frequenter, & summa cum diligentia in ea ferendum est, vt semel saltem fructum accipiat: primum enim nō facile incidunt, & imprimuntur animo verba dei: quoniā multa subest duricies, multis obstruitur spinis anima, multi adsunt insidiatores, semina diripientes. Deinde cum germinant, & radices agunt semina, iterum indigent diligentia, vt ad maturitatem perueniant: & cum peruenerint, vt integra perscēt, & a nemine lædantur. In seminibus enim cum è vagina spica eruperit, & robur suum acquisierit, tunc rubiginem, & cætera noxia facile contemnit: In doctrina autem perfectum opus nonnunquam aliqua incumbens tempestas & fluctus perdidit: idque & rerum difficultate, & hominum qui sciunt, & volunt lædere fraudibus, variisque aliis tentationibus penitus labefactatur. Hæc autem non temerē nobis dicta sunt, sed vt quoties idem Ioannem repetentē audieris, nolis tāquam nugatorem contemnere, neque superfluum, & molestum arbitrari. Voluit enim semel dicendo audiri, sed cum non multum eius verbis a principio nimio somno oscitantes vacauerint, iterum eos excitat. Cōsidera autē eius verba: inquit enim, Qui post me venit, ante me factus est. Et itē, Non sum dignus soluere eius corrigiam calceamenti. & iterum: Hic est qui baptizat in spiritu sancto, & igne. Quodque spiritum viderit descendentem & manentem super eum: & quod testimonium perhibuit, quoniā hic est filius dei: nemo his verbis attendit, nemo rogauit cur, pro quo, & qua ratione id diceret. Dixit præterea, Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mūdi: neque ille dei hoc vlla eos admiratione affecit, idcirco eadē repetere cogitur tanquam duram quādam, & immitem terram repastinatione molliens, & sermone tanquam aratro subactam mentem excitās, hoc pacto semina altē deiicit. Propterea non longiori vsus est oratione, quoniam vnum tantum curabat, vt Christo omnium animos coniungeret. Norat enim si hoc reciperent, non amplius testimonio alicuius indigere, vt factum est. Nam si Samaritani audito Christi sermone dicunt mulieri, Non iam propter tuam loquelam credimus, ipsi enim audiuiimus & scimus, quia hic est verē saluator mundi Christus: logē magis discipuli id fecissent: effeceruntq;.

Philip. 3. a

Philip. 3. a

Philip. 3. a

Philip. 3. a

Philip. 3. a

Philip. 3. a

Philip. 3. a

Philip. 3. a

Philip. 3. a

Philip. 3. a

Philip. 3. a

Philip. 3. a

Philip. 3. a

Philip. 3. a

Philip. 3. a

Philip. 3. a

Philip. 3. a

Philip. 3. a

tunc secuti sunt discipuli. Vnde animaduertendum est, quod non tam multi ad Christum sectandum adducuntur, quado magnum aliquid, & altum de deo dicitur, sicut cum ad humilia, & ad auditorum salutem accommodatiora descenditur. Audierunt igitur a Ioanne quod tollit peccata mundi, & est vestigio ad eum properarunt. Nam si peccata abluere, & sine labore nostro his nos liberare potest, cur tantam reiicimus gratiam? Audiant catechumeni, & qui ad vltimum vsque spiritum propriam reiiciunt salutem. Iterum instat Ioannes, & dicit, Ecce agnus dei. Nihil Christus, sed ille omnia loquitur: ita & sponsus, nihil ad sponsam primo loquitur, sed silet. Alij ipsum ostendunt, alij sponsam accipiunt, quæ tantum monstratur, neque a seipso eam, sed alio tradente accipit sponfus: cum verò traditam acceperit, ita, & ei afficitur. J vt minime amplius despondentium cit, & talē reminiscatur. Ita Christus venit, vt ecclesiam componeret, J nullum ipse verbum fecit, tantum præstò fuit a-micus eius Ioannes, dexteram imposuit sponsæ, ipse verba habuit, & hominum animas Christo tradidit, quibus acceptis ita formauit, vt non amplius ad Ioannem esset redeundum. Aliud præterea animaduertendū est, quod quemadmodum in nuptiis, non sponsa sponsum petit, sed contrā, etiam si regis filius vilem ancillam duceret: Ita nunc non in cælum humana ascendit natura, sed ipse deus ad hanc descendit, quauis humilem, quauis contemptam. Re autem perfecta non permisit eam amplius hic immorari, sed ad patriam domum sustulit. Sed quānam gratia non seorsum suis conuocatis discipulis Ioannes hæc cum his loquitur, & ita eos Christo commēdat, sed omnibus præsentibus inquit ad eos, Ecce agnus dei? Ne videretur id ex composito fecisse. Nam si ipse hortatu, & tanquam gratiam ei haberent, Christum petissent, resillissent fortasse: nunc autem ex communi doctrina eum secuti, firmi persisterunt discipuli, non magistri gratiam, sed propriam tantum spectantes vtilitatem: Prophetæ & apostoli omnes absentem Christum prædicauerunt: illi quidem ante incarnationem, hi verò post assumptionem, Ioannes autem solus præsentem. Quare amicum ipsum sponsi appellat. Affuit enim solus nuptiis, omnia ad finem perduxit: ipse rem orsus est, & viso Iesu ambulante inquit, Ecce agnus dei. Neque voce tantum, sed & oculis Christum testatus est, & admiratus, & incredibili gaudio exultauit. Neque iam exhortatur, sed admiratur, & obstupescit præsentem, & dei donum quod annunciaturus venerat, & purgationis modum manifestat. Agnus enim vtrunque significat. Neque dixit, qui tollit aut tulit: sed, tollit peccata mundi, vt quotidie ea tollere intelligatur. Non enim cum passus est, solum nostra abstulit peccata, sed ex illo hætenus tollit. Nō semper crucifigitur. Vnum nanque pro peccatis nostris tulit sacrificium, sed semper per illud nos purgat. Quemadmodum igitur cum * verbum dixit, & filium, vtrunque præ cæteris eximium intellexit: ita & agnus, & propheta, & lux vera, & pastor bonus, & alia quæ ab eo articuli adiectione dicta sunt, præcipuū quiddā, & cæteris præstantius demonstrant. Etenim & agni, & propheta, & filij multi sunt, sed hic longe præstat. Neque articulo solo, sed vni geniti quoque adiectione hoc confirmat. Nihil enim cum creatura communicat. Quod si cui nō idoneo tempore, hora videlicet decima, hæc dicta viderentur: (hora enim, inquit, quasi decima erat) multum mea sententia fallitur. Mundi nanque hominibus, carnalib; voluptatibus deditis, id tempus nō admodum

† eam affi-
cit, & talē
reddidit.]
† sibi con-
iungeret.]

* ὁ λόγος
ὁ υἱός,
sic in alijs
adiecto sci-
licet articulo
ὁ υἱός & υἱός.

commodum est ad aliquid serio peragendum, eo quod mens cibo ingrauescit. Ioannes autem etiā vesperi tam sobrius erat, quā nos sub aurora, imò longè magis. Nam sæpenumero vespertini cibi reliquæ, animi solertiam manè etiam hebetant: ille autem nullo huiusmodi onere premebatur. Non igitur immeritò sub vesperum hunc sermonem habuit. Præterea etiam in deserto conuersabatur iuxta Iordanem, quo omnes summo feruore ad baptisma concurrebant, parum secularia curantes, quandoquidem & vt Christum sectarentur, triduo cibis omnibus abstinebant. Hoc enim studiosi præconis, & diligentis agricolæ officium est, vt non prius ab opere desistant, quā quod intendunt, effecerint. Sed quid tandem non vniuersam Iudæam Christū annuncians peragravit? Quid iuxta Iordanem tantum immoratus venientem expectauit, quem ostēderet? Quoniam per opera id fieri volebat, id curabat vt Christus nosceretur, & persuaderet, vt vitam æternam audirent. Illi maius, operum scilicet, reliquit testimonium, quemadmodum ipse inquit, Ego ab homine non accipio testimonium: opera quæ dedit mihi pater, hæc sunt quæ testimonium perhibēt de me. Vide quantò hoc clarius sit. Cum enim scintillam paruā excitasset, repente flamma ad summum euasit. Nam qui prius Ioannis verbis minime mouebantur, postmodum dicunt, quæcunque Ioannes dixerit vera esse. Accedit ad hoc, quod si his annuncians orbem peragrasset, humano quodam studio id fecisse videretur, & non parua auditorum animis orta esset suspicio. *Et audierunt eum duo discipuli loquentem, & secuti sunt Iesum.* Atqui & alij erant Ioanni discipuli, sed illi non modò non secuti sunt, sed ei amulabantur. dicebant enim: Rabbi, qui erat tecum trans Iordanē, cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum. Et iterū videntur eū accusare: Quare nos ieiunamus, & discipuli tui nō ieiunant? Sed meliores, nullo tali affectu perturbati, audito Ioanne est vestigio secuti sunt Iesum: non quod magistrum despicerent, sed quod certam fidem eius adhiberent testimonio. Maximum autem argumentum est, recta eos mente secutos, quod nullo hortatu (suspiciosum enim fuisset) sed solo auditu, quod in spiritu sancto esset baptizaturus, secuti sunt: neque magistrum reliquerunt, sed quid ille amplius quā Ioannes ferret, ediscere voluerunt. Et animaduerte verecundam diligentiam. Non enim quamprimū de magnis, & necessariis rebus Iesum percontantur, non publicè omnibus præsentibus, & temere, sed priuatim & seorsum cū illo colloqui studuerunt. Norant enim præceptoris verba non modesta fuisse, sed veritatis. *Erat autem Andreas frater Simonis petri, vnus ex duobus, qui audierant à Ioanne, & secuti fuerant eum.* Qua gratia alterius non meminit: Sunt qui dicunt quoniam ipse sit euangelista, qui secutus est: alij quod obscurus esset, neque præter necessaria sibi dicenda ducit. Nulla enim vtilitas eius nominis cognoscendi. Neque septuaginta duo suis quisq; nominibus cognoscuntur. Ita & Paulus: Misimus, inquit, cum eo fratre in multis sæpe studiosum, cuius laus in euangelio. *Andræ autem meminit vel hæc ob causam, vt cum audieris quod Simon audiens cum Andrea, venite post me, & faciam vos piscatores hominum, ad tam admirabilem hanc promissionem non dubitarit, intelligas fratrem iam fidei iecisse fundamenta.* *Conuersus autem Iesus, & videns eos sequentes, dixit eis: Quid queritis?* Hinc admoneri possumus, deum suis in nos beneficiis nostras non preuenire voluntates, sed à nobis incipiendum esse: sed cum nos prompto,

Infra. 5. f

Ibid. 3. d

Matth. 9. et Maru

2. Cor. 8. 4

Matth. 4. 1

prompto, paratòque animo ad suscipiendam gratiam exhibemus, tunc multas nobis offert salutis occasiones. Quid queritis? Quid sibi vult hæc interrogatio? Qui humanorum cordium scrutator est, qui cogitationes nostras apertè intuetur, is interrogat, non vt sciat (scit enim) sed vt rogando eos sibi cōciliet, & familiares reddat atque rogentiores, seq; suo eos dignari colloquio ostendat. Credibile enim erat eos subuereri, & formidare, cum se rudes intelligerent, & tantum de illo magistri accepissent testimonium. Amouendę igitur verecundiæ, & timoris gratia rogat, neque domum vsque silentio sinit peruenire. Atqui idem eo tacente euenisset, ipsum enim vtiq; domum vsque persecuti essent. Cur igitur rogat? Vt eos, vt dixi, bona spe confirmaret, ne erubescerent hæsitarētque. Nec ex eo solum quod sequerentur, sed etiam ex interrogatione eorum ostendit desiderium. Siquidem cum nihil adhuc magnū neque vidissent, neque audissent ab eo, magistrum appellant, se discipulis annumerant, & cur sequantur ostendunt, vt videlicet aliquid vtile deciperent. Animaduerte quæso horum prudentiam. Non dixerūt, Doceas quid sequamur, quid necessariò faciendum: sed, Rabbi, inquit, vbi habitas? In ocio enim, vt dixi, & rogare, & audire aliquid ab eo volebant, idcirco neque tempus distulerunt, neque se postridie publicè disputantem audituros dixerunt, sed vehemens audiendi desiderium præ se ferunt, ne horā quidem dimittentes. Et animaduerte animi ardorem. O memorabilem illorum sapientiam, o diligentiam, o in magistrum fidem. Etenim iam sol ad occasum properabat (hora enim erat quasi decima) & propterea etiam Christus domum non docet, sed allicit sequentes, ostendens iam in suos accepisse. Non dixit igitur intempestiuū esse, vt ad se proficiscerentur: sed, venite, inquit, & videte vbi habitem. Non dicit, audietis cras si quid vultis: neque tunc missos fecit, sed tanquā amicos, longa deuinctos cōsuetudine alloquitur. Quo igitur pacto, inquit, filius hominis non habet, vbi caput reclinet? cum hic dicat, Venite & videte vbi maneam? Quoniam nullum habuit proprium diuersorium. Ita ea intelligēda est parabola. Non quod domum non habitaret, hoc autem dixit euangelista, quia apud eum ea die moram traxerunt. Sed cur nō id addidit, tanquam manifestum esset? Neque enim alia ratione secuti sunt, neq; Christus eos allexit, quā doctrinæ gratia, quam tam largiter, & promptè vna nocte acceperunt, vt mox vterque alios alliceret. J Hinc facile admonemur omnia præter diuinarū rerum doctrinam, & vana & superflua estimanda: ad eam autem nullum tempus esse intempestiuū, quauis aliena domus ingredienda sit, & magnus vir & clarus etiam ab obscuro petendus, & intempestiuè, nunquam huius doctrinæ occasio contemnēda est. Cibus enim, & balnea, & cœnæ, & reliqua secularia statutum tempus habent: supernæ autem sapientiæ doctrina nullo tempore circumscribitur, sed omne ei tempus accommodatum est. Opportunè, inquit, importune, argue, obsecra, increpa. *2. Tim. 4. 4* Et propheta, In lege eius meditabitur die ac nocte. Et *Psal. 1. 4* Moses vt hoc semper faciant, Iudæis præcipit: secularia enim, hoc est balnea, cœnæ, quæ necessaria sunt, & frequenter petimus, corpus imbecillius reddunt: animæ autem doctrina quantò magis imbuimur, tantò fortior anima efficitur. Verumenimvero in deliramentis, & nugis inutiliter vniuersum tempus consumimus, & aurora, crepusculo, meridie, vespere, frustra desidemus, locum ad hæc constituimus: diuinum autem pabulum

si semel, bisve ad summum in hebdomade audimus: tãquam saturi nauseamus. Quanam horum causa? Præua animi affectio. Concupiscentiam circa hæc, & appetitum dissoluimus, & idcirco spiritalem cibum fastidimus. Magnum autem & hoc præter alia egritudinis indicium, quod neque esurimus, neque sitimus: sed vtrunque nobis iniucundum est. Nam si in corporibus, id est, grauissimi morbi signum, longè magis in anima. Quoniam nam igitur pacto oscitantem eam & dissolutā, quibus operibus, quib; verbis sancire poterimus? Si diuinos sermones, propheticos, apostolicos, euangelicos, & alios omnes familiares habuerim, tūc longè hos meliores gustatu cibos, q̄ seculi immundos cognoscemus. Hoc namque nomine intēpestiuas nugas, & sodalitates appellare libet. Quid enim, quæso, melius, de forensibusne, iudicialibusq; negociis, atq; iis quæ in castris geruntur: an de cœlestib; & quæ post nostrā hinc migrationē expectamus, disputare? Quid fatius, proximi res & alienas diligenter curare: an angelicas & plurimū nobis conferentes inquirere? Res vicini non omnino tuæ, sed cœlestes tuæ sunt. Sed licet, inquit, qui semel hæc dicit, omnia impleat. Quid autem de quibus temerè disputatis non intelligitis, sed omnem vitam in hoc confutentes, nullum adhuc disputationis finem inuenitis? Neque adhuc grauiora dico. Humaniores enim hæc inuicem disputant, pigri autem & negligentes de mimis, saltatoribus, aurigis sermonem faciunt, ita & auditum simul & animam coinquinant, naturam his confabulationibus in omne viciorum genus præcipitem agentes: simul ac enim saltatoris nomen lingua protulit, animus eius sibi faciem, comam, mollem vestem, & his illum longè molliorem effingit. Alius ex fornicariæ mulieris sermone, verbis, forma, limis atque lasciuis oculis, delicato aspectu, capillorum in orbem flexibus, fūco pictis genis flammam fouet: nōne, quæso, in præsentia his verbis toto animo commouemini? Verum non pudet, neque erubescitis? Naturali enim necessitate hi motus exoriuntur. Quod si in ecclesia, & ab illis procul irritamentis, nostris tamen sermonibus non nihil incalescitis: considerate quales esse par est eorum affectus, qui in ipso sedent spectaculo, quibus plurima licetia est, & extra hūc honestum reuerendūque confessum, abiecto pudore & vident illa, & audiunt. Et quid tandem, aliquis fortasse impudentior dicet, si naturæ necessitas animum ita afficit, nos, non illam, arguis? Quoniam quod auditor moueatur, naturale quidem est, fateor: quod autem audiatur, non naturæ sed voluntatis est peccatum. Siquidem necessarium est, vt qui igni appropinquat, exuratur, & hoc humanæ naturæ imbecillitas exigit: non tamen nos natura igni admouet, hoc enim præuæ & peruersæ voluntatis est. Admonendum igitur censeo, ne sponte nostra nos ipsos præcipites in ignem demus, neve in profundum maliciæ pelagus demergamus, neque ad ignem vltro curramus, ne paratæ diabolo flammæ obnoxij, cum illo in perpetuum damnemur supplicij: a quo vtinam liberi in ipsos Abraham sinus recipiamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria simul & spiritui sancto in secula seculorum, Amen.

Homilia xviii. ex cap. primo.
Nuenit hic prior fratrem suum Simonem, & dicit ei: Inuenimus Messiam, quod est interpretatum Christus: & adduxit eum ad Iesum. Cum à principio deus hominem fingeret, noluit solum esse, sed ei dedit mulieris auxilium,

ris auxiliū, & vt vna cohabitaret, instituit. Norat enim hac mutua consuetudine multum vtrique emolumentum prouenturum. Quid si non vt decuit mulier tanto vsa est beneficio? Nam si rei ipsius natura considerabitur, magna profectō in hac coniunctione deprehenditur vtilitas, modō aliquid sapiamus, neque in vxore duntaxat & viro, sed & fratribus, si tantō ipsi munere frui voluerint. Vnde propheta: Ecce quā bonum, inquit, & quā iocundum, habitare fratres in vnum. Et Paulus, ne nostram congregationem deseramus, admonuit. Hæc est inter nos & bestias differentia. Hac gratia ciuitates, fora, domos excogitauimus, vt simul viueremus, non mutua tantum consuetudine, sed charitatis vinculo. Cū enim indiga nobis natura ab opifice deo tributa sit, neque sibi ipsi sufficiens: vtilitati nostræ profectum est, vt scilicet indigentia nostra mutua consuetudine iuuaretur: Itaque quod alteri deest, alterius auxilio suppletur. Non aliter hac mortali successione diuinā immortalitatem seruamus. Longum explicatu esset in præsentia, quantum hac inuicem intima & sincera coniunctione vtilitatis proueniat. Sed aliud intendimus, cuius gratia hæc nobis dicta sunt. Andreas autem cū apud Iesum mansisset, & multa didicisset, non abscondit thesaurum, sed ad fratrem festinauit, accepta bona quamprimum communicaturus. Sed qua gratia Ioannes, quem Christus sermonem habuerit, nō enarrauit? Vnde cognoscere possumus, quod ideo apud Christū manserit: paulo ante id nobis ostensum est, & ex hodierna concione etiam cognoscere licebit. Quid enim fratri Andreas dicit: inuenimus Messiam, quod interpretatur Christus. Vides quā citō didicit simul & persuadentis magistri sapientiam, & eorum in discendo incredibile a principio diligentiam ostendit? Hoc enim verbum, inuenimus, animæ est maximè eius præsentiam desiderantis, & cœlitus veniam expectantis, cuius aduentu exultans, alios euangelij gestat fieri participes. Hoc fraterni animi, cognati amoris, sinceri est affectus officium, vt in spiritualibus quā diligentissimam curam adhibeamus, inuicem opitulemur: audi Andream quā assertiuè articuli adiectione dicat, non enim dicit, Inuenimus Μεσσαι, Messiam, sed τὸν Μεσσαι, Messiam illum. Vnum quendam Christum expectabant nihil cum aliis communicantem. Considera ab ipso principio obedientem & beneuolum Petri animum. Cucurrit è vestigio, nil moratus. Adduxit, inquit, eum ad Iesum: sed nemo eius damnet nimiam in credendo facilitatem, nisi prius rem ipsam diligenter intueatur. Siquidem credibile est Andream plura persuasioni maximè accommodata narraisse: verum euangelistæ nōnunquam multa breuitatis gratia præmittunt, præterea non dicit ei statim persuasisse, sed tantum adduxisse ad Iesum, vt inde totū disceret, aderat enim alter discipulus qui ista adiuuabat: nam si Ioannes Baptista cū inquit, Ecce agnus dei: & qui in spiritu baptizat, certiore doctrinam magistro edocendam reliquit, & inde hauriri hortatus est: longè magis Andreas cū suum non esset officium, neque ad tanti luminis narrationem sufficeret, ad ipsum fontem fratrem adducere oportuit tanto studio & alacritate, vt nihil eum auerteret, aut moraretur. *Inuinitus autem eum Iesus dixit: Tu es Simon filius Iona, tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus.* Incipit iam reuelare diuinitatis mysteria, eamque paulatim per prophetias aperire: hoc pacto & cum Nathanaël egit, & cum muliere Samaritana. Nō enim minus quā signa prophetiæ mouent, neque vllum præ-

Psal. 132. Ad Hebr. 10.6

** & φιλίῳ, id est, aduentum, legisse videtur & φερων, id est, veniam & remissionem.*

seferunt factum: Nam miracula apud stultam plebem nōnunquam calumnia notantur. In Beelzebub enim, inquit, eicit dæmonia. Prophetia autem nulli crimini est obnoxia. In Simone enim, atque Nathanaël hac doctrinæ via vsus est, non autem in Andrea & Philippo. Quid tandem? Quoniam ille Ioannis habuit testimonium non parui ad fidem momenti: Philippus verō cōspectis qui aderant, facile persuasus est. *Tu es Simon filius Iona.* Ex præsentis futurum credibile reddit. Qui enim patrem nominat, constat eum futurum præuidere: & honorificè de eo prædicit, non adulatione, sed veri prædictione: quod vel ex Samaritana constat, quam vehementer reprehendit, præterita eius opera commemorans: Quinque enim viros habuisti, & quem nunc habes, non est tuus vir. Sic & pater eius multa de prophetia verba facit, idolorum arguens opinionem. Annunciant quæ vobis vêtura sunt. Et iterum: Annunciaui & saluos feci, & non erat in vobis alienus: & in tota prophetia hoc meminit. Hoc enim vel maximè dei opus est, quod neque dæmones imitari possunt, quauis maiorem in modum admittantur. In miraculis enim sæpe sub veritatis vmbra decipi possumus, certa autem prædictio futurorū immortalis dei duntaxat opus est: quod si quando dæmones aliquid prædixerunt, stultum & incautum vulgus deceptum: eorum nāque vaticinia passim falsa deprehenduntur. Atqui Petrus nihil ad Christi verba respondit. Nondum enim quicquam viderat manifestè, sed primò didicit. Animaduertendum autem quod non omnia quæ euentura ei erant, hoc primo congressu prædixit: non enim appellauit eum Petrum, non dixit super hanc petram ædificaturum ecclesiam: sed dixit: *Tu vocaberis Cephas.* Illud enim maioris erat & potestatis, necnō etiam autoritatis. Ea autē Christus nūc conticuit, humilior a principio loquitur: cū verò diuinitatem suam demonstrauit, maiora narrauit iniquies: Et ego dico tibi, tu es Simō, tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Hunc Petrū appellauit, Iacobū verò & Ioannē filios tonitru. Quamobrè: vt ostendat se eundem esse, qui vetus dedit testamentum. Ipse est qui nomina aptè imponit, qui Abram Abraham, & Sarai Saram, Iacob Israël vocauit. Multis a natiuitate nomina imposuit: vt Isaac, Samson, vt iis quorū meminuit Esaias & Osee. Quibusdam, quā a parentibus accepertunt appellationem mutauit, vt prædictis, & Iesū. Mos etiam antiquitus erat a rebus nomina imponi, quod & Helias fecit: hoc autem non temerè fit, sed vt ea appellatio imponatur, quæ sit diuini beneficii perpetuum monumentum, & memoria per prædicta nominata auditorum animis imprimatur. Ita & Ioanni cœlitus nomen imposuit. Qui enim debebant ab ineunte ætate virtute pollere, eis tunc indita sunt nomina: qui verò in ætatis progressu profecturi erant, postmodum. Sed tunc quidem varia ac differentia singuli nomina acceperunt: nunc autem vno omnes appellamur, Christiano scilicet omnium maximo, atque præstantissimo, cum quo & filij dei & amici, & corpus dicti sumus: quæ appellatione cæteris omnibus vehementius excitari, & promptiores ad virtutem complectendam fieri, nec ea quicquam indignum facere conari debemus, cū eodem quo Christus nomine vocamur, vt Paulus testatur, cuius excellentiam nos intelligere oportet: quod si is, qui principis cuiuspiam, aut alterius clari viri nomen sortitus est, cū id audit, tumet atque superbit, & magna id sibi gloriæ arbitratur, Iesūq; autoritatem pro-

Infra. 4.6

Gen. 49.4

Nominum impositio.

Mat. 16.6 Marc. 3.6

† Sarai Saram, vt eū habet lxx.

Gen. 17.4

Ibid. 32. f

Gen. 21.6

Indic. 13.6

Num. 13.6

Luc. 1.6

† atq; ne il viribus

li a quo non me accepit, sua negligētia infamia innuatur p viribus.] *Viribus seruare] adnititur: quid nobis faciendum est, qui non principis, non terrenæ alicuius potestatis, non angeli, non archangeli, sed ipsius omnium regis nomine appellari dignati sumus? Nōne ita animam nostram instituemus, vt nō afficiatur infamia, qui tanto nos honore profectus est? An ignoratis quanto cohortes regie, & scutati, & hastati, eius latus stipantes honore habeantur? Ita & nos proximi facti deo, eō magis quā quos nunc diximus, quō corpus propinquius est capiti quā illi regibus, totis viribus contendamus, vt Christi simus imitatores, qui inquit: Vulpes cubilia habent, & volatilia cœli nidus struunt, filius autē hominis non habet vbi inclinet caput. Hoc ego a vobis si exigam, graue fortasse & onerosum multis videbitur, quare hanc perfectionem propter imbecillitatem vestram omitamus. Arbitror autem vos nō inhiare pecuniis, sed quē admodum summam illam virtutem propter multorū imbecillitatem omitto, ita vobis a summa malicia abstinentum est, ac etiam longè magis. Non eos accuso qui domos habent, agros, pecunias, mancipia, modō his bene vtantur ad frugalitatem, & vt decet, hoc est tanquam domini, non tanquam serui: vt ea possideāt, non ab his possideantur: vt vtantur, non abutantur: *χρηματα* enim, hoc est pecuniæ *καὶ τὰ χρηματα*, quod est vti, dicuntur, ea videlicet ratione vt his in necessitatibus vtatur, non vt seruemus. Hoc serui est, illud domini, & ius super id habentis. Non propterea diuitias accepisti, vt terræ defodias, sed distribuas liberaliter: quas si deseruari voluisset, non sanè homini dedisset, sed in terra conditas dimittillet: Verum cū vellet expēdi eas, nobis largitus est, vt his inuicem communicaremus. Qui pecunias seruat, non est earum dominus. Quod si vt augeatur seruas, ea profectō optima augendi ratio, vt in omnes distribuatur. Neque enim sine sumptu lucrum, neque diuitiæ sine larga effusione proueniunt. Cuius rei argumētum in secularibus rebus videri licet. Siquidem mercator, & agricola: ille pecunias, hic semina profundit. Mercator nauigando pecunias in multos impendit, vt deinde lucrētur: agricola semina in terram iaciens, a sidiuo diei labore exercetur, vt plus inde accipiat: hic autem non tanto opus est labore, non nauis fabricanda est, non iungendi boues, non terra aranda, non tempestates, non aëris intempéries, nō vis grandinis timenda, nulli fluctus, nulli hic scopuli offendendi. Hæc nauigatio, hæc fatio, vna duntaxat re indiget, vt dispergantur diuitiæ: reliqua omnia agricola ille perficiet, de quo, inquit Christus: Pater meus agricola est. Quæ igitur temeritas, quæ infamia, vbi omnia sine labore, sine periculo assequi possumus, supinos & oscitantes persistere: vbi autem sudores innumeri, nauigandi pericula, labores, curæ, & quod grauius est, incertum votum, tantopere inuigilare? Nolite, quæso, nolite ergo propriam salutem tantopere despiciere: sed tot periculis omisissis, ad faciliora & lucrosiora curramus, vt futura bona consequi possimus, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quē, & cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.*

Matth. 8. c & Luc. 9. g

χρηματα.

Infra. 15. a

† incertus euentus.]

Homilia xix. ex cap. primo.

† excimium & excellēs cōingere.]



N crastinum autem voluit exire in Galilaam, & inuenit Philippum, & dicit ei Iesus: Sequere me. Erat autem Philippus a Bethsaid a ciuitate Andrea & Petri. Tritum prouerbum est, homini diligenti semper aliquid superesse.] Et Christus: Qui quærit, inquit, in-

uenit. Quare nulla iam me admiratio tenet, cur Philippus Christum secutus sit. Andreas enim audito Ioanne, Andrea Petrus, hic nemine, sed tantum Christo dicente: Sequere me, quamprimum credidit, & secutus, aliis factus est prædicator. Cucurrit enim ad Nathanaël: quē scripsit, inquit, Moses in lege, & propheta, inuenimus. Vides viri diligentiam, vt scripturæ meminerit, vt Christi aduentum expectauerit? Inuenire enim quærētis est. In crastinum exiit in Galilaam priusquam quisquam ipsum sequeretur, neminem vocat, quod nō temerè fecit, sed summa sapiētia: nam si nemine sua spontè prosequente ipse aliquos vocasset, de eorum perseverantia potuisset dubitari: veruntamen cum vltro sequi elegerint, firmi & constantes permanent. Philippum autem sibi notiorē vocat, vt pote qui in Galilæa & natus erat, & educatus. Acceptis igitur discipulis, alios iam venatur, & in primis Philippum, & Nathanaël. Sed de hoc non tam mirum fuit, quandoquidem nomen Iesu in vniuersam Syriam diffusum erat: illud admiratione dignum, quo pacto Petrus, Iacobus, Philippus potuerunt tam breui persuaderi: non ea tantum ratione quod ante signa, sed quod Galilæi erant, vnde neque propheta surrexit, neque quicquam boni. Rusticiori enim quodam modo, & crassiori erāt ingenio. Vnde in hoc etiā Christus suam demonstrauit virtutem, cū ex sterili terra tales sibi discipulos comparauit. Credibile quidē est Philippum, & qui cum Petro erāt, viso & audito Ioanne de Christo testimonio, eū secutos, & Christi sermonem non parum in illis operatum. Nouerat enim qui idonei futuri essent discipuli. Euāgelista autem hæc omnia omittit. Quoniam igitur vêturus erat Christus, credidit: quod verò iste Christus esset, ignorabat, quod vel a Petro, vel a Ioanne audierat. Meminit autem eius patriam euangelista, vt intelligas, quod infirma mūdi elegit deus. *Inuenit Philippus Nathanael, & dicit ei: Quem scripsit Moses in lege, & propheta inuenimus Iesum filium Ioseph a Nazareth.* Per Mosem & prophetas dignum fide sermonem suum facere, & auditori persuadere adnititur. Nam cū Nathanaël esset in perscrutanda veritate diligētissimus, vt & suis verbis, & Christi testimonio videri licet, meritō ipsum ad Mosem, & prophetas Philippus relegauit, vt crederet. Quod autem Ioseph filium appellat, noli perturbari, eiusmodi adhuc erat opinio. Et vnde constat Philippe, quod ille sit? quod das nobis signum: neque enim satis est quod is sit affirmare. Quod inquam signum, quod miraculum affers? Non est de tantis rebus temerè credendū, & periculosum est: dic quid certi habes, quod & Andreas, inquit. Siquidem ille cū suarum virium non esse intelligeret, quem thesaurum, quas diuitias inuenierit, ostēdere, fratrem ad eum quem inuenerat ducit: ita Philippus quo modo ille hic sit Christus, & quo modo propheta eum prædixerit non dicit: sed ducit ad Iesum, sciens ipsum non abscessurum, si illius verba & doctrinam gustaret. *Et dixit ei Nathanael, A Nazareth potest aliquid boni esse? Dicit ei Philippus, Veni & vide. Vidit Iesus Nathanael venientem ad se, & dicit de eo: Ecce verè Israelita, in quo dolus non est.* Laudat Iesus & admiratur, qui dixit, A Nazareth potest aliquid boni esse? Quid laudat: nōne potius accusare oportuit? Minimè. Non enim quod nō crederet, ita locutus est, neque accusari, sed laudari meruit. Quānam ratione: quia prophetarum verba diligentius, quā Philippus considerabat. Audierat enim ex Bethlehem, & ex patria David Christum venturum. Hoc Iudæi credebant, hoc propheta iam pridē his verbis prædixerat: Et tu Bethlehem terra Iuda,

Mich. 5. &

Manh. 2. a terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda: *A* cet, & prouidentia, & à certissima ipsius mentis perferu-
Ioan. 7. f ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israël.
 Huius prophetiae memor Nathanaël, audiens eum Na-
 zarenum, perturbatur & dubitat, ne secundum prophe-
 tae sermonem Philippus falleretur. Intuere quælo homi-
 nis prudentiam, intuere mansuetudinem. Non dixit se
 deceptum, neque falsa sibi narrari, neque quod à pro-
 pheta non ex Nazareth, sed ex Bethlehem Christum ven-
 turum didicerit: sed contra quam Philippus dixerit, per-
 suasus obuiam tamen venit. Ostendit igitur & scriptu-
 rarum cognitionem, & morum simplicitatem, nec non
 vehemens Christi aduentus desiderium, cum Philippi
 verba non contempserit. Norat enim Philippum in pa-
 tria commemoranda falli potuisse. Et vide quam vere-
 cundè interrogando non credendum innuit: nõ enim
 dixit, nihil boni fert Nazareth: sed, à Nazareth potest
 aliquid boni esse: Necnon & Philippus prudenter quide-
 non in indignatur, non agrè fert, ut pote parum creditus,
 sed expectat virum, ut ad Christum adducat, & ab ipso
 principio apostolicum nobis ostendit vigorem. Ideo
 Christus inquit: *Ecce vere Israelita, in quo dolus non est.* Est
 enim & mendax Israelita, sed non hic, quippe cuius in-
 corruptum est iudicium, nec ad gratiam, nec ad odium
 quicquam loquitur. Atqui Iudei rogati ubi Christus na-
 sceretur, in Bethlehem dixerunt, prophetæ testimonium
 afferentes: Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquam mi-
 nima es in principibus Iuda. Verum illi antequam Chri-
 stum viderent de eo testati sunt, quo viso inuidia desti-
 terunt, dicentes: Hunc nescimus vnde est. Nathanaël
 autem in eadem persistit sententia, quod nõ esset à Na-
 zareth. Quo modo ergo prophetæ eum Nazarenum vocant?
 Eo quod illic educatus est, & conuersatus. Nec se
 Nazarenum negauit, ne qua suspicio oriretur: neque si
 id persuasisset, non propterea se Christum esse ostendit
 set. Quid enim prohibebat non esse Christum, quanuis
 à Bethlehem natum, cum & alij complures ibi nati es-
 sent: Hoc igitur omisit, id autem in mediũ attulit, quod
 maximum erat ad credendum argumentum, se videlicet
 præsentem eorum sermone fuisse. Nam cum ille di-
 ceret, Vnde me nosti: respondit, Priusquam te Philip-
 pus vocaret, cum esses sub ficu, vidi te. Animaduerte ho-
 minis constantiã. Nam cum dixisset Christus: Ecce ve-
 rè Israelita: non intumuit laudibus, neque his obuiam
 factus est, sed perferuari pergit, ut de eo certi aliquid
 intelligat, & adhuc tanquam hominem alloquitur, Ie-
 sus tanquam deus respondet. Non enim è loco aliquo
 editiori ipsum & eius mores, & mansuetudinem vidisse,
 non è specula aliqua more hominis eum sub ficu ob-
 seruasse dicit: nemo enim illic aderat, sed soli Philippus
 & Nathanaël secreto in loco inuicem sermonem ha-
 buerant. Idcirco, inquit euangelista, quod cum videret
 à longè venientem ad se, dixit: Ecce verè Israelita. Ut
 intelligatur priusquam appropinquaret Philippus, ita
 Christum locutum, ne quisquam posset suspectum ha-
 bere testimonium: ideo & temporis meminit, & loci, &
 arboris: nam ab ipso missum Philippum quicquam opi-
 nari potuisset, si tantum eius ad Nathanaël profectio-
 nis meminisset. Verum cum dixerit ubi eum conuenit
 Philippus, & arboris nomen addiderit, & tempus, certis-
 simum se prophetam ostendit: neque hoc tantum, sed
 etiam quæ inuicem locuti essent in memoriam reduxit:
 hoc est, à Nazareth potest aliquid boni esse: Ex quo ma-
 xime eum sibi conciliauit, cum ex eo non reprehendit,
 sed laudibus profectus est. Et admiratus his verbis Na-
 thanaël verè Christum esse cognouit, à prophetia scilicet

Infra. 7. f

tatione. Demõstrat enim animi eius cogitationes se
 planè intellexisse, præsertim cum quæ agrè ferenda vi-
 debantur, ea non reprehendit, sed laudat: dixit enim à
 Philippo vocatum, non autem quem inuicem sermo-
 nem habuerint, neque quod affuerit: relinquit hæc eius
 conscientiae examinanda, cum nolit ipse coarguere.
 Quid igitur priusquam à Christo vocaretur, eum dun-
 taxat vidit, nõne antea etiam in somni oculo viderat?
 Viderat sanè, & nemo inficias iret, sed ita opus fuit di-
 ctu. Quid igitur ille? cum certissimum de Christi pro-
 uidentia argumentum accepisset, confessus est, & pri-
 mò se diligentem, deinde consensu fidelem ostendit:
 respõdit enim, & ait, *Rabbi, tu es filius dei, tu es rex Israel.*
 Vides gratam repente, & Iesum amplexatam animam?
 Tu, inquit, ille es quem expectamus, quem quærimus.
 B Vides hominem stuporis, admirationis, laticiae plenũ?
 Is nobis sequendus est, quibus deus filij sui cognitionem
 dare dignatus est: exultandum nobis est, non animo
 tantum, sed re ipsa. Quod autem exultantium officium
 est: Credere ei quem cognoueris, credentium verò, co-
 gniti parère voluntati: nam si operibus nostris deum
 in iram prouocabimus, quò nam pacto poterimus exul-
 tare? Nõne videtis cum amicum domi quispiam ac-
 cipit, quam præ se ferat laticiam, quanta alacritate pa-
 ratus sit nulli rei parcere, dum hospiti rem gratam fa-
 ciat: Quod si quis ei non obsequeretur, neq; ad eum re-
 ficiendum omnia faceret, etsi millies eius præsentia se
 lartari diceret, non utique crederetur: & meritò sanè.
 Re ipsa, non verbotenus ostendenda laticia est. Venit
 ad nos Christus, ostēdamus eius aduentu laticiam, ni-
 hil quod eum perturbet faciamus, ornemus quã ingre-
 ditur domum, hoc latantium est: prandium appona-
 mus eius gustui suauissimum, hoc exultantium est. Qua-
 le autem prædium: ipse inquit: Meus cibus est, ut faciam
 voluntatem eius, qui me misit. Pascamus ipsum esurien-
 tem, potum demus sitienti: etiam frigidam aquam abs-
 te accipit, quippe qui amat. Amicus enim, etsi parua ac-
 cipit, magna sibi videntur. Tu modò lato vultu impen-
 das duos obolos, non recusat, sed tanquam magna de-
 deris, gratè accipit. Nam cum nullius indigeat, neque
 necessaria ei sint munera tua, meritò non munerũ ma-
 gnitudinem, sed donantis voluntatem reputat. Osten-
 de igitur duntaxat, te aduentum diligere, omnia
 eius gratia moliri, aduentu lartari. Considera qualis er-
 ga te fuerit, quod pro te animam posuerit, neque post
 tâta in te beneficia rogare te recusat. Pro Christo enim
 legatione fungimur, inquit, tanquã deo obsecrante per-
 nos. Et quisnam adeo insanit, dices, ut dominum suum
 non amet: Hoc & ego dico, nec ignoro neminem ve-
 strum neque verbis, neque animo aliter sensurum. Ve-
 rum non verbis tantum, sed & re ostendit vult amicus
 quid sentias. Nam si lingua duntaxat amici exhibemus
 officium, sanè ridiculum est, nõ modò apud deum, sed
 apud homines: nec stultum modò, sed damnosum. Ver-
 bis ergo opera consentiant, operibus confiteamur, ut
 ipse nos suos profiteatur in die illo quando coram pa-
 tre dignos confitebitur, ineffabili gratia & benignita-
 te, domini nostri Iesu Christi, qui cum patre, & spiritu
 sancto viuit & regnat, in secula seculorum, Amen.

Homilia xx. ex cap. primo & secundo.

Respondit Nathanael, & ait ei: Rabbi, tu es filius dei, in-
 es rex Israel. Respondit Iesus, & dixit ei: Quia dixi ti-
 bi, vidi te sub ficu, credis: maiora his videbis. Pluri-
 mum nobis curandũ est, dilectissimi, & omni
 studio

Infra. 4.

2. Cor. 5. d

Mat. 16. c

*† respõsione
 ipsius perse-
 Et, ecclesiã
 suam super
 illius cõfess-
 ionem se.]*

Luca. 2. b

Mat. 13. d

Cap. II.

85 studio inuigilandum, ut sacrarum scripturarum pro-
 fundum inspicere possimus, quarum sensus oscitantes
 nunquam deprehendemus. Est igitur quàm diligentis-
 simè inuestigandum, & assiduis precibus insistendum,
 ut vel aliqua ex parte diuina mytheria assequi valeam.
 Ecce hodierna die non paræ nobis, sed multæ perferu-
 tationis quæstio proponitur. Nam cum Nathanaël di-
 xisset, Tu es filius dei: respondit Christus, Quia dixi ti-
 bi, vidi te sub ficu, credis: maiora his videbis. Quid hinc
 quæsitum dignum? cur Petrus post tot tantæque miracu-
 la, post talem doctrinam acceptã, Christum dei filium
 cõfessus, ac si reuelationem à patre acceperit, laudatur:
 Nathanaël verò ante signa, ante doctrinã idem quod
 Petrus asserens, minimè: sed tanquam nihil Christo di-
 gnum dixerit, maiorum spe trahitur? Quidnam hoc?
 quoniam etsi iisdem verbis & Petrus, & Nathanaël vsi
 sunt, non tamen idem ambo senserunt: sed Petrus filium
 dei tanquam verum deum: Nathanaël tanquam homi-
 nem tantum confessus est, quod ex consequentibus cõ-
 stat. Addit enim, Tu es rex Israël. Filius autem dei non
 modò Israël, sed vniuersi orbis terrarum rex est. Quod
 etiam inde ostenditur, quod Petro nihil amplius addi-
 dit Christus, sed tanquam † perfectò in fide ecclesiam
 suam eius testimonio] ædificaturum pollicitus est: Na-
 thanaël autem tanquam potiori in parte deficietũ sub-
 didit. Amen amen dico vobis, amodò videbitis cælum apertũ,
 & angelos dei ascendentes, & descendentes super filium hominis.
 Animaduertis quo modo eum à terra paulatim erigit?
 quo modo animum excitat, ne amplius simplicem ho-
 minem coniectetur: Cui enim angeli ministrant, & su-
 per quem ascendunt & descendunt, quoniam pacto ho-
 minem esse existimabitur? Propterea cum maiora visu-
 rum diceret, angelorum ministerium addidit: ac si di-
 ceret, hoc tibi magnum Nathanaël visum est, propter-
 ea me regem confessus es: quid autem dices cum ange-
 los dei super me ascendentes & descendentes videris?
 Quibus verbis suadet, ut ipsum angelorum dominum
 confiteatur: tanquam enim super dilectissimum regis
 filium, regij ministri & ascenderunt, & descenderunt:
 hoc quidem passionis tempore, illud resurrectionis &
 ascensionis: necnon & antè, cum accesserunt, & mini-
 strabant ei, cum natum annunciarunt, laudarunt, di-
 centes: Gloria in altissimis deo, & in terra pax, quando
 ad Mariam venerunt, quando ad Ioseph. Facit autem,
 quod sæpe aliàs: duo prædicit, alterum iam præteritum
 indicat, alterum ex hoc confirmat futurum. Illud nan-
 que manifestum erat, quod ante Philippi vocationem
 esset sub ficu: ascensus autem & descensus angelorum
 partim fuerant, partim erant futuri, apud crucem vide-
 licet, in resurrectione, in ascensione, qui etsi nondum e-
 uenerint, ex præteritis tamen facit, ut credantur. Qui e-
 nim eius virtutem iam viderat, facilius quæ futura au-
 dit, credit. Quid igitur Nathanaël: nihil respõdit. Chri-
 stus autem hætenus locutus, secum ea verba reputatu-
 rum dimisit: noluit enim omnia simul, sed iacto in ter-
 ram fertilem semine, sinit ut germinet: ut alio in loco,
 inquit, Simile est regnum cælorum homini, qui semi-
 nauit bonum semen: cum autem dormiret, venit inimi-
 cus eius, & superfeminavit zizania in medio tritici, &
 abiit: Et die tertia nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ, & erat
 mater Iesu ibi, & fratres eius. Vocatus est autem Iesus & discipuli
 eius ad nuptias. Ut iam dixi, erat Christus quàm alibi in
 Galilæa notior, quare vocatus nuptiis affuit, in quibus
 non dignitati suæ, sed nostræ consuluit utilitati: quip-
 pe qui non dedignatus est formam serui accipere, lon-

A gè minus seruatorum nuptiis interesse. Qui cum publica-
 nis & peccatorib; versabatur, multò minus nuptias re-
 cussisset: non tamen qui inuitauerant, rectè de eo sen-
 tiebant, neque tanquam magnum quendam inuitabãt,
 sed ut popularem, & ut notum: quod his verbis signifi-
 cat euangelista, Et erat mater Iesu ibi, & fratres eius: ac
 si dicat, quemadmodũ illam & fratres, ita & Iesum vo-
 cauerunt. Et deficiente vino, dicit mater Iesu ad eum. Vinum
 non habent. Dignum hoc in loco quæsitum est, vnde in-
 mentè matri venerit, magnũ aliquid de filio coniecta-
 ri: nullum enim adhuc signum fecerat. Hoc enim fecit,
 inquit, initium signorum Iesus in Cana Galilææ. Quod
 si quis diceret, non idoneum hoc argumentum, quod
 primum signum fuerit, quoniam additum sit in Cana
 Galilææ: ac si diceret, non omnium primum, sed eorum
 quæ illic fecerat. Ad hoc respõdebimus, quod superius
 inquit, Ioannes: Ego nesciebam eum, sed ut manifeste-
 tur Israël, propterea veni ego in aqua baptizans. Nam
 si antea miracula fecisset, non indignisset Israël, qui ip-
 sum manifestaret. Vir enim factus, miraculorum multi-
 tudine, non Iudæis modò, sed & Syris, & lóginquiora
 incolentibus, cognitus est tribus annis duntaxat: imò
 ne tribus quide indiguit, sed quamprimum nomen eius
 in omnes diffusum est. Qui igitur tam breui miraculis
 claruit, longè magis à prima infantia, si ea fecisset: fuis-
 set enim maiori admirationi, utpote puer, quàm vir,
 neque tãdiu in obscuro latuisset: sed nihil à pueris ope-
 ratus est. Vnum autem duntaxat Lucas testatur: quod
 annorum duodecim sedisset in templo medius docto-
 rum, & audiens, & interrogans, fuisseq; summæ omni-
 bus admirationi. Nec immeritò à teneris annis Iesus à
 miraculis abstinuit, arbitrati enim essent se præstigia vi-
 dere. Nam si annorum accessu, & etate maturo multi id
 suspicati sunt, quid de puero credidissent? Præterea ma-
 turius eum propter inuidiam crucifixissent, & genera-
 tio eius non fuisset credita. Vnde igitur matri venit in
 mentem aliquid magnum excogitare de filio: Manifestari
 iam cõperat & Ioannis testimonio, & ex his quæ
 discipulis prædixerat, & ante hæc omnia, ipsa natiuitas,
 & quæ eo tempore euenerant, maximam de puero opi-
 nionem concitarent. Audiebat enim, inquit, omnia de
 puero, & conseruabat ea in corde suo. Sed quid antea
 nihil eiusmodi dixit? Quoniam, ut dixi, iam manifesta-
 tionis tempus aduentabat: antea enim cum tanquam
 ex medio vulgo aliquis conuersatus esset, nihil adhuc
 tale mater ausa fuerat: verum cum Ioannem ad perhi-
 bendum de eo testimonium venisse audisset, ac testi-
 monium perhibuisse, & discipulos iam videret, cõpit
 audere. Et deficiente vino, dicit: Vinum non habent.
 Optabat enim ut iam hominum gratiam conciliaret,
 & ipsa clarior filij gratia efficeretur, & fortasse aliquo
 humano afficiebatur affectu, quæ admodũ & fratres eius
 cum dixerunt: Ostende te ipsum mundo: cupidi eius mi-
 raculis sibi famam comparare, idcirco aspèrius respõ-
 dit: Quid mihi & tibi mulier? Nondum venit hora mea.
 Nam quod matrem reuereretur, testatur Lucas quod
 subditus erat parentibus, & hinc euangelista quantã pas-
 sionis tempore matris curam habuerit. Vbi enim paren-
 tes nihil diuina impedirent mytheria, nihil offenderet,
 æquum & necessarium est filio parère, neque negare si-
 ne magno periculo potest. Contra verò cum intempe-
 stive aliquid petunt, & spiritalem sermonem impediunt,
 illis obtemperare non est tutũ. Propterea & hic ita res-
 pondet, & alibi rursum, Quæ est mater mea, & fratres
 mei, aiebat. Siquidem non adhuc debitam de ipso opi-
 nionem

*Philip. 2. b
 Luca. 3. f*

Supra. 1. d

Luca. 2. g

Luca. 2. g

Infra. 7. a

Luca. 2. g

*Mat. 12. d
 Marc. 3. d
 Luca. 8. c*

nionem habebant, sed more matrum Mariā, iure omnia filio se præcepturam censebat, cum tanquam dominum colere, & reuereri deceret, ideo in hūc modum respondit. Considera quā indignum erat, vniuerso adstante populo, & ad eum, & eius doctrinam audiēdum suspensio, illam in medium accedentem, publicam impedire vtilitatem, & de priuatis rebus habere sermonem, & extra eiusmodi concionē euocare. Inquit igitur, Quæ est mater mea, & fratres mei? non quod matrem contemneret, absit: sed vt maximè vtilitati consuleret, neq; occasionem daret, vt de ipso abiectum aliquid coniectaretur: nam si aliorum curā habebat, & digna se opinione illos imbueri moliebatur, longè magis id in matre curasset. Cum enim consentaneum sit Mariam, vt pote matrem, priores sibi partes vendicasse: ideo matrē venisse nunciatis ita respondit, neq; aliter ipsam ex humili ad illam altitudinem erexisset, si semper tanquā à filio honorari existimasset, & non tanquam dominū habuisset. Hac gratia & hoc in loco inquit, Quid mihi & tibi mulier? Alia præterea causa afferri potest, non minus necessaria, ne qua in miraculo suspicio oriretur: ab indigentibus enim, non à matre id quærendum erat. Quid tandem? Quoniam quæ familiarium precibus impetrantur, quanuis magna, raro tamen eorum prædicationibus augentur: indigentium laudes cum quid impetrarint, omni vacante suspicione, nihil ab his simulatur, & multa inde vtilitas provenit. Etenim si vel optimus medicus, qui cum multis agreros visitauerit, neque ab ipsis, neque eorum familiaribus, sed à sua tantum matre laudaretur, suspecta sanè esset laus illa & molesta, nec præsentium quispiam magnum de eo aliquid, vel egregium opinaretur: propterea asperius locutus: Quid mihi, inquit, & tibi mulier? eam admonens, ne idem amplius tentaret. Curè enim ipsi erat maternus honor, sed longè magis animarum salus, & commune in multos beneficium, cuius gratia humanam carnē accepit. Non sunt igitur hæc liberius ad matrem loquentis, sed diuinæ dispensationis verba, vt admoneret pro dignitate miracula facienda. Quod enim vehementer ipsam, & præ cæteris amaret, & reuereretur, asperiora hæc verba, & indignatio demōstrat: quoniam pacto, in sequētibus dicemus. Verum cum audieris mulierem illam dicentem: Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti: deinde ipsum respondentem, Quinimmo, beati qui audiunt verbum dei, & custodiunt illud. Ea sententia dictum existima, non quod matrem negligeret, sed nihil ei vtilitatis matris nomen allaturum ostēderet, nisi bonitate & fide præstaret. Quod si Mariæ nihil sine virtute materna charitas erat profutura, longè minus nobis patris, fratris, matris, filij bonitas, nisi aliquid nostrum afferamus. Frater, inquit, non redimit, redimet homo? In nullo nanq; alio, nisi in solis sui ipsius virtutibus, post diuinam gratiam de salute cuiuspiam sperandū est. Nam si id profuturam erat per se Mariæ, profuisset etiam Iudæis, quorum consanguineus erat Christus secundum carnē, profuisset ciuitati in qua natus est, profuisset fratribus. Atqui dum fratres rerum suarum curā habuerunt, nihil eis propinquitatis nomen profuit, sed cum reliquo mūdo damnati erant. Tunc autem admirationi esse cōperunt, quando propria claruerūt virtute: patris verò nihil inde consecuta cecidit, & incendio absumpta est, conciuēs miserè interēpti perire, cōsanguinei secundum carnem nil ad salutem lucrati sunt, deficiente virtutis patrocinio. Verum apostoli ante omnes clarissimi euaserunt, cum se ad veram & expetendam

A eius familiaritatem, consuetudinēq; per obedientiam contulerunt. Hinc intelligimus fide semper nobis opus esse & vita, quæ virtutibus luceat, hoc duntaxat saluos nos facere poterit. Quantæ enim cognati admirationi fuerunt, cum ne eorum quidē nomina teneamus, apostolorum autem & vita, & nomina vbiq; terrarum decantāt. Nolumus igitur ob terrenam nobilitatem in superbiam efferri, licet longā progenitorum, & quidem clarissimorum seriem numeremus, eorum virtutes superare contendamus, scientes aliorum nobis opera non modò nihil in futuro iudicio profutura, verū grauius nos condemnatura, cum optimorum parentum liberi, & domesticis exemplis eruditi nihil profecerimus. Hoc ideo in præsentia dico, quoniam multi Gentilium ad fidem, & Christianā religionem à nobis hortati, ad cognatos, progenitores, & familiares suos confugiunt, quod fideles & Christi fuerint assertores. Quid ad te miser & infelix? hoc te magis condemnat, quoniam tot progenitorum, tot familiarium exempla ad veritatem complectendam te adducere non poterant. Alij fideles quidem, sed vitæ nullam curam adhibentes, cum ad virtutem hortantur, idem in suam adducūt excusationem, quod pater, auus, atauus pietatem maximè coluerint. Id enim te maximè accusat, quod ex talium virorū semine his te indignum præstiteris. Audi prophetā ad Iudæos loquentem: Seruiuit Israël in muliere: & in muliere seruatus est. Audi Christū: Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meū, vidit, & gauisus est. Ita semper bona progenitorum opera non modò nulli ad laudem, sed ad crimē longè quidem grauius ius ascribit. His igitur animaduertis, nostris ipsorum operibus salutem cōsequi totis viribus adnitamur, ne spe ab aliis pendente frustrati, tum demum intelligamus, cum nulla nobis pœnitentiæ erit vtilitas. In inferno enim, inquit, quis confitebitur tibi? Quam ob rem in hac vita flagitiorū nos pœniteat, vt sempiterna bona consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia xxi. ex cap. secundo.

Vid mihi & tibi mulier: nondum venit hora mea. Laboriosum sanè est orationem habere, quod & Paulus his verbis testatur: Qui bene præsentibus presbyteri, duplici honore digni habeantur, maximè qui laborāt in verbo & doctrina. Verum vos & leuare hunc laborem, & grauiorem facere potestis. Nam si orationem nostram neglexeritis, vel etiam nō neglectam, re tamen non adimpleueritis: laboriosum nobis profectò erit, eo quod incassum laborauerimus: sin autem attentionem præstabitis diligentem, & re ipsa audita exequemini, nullus nos labor grauabit. Fructus enim qui in laboribus comparatur, non sinit quicquam graue aut onerosum videri. Quam ob rem, si animus nostrum excitare, & promptiorem in dicendo reddere placet: quem fructum faciamus ostendite, vt latis inspectis segetibus, prouentus spe allecti, vtilitatis magnitudinem reputantes, laboremus. Neque enim parua nobis hodierna die proponitur quæstio. Nam cū mater dixisset, Vinum non habent: respondit Christus, Quid mihi & tibi mulier? Nondum venit hora mea. Et licet ita responderit, maternis tamen votis obtemperauit. Hac nulla ex parte minor est quæstio, quàm superior, de qua non immeritò sit dubitandum. Eum igitur ipsum, qui miraculum operatus est inuocantes, ad huius loci ex-

Lucæ. 11. d

Psalm. 48. b

Isaias. 40. c

Isaias. 40. c

loci expositionem veniamus. Neque enim hoc tantum in loco dictū est, Nōdum venit hora mea, sed & alia: Nam cum capere eum Iudæi non possent, inquit euangelista: Nōdū venerat hora eius: & iterum: Nemo misit in illum manum, quia nōdum venerat hora eius. Et iterum: Venit hora, clarifica filiū tuum. Quid nam ista significant? Idcirco plures in eandem sententiā textus adduximus, vt vna omnibus solutio asseratur. Quæ igitur ea est? Nulli temporū necessitati Christus subiectus est, nec ob temporis obseruationē nondum horā suam venisse dicebat. An ne tēporum opifex, & author seculorum tempora obseruaret? Ostendit autem se omnia debito tempore, nō simul operari, quoniam inordinata quædam confusio fuisset, nisi opportunè omnia transigisset, sed simul generationē, resurrectionē, iudicium miscuisset. Cōsidera quæso, oportuit facere creaturam, non vniuersam simul, non virum & mulierē vno condidit momēto. Oportuit morti damnatum & resurrectum iri humanum genus, multum tamen inter vtrunque fuit interuallum. Oportuit dari legem, sed non simul & gratiam, sed vtrunque debitis dispēsari temporibus. Nulli igitur Christus subest temporum necessitati, sed ipse temporibus ordinem imposuit, quoniam author eorum est: quare hoc in loco, inquit, Nondum venit hora mea: hoc est, nondum cognitus sum: neque enim ipsum quisquam præter Andream & Philippum sequebantur, neque hi verè adhuc ipsum cognoscebāt, non mater, nō fratres. Siquidem post multa miracula, inquit euangelista, Neque enim fratres eius credebant in eum, nemo qui nuptiis adesset: quippe qui si cognouissent, sine dubio ad eum in suis confugissent necessitatibus: propterea, inquit, nondum venit hora mea: id est, nondū cognitus sum præsentibus, nondum etiā sciunt vinum deesse. Sine, id primū intelligant, satis non est quod sola referas, mater es, & suspiciosum miraculum faceres. Oportet indigentes rogent, non quod hoc ipse indigeam, sed vt miraculū vniuersis appareat. Quippe egeni cum beneficium accipiunt, plurimam habet gratiam: qui se indigere nō animaduertunt, ij neque beneficium sibi prælitum esse satis intelligūt. Cur autē cum nondum horā suam venisse dixerit, impleuit tamē matris voluntatem? Maximè quidē, vt contradicētibus & temporum momentis eum subiectum existimantibus, palam non rectam eorum sententiam ostenderet: nam si temporari subiceretur, quo pacto immaturè id fecisset? Præterea vt matri honorem exhiberet, & non omnino contumax videretur matri, neque genitricem tam multis præsentibus pudore afficeret. Etenim Maria ad filiū ministros duxit. Siquidē cum Cananæ dixisset Christus, Non est bonum sumere panem filiorum, & dare canibus: dedit tamen, nimia eius sedulitate permotus: atqui etiam dixerat, Non sum missus, nisi ad oues quæ perierūt domus Israël: & tamen filiam liberauit. Ex quo admonemur, quod etiam beneficio indigni, assidua efflagitatione eo digni efficiuntur. Idcirco mater & expectauit, & palam ministros accersiuit, vt à pluribus rogaretur, & addidit: Quodcumque dixerit vobis, facite. Norat non esse imbecillitatis excusationem, sed ne fastu quodā temerè id suscipere videretur, quam ob rem ministros adduxit. Erant autem ibi lapideæ hydræ sex postea secundum purificationem Iudæorum, capientes singule metretas binas, vel ternas. Dicit eis Iesus: Implete hydras aqua. Et implerunt eas vsque ad summum. Et dixit eis Iesus: Haurite nunc, & ferte architriclinio. Et tulerunt. Non temerè dictum est ab euangelista, Secundum purificationem Iudæorum: sed ne quis

Infra. 7. d
Ibid. 8. c
Infra. 17. a

Osceu.

Infra.

Infra. 7. a

Math. 23. c

Ibidem.

A infidelium suspicari posset aliquo fortasse crassiore vino in eis insidete, deinde infusa aqua limpidissimū vinum effectum. Quare illa particula, Secundum purificationem Iudæorum: nūquam in his vinum fuisse ostendit. Nam cum Palæstina inopia aquarum labore(rari enim illic fontes scaturiunt) hydræ illæ aqua semper plenæ seruabantur, ne si quando immundi fierent, longius flumina petenda essent, sed propè purgaretur. Sed quā nam gratia antequam implerentur, nō fecit miraculum, quod longè fuisset admirabilius? Siquidem aliud est subiectæ materiæ qualitatem mutare, aliud ipsam substantiam ex nihilo facere. Hoc profectò mirabilius, non tamen ita credibile, & quod tam facillè potuisset multitudini persuaderi: hac gratia miraculorum nunquam magnitudinem consultò imminuit, vt facilius crederentur. Sed cur ipse hydras aqua non impleuit, deinde in vinū vertit, sed ministris implendas mādauit? Ipsam eādem ob causam, vt miraculi ipsos testes haberet, qui aquā hausissent, ne qua fraus, ne quod prestigium putaretur. Nam si contumaciores fuissent ad credendum, potuissent ministri testimonium perhibere se aquam hausisse, & hydras impleuisse. Accedit ad hoc, quod hæreticorum dogmata in ecclesia pullulantia propter hoc euertuntur. Nam cum sint nonnulli qui alterum mundi opifex, quæ videtur opera condidisse asseuerant, horum quoque insaniam cohibens, plura facit miracula ex subiectis substantiis. Nā si ipse deo contrarius opifex fuisset, non vtique alienis vsus esset Christus ad propriæ virtutis demonstrationem: hoc autem miraculo manifestè ostendit se eum esse, qui vineas irrigat, pluuia per vitis radicem in vinum vertit, cum quod in planta longiori tēporis spacio efficitur, id repente in nuptiis operatus est. Cum autē impleissent hydras, inquit: Haurite nunc, & ferte architriclinio. Et tulerunt. Vt autem gustauit architriclinus aquam vinum factam, & non sciebat unde esset, ministri autem sciebant qui hauserant aquam, vocat sponsum architriclinus, & dicit ei: Omnis homo primum bonum vinum ponit, & cum inebriati fuerint, tunc id quod deterius est: tu autem seruaisti vinum bonum vsque adhuc. Rursus hoc in loco nonnulli calumniantur hunc ebriosorum fuisse conuentum de gustu differentium, hebeti & corrupto ipsorum sensu, nec ad apprehendendum nec ad res ipsas iudicandum idoneo, ita vt nescirent vtrū aqua an vinum esset. Siquidem ipse architriclinus, inquit, cū inebriati fuerint, maximè hoc ridiculum. Veruntamen hanc ipsorū suspensionem tollit euangelista: non enim conuiuas, inquit, de miraculo tulisse sententiam, sed architriclinū, qui sobrius nil adhuc gustauerat. Etenim nemo ignorat huiusmodi in conuiujs munera maximè sobrius & tēperantibus demandari, quorum solum officium est, vt debito ordine & apparatu omnia dispensentur. Idcirco sobriū virum in miraculi testimonium adduxit. Nō enim dixit Christus, vt recumbētibus miscerent, sed ferrēt architriclinio. Vt autē gustauit architriclinus aquam vinū factam, & nō sciebat unde esset, ministri autem sciebant, vocat sponsum architriclinus. Et quā nam gratia nō vocauit ministros? ita enim miraculum manifestius fuisset: quoniam neque ipse Christus manifestum fecit, sed lentè & pederentium miraculorum suorum virtutem cognosci voluit: ad hoc si ministri tunc id narraissent, nemo eis credidisset, sed insanire potius arbitrati essent, cum de homine opinione omnium humili & abiectio id perhiberent testimonium. Ipsi tamen experientia veritatē cognouerant, suis enim ipsorum manibus non poterant non credere. Vt aliis

tin vitibus aqua trās mutar, & qm.

Isai. 40. c. humodo sit homo, nō e. tiā deus.

autem persuaderent, non erant sufficientes. Propterea non omnibus reuelauit miraculū, sed maximē idoneis certiore cognitionē in posterum referuauit, vt post aliorum signorū certitudinem, hoc etiam crederetur. Siquidem in filij reguli curatione ostendit euangelista, hoc manifestius factum fuisse: hac enim maximē gratia regulus Christū vocauit, quod illud signum audierat, quod his verbis significatur: Venit Iesus in Cana Galilææ, vbi fecit aquam vinum. Neque simpliciter vinum, sed optimū. Eiusmodi enim sunt Christi miracula, vt quā natura perfecta sunt, longē pulchriora, melioraq; reddantur: ita & in aliis, distortum membrum, quā sana validius reddebat. Quod autem vinum & vinum optimum esset factum, nō ministri tantum, sed & sponsus, & Architriclinus perhibere testimonium: quod à Christo factum fuerit, ministri qui aquam hauserant. Itaque quāuis tunc occultatū esset miraculum, non tamen diutius siliari poterat, sic multos & necessarios testes sibi in posterum asciuit, & sanē credibile est sponsum non prorsus in his siluisse. Verū euangelista exposito miraculo ad magis necessaria properat. necessarium nanque erat, vt aqua vinum & vinum bonum factum sciretur, nō autem quid Architriclino sponsus dixerit. Multa enim signa prius obscura progressu temporis manifestata sunt ab his qui à principio viderunt. Tunc igitur Iesus vinum ex aqua fecit, tunc atq; etiā in præsentiā lasciuas & infirmas hominū voluntates mutare nō definit. Sunt enim plerique hominū nulla aqua meliores, frigidi, fluentes, semper mutabiles, huiusmodi homines ad dominum adducendi sunt, vt eorum voluntates in vini similitudinē transferat, ne amplius labantur, sed præteritorū cōpuncti, sibi ex proximo lætitiæ efficiantur auctores. Sed qui nam sunt hi frigidi? Qui fluxis præsentiæ vitæ rebus incūbunt, qui non contemptis humanis seculi deliciis, gloriæ, potentia, diuitiarū sunt amatores. Hæc enim omnia fluxa & caduca sunt, & nusquam cōsistentia, quæ in præceps semper celeri impetu deferuntur. Siquidem qui hodie diues est, cras erit pauper: qui hodie in curru, præcone, licitori- busq; & apparitoribus comitatus magistratū gerit, postmodum nonnunquam in carcerē intruditur, & velit nolit, aliis omnia relinquit. Qui in deliciis vitam agit, qui cōiuuiis dissoluitur, penē crapula ventrē dirumpit, ne vna quidem die potest in eadē satietate permanere, sed concesso cibo iterum ad id cōpellitur, nihil à torrēte differens. Nam quemadmodum in eo prior fluxus alio superincumbente vrgetur, ita & nos alio post alium cibo indigemus. Huiusmodi est omnium huius seculi rerum natura, vt quæ sortita est, retinere nunquā possit, sed semper fluant, semper trahantur: in deliciis autem & coniuuiis non solum fluxus, sed difficultates multæ & mala deprehenduntur. Illa nanque satietas tum corporis robur, tum animi minuit fortitudinē. Neque ita fluuialium fluctuum vis ripas excedere & cōuellere solet, vt deliciæ, lasciuiaq; bonam valetudinē, & vires omnes faciliē subtrahit. Quod si medicos percōtaberis, omnium propē morborum causas inde ortas inuenies. Vilis & tenuis, & simplex mensa bonæ valetudinis mater est, ita eam medici appellarunt: & non ad satietatē crapulari, sed sobrie vesci sanitatem & sanitatis parentem: contra satietatem morborum ipsa medica arte incurabilem dixerunt: quod perspicuum est. Siquidē pedum, capitis, oculorum, manuum egritudines, paralysis, hydrophis, icteros, febres longæ & acutæ, & plures id genus morbi, nimia crapula cōtrahuntur, neque enim va-

Infr. 4. f

firmitate macli. J

cat in præsentiā omnes enumerare, qui non ex modico & tēperato victu, sed voracitate & crapula ingenerantur. Quod si vis animi quoque morbos hinc proueniētes intelligere, auaricia, iactantia, furor, desidia, luxuria, omnis denique incontinentia hinc ducit originē, nec secus ac asini animæ immodicis mensis & tot beluis distractæ luxuriat. Perstringam & dolores, anxietatesq; quibus qui se his addixerūt, afficiuntur: omnes quidem enumerare nō possumus, in summa breui totum explicabo: varia nāque & preciosa mensa nunquam auidē, nunquā cum voluptate fruuntur. Vt enim tenuis mensa bonæ valetudinis, ita & voluptatis mater est: & crapula vt morborum, ita fastidij & fons est, & radix. Vbi enim satietas, ibi auiditas esse nullo pacto potest. Vbi nulla auiditas, quo pacto ibi voluptas erit? Propterea nō tātū prudētia & valetudine prospera præstare diuitibus pauperes videmus, sed & læticia. Quibus manifestē cognitis, ebrietatē deliciasq; fugiamus, nō in mensis modo, sed quæcūque in rebus secularibus capiuntur, ea omnia spiritualiū voluptate mutemus: & secundū prophetam: Delectare in domino, & dabit tibi petitiones cordis tui, vt præsentiis, & futuris bonis perfruamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, p quē, & cū quo patri gloria, & spiritui sancto in secula, Amē.

Homilia. xxij. ex cap. secundo.

Hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galilææ. Plurimum nos diabolus vrget, plurimum nostræ insidiatur saluti. Inuigilandū est igitur, & cōtra illius impetus vnumquemque se omni ex parte præmunire oportet: nam vel minimo aditu viam sibi quā latissimam patefacit, paulatim vires accipit. Quod si qua nobis salutis nostræ cura est, ne minima quidē in re eum nobis præualere permittamus, ne mox in maioribus præualeat. Sūmæ nanque amentia est, vt cum ille tātōpere animarum nostrarum perditioni inuigilet, nos contra pro nostra ipsorum salute non eandem adhibeamus diligentiam. Hunc ergo non temerē in præsentiā sermonē aggressus sum. Timeo ne in medio etiam templo aliquādo hic lupus deliteat nō prauisus à nobis, & insidiis suis & nostra desidia, ouis aliqua à grege & hac concione aberrās diripiatur. Nam si eius vulnera sensu deprehēderentur, si corpus offenderetur, non sanē esset difficile eius insidias præcauere: verū cum anima inuisibilis inuisibiles plagas accipiat, summa nobis opus est vigilātia, vt vnusquisq; seipsum probet. Nemo enim nouit hominem, vt spiritus hominis qui in ipso est. Oratio omnibus in mediū proponitur, cōmunis indigentibus medicina. Vnumquemq; auditorum, quod ad morbū suum facit, accipere oportet. Nescio qui ægrotent, qui bene valeant, idcirco de omnibus loquor affectibus, vt sibi quisque accōmodatam medicinā inueniat. Nunc in auariciā, nunc in delicias, nunc in luxuriā inuehimur, rursus ad elemosynā hortamur & alias virtutes laudam. Timeo enim nequādo vni nobis morbo vacātib⁹, alij quo magis labore, medicinam nō adhibeam. Si vnus hic esset, nō tam necessarium ducere multiplicē habere sermonē, sed in tanta cōcione plurimos esse affectus credibile est. Quā ob rē non immeritō hac vtimur orationis varietate, qua in omnes diffusa, quo quisq; indigeat, inueniet: hac gratia & scriptura varia est, & varia loquitur, cum in omnem hominū naturā cōditionēq; diffunditur, in qua omnes reperiri affectus necesse est: licet non omnes in singulis his nos purgati, summa cum attentione, quæ nobis hodie

rufficium & stupor hinc dicitur originem. asinis enim nihil m. lius habet anima huiusmodi mensis diu. genes. J

Psal. 36.

Luc. 10. c

Matt. 21. b
Luc. 19. g

1. Cor.

solis verbis, sed etiā flagello arrepto sic eos eiecit. J

die proposita sunt, audiamus. Hoc, inquit, fecit initium signorū Iesus in Cana Galilææ. Diximus quosdam dicere, nō fuisse hoc initium signorum omnium, sed eorum quæ in Cana Galilææ facta sunt. Ego nō contendo hoc. Illud affirmo, post baptisma Christum miracula facere cōepisse, ante nullum: hoc siue aliud primū fuerit post baptisma, non admodum quæsitū necessarium ducimus. Et manifestauit gloriam suam. Quō nam pacto? Non enim multi attēdebant, sed ministri tantum, Architriclinus, sponsus. Quo, inquam pacto manifestauit gloriam suam? Quantum quidem in ipso erat, manifestauit: Quod si verō non tunc, postea tamen omnes illud miraculum erāt audituri. Hactenus nanque prædicatur, neque vsipiam latet. nam quod in illa die nō omnes sciuerint, ex sequentibus constat, siquidem cum dixerit, Manifestauit gloriam suam: addidit, Et crediderunt in eum discipuli eius. Qui etiam antea admirati eum fuerunt. Vidēsne tunc signa maximē fuisse necessaria, quando idonei essent discipuli, & præsto ad miracula accipienda: facilius enim hi credituri erant, quorū prædicatione vniuersus orbis secutis temporibus in Christū credidit. Et quō nam modo sine miraculis eius quisquam habuisset cognitionē: doctrina, prophetia, miraculum, sufficientia fuerunt, quæ omnium animos arriperent. Itaque iam anima familiarior, magis idonea facta est, quæ signis & miraculis moueretur. Quare saepe euangelistæ nihil operatum Christum dicunt, quando quidem præsentes ad id accipiendū non essent idonei. Post hæc descendit in Capernaum ipse, & mater eius, & fratres, & discipuli eius, & ibi manserunt nō multis diebus. Quā nam gratia cum matre abiit in Capernaum? neque enim illic vllum fecit miraculum, neque incolæ rectē de ipso sentiebant, sed multis flagitiis laborabant, vt ipse Christus ostendit: Et tu Capernaum, vsque ad cælum elata, vsque ad infernū defereris. Quoniam, vt mihi videtur, cum paulō post esset Hierosolymā ascensurus, ante Capernaum petiit, ne quocumque fratres secum & matrem traheret. Parum igitur illic matris gratia commoratus, iterū miracula aggreditur. Propterea inquit, quod non multō post ascēdit Hierosolymam, paucis itaque ante Pascha diebus baptizatus venit Hierosolymā, vbi rem miram aggressus est. Venit in templum, & vendētes oues, boues, columbas, & nummularios sedentes eiecit. Alius euangelista eum dicentem meminit: Nolite facere domum patris meis speluncam latronum: hic autem, inquit, Domum negotiationis. Non inuicē discordantes, sed demonstrantes quod bis eos eiecerit, non eodem tempore: sed hoc in operum suorum initio, illud iam passionis tempore appropinquante: quare vehemētor castigatione vsus, latronum speluncam appellauit, nūc in ipso principio remisius agit, ex quo virisimile est illud iterū factum. Præterea quæsitū dignū est, qua gratia adeo Christus hic indignatus est, & maximē cum aliis iniuriis, contumeliisq; affectus, Samaritanus & dæmonium habēs appellatus, nihil tale fecerit: nunc nō contentus flagello, verbis etiam in eos inuehitur? Contrā, cur Iudei qui in collatis beneficiis Christum accusabant & persequebantur, cum credibile esset tā acri castigatione grauius excādescere, nō adeo iniquo animo tulerunt? Nulla enim in eum contumelia vti sunt, sed quod signum, inquit, ostendis nobis, quia hæc facis? Animaduertis inuidiam incredibilem, & quō nam pacto in alios collata beneficia magis eos irritabant? Sed cum spelūcam latronum ab his templum fieri dicit, ostendit, quæ vendebantur, à furto, rapina, auaricia, & alienis calamitati-

Tomus tertius.

bus comparata: cum autem domum negotiationis, impudentes eos in negociando significat. Sed qua gratia hoc fecit: cum morbos esset sabbato curaturus, & alia facturus, quæ illis transgressio legis videbatur. Ne dei cōtempitor & patri cōtrarius existimaretur, id fecit, vt eorum tolleretur suspicio. Nō enim par erat, vt qui pro templi honore tantam ostendisset indignationem, ab eius domino alienum animum haberet. Sufficientes sanē erant superiores anni, quibus legi paruerat, qui eius erga legislatorem reuerentiā ostenderent, quodq; non prauaricaretur: atqui cum credibile esset superiorē vitam aut obliuioni mandatam, aut incognitam, vt pote in paupere & vili casa educati, & cum vilibus cōuersati, iam in omni frequentia prope diē festum, cum multi concurrerent, hoc sui facit experimētum. Neq; enim tantum illos eiecit, sed euerit mēsas, disperit argētum, idq; mare periculis exponeret, eius dominum minimē cōtemneret. Neque simulationem in ipso quispiā poterat cōiectari, cum non verbotenus monuisset, sed periculis & cōtumeliis in medio vulgi & sacerdotum furori se obieciisset, rem minimē cōtemnendam peregit. Hoc sanē non simulantis, sed nihil pro diuini templi honore recusantis officium fuit, propterea non per ea solum quæ facit, sed & per ea quæ dicit, ostendit se cū ipso consentire: Non enim dixit domū sanctam, sed patris mei. Patrem appellat, neq; Iudei indignātur: simpliciter nanque patrem acceperunt. Cum autē in posterum expressus se illi æqualem ostēdit, tunc exacerbati sunt. Quid igitur illi? Quod signum ostēdis nobis, quia hæc facis? O summam dementiam, quō nam signo opus erat, cum malefacta corripere, & dei domum tāta purgaret ignominia? Zelus ille pro domus dei honore maximū fuit virtutis signum, quod boni aduerterunt. Recordati nanque sunt discipuli eius tunc, quia scriptum est: Zelus domus tue comedit me. Illi autem prophetiæ nō meminerunt, sed signum quærebant, dolebāt turpe lucrum auferri, & vt eum ab incepto auerterent, ad miraculum trahere adnituntur, ideo à signis abstinuit, vt antea cum idem peterent: responderat enim, Generatio mala & adultera signū quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ: Sed tunc quidem manifestius, nunc latentius, obnitiā eorum stulticiam. Neque enim qui primū non petentibus signū dederat, petentibus negasset, nisi prauam & fraudulentam eorum mentem cognouisset. Intellige, quæso, quid statim rogauerint: intellige malicię plenā percontationē. Cum enim deceret vt ipsius studium & zelū suscipere, cū oporteret eos obstupescere & admirari quod tantam domus curā gereret, illi autē accusant, & vendere sibi licere contendunt, neq; à vendendo desistendum, nisi ipse signum ostenderet. Quid ad hæc Christus? Soluite, inquit, templū hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Multa tūc obscura ad eos locutus est, quæ post impletam prophetiam erāt futura clarissima. Cui autē rei gratia istud faciebat: vt declararetur, cū illa euenirent, multo antē ea quæ futura erāt prænouisse: vt nūc cōtigit. Nā cum resurrexisset, inquit, à mortuis, recordati sunt discipuli ei⁹, quia hoc dicebat de corpore suo: & crediderūt scripturæ & sermoni quē dixit Iesus. His verbis alij dubitabāt, alij respōderunt: Quadragesimā sex annis edificatū est templū hoc, & tu tribus diebus excitabis illud? Secundā templi edificationē meminerunt, prima nāq; viginti annis absoluta est. Sed qua gratia dubitantibus non aperuit, se templum carnē suam appellare? Euangelista, id interpretatur, Christus tacuit. Qua inquā gra-

hoc facit, idq; mare gnū subiecit. J

Psal. 68. b

Matt. 16. a
& Luc. 11. d

d ij tia

tia: quoniam ipsius verbis fidem non adhibuissent: quod si discipuli non erant idonei, qui ea audiret, multo minus turba. Inquit enim, *Cum surrexisset a mortuis, tunc recordati sunt, & crediderunt sermone & scripturae.* Duo namque eis proponebantur, alterum resurrectio, alterum longè maius, an deus in ipso esset: vtrunque his verbis significauit, Soluite tēplum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Quod & Paulus non paruum esse diuinitatis signum ostendens, inquit: Qui declaratus fuit filius dei in virtute secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Iesu Christi. Quare & hic & alibi saepenumero hoc signum in medium affert: Cum exaltaueritis, inquit, filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum. & iterum: Non dabitur vobis signum, nisi signum Ionæ prophetae. Et hic iterum: In tribus diebus excitabo illud. Quoniam hoc vel maxime argumento se non esse purum hominem, & mortem sibi subesse, & eius vim & bellum grauissimum mox soluturum ostendebat. Idcirco inquit, Tunc scietis. Tunc, quando? quādo videlicet in resurrectione orbem terrarum ad me traham, tūc scietis me ut deum & dei filiū dilectissimum, ad paternam vlciscendam contumeliam hoc fecisse. Quid tandem? Non dixit quibus signis à negociatione mala abstinere oporteret, sed daturum promisit, quoniam id eos magis irritasset, hoc autē magis exterruit. At illi nihil responderunt, cum id incredibile videretur, & ut impossibile percontari neglexerunt. Quod si sanæ mentis fuissent, quod tunc incredibile visum erat, post tot signa & miracula profectò quærere & percontari debuissent, ut eam soluerent dubitationē: sed stulti, aut eius verbis aures non adhibebant, aut iniqua interpretatione deprauabant: propterea Christus obscurè ad eos locutus est. Est autem hoc in loco quæsitum dignum, quo modo discipuli Christum à morte resurrecturum ignorabant? Quoniam adhuc spiritali gratia indigni erant. Ideoque cum frequenter eis Christus resurrectionem prædixisset, nihil tamen manifestè intellexerunt, sed quid id esset inuicem percontabatur. Videbatur enim haud quaquam credibile, quod seipsum posset aliquis suscitare, & ita suscitare. Nec aliā ob causam Petrus reprehensus est, quā quod cum nihil de resurrectione sciret, inquit: Absit à te domine. Neque Christus ante rem ipsam hoc manifestè discipulis reuelauit, ne scilicet à principio tanquam rei maxime incredibili diffusi perturbarentur: neque enim adhuc planè norant quis esset. Manifestus namque operibus nemo non credidisset: solo autem verbo non ita fides præstari solet. Hac ratione obscurè primum locutus: cum autē re ipsa fidem confirmauit, tunc & verborum intelligentiam, & tantam spiritus gratiā infudit, ut repente omnia caperent. Ille enim vobis commemorabit omnia inquit. Nam si vno duntaxat vesperi pudore abiecto discipuli fugientes, Christum negauerunt: minime superioris temporis operum & verborum essent recordati, nisi multam spiritus sancti gratiā supernè afflati accepissent. Quod si à spiritu, inquiet quispiam, auditori erant: quid oportuit Christū id prius comunicare, præsertim cum non intelligeret? Quoniā non docuit eos spiritus, sed Christi doctrinam in memoriam reduxit: quod non parum in eius gloriā celsit. Spiritus itaque gratiæ infusus, tam larga, tam exuberans à dei gratia ortū habuit, inde sua ipsi virtute donum conseruauerunt. Vitæ enim honestate atque sapientia effulserunt, magnos subierunt labores, & præsentem contempserunt vitam, nullius eam momenti arbitrati, hinc super omnes elati, tanquam a-

quile leues altè volantes, operibus suis in ipsum cælum euaserunt. Hinc ineffabilem spiritus sancti gratiam consecuti sunt. Hos & nos dilectissimi imitemur, neque extinguiamus lampades, sed eleemosyna clariore reddamus. Huius ignis lux ita seruatur, si in vasa oleum dum hanc vitam viuimus, colligamus: quod nobis neque post hinc migrationem amplius, neque nisi per manus pauperum colligere permittitur. Colligamus inquam abunde, si cum sponso ingredi volumus: sin minus, excludemur. Impossibile enim, impossibile inquam est, etsi innumera faciamus bona, sine eleemosyna cælestis regni vel vestibulum quidem attingere. Quam ob rem multa in pauperes vtendum est liberalitate, ut arcanis & ineffabilibus illis fruamur bonis: quæ vtinā omnes consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia .xxij. ex cap. ii. & iii.

Cum autem esset Hierosolymis in Pascha in die festo, multi crediderunt in nomine eius. *Christi tēporibus alij in errore perstabant, alij veritatem oppugnabant, nonnulli eam complexi paulò post deserebant; hos Christus seminibus comparauit, radices tantum in superficie diffundentibus, quæ quamprimum arefcunt. Hos nobis euangelista in præsentia significat, sic dicens. Cum autem esset Hierosolymis in Pascha in die festo, multi crediderunt in nomine eius, videntes signa eius quæ faciebat. Ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis. Firmiores erant discipuli, non signorum tantum gratia, sed & doctrinæ Iesum secuti. Qui crassiori erant ingenio, signis trahebantur: acutiori verò, prophetis & doctrina: Quicumque igitur per doctrinam credentes ei adhærebant, iis qui per signa crederent, cōstantiores erant: quos etiam Christus beatos appellauit dicēs. Beati qui non viderunt & crediderunt. Quod autem hi non verè crederent, ex sequentibus ostendit: Ipse enim, inquit, Iesus non credebat seipsum eis. Quare? *Eo quod ipse nosset omnes, & quia ei opus non erat, ut quis testimonium perhiberet de homine ipse enim sciebat quid esset in homine, hoc est, non curabat exteriora verba, qui in ipsos animos ingreditur, qui in humanas cogitationes irrūpit, qui eorū feruore innox frigidescere cognoscebat: neque ac si perfecti essent discipuli, eis fidebat, nec arcanorū doctrinā tanquam fidelibus credebat: Humanorum autē cordium cognitio solius dei est, qui ea formauit. Tu enim, inquit, cognoscis corda solus. Nō opus erat Iesu testibus, ad eas quas formarat mentes cognoscēdas. Norat igitur eorum infirmitati nō credendum. Homines enim, utpote qui neque præsentia, neque futura intelligunt, cum fraudulētis & instabilibus saepenumero res suas sine suspitione comunicant: Christus autē non ita, utpote qui abscondita cordium manifestè intuebatur. Tales multi sunt his quoque temporibus, qui sibi fidei in omne vendicant, facile ad credendū adducuntur, & inconstātes sunt, his neque nūc Christus fidei, plurima occultit: & quæ admodum nos nō eodem modo amicis nomine & credimus, ita neque deus. Audi quid discipulis dicat: Nō iam vos dico seruos. Vos amici mei estis. Vnde, & quā ob rem? Quia quæcunq; audiui à patre, nota feci vobis. Hac gratia nulla ludæis ne petentibus quidem signa ostēdebat, quoniā tentandi gratia percontabantur. Nōne & nūc quoque signorum petitio tentantiū est? Sunt sanè & hac nostra ætate qui quærāt, quare & nūc signa non fiunt? Si fidelis es, ut oportet: si Christum diligis, ut diligendus**

Roma. 1. 4

texto quod resurrexit a mortuis Iesus Christus.

Infra. 8. d
Iona. 2. 2
Matth. 16. 4

Matth. 16. c

Infra. 14. d

Aprehēdimus autoritatem. In rebus quidem ipsis nemo ea quæ fiebant reprehēdere possit: nisi enim res ipsæ extitissent, & talem fuissent finē consecuta, qualem ipse iubebat, potuisset aliquis illorū dicere inania & superba fuisse illa præcepta. Verum cum re euenerint, etiā inuitis silētium imposuit. In verbis autem ludæi, ut erant impudentes, arrogantia eius arguere potuissent. Quam ob rem hoc in loco Nicodemum alloquēs, nihil altum attingit, sed obscure ex humili ad superna erigit, admonetq; se sibi ipsi sufficientē ad faciēda miracula. Perfecit enim ipsum genuit pater nullius indigentē, nullius rei humilis aut abiectæ participem. Sed videamus quo modo hoc confirmet. Dixerat Nicodemus: *Rabbi, scimus quia à deo venisti magister, & quod nemo potest facere quæ tu facis, nisi fuerit deus cum eo.* Existimauit se magnum aliquid dixisse. Quid Christus? Ut ostenderet nondum verè cognitionis vestibulū attigisse, sed extra regiā aberrare, & ipsum, & quicumque eadem esset sententia, respondit: *Amen amē dico tibi, nisi quis natus fuerit denuò, non potest videre regnum dei.* Hoc est, nisi iterū nascaris, & vera imbuaris doctrina, longè à regno dei aberras. Sed obscure dixit, & ut æquiori animo toleraret: nō aperte ad ipsum sermonem vertit, sed indeñtito vitur verbo, Nisi quis natus fuerit, tantum, non dicens, siue tu, siue quis alius, talē de me habet opinionem in regnum non recipietur. Quod nisi hac ratione dixisset, nihil sanè ad propositum id responsum. Hoc si ludæi audissent, irrisissent profectò, & abiissent. Nicodemus autē & in hoc discendi studium præ se tulit, & propterea obscure aliquando loquitur Christus, ut audientes attēctiores reddat. Siquidē clarū & manifestum verbū fugit nonnquam auditorem, obscurum autē etiam diligentiorē efficit. Sententia autē est, Nisi genitus fueris denuò, hoc est, nisi spiritus per regenerationis lauacrum particeps efficiaris, non poteris veram de me opinionem concipere. Ista tua nō spiritalis, sed animalis opinio est. Non tamē his verbis vsus est: noluit enim pro viribus, & cognitione sua loquentē perterere, sed ad maiorum cogitationem sine suspitione erigit. Nisi quis natus fuerit denuò, hoc in loco, alij è cælo, alij iterum exponunt. Quippe qui non ita nascitur, nō potest videre regnum dei: Regnum dei seipsum significat, iostendens se nō esse id tantum, quod videtur, sed aliis opus esse oculis ut videatur. Ad hæc Nicodemus: *Quo modo, inquit, potest homo nasci cum sit senex?* Rabbi eum appellas, & à deo venisse dicis, & eius verba non suscipis: eo etiam verbo vteris, quod multā affert perturbatiōē. Ea enim particula, quo modo, non multum credentium, sed adhuc terrena sapientium est. Nam & Sara propterea risit, quia quo modo parere posset, cogitauit, & alij multi hoc verbo vsi fide exciderūt. Hæretici quoque hinc in sua perstat opinione, alij quidē quo modo natus est Christus, alij quo modo carnē accepit interrogāt, & mentis suæ imbecillitati immensam illā & ineffabilem subiiciūt substantiā, quæ importuna curiositas sapientibus fugiēda est. Neque enim qui quo modo percontantur, id sciēt, & à vera excident fide. Propterea Nicodemus cum dubitaret, modum inquit: id enim sibi dici intelligebat, perturbatur, & rem nō intelligit. Nam cum ad Christū tanquam ad hominem venisset, audiretq; quā ab homine longè maiora, & quæ nemo vnquā audierat, & primū quidē ad id mentem erigit, caliginē tamē perstringitur, neque perstat in fide, rei difficultate huc illucq; distractus. Ideo non posse id fieri primum asserit, inde apertius sibi declarari rogat. *Nunquid, inquit, potest in*

Cap. III.

Infra. 7. g

Ibidem.

Infra. 19. g

Infra. 12. f

Infra. 20.

Esai. 43. 4

Matth. 11. b

Infra. 12. g

Acto. 1. d

Marc. 5. d

Luc. 5. e

Acto. 9. g

Matth. 12. a

Marc. 2. a

Ibid. 4. d

Ibid. 2. b

Luc. 8. d

Matth. 15. c

Ibid. 21. a

Luc. 23. f
Exod. 10. c
Marc. 5. d
Matth. 4. e

deuobis: si superne: aut deo: siue ab integro: in priorē sensu accipere videtur Chrysostomus. quod aperte facit Theophylactus. Itaque ubi hic habes, denuò, vel iterum, veri potest superne, vel de cælo.

† seipsum hoc loco significat.

Gene. 18. b

d iij ventrem

ventrem matris suae iter ad introire, & nasci. Animaduertite A quò nam pacto, qui humanis rationibus spiritalia permiserit, ridicula loquitur, & delirat tanquàm ebrius, quoties diuinorū sensum perscrutatur, neque eum accipit. Audiuit generationem, sed spiritalem non intellexit: sed ad carnis traxit vilitatem, & tam admirabile profundamque doctrinam naturali necessitati conglutinavit, de *Amēta* & ridiculas proponit dubitationes: idcirco Paulus inquit, quòd animalis homo non suscipit ea quæ spiritus sunt. Verùm Nicodemus Christum reuerenter alloquitur, non intellexit quæ diceret, & impossibile id arbitratur, hoc tamen conticet. Duo ei dubitationem faciebāt, & generatio talis & regnum, neque enim regni nomē auditum erat à Iudæis vnquam, neque huiusmodi generatio. Primum autem priorem partem aggreditur, quæ maximè eius mētem mouerat. Nos autem horum nō ignari, diuina mysteria naturali ratione perscrutari caueamus, neque rerum humanarū necessitate illa agi existimemus, sed pietate summa omnia intelligamus, scripturis fidem adhibeamus. Curiosus nanque & nimius rerum diuinarū perscrutator nihil proficit, nihil inuenit præter vltimū supplicium. Audis natum Christum, crede: quo modo, noli disquire, neque propter hoc tollas generationem, quod vltimæ stulticiæ est. Nam si Nicodemus, generatione non illa ineffabili, sed hac, quæ dei gratia prouenit, audita, quoniam nihil magnum animo concepit, sed terrenis tantum inhæsit, tenebris perfuscus est ac dubitauit: quātō hi digni supplicio, qui admirandam illam & omnem superatē rationem & intellectum tanto studio quærunt, inuestigāt, perscrutantur? Nihil enim tam obsecris obducitur tenebris, quàm humana cogitatio, quæ omnia ad terram reducit, nec patitur cœlitus lumē accipere. Vilissima profectò & multum habet luti terrena cogitatio: ideo superna nobis aqua opus est, vt abluti & quantum fieri potest, mundi cœlū petamus, & cœlestibus imbuamur disciplinis: hoc autem & animi bonitate & vitæ rectitudine assequimur: neque enim in tēpestiua inuestigatione duntaxat, sed corruptis quoque moribus humana mens in tenebris versatur. Quare Paulus ad Corinthios inquit, Lac vobis potum dedi, non escam. Nondum enim poteratis, sed ne nunc quidem potestis: adhuc enim carnales estis. Cū sit inter vos zelus & contentio, nōne carnales estis: Et ad Hebræos, & alibi frequenter hanc malorum dogmatum causam Paulum afferentem quiuis videre poterit. Anima enim affectibus implicata, nequit profectò magnū aliquid, aut generosum intueri, sed tāquam lippitudine quadam perturbata, in tenebris versatur. Mētis igitur oculos à tam grauisimo morbo liberemus, illuminemus, nolimus inter spinas semē iacere. Quænam hæc spinarum copia nostis, etsi tacemus, sæpenumero audistis Christū præsentis vitæ sollicitudines & diuitiarum fraudes, spinas appellasse, & meritò sanè. Nam quemadmodum spinæ steriles sunt, ita & diuitiæ. Quemadmodum illæ eos qui tangunt, lacerant: ita harum cupiditas. Quemadmodum facile igni comprehenduntur, & odio habētur agricolis: ita huius seculi negocia. Postremò vt inter spinas feræ, viperæ, scorpionij, delitescunt: ita in fraudibus diuitiarum. Verumenimvero dilectissimi, spiritus sancti igne & spinas consumamus, & beatitudinis effugemus: vt * agricolæ agrum purgatum reddamus, inde spiritalibus aquis irrigemus, plantemus oliuam fructiferam, plantā vtique mitissimam & semper virentem, quæ illuminat, quæ nutrit, quæ bonā facit va-

letudinē: hæc elemosynæ sunt officia, quæ tanquam signaculum est eam possidentibus. Hæc planta ne morte quidē arefcit, sed semper virescit, mentē illuminat, animi vires nutrit, ac etiā robustiores efficit. Hanc si perpetuò amplectemur, fidenter & sponsum adire, & thalamum ingredi poterimus: cuius vtinam omnes fiamus participes, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia .xxiiiij. ex cap. xctio.

Respondit Iesus: Amen amen dico tibi, nisi quis natus fuerit ex aqua & spiritu, non potest introire in regnum dei. Pueri singulis diebus ad magistros proficiscentes, & doctrinam accipiunt, & acceptam recitant, nunquam vacantes, vt scientiæ possessionem adipiscantur, interdum noctes diebus iungunt, & ad hoc pro caducis & fluxis rebus sæpenumero illos cogitis: nos autem à vobis qui perfectiori estis ætate, non tantum exigimus, quantum vos à liberis vestris: non enim singulis diebus, sed duobus tantum, & breui eorum parte, vt vos labore leuemus, hortamur orationi nostræ aures adhibeatis. Ad hæc & paulatim vobis scripturarum dicta decerpimus, vt facile accipere, in mentis vestræ thesauris recondere, memoriæ mandare, mandata aliis diligenter exponere possitis: quod profectò assequemini, nisi per quæ somnolenti, & desidij dediti, & puerulis longè hebetiores sitis. Accipiat igitur dilectissimi, quæ hesternam concionem sequuntur. Hæsitabat Nicodemus, & de huius seculi generatione locutum Christum arbitratus. *Impossibile*, inquit, *senem nasci denud.* Animaduerte nunc quo modo iterū Christus, quam generationem dicat manifestius ostendit: difficilem quidem ei qui secundum animam tantum percontabatur, potentem tamen à terrenæ cogitationis humilitate erigere auditorem. Quid ergo dicit? Nisi quis natus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei. Tu impossibile dicis, ego verò vsque adeo valde possibile esse dico, vt etiam necessarium sit, & vt aliter quis saluus esse non possit: quippe quæ maximè necessaria sunt, ea etiam facilia fecit deus. Terrena enim & secundum carnē generatio ex puluere est, ideo recòdita & occulsa sunt ei cœlestia: (quid enim cōmune terræ cū cœlo?) spiritalis vero cœlestes nobis portas perfacile aperit. Intellegitis quod vestrum in tenebris sitis? Exhorrescite, gemite, formidolosa minax sunt, formidolosa sententia. Nō potest, inquit, qui non natus fuerit ex aqua & spiritu introire in regnum cœ-

lorū. propterea quòd mortis ferat indumentum, & maledictionis atque corruptionis, ac nondū dominicum acceperit symbolū: sed externus est & alienus, nec signū habet regium. Nisi quis natus fuerit ex aqua & spiritu, non potest introire in regnum dei. Sed Nicodemus ne sic quidem intellexit. Nihil enim peius est, quàm humanis rationibus spiritalia subiicere. Hoc illum impedit, ne quid magnum, ne quid profundum contempleretur. Ideo nos fideles appellamur, vt humanarum cogitationum vilitate contempta, ad fidei altitudinem euadamus, & quæ nos manent bonorum cognitionem hauriamus. Quod si Nicodemus fecisset, non sanè impossibile dixisset, qua vt abduceret sententia, quam diceret generationem Christus ostendit, Nisi quis natus fuerit ex aqua & spiritu, non potest introire in regnum dei. Voluit eum minis perterrere & ad credendum allicere, ne impossibile arbitraretur, & vt carnalis generationi:

† Audis quicquid estis baptizati.

† Audis quicquid estis baptizati.

1. Cor. 2. d.

† Audisti patrem genuisse, etc. de quod au dinsti.]

1. Cor. 3. a.

* τὸ γεωργὸν ἀγροκόλα, δατὸν κάσιν.

generationis opinionem tolleret, aliam (inquit) Nicodemæ generationem dico. Quid ad terram deuolueris? Quid hanc naturali subiicis necessitati? Alius partus hic & excellentior nihil cum terrenis communicat, nomine tantum hæc generatio conuenit, re longè differt. Reice communem consuetudinem: alium partum induco, quo homines nasci volo: aliū generationis modum affero. Formauit ex terra & aqua, non vile vas enasit, sed deterius factum est: non amplius aqua & terra fingendum est, sed aqua & spiritu. Quòd si quis interroget, quo modo ex aqua, rursus ego illum, quo modo ex terra: Quo modo lutum in aliam & aliam transtulit materiam? Quo modo vnus speciei subiectum, terra enim sola erat, varia & diuersa effinxit? Vnde ossa, nerui, arteriæ, venæ? vnde membrana & vasa organica & cartilaginea? vnde hepar, splen, cor? vnde cutis, sanguis, phlegma, cholera? vnde tot operationes, tot colores? hæc enim non terræ sunt, neque luti. Quo modo terra accepto semine germinat, caro acceptum corrumpit? Quo modo terra commissa nutrit, caro his nutritur, non nutrit? Terra collecta aqua vinum facit, caro id sæpenumero acceptum in aquā vertit. Vnde igitur caro ex terra est, cū contrariam terræ operationem ostendat? Sanè ratione inuenire non possumus, si de sola possumus. Quòd si quæ quotidie videmus & tãgimus, fide indigent: quanto magis arcana illa & spiritalia? Nam quemadmodum terra inanimata, immobilis, diuina voluntate ad tanta miracula producenda vires accepit: ita spiritu & sensibili aqua omnia hæc admirabilia, & humanā excedentia cogitationem facile exoriuntur. Noli igitur, quoniã hæc non vides, diffidere: neque enim animā vides, tamen animam esse & eam te habere & aliquid præter corpus esse nō dubitas. Verùm Christus non hoc, sed alio exemplo Nicodemum allicit. Siquidem anima incorporea est, Nicodemus verò crassioribus adhuc cogitationibus versabatur. Mediū igitur adduxit exemplum, quòd nō ad solidi corporis naturam, neque ad incorpoream ascēdit, hoc est venti impetus: & primum ab aqua orditur, quæ tenuior est quam terra, crassior quàm vêtus. Quemadmodū enim in principio elementum terra subiecta est, totum autem opificis dei fuit: ita hoc in loco elementum aqua subiicitur, veruntamen totū spiritalis est gratiæ: & tunc quidem in animam viuētem factus est homo, nunc in spiritum viuificantem. Verùm magna est differentia: anima enim vitam alteri non dat, spiritus autē non modò per se viuit, sed aliis vitā largitur: ita mortuos suscitauerunt apostoli. Et tunc quidē post factam creaturam homo formatus est, hic autē contrā. Siquidē ante nouam creaturam nouus homo creatur, & primus nascitur, & tunc mundus transfiguratur. Et quemadmodū à principio totum formauit, ita nūc totum creat. Et tunc, Faciamus, inquit, ei adiutorium: hic minime. Quippe qui spiritus sancti gratiā accipit, nulla alia re indiget. Qui in Christi corpore perficitur, quoniam alio ei opus est auxilio: Tūc ad dei imaginē fecit hominē, nūc deo familiarē reddidit. Tunc pisces & feras homini subiicitos fecit, nūc supra cœlos nostrum propagauit imperium. Tunc paradisi incolam constituit, nunc cœlum aperuit. Tunc sexta die factus est, quādo complendum etiam erat seculum, nunc prima & ipso principio vnā cum luce. Ex quibus omnibus cōstat, quod ad aliā meliorem, & nullū finē habiturā vitā hæc efficebantur. Prima igitur formatio ex terra, hoc est Adæ: altera ex eius latere, mulieris videlicet: tertia ex semine, vt Abel.

Gen. 2. c.

[vniuit.]

† nostras sustulit primicias.]

Tomus tertius.

A Verum nullam harū quo modo, & qua fiant ratione, assequi possumus, quāquā crassiores sint. Quoniam igitur pacto de intellectu per baptismū generatione, & tam admirabili partu rationē reddemus, quæ longè altiora sunt, & subtiliora? Nā & angeli qui affuerunt, tam inenarrabilis operis modū minimè enarrare possent. Affuerūt duntaxat, & viderūt, nihil tamē operati sunt, sed pater tantum, & filius, & spiritus sanctus. Pareamus igitur diuinæ sententiæ, quæ sensu ipso vilis certior est. Visus enim sæpenumero fallitur, illa minimè. Nā cū omnia quæcunq; sunt deus effecerit, dignus sanè est cui fides adhibeatur, cū de suo quicquā asserit opificio. Quænam ergo diuina sententia est? Quòd generatio est res perfecta, quòd si quis quo modo percontabitur, filium ei diuino imponas testimonio, quod maxima est, & certissima demonstratio. Sin iterum rogabit, quæ ratione aqua assumitur: rogemus rursus & nos, cur vniversa terra principium in hominis formationē retulit? Nam quòd sine terra homo fieri potuisset, nemini dubiū est. [Sed inquit quispiā, à terra corpus habuisse, ab aqua autem nihil. Verum in hac re aqua nō parum cōfert.] Quamobrem noli curiosus inuestigare. Nā quòd per necessaria sit aqua, vel inde perspicuū est, quòd cū ante aquam spiritus inspirasset: in hoc tamen nō quieuit Apostolus, sed ad aquæ necessitatē ostendendā ait: Nunquid aquā quis prohibere potest, vt nō baptizetur hi qui spiritū sanctum acceperunt, sicut & nos? Quænam ergo aquæ necessitas: iam absconditū vobis mysterium aperiam. Sunt & alia, nunc verò ex omnibus vnū exposuisse sufficiat: primum diuina in hoc cōlumantur iudicia, sepultura, mortificatio, resurrectio, vita, & hæc simul sūt omnia. In aqua enim tanquàm in sepulchro caput immergentibus vetus homo sepelitur & submergitur, deinde nobis emergētibus nouus resurgit inde. Vt facile nobis est immergi, & emerfos respirare: ita deo veterem sepelire hominē, & nouum induere. Præterea ter istud sit, vt hinc patris & filij & spiritus sancti virtutem hæc omnia implere intelligas. Quod ne cōiectura à me, sed vero sensu dictū intelligas, audi Paulum: Cō-

† Quod id quod peragitur, naturas est.]

Act. 6. g.

Colof. 2. b.

Roma. 6. d.

Ibidem. a.

Mar. 10. f.

† immergimur.]

d iij illi au-

illi autem angelorum dominus: huic terra, illi cœlum patria. Itaque cum nihil communicemus, quæ cum illis nobis cognatio? Sed eandem matrē habemus, eodem partu nati sumus. Nihil hoc ad verissimæ cognationis comparationē. Studeamus supernæ ciuitatis ciues fieri: quousque ab ea peregrinamur. Oportet veterē repetamus patriā, neque enim paruis rebus periclitamur. Nā si inopina & repentina mors, quod absit, nos inuaderet, & nō initiati hinc migraremus: nihil nobis innumera huius seculi bona ad salutem proficerent, quin nos gehenna, vermis venenosus, ignis inextinguibilis, & catena manēant indissolubiles. Sed absit, vt auditorum meorum quispiam, eo damnetur supplicio: quod euitabimus, si sanctis dignati mysteriis, aurum argētum, lapides preciosos super fundamento, secundum Apostolum, ædificabimus. Hoc pacto hinc emigrantes diuites apparebimus, si pecunias non hic relinuemus, sed per pauperum manus ad perpetuos trāsferamus thesauros. Si Christo mutuabis, cui multa debemus, non quidem pecunias, sed peccata. Mutuemus itaque pecunias, vt veniam accipiamus peccatorū. Ipse enim est qui iudicat. Nolumus eum despiciere in hoc seculo esurientem, vt in futuro nos nutriat. Hic eum vestimento operiamus, ne suo nos auxilio nudos destituat. Si ei potum dederimus, nō dicemus cum diuite: Mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in aqua, vt refrigeret linguam meam. Si hic domi hospitem accipiemus, multa nobis in regno suo habitacula præparabit. Si in carcerem intrusum visitabimus, ipse nos vinculis liberabit. Si peregrinū colligemus, nos cœlestis regni peregrinos non despiciet, sed supernæ ciuitatis participes faciet. Si infirmo operam præstabinus, quamprimum nostras curabit infirmitates. Parua igitur saltem exhibeamus, vt pro paruis maxima accipiamus, maxima mercemur. Dum tempus est seminemus, vt metamus antequam hyems adueniat, Idū mare nauigari potest, dum huius negociationis sumus domini. Sed quando erit hyems? Quando magnus ille & tremendus dies aduenerit, tūc non amplius mare hoc spaciosum & immensum nauigare nobis licebit. Mari nanque præsens hæc vita comparatur. Nunc serendi tempus est, tunc messis & proventus. Qui non sementis tempore, sed in messe seminarit, est sanè ridiculus. Sementis nunc tempus: nō igitur nunc colligendum, sed dispergendum est. Dispergamus, vt congregemus: non nunc congregemus, vt messem amittamus: hoc enim, vt dixi, tempus ad serendum nos vocat, vt distribuamus, non colligamus: erogemus, non recondamus. Nolumus tempestiuum tempus cōtemnere, sed vbertim semē iaciamus, nec vlla ex parte nostris parcamus facultatibus, vt multiplicē dei in nos remunerationem, liberalitatemque experiamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto in secula seculorum, Amen.

Homilia. xxv. ex cap. tertio.



Quod natum est ex carne, caro est: & quod natum est ex spiritu, spiritus est. Magnis nos mysteriis dignatus est vnigenitus dei filius, magnis inquam & diuinis: nō qualia nos accipere, sed qualia ipsum exhibere decet. Nā si merita nostra reputabimus, non modò munere nullo, sed supplicio digni sumus. Sed non hoc respiciens benignus deus, non modò nos supplicio liberauit, sed & vitam multò priori potiolem largitus est: aliū nobis mundum, aliam cōdidit creatu-

ram. Si qua Jenim in Christo est, inquit, noua est creatura. Quæ nam? Audi ipsum, *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei.* Terra excideramus, haud digni quibus hic habitacionem cōcederet, in cœlum tamē nos extulit. Principio infidos nos deprehendit, & maiora largitus est. Ab vno ligno non abstinuimus, & supernas delicias impartitus est: in paradiso permanere non potuimus, & cœlos nobis aperuit. Non immerito igitur Paulus, O altitudo, inquit, diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei. Non amplius mater, non enixus, non somni, neque concubitus, nō amplexus, nouum iam naturæ nostræ intexitur opificium à spiritu sancto & aqua. Aqua autē accepta est, partus genito facta. Quod enim est matrix embryoni, hoc est fidei aqua, Siquidē in aqua fingitur & formatur. Nā primum dictū est, Producant aquæ reptile animæ viuētis. Ex quo autem Iordanis alueum ingressus est Christus, non amplius reptilia animarum viuētium, sed animas rationales & spirituales aqua producit. Et quod de Sole dictum est. Tanquam sponsus procedens de thalamo suo: hoc longē magis de fidelibus in præsentia dici potest. Multò nanque quàm ille clariore diffundit radios. At quod in matrice formatur, tempore indiget: quod in aqua minimè, sed momēto omnia perficiuntur. Siquidem vbi caduca vita est, & à corporea corruptione principiū accipitur, omnia mora temporis generantur: ea nanque natura corporis est, vt tempore perfectionem suam accipiat, sed non ita in spiritualibus. Quid tandem? Quoniam perfecta ab ipso principio opera sua facit spiritus. Sed cum Nicodemus his verbis perturbaretur, vide quo modo Christus ei tanti mysterij arcana aperit. Quod natum est ex carne, caro est: & quod natum est ex spiritu, spiritus est. Ab omnibus eum quæ sensu percipiuntur abducit, neque finit corporeis oculis mysteria perferuari. Non disputamus de carne, inquit, Nicodeme, sed de spiritu. Et est vestigio hoc verbo ad superna eum erigit, ne quid sensu subiectum perquirat, cum his oculis spiritum nemo possit intueri. Noli arbitrari, quod carnē spiritus pariat. Quo modo ergo, dixerit quispiam, Christi caro parta est? Nō à spiritu tantum, sed & à carne, quod Paulus significat: Factum ex muliere, factum sub lege. Spiritus illam formauit, non tamen ex nihilo: (quid enim opus fuisset matrice?) sed ex carne virginali. Quoniam autem pacto factum sit, explicare non possumus: sed factum est, ne quis à natura nostra partum illū alienum putaret. Nam cum etiam sic nonnulli huic generationi non credant, nisi virginalis carnis particeps fuisset: in quam impiā prolapsi essent opinionem? Quod natum est ex spiritu, spiritus est. Animaduertis spiritus dignitatem? Dei nanque efficiens opus apparet: superius enim inquit, ex deo natus, nunc ex spiritu, ait enim, Quod natum est ex spiritu, spiritus est. Natiuitatem autem hoc in loco non secundum substantiam, sed secundum honorem & gratiam intelligit: quod si filius hoc pacto natus est, quid in eo quàm in cæteris hominibus, qui ita nati sunt excellentius inuenietur? Quo modo est vnigenitus? Etenim ego ex deo natus sum, sed non ex eius substantia. Quod si neque ipse ex substantia, quid differt à nobis, fortasse autem hoc pacto spiritu minor inuenietur. Nam huiusmodi generatio ex spiritus gratia facta est. Nunquid igitur vt sit filius, spiritus indiget auxilio? Hæc Iudaica fuit doctrina. Cum ergo dixisset Christus. Qui natus est ex spiritu, spiritus est: & his verbis etiam perturbaretur Nicodemus, rursus ad sensibile exemplum

† Si quis, 2. Cor. 5. d
Rom. 11. d
Gene. 1. b
Trepilia, nimariū uentium.
Psal. 13. b
Gala. 4. d

plum descendit: Ne mireris, inquit, quia dixi tibi, oportet uos nasci * de nouo. Spiritus ubi uult, spirat. Hoc uerbum, mireris; eius animi perturbationem significat: perturbabatur enim quod nō intelligebat. Qui natus est ex spiritu, spiritus est. Quæ particula ab omni eum corpore Christo abduxerat. Quam ob rem ad id quod magis de corpore communicat, non tamen corporeæ crassitudini omnino subiectum est, descendit, puta incorporea omittit quæ ille capere nō poterat. Inuenit igitur mediū quoddam inter corpus & incorporeum, hoc est ueti impetum, hinc eum excitat, cum inquit: Vocem eius audis, sed nescis unde ueniat, aut quò uadat. Quod autem dicit, Vbi uult spirat, nō loquitur, ac si uoluntate aliqua feratur uentus, sed liberum eius à natura impetum qui ab alio impediri non possit significat. Mos enim est scripturæ ita etiam de inanimis loqui, quemadmodum cum inquit: Vanitati creatura subiecta est nolens. Significat igitur non posse contineri, & quocūque uult diffundi, neque posse prohiberi, quin huc illuc feratur. Et uocem eius audis, hoc est sonitum & strepitū: sed nescis unde ueniat, aut quò uadat. Ita uisum sit his qui spiritu generantur. Hæc conclusio est. Nam si huius, inquit, spiritus quem auditus sensu accipis, & tactu impetum intelligis, ne uiam quidem nostri: quò nam pacto diuini spiritus operationem perscrutaberis? Præterea ubi uult spirat, ad paracleti potentiā ostendendam dixit. Nam si uentum nemo cohibet, quin quò uult, feratur: quanto magis spiritus operationē nullæ naturæ leges, nulli corporeæ generationis fines, nulla alia huiusmodi uis poterunt cohibere: Quod autem de uento loquatur, inde perspicuum est, cum inquit: Et uocem eius audis. Nō enim infideli, & spiritus operationē nescienti, de spiritu dixisset, Et uocem eius audis. Sensus igitur est, quod quemadmodum uentus non uidetur, sentitur tamē: ita spiritalis generatio corporeis oculis non comprehenditur. Verum uentus corpus est, quanuis tenuissimum. Nam quod sensui obiectum est, corpus est. Quod si nō doles, cum corpus non uideas, & esse eum credis: quid hoc spiritali sermone perturbaris, & tã curiosè rationes exigis, cum idem in corpore non facias? Quid ad hæc Nicodemus? Adhuc in Iudaica uilitate persistit, cum tam manifestum exemplū acceperit, petitque. Quo modo possunt hæc fieri? Idcirco uehementius eum tangit Christus. Tu es magister in Israel, & hæc ignoras? Non maliciæ hominem, sed stulticiæ potius & simplicitatis accusat. Quod si quis percontaretur, quid hæc generatio cum Iudaica communicet: rursus quid nō communicet, rogabo. Etenim primi hominis, & ex latere eius mulieris formatio, & sterilitum, & omnium quæ per aquas perfectæ sunt, cōsummatio, Helisæi præterea miraculū qui ex fundo ferrum reuocauit, transitus Iudeorū per rubrum mare, piscinæ ab angelo commotio, Naaman Syri à lepra in Iordane mundatio: hæc omnia generationem, & purgationem futurā, tanquā in figura præmonstrarunt. Ad hæc prophetarum dicta hæc generationem annunciant. Annūciabitur domino generatio uentura, & t̄ annūciabunt cœli iusticiæ eius] populo, qui nascetur, quæ fecit dominus. Et, Renouabitur uerba quæ iuuentus tua. Exurge, illuminare Hierusalē, Ecce rex tuus uenit. Et, Beati quorū remissæ sunt iniquitates. Esaię 60. a Isaac etiam figura huius fuit generationis. Dic quæso Nicodeme, quo modo natus est Isaac? Nunquid secundum naturæ legē? Minimè. Verum inter hanc & illam generationē mediū quidem modus fuit: illam quoniā ex coitu: hæc quoniā non ex sanguinibus facta est. Ne-

* Zvabeu d̄ supernis uel denno, ut prius est dictum.
Rom. 8. d
Psal. 13. b
Gene. 2. d
4. Reg. 3. b
4. Reg. 6. a
Psal. 21. g
† annūciabunt iusticiā eius.]
Ibid. 102. a
Esaię 60. a
Psal. 31. a

que prædictā hæc tantum, sed uirginis etiā generationem prædixerunt. Nā cum nemo facile crediturus esset uirginem parere, steriles primū, inde etiam anus pepererunt: quanuis longē mirabilis sit ex uiri latere genitum, quàm sterilē parere. Sed cum illud antiquissimum, & iam obliteratum fuisset, nouus pariendi modus secutus est, & sterilitum partus uirginalis partus fidem præcessit. Hęc omnia Iesus Nicodemo in memoriā reducens: Tu es, inquit, magister in Israel, & hæc ignoras? Amen amē dico tibi, quod scimus loquimur: & quod uidimus, testamur, & testimonium nostrum nemo accipit. Hęc autē dicit, vt pro illius imbecillitate ad inferiora descendens, orationem suam magis credibilem faciat. Ideo inquit: Quod scimus loquimur: & quod uidimus testamur. Siquidem cum apud nos sensus uisus certissimus sit, cum persuadere quid uolumus, ita loqui solemus, Non audisse nos sed uidisse. Idcirco Christus more hominum loquens, sibi fidē conciliat. Quod autē neque sensibilem uisum, neque quicquam aliud intelligat, inde perspicuū est: cum enim dixisset, Quod natū est ex carne, caro est: & quod natum est ex spiritu, spiritus est: addidit, Quod scimus loquimur, & quod uidimus testamur. Hoc autē nondū natū erat: quo modo igitur inquit, quod uidimus? Nōne constat quod de certa generatione & quæ aliter se habere non possit? Et testimonium nostrū nemo accipit. Quod autē inquit, quod scimus, uel de patre & se, & uel de se tantum dicit. Illa uero particula, Nemo accipit: non indignantis est, sed uerū enarrantis. Non enim eos stulticiæ coarguit, quod tã manifesta nō acciperent, sed re & uerbis summā præ se fert mansuetudinem: quā nuda & leui ueritatis annūciatione non etiam edocet, ne quempiā si non persuademus quæ uolumus, maledictis prosequamur, ne excandescamus. Neque enim sic mouemus auditorē, sed magis ad incredulitatē prouocamus. Abstinentū igitur ab ira est, adnitendumque vt orationē nostrā probabilem faciamus, nulla nō modò ira, sed ne uoce quidē altiore, quæ iræ indicium est. Impediam igitur equū, vt deiiciamus uentorem. Incidamus pēnas iræ, ne augetur. uelox enim affectus est & uehēmēs, quo facile decipimur: propterea uindiq; ei aditus obstruendus. Absurdū nanque est, vt feræ mansuefieri possint, nostrā autē animam efferatā contēnamus. Ira uehemens ignis est, omnia consumit, quippe quæ corpus corrūpit, animā coinquinat, tristitiam affert, turpis uisus. Quod si iratus seipsum intueri posset, nulla alterius indigeret admonitione. Nihil enim irato turpius. Ebrietas quædam ira, uel potius ebrietate grauior & demone miserabilior. Verum si clamori modum imponere curabimus, optimā sapientiæ uiam inueniemus. Propterea Paulus non irā tantum, sed & clamorē tollit. Pareamus igitur totius sapientiæ magistro, & quando seruis nostris succensemus, nostra delicta consideremus, & vna eorū nos mansuetudinis pudeat. Cum enim contumelias tuas silentio tolerat, cum tuis nō perturbatur maledictis, hinc exemplū capias. Est enim homo, licet seruus, & anima immortalis, & iisdē quibus tu apud communē dominū donis atque beneficiis præditus. Quod si in maioribus & spiritualibus rebus par nobis est, & humanæ cuiusdā & uilis prerogatiuæ gratia tam mansuetē nos tolerat: quā nam uenia, qua excusatione digni sumus, qui diuino metu nō possumus, uel potius nolumus, vt ille nostro philosophari? Hęc animo agitemus dilectissimi, peccata nostra & humanæ naturæ communitatē reputemus, ad omnes inā suetē loquamur, vt cordis humilitate animis nostris & præsen-

† clamore nō, ira man- terra est.]
Ephē. 4. g

presentem & futuram requiem inueniamus: Quam vti-
nam omnes consequamur, gratia & benignitate domi-
ni nostri Iesu Christi, per quem & cum quo patri gloria,
spirituique sancto, in secula seculorum, Amen.

Homilia xxvi. ex cap. tertio.



Sil terrena dixi vobis, & non creditis: quo modo si dixero
vobis caelestia, creditis? Et nemo ascendit in caelum, nisi
qui descendit de caelo, filius hominis qui est in caelo. Et
sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari
oportet filium hominis: ut omnis qui credit in ipso, non pereat, sed ha-
beat vitam aeternam. Sic enim deus dilexit mundum, ut filium suum
vniuersum daret, ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat
vitam aeternam. Quod saepenumero dixi, id in praesentia
& frequenter repetam, neque dicere cessabo. Quid hoc
est? Cum profundissimarum reru doctrinam narraturus
esset Iesus, & locus hic exigeret, propter auditoru imbeci-
llitate plerumque abstinet, neque magnitudinem sua di-
gnis prosequitur sermonibus, sed potius persuasibili-
bus. Alta enim & magna etiam semel narrata, pro audi-
toru captu illa possunt ostendere dignitate: humiliora
autem & humano intellectui propiora, nisi frequenter re-
petantur, non facile humile auditorem ad alta erigunt.
Propterea in humiliori crebrius, quam alto sermone versa-
tur. Sed ne hoc aliud afferat detrimentum, & humili disci-
pulum detineat, non simpliciter posuit: sed causam affert,
cur tam humiliter loquatur. Cum enim de baptismo &
terrena secundum gratiam generatione verba fecisset, ut
dictum est: voluit & sua illam arcanam & ineffabilem
adducere, omisit tamen, & causam affert, crassitudinem
& imbecillitatem auditorum, quam his verbis signifi-
cavit: Si terrena dixi vobis, & non creditis: quo modo
si dixero vobis caelestia, creditis? Itaque eius sermonum
humilitas auditorum imbecillitati adscribenda est. Ter-
rena autem hoc in loco nonnulli de vetero dictu arbitrantur:
hoc est, si exemplum a terrenis sumptum non creditis, quomodo
nam pacto altiora creditis? Verum terrenum potius baptis-
ma dicit, vel quod in terra perficitur, vel quod ad sua ipsi-
us ineffabilis generationis comparatione ita appellat. Nam
et si caelestis ipsa generatio sit, ad illam tamen vera ex pa-
tris substantia comparata terrena est. Et non dixit, non intel-
ligitis: sed, non creditis. Siquidem qui intellectu difficilia
non intelligit, merito ignorantiae accusatur: qui vero
quae non ratione, sed fide intelliguntur, non accipit: non am-
plius stulticie, sed incredulitatis arguitur. His igitur, Ni-
codemo admonito, ne id rationibus perscrutetur, ve-
hementius eius incredulitatem accusat. Quod si gene-
ratio nostra fide credenda est: quomodo nam digni sunt sup-
plicio, qui vniuersi generatione rationibus inquirunt?
Sed fortasse dicet quispiam, qua gratia haec dicta sunt, si
non erant homines credituri? Quoniam et si ipsi non cre-
diderunt, futuri tamen homines credituri erant, & fructum
accepturi. Itaque Iesus Nicodemum corripiens, non solum ea
se, sed alia plura & longae maiora cognoscere, hac adie-
ctione ostendit: Et nemo ascendit in caelum, nisi qui de caelo descen-
dit filius hominis qui est in caelo. Et quae nam a praedictis con-
sequuntur? Maxima quidem & valde consentanea. Nam cum
ille dixisset, Scimus quia a deo venisti magister, eum nunc co-
arguit, ac si dicat: Ne arbitreris ita me magistrum esse, ut
multi prophetarum qui a terra sunt. Ex caelo venio, quomodo
nemo propheta ascendit, ego illic habito. Vides ut quod
quam maximum videtur, id eius praesentia sit indignissimu-
m? Non enim in caelo tantum est, sed ubique omnia im-
plet. Verum adhuc pro auditoris captu loquitur, ut pau-
latim altius eum erigat: filium autem hominis hoc in loco
non carnem, sed a minori substantia totum seipsum, ut sic di-

Humili-
bus.]

Humili-
bus.]

το κεν τα
χρας κα-
πεσεν τα
υ φιλει
χαμιλιζι
λορ ακροα
την.

cam, intelligit. Hic namque ei mos est, ut nunc a diuinitate,
nunc ab humanitate totum nuncupet. Et sicut Moyses ex-
altauit serpentem in deserto, inquit, sic exaltari oportet filium hominis.
Hoc quoque videtur & superioribus alienum, maxime autem
consentit. Nam cum incredibilem suam erga humanum
genus per baptismum liberalitate ostendisset, addit huius
causam, neque illa minore, hoc est per crucem. Quae admo-
dum igitur Paulus ad Corinthios haec simul iungit be-
neficia, inquit: Nunquid Paulus crucifixus est pro vo-
bis, aut in nomine Pauli baptizati estis? Siquidem haec
duo maxime ineffabile Christi in nos amore praeseferunt,
& quod pro inimicis passus sit & mortuus, per bap-
tismum integram peccatorum veniam largitus sit. Sed quomodo
gratia non manifeste se crucifigendum aperuit, sed ad ve-
terem figuram auditores relegauit? Primum quidem, ut ve-
terum ad noua cognationem intelligeret: deinde ut in-
telligas non inuitum ad passionem venisse, & praeterea nul-
lum sibi ex eo datum, sed multorum salutem securum. Ne igitur
quispiam diceret, quo modo possunt in crucifixum credentes
salui fieri, cum se a morte non liberauerit? veterem
in medium adducit historiam. Nam si ad aerei serpentis si-
mulachrum aspicientes Iudaei, morte liberabantur: quanto
maiori, qui in crucifixum credunt, beneficio fruuntur: neque
enim quod crucifixus est, idcirco eum imbecillitatis ar-
guas, neque Iudaeos superiores dixeris, sed quod mundum
deus amauit. Ideoque animale eius templum crucifixum est,
ut omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vi-
tam aeternam. Vides crucis causam, & ex ea salutem: Vides ut
figura veritati consentiat: Illic mortem fugerunt Iudaei,
sed temporalem, hic sempiternam fideles. Illic ictus serpen-
tis suspensus serpens sanauit, hic incorporei serpentis
plagas Iesus cruci affixus curauit: hic incorporeis oculis
suspicientes, corporis salutem: hic incorporeis, omnium pec-
catorum remissionem consecuti sunt. Illic a suspensum er-
rat in serpentis effigie, hic dominicum corpus a spiritu
formatum, Serpens illic mordebat, & serpens sanabat: hic
mors perdidit, & mors salutem fecit: Ad haec, qui interi-
mebat serpens, veneno sauebat: qui liberabat, nullo: Sic
& hic, nam ea quae perdebat mors, peccatum habebat, quae
admodum serpens venenum: domini autem mors ab omni
immunis erat peccato, ut aereus serpens veneno. Peccatum
enim, inquit, non fecit, neque inuentus est dolus in ore eius.
Hoc est quod significauit Paulus: Expoliatus principatus
& potestates traduxit confidenter palam triumphans
illos in semetipso. Quae admodum enim cum fortis athle-
ta hoste alte erectum prosternit, clariorem facit victoriam:
ita Christus toto orbe spectante, hostiles conatus euer-
tit: & qui in solitudine vulneratos curauit, eos ab om-
nibus feris in cruce suspensus tutatus est. Sed non dixit,
suspendi: sed, exaltari, ut neque auditoribus ignominio-
sum, neque a figura abhorrens videretur. Sic enim dilexit
inquit, deus mundum, ut filium suum vniuersum daret, ut omnis qui
credit in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam. Quod autem
dicit, huiusmodi est. Ne mireris quod exaltari debeat ut
saluemini: ita enim patri videtur, qui ad deum vos dilexit,
ut pro seruis, & quidem ingratissimis, filium daret. Atqui neque
pro amico, neque pro iusto facile quispiam id fecit, quod
Paulus his verbis ostendit: Vix enim pro iusto quis mo-
ritur. Sed longiori hic sermone usus est, quoniam fideles
alloquebatur: Christus breui, quoniam Nicodemum, verum
significatius. Et enim singula verba magna vim habent.
Nam illud verbum, sic dilexit: & illud, Deus mundum: im-
mensam amoris significat vehementiam. Magna enim
inter haec differentia est, & minime conferenda. Qui enim
immortalis est, & nullo fine comprehenditur, qui po-

Num.

1. Cor. 11

Esai. 53

Coloss. 2

Rom. 5

terrisimam ex terra & cinere factos, & innumeris pecca-
tis obnoxios, & male de se meritos & ingratos dilexit.
Quae praeterea sequuntur, magnam vim habent: Ut filium suum
vniuersum, inquit, daret. Non seruum, non angelum, non ar-
changelum. Nemo unquam pro filio tantam praese tulit cha-
ritate, quantam pro seruis & ingratissimis deus. Passio-
nem itaque non aperte, sed in umbra praedicat. Ex ea au-
tem emolumentum manifestius enarrat. Ut omnis qui cre-
dit in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam. Et cum ea
particula, Exaltari oportet: moriturum se significaret, ne
Nicodemus humanis affectibus perturbaret, & omnino
interiturum putaret: vide quo pacto auferat dubitationem.
Nam cum dei filium datum dicat, & vitam, & sempiternam vitam
authoris eum esse profiteretur: & profecto qui morte sua
vitam aliis elargitur, perpetua in morte minimè est futu-
rus. Nam si credentes in crucifixum non pereunt, multo
minus ipse crucifixus peribit. Nam, qui alios ab interi-
tu, longè magis seipsum vendicat. Qui vitam aliis, eam sibi
potius elargietur. Animaduertis semper fide opus esse:
Fontem vitam crucifixum dixit, hoc non facile humanae me-
ti persuadetur, ut ex gentilibus apparet, qui adhuc eum
irridunt, & contemnunt. Verum enimvero fides perquam
facile humanae mentis imbecillitate superans ad credendum
nos illuminat. Vnde autem tantopere dilexit deus
mundum: Sola charitate. Ea igitur dilectione ne contem-
namus. Pudeat tam immensa non respondere dilectioni.
Ipse ne vniuersum quidem filium nostrum gratia pepercit,
non pecuniam in nostrum parcimus detrimentum. Ipse dile-
ctissimum filium pro nobis obtulit: nos pro eo, imò pro no-
bis argentum offerre nolumus: & quomodo nam haec venia digna
sunt? Si hominum quempiam pericula & mortem nostri gra-
tia subeunt videmus, eum omnibus praefereamus, in pri-
mis amicum adnumeramus, & omnia nostra ei credimus,
neque adhuc eius nos meritis respondere arbitramur. Er-
ga Christum autem eum gratitudinis modum minimè ser-
uamus. Sed ipse animam pro nobis posuit, & preciosum
sanguinem fudit, neque propterea nos sibi conciliare potuit,
qui neque pro nobis pecunias erogamus, sed ipsum nudum
& hospitem pro nobis mortuum continemus: & quis-
nam, quae, a futuro nos supplicio liberabit? Nam si non
deus nos, sed nosmetipsos damnamus, nonne contra
nos sententiam ferimus? nonne gehennam in nos prouoca-
mus, cum qui pro nobis animam posuit eum fame per-
eunte contemnimus? Et quid ego pecunias memoro,
cum etiam si innumeram animam nobis essent, omnes pro
eo ponere oporteret: neque etiam sic pro acceptis benefi-
ciis gratiam retulisset. Nam qui prior beneficiis est, ma-
ximam praese fert bonitatis indicium. Qui beneficium acci-
pit, quicquid dederit, debitum reddit, non gratiam inquit: &
maximè cum qui primum exhibuit, inimicos beneficiis
prosecutus sit: qui vero accepit, gratiam refert, rursumque
accipit. Sed minimè his mouemur ingratis: seruos,
mulos, equos auro exornamus, dominum nudum, erran-
tem, ostiatim mendicantem despiciamus, & toruo non-
nunquam oculo indignamur. Atqui propter nos ea li-
berè mala tolerat. Esurit, ut deliciis perfruaris: nudus
obambulat, ut incorruptionis vestem induaris: nihil tamè
exhibetis, sed vestimenta vestra partim a tineis cor-
roduntur, partim arcae oneri sunt, & superflua curae pos-
sessoribus. Ille & haec, & alia vobis metuens, nudum se
exhibet: sed vos non in arca vestes receditis, sed indui-
mini, ut ornati appareatis: cur, nisi ut vulgus vos admi-
retur. Verum non tam his indutos vestibus, quam sua in-
digentibus erogant, multitudo admiratur. Si igitur in
admiratione haberi cupis, nudos vestis, ita etiam innum-

meri te plausus prosequuntur. Tunc & deus te, & homi-
nes laudabunt, vestibus autem conspicuum, nemo: inuide-
bunt potius omnes, cum corpus ornatum, animam negle-
ctam intuebuntur. Huiusmodi cultus corporis meretrici-
ces excolant, quibus vestimenta quam anima chariora
sunt, ornamenta animae virtutis duntaxat amici ample-
ctantur. Haec ego frequenter repeto, repetamque, nec ces-
sabo, non tam pauperum, quam vestrarum animarum gra-
tia. Illi enim, et si nihil a nobis, aliunde tamen aliquid ad-
iumenti consequuntur. Et si nullum consequuntur, sed fa-
me pereant, non multum capiunt detrimentum. Quid enim
nocuit Lazaro paupertas: quid famas? Vos autem nemo a
gehenna eripiet, nisi pauperum elemosinam opitulerentur,
sed cum diuite perpetuis cruciatibus damnabimini. Verum
absit, ut quisque tam diram audiat sententiam, sed in
sinu Abrahae omnes recipiamur, gratia & benignitate
domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo patri,
& spiritui sancto gloria, in secula seculorum, Amen.

Homilia xxvij. ex cap. tertio.



Non enim misit deus filium suum in mundum, ut iudicet
mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum. Qui credit in
eum, non iudicatur. Qui autem non credit, iam iudicatus
est: quia non credit in nomine vniuersi filij dei. Hoc est
autem iudicium, quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines ma-
gis tenebras quam lucem. Erant enim eorum mala opera. Omnis enim qui
male agit, odit lucem: & non venit ad lucem, ut non arguantur opera
eius. Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, ut manifestentur o-
pera eius, quia in deo sunt facta. Magna peccantium pars
in scelerum sordibus diuina abutens clementia, nullam ge-
hennam, nullum esse supplicium, omnia deum peccata
dimittere asseuerat, quorum os Sapiens his verbis obstruit,
Ne dicas miseratio eius magna, multitudinis peccato-
rum meorum miserebitur: misericordia enim & ira ab
illo cito proximant. In peccatores respicit ira eius, & in
secundum magnitudinem misericordiae eius multa etiam
reprehensio eius. Vbi igitur dei clementia est, si pro pec-
catorum nostrorum meritis accipiemus? Quod autem ita
se res habeat, audi prophetam & Paulum dicentem, alterum
quidem: Tu retribuens vnicuique secundum opera eius: alterum
verò, Qui reddet vnicuique secundum opera eius. Quod
autem etiam in hoc multa dei clementia ostendatur, hinc con-
stat. Duas nobis vitas deus constituit, praesentem & futu-
ram. Praesentem, in certamine posuit, futuram, in certaminis
praemium. Quam nam ratione? Multa & grauius commis-
imus, neque a pueris in vltimam usque senectutem abstiniui-
mus, quin innumeris animam sceleribus coinquinaremus,
nullam eorum a nobis ratione exegit, sed per regenera-
tionis lauacrum his nos absoluit, iusticiae & sanctificatio-
nis mysteriis initiatus, deinde multa in peccata prolapsus
est: is profecto maioris reus est supplicij: ex ipsis nam-
que peccatis post mysteriorum initiationem longe grauius
affligimur: quod Paulus his verbis significauit: Irritam
quis facies legem Moysi, sine vlla miseratione duobus, vel
tribus testibus moritur: quanto magis putatis deteriora
mereri supplicia, qui filium dei conculcauerit, & sanguinem
testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & spi-
ritui gratiae contumeliam fecerit: Maiori igitur supplicio
hic obnoxius, veruntamen etiam huic poenitentiae portas
aperuit, & multas ablundi peccati vias praebuit. Consi-
dera, quanta haec sint benignitatis exempla, ut quod
per gratiam peccata remiserit, & post gratiam peccanti &
reo non supplicium, sed emendationis spacium, diuina lar-
giatur clementia. Propterea inquit Christus Nicodemo:
Non

Luc. 16.8

Ecclesi. 5.6

Psal. 61. c.
& Ro. 2. 12

Heb. 10. 5

Ille qui
haec & alia
dedit, nu-
dus obam-
bulat.]

Aduentus Christi duplex.

Mat. 25. c.

Roma. 3. c.

Gen. 2. c.

ad Tit. 1. d.

Supra. 4.

Non misit deus filium suum in mundum, ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum. Duo enim sunt Christi aduentus, & prateritus & futurus, sed non iisdem de causis: sed prateritus, non ut iudicaret, sed ut dimitteret: futurus contra, non ut dimitteret, sed iudicaret. Propterea de praterito inquit: Non veni, ut iudicem mundum, sed ut saluum faciam mundum. De futuro: Cum venerit filius in gloria patris sui, statuet oves quidem a dextris, haedos autem a sinistris: & alias quas in hanc sententiam parabolis locutus est. Atqui & prior aduentus iudicij erat secundum iusticie rationem. Quamobrem: Quoniam ante ipsum naturalis lex fuit, & propheta: & praterita lex scripta & doctrina, signa, supplicia, & alia plura quae nos admonuisse poterant: quorum ratio non iniuria fuisset exigenda, sed immensa benignitate sua haec non inquiri, sed parcit: nam si peccata iudicasset, omnes repente perissent. Omnes enim peccauerunt, inquit, & egent gloria dei. Vides summam dei clementiam: Qui credit in filium, non iudicatur. qui autem non credit, iam iudicatus est. Atqui si tunc non venit, ut iudicaret mundum: quo pacto qui non credit, iam iudicatus est, si nondum adest iudicij tempus. Aut igitur, inquit, ipsam incredulitatem sine poenitentia supplicium (siquidem priuatio lucis per se supplicium maximum est) aut futurum praenunciat. Nam quemadmodum homicida, etsi iudicis sententia sit in demnatus, damnatur tamen ipsum rei naturam: & incredulus, siquidem & Adam qua die comedit a ligno, mortuus est: ea enim lata est sententia, In quacumque die comederitis a ligno, morte moriemini. Atqui viuebat. quo modo igitur mortuus est? Diuina sententia, & rei natura: quippe qui seipsum supplicio facit obnoxium, sub supplicio est: si non re, tamen sententia: ne quis enim cum audiret eum non venire, ut iudicaret mundum, impunitum peccatum arbitraretur, & pigrior fieret: hanc tollit opinionem, inquit: iam iudicatus est. Nam cum multo post tempore futurum est iudicium, eius iam formidine incutit, quod incredibile ipsius praefert humanitatem: quod non solum filium daret, sed iudicij quoque tempus differret in longum, ut ablendi criminis potestas fieret peccatoribus & infidelibus. Qui credit in filium, non iudicatur. Qui credit, non curiosus inuestigat, non percontatur diligentius. Quid igitur, si immunda vitam viueret, si non recte operaretur: hos ne vere quidem fideles esse Paulus inquit: Confitentur se nosse deum, factis autem negant: veruntamen hic illud dicit propter hoc ipsum non iudicari, sed operum grauius postmodum supplicium daturum dicit, infidelitatis autem causa, eo quod semel credidit, non punitur. Vides quo pacto ab horredis principiis in eandem rursus rationem descendit: Primum inquit, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non introibit in regnum dei: nunc autem, Qui non credit in filium, iam iudicatus est. Noli, inquit, arbitrari quicquam ei dilationem conferre. Iam reus est, nisi mutet sententiam: nihil autem meliori conditione erit infidelis, quam qui iam damnati sunt, & supplicio affecti. Hoc est autem iudicium, Quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quam lucem. Cuius particulae haec est sententia: Idcirco plectuntur quod tenebras dimittere, luci obuiam fieri noluerunt. His verbis omnem aufert infidelibus excusationem. Nam si ad operum rationem exigenda, & errata punianda venissem, possent sane excusari, si me non sequerentur: sin autem venerim ut a tenebris liberem, & ad lucem adducam, quisnam eius miserebitur, qui cognita luce in tenebris potius degere perseuerat? Cum enim nulla in re nos accusare pos-

sint, sed innumera a nobis acceperint beneficia, resiliunt tamen, quod alibi significauit: Oderunt, inquit, me gratias. Et rursus. Si non venissem, & locutus fuisset eis, peccatum non haberent. Siquidem qui in tenebris versatur, deficiente lumine, aliqua fortassis venia dignus est: qui vero adueniente luce tenebras sectatur, mali profecto, prauitque animi praefert argumetum. Sed cum multis hoc incredibile videatur, ut quispiam luci tenebras praeferat, adducit causam quare ita affecti sint. Erant, inquit, eorum mala opera. Omnis autem qui male facit, odit lucem, & non venit ad lucem, ut non arguantur opera eius. Et profecto non ad iudicandum, neque ad inquirendum venit, sed ad dimittenda peccata, & salutem per fidem largienda. Qua igitur ratione fugerunt? Si iudicatum venisset, aliquid habuissent excusationis. Qui enim alicuius sibi culpae conscius est, iudicem fugere solet: indulgenti autem errantes quoque obuiam sunt: quod si ad indulgendum venit, consentaneum erat, ut plurimorum criminum conscij prompto animo se exhiberent, quod multi fecerunt: etenim publicani, & peccatores Iesum sequebantur & discumbebant cum eo. Quid ergo his verbis significauit: eos notat qui semper in malicia perseuerant. Ipse idcirco venit, ut vetera peccata dimitteret, & in posterum cautiorem hominem redderet: verum cum nonnulli ita ad virtutis labores tolerandos fluxi sint & imbecilles, ut ad extremam usque respirationem malicie studeant nunquam se absolueri curantes, eos hoc in loco Christus significauit. Nam cum Christi assertor, ad doctrinae reformationem vitam etiam sanctam addat, ideo ad me venire formidant, inquit, quoniam a recta formidant vitam. Qui enim gentilium errores sectatur, a nemine liberè reprehenditur: quippe qui eiusmodi deos colunt, & ipsis turpes, & ridiculos, quales ipsi sunt, honores exhibent, non aliena a doctrina sua opera praefertunt: qui autem dei sunt, & desidiosè viuunt, omnes & expostulant eos, & accusant: tantae etiam apud inimicos admirationi est veritas. Vide igitur quam diligenter omne profequitur. Non enim, inquit, qui male fecit, non venit ad lucem: sed qui in malis perseuerat operibus, hoc est qui semper in viciis luto versatur, neque vult meis subici legibus, sed his prauaricatis, fornicatur licenter, & cetera quae prohibentur, exequitur: huc enim prodies, tanquam fur in luce, manifestus redditur: idcirco subdicionem meam venire recusat. Multi gentilium inneniuntur, qui ideo Christianae religioni se inhærere non posse causantur, quoniam ab ebrietate, fornicatione, & ceteris huiusmodi affectibus nequeant abstinere. Quid igitur? Nonne & Christiani malae & perditae vitae, gentiles vero philosophiae studiosissimi inueniuntur? Quod multi Christiani perditè viuunt, non ignoro: quod autem Gentiles rectè faciant, hoc adhuc mihi non satis constat: neque tu mihi natura ipsa mansuetos, & modestos adduxeris, hoc enim non est virtus: sed eos qui cum affectibus trahuntur fortiter resistunt, hos tamen non habes. Futurorum honorum spes, & gehennae metus, & alia huiusmodi vix hominem in virtute continent: quibus nil horum persuadet, hi minime virtutem amplectuntur: si qui autem simulant, gloriae causa simulat: & qui ita affectus est, cum latere opera sua posse confidet, minime a prauis cupiditatibus abstinere. Verum ne cupiam contentiosum esse videamur, concedamus ex Gentilibus esse qui rectè viuunt, neque hoc positioni nostrae contradicit. Quod enim frequenter, non quod raro contingit, intelligendum est. Considera autem quo pacto aliunde etiam omnem aufert Gentilibus excusationem. In mundum lucem venisse

Psal. 34. c. & 63. 4. Infra 15. c.

Marc. 1. c.

Infra 5. c.

Infra 1. c.

Infra 12. c.

Infra 3. c.

venisse dicit: num eam quaesierunt inquit? num laborarunt? num adnixi sunt ut eam inueniret? Venit ad eos lux, neque obuiam facti sunt: quod si Christianorum nonnulli male viuunt, respondimus non de his intelligi qui Christiani nati sunt, & a maioribus suis pietate didicerunt, licet hi saepenumero doctrina viciosa vitam mutauerint] sed de his, ut arbitror, qui Gentiliis, vel Iudaeorum professione contempta, veram fidem amplecti debent. Ostendit enim errantium neminem fidei se subiecturum, nisi prius rectam sibi vitam persuadeat: & neminem nisi profus malicia deditum in incredulitate persistere: neque mihi dixeris eum neque incontinentem esse, neque raptorem: non enim haec sola virtus est. Quid haec illi profunt, si inanis gloriae seruus sit, & amicorum sodalitate veritus, in errore permaneat? hoc non est rectè viuere: neque enim gloriae seruus minus peccat quam fornicator: imò longè plura & grauiora committit. Sed da mihi apud Gentiles aliquem omnibus affectibus, & malicia liberum: non inuenies. Nam qui apud eos magni habetur, & pecuniis, & ventri, ut aiunt, dominantur, maxime omnium hominum gloriae seruiunt: quod malorum omnium est causa. Hinc & Iudaei in perfidia manserunt, quos arguens Christus inquit: Quo modo potestis vos credere, qui gloriam ab inuicem accipitis? Et quid tandem ad Nathanael, qui etiam veritatem testatus est, haec verba non habuit, neque longiori sermone usus est: quoniam non eo studio venerat, hic enim hoc sibi faciendum constituerat: & quod alij quieti, hic auditioni tempus exhibuit: ille ab alio persuasus accessit, non tamen quin admoneret praeterit. Siquidem inquit, Amen amen dico vobis, post haec videbitis caelum apertum, & angelos dei ascendentes, & descendentes supra filium hominis. Huic nihil tale, sed de generatione & vita aeterna, diuerso sermone secundum subiectam materiam locutus est. Nam cum ille prophetarum dicta proculdubio crederet nec formidolosus esset, tantum audire satis habuit: hic autem cum adhuc formidaret, non quidem manifestè omnia ei Christum aperuit: sed eius mouit mentem, ut timore timorem euiceret, cum non credentem iudicari, & non credere a praua conscientia proficisci diceret. Humanam nanque gloriam magnificabat, & plura quam supplicium. Multi enim, inquit, ex principibus crediderunt in eum, sed propter Iudaeos non confitebantur: praeterea eum coarguit, cum dicat nulla alia ratione hominem non credere, quod quod vitam immundam viuunt: & in sequentibus inquit, Ego sum lux: hic autem, Venit lux in mundum: in principiis enim obscurius, inde apertius locutus est. Veruntamen Nicodemus multitudinis gloria mulcebatur, quam ob rem debitam fiduciam habere non poterat. Fugiamus igitur inanem gloriam, quae ceteris est affectibus violentior: hinc auaricia, hinc pecuniarum amor, hinc odium, bella, pugnae. Quippe qui plura amat, minime constare poterit: amat autem nullam aliam ob rem, quam inanem gloriam. Et quam gratia, dic quae, eunuchorum, & mancipiorum gregibus, & huiusmodi rebus friuolis, & inanibus multi stipari volunt: non necessitatis gratia, sed ut importuni huius affectus obuios omnes testes habeant, horum caput est inanis gloria: quod si abscindemus, reliqua maliciae membra interibunt, & nil prohibuerit, quin terram ut caelum incolamus: neque ad maliciam tantum quos capit animos impellit inanis gloria, sed & virtutibus se infinuat: a quibus cum nos abstrahere non possit, in ipsa virtute maiorem in modum nos offendit, multis nos laboribus subiicit, quorum omnem fructum penitus aufert. Siqui-

dem qui inani gloria mulcetur, ieiuniorum, orationum, misericordiae omnem mercedem amittit. Quid hoc damno miserius, cum frustra verberemur, & ridiculi fiamus, & superna excidamus gloria? Neque enim fieri potest ut qui vtramque desiderat, vtramque consequatur: sed si vnam optauerimus, caelorum videlicet gloriam, vtramque consequemur. Quamobrem si gloriam assequi volumus, humanam fugiamus gloriam, & diuinam duntaxat prosequamur: hoc pacto & haec, & illam adipiscemur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula, seculorum, Amen.

Homilia xxviii. ex cap. tertio.

Dicitur hanc venit Iesus & discipuli eius in Iudaeam terram, & illic demorabatur cum eis, & baptizabat. Erat autem & Iohannes baptizans in Aeno iuxta Salim: quia aqua multe erant illic, & veniebant, & baptizabantur. Nondum enim missus fuerat Iohannes in carcerem. Facta est autem questio ex discipulis Iohannis cum Iudaeis de purificatione. Nihil veritate clarius, nihil potestius, nihil medicatio imbecillius, etsi innumeris obtegatur operimentis: nam etiam sic deprehenditur, & effluit facile: veritas autem nuda omnibus proponitur volentibus eius pulchritudinem intueri: neque latere vult, nullum timet periculum, nullas insidias tremit, nullam desiderat multitudinis gloriam, nulli hominum est obnoxia, omnia excedit: etsi innumeris circumueniatur insidiis, tuta permanet: & qui ad eam confugiunt, tanquam firmissimo & tutissimo muro eius viribus custodiuntur, & occulta quidem latibula deuitans, sua omnibus in medium proponit: quod Christus ad Pilatum his verbis significauit: Ego palam locutus sum in mundo, ego semper docui in synagoga, & in templo, quod omnes Iudaei conueniunt, & in occulto locutus sum nihil: hoc tunc locutus est Iesus, nunc autem fecit. Post haec, inquit, venit Iesus & discipuli eius in Iudaeam terram, & illic demorabatur, & baptizabat. In solennitatibus in ciuitate veniebat, ut in medium dei doctrinam proponeret, & ex miraculis vtilitatem, inde saepe Iordanem petebat: nam & illuc multi concurrebant: semper autem frequentioribus locis versabatur: non ostentationis aut ambitionis gratia, sed studio ut prodesset quam plurimis. Atqui in progressu dicit euagelistam, non Iesum, sed discipulos baptizasse: unde constat hoc etiam in loco ita intelligi. Et quam nam gratia ipse non baptizauit? Iohannes praecipue dixit, Ipse vos baptizabit in spiritu sancto & igni. Spiritus enim nodum erat datus: merito igitur non ipse, sed discipuli baptizarunt, cum vellent plurimos ad salutarè doctrinam allicere. Et quid tandem discipulis Iesu baptizantibus Iohannes baptizare non destitit, sed quousque missus fuit in carcerem id exercuit ministerium: Illa enim particula, Nondum missus fuerat in carcerem Iohannes: In eum usque diem eum baptizasse significat: atqui Iesu discipuli longè visifore clariores, si us baptizare incipientibus Iohannes destitisset. Quam nam igitur gratia baptizauit? Ne discipulos suos in maiore contentione adduceret. Nam si saepenumero clamitandum, & prioribus semper Christo concessis partibus, se inferiore praedicando non persuadebat, ut ad eum accederent: si hoc etiam addidisset, longe in maiore contentione prouocasset: propterea Christus tunc maxime praedicationi suae fecit initium, cum Iohannes longe aberat. Puto autem & propterea citiorem eius mortem permisisse, ut omnes multitudinis animi ad Christum conuerterentur, neque amplius circa vtrumque eorum scinderentur sententiae. Praeterea inter baptizandum Iohannes non cessauit frequenter admonere, & maxima & clarissima de Iesu ostendere, nil aliud

Infra 18. d.

Infra 4. c.

nil aliud dicens, q̄ vt in eū qui post ipsum vēturus erat, A crederet. Qui igitur hoc p̄dicabat, quo pacto discipu-
lorū Christi p̄stantiā demonstrasset, si a baptisate
cessasset: Contrariū visum esset, vel emulacione, vel ira
id facere: cum autē p̄dicando p̄stiterit, ea firmiora
ostendebat: neq; enim sibi ipsi gloriā cōparabat, sed ad
Christū mittebat auditores: neq; minus q̄ discipuli illū
adiuabat, imō lōgē magis. Quāto minimē suspētū
eius erat testimoniū, & maioris apud omnes authorita-
tis, hoc euāgelista Matthæus significat, quōd exibat ad
eū Hierosolyma, & omnis iudæa, & omnis regio circa
Iordanē, & baptizabantur in Iordane ab eo, confitētes
peccata sua. Discipulis autē baptizantibus, multi nō
desistebant ad Ioannē percurrere: quōd si quis percon-
taretur, quid amplius in Ioannis baptisate q̄ discipu-
lorū fuerit, nihil respondebimus. Vtrūq; enim simili-
ter spiritus expers erat, & vnam eandemq; baptizandi
causam habebat, vt scilicet Christo cōciliaret baptiza-
tos: vt enī nō semper peragrādo credituros cōgrega-
rent, (quod & in Simone frater fecit, & in Nathanaël
Philippus) baptizare constituerāt, vt per id omnes sine
labore adducerentur, & ad futurā fidem p̄pararetur.
Quōd autē nihil inter se eorū baptisati different, nec
alter altero p̄stantior esset, sequētia manifestāt. Quæ
* *metu lē-* nam: *Facta est autē, quæstio, inquit, ex discipulis Ioannis * cum*
Axiō. i. cū iudæis, de purificatiōe. Contendebāt semper cum Chri-
Iudæo, s̄n sti discipulis discipuli Ioānis apud ipsum etiā Christū.
gulari, vt Cū enī viderēt eos baptizare, cōperūt aduersus bap-
legisse vide zatos loqui, ac si Ioānes apud ipsos baptizādo Christi
ut Chryso. discipulos excelleret, & aduocato aliquo ex baptizatis
persuadere ei conabātur, non tamē persuaserunt: nā q̄
ipsi acceperunt, non ille quæsierit, audi quo pacto euan-
gelista significauit. Non enim dixit Iudæum aliq̄e eos
interrogasse, sed quæstionem ex discipulis Ioannis fa-
ctam cū Iudæo quopiā de purificatione. Considera au-
tem euāgelistæ lenitatē: non enim in quemquā inue-
hitur, sed pro viribus crimen extenuat, cum quæstionē
factā simpliciter dicit. Nam quōd ex inuidia contēder-
int, ex sequentibus patet, quæ etiā lenius exequitur. *Et*
venerunt, inquit, ad Ioannem, & dixerunt ei: Rabbi, qui erat tecū
trans Iordanem, cui testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, &
omnes veniunt ad eum. Hoc est, quem tu baptizasti, quem
clarum & conspicuum reddidisti, is eadem quæ tu au-
der: non tamen dixerunt quem tu baptizasti, siquidē o-
portuisset eos & supernæ vocis, & spiritus sancti aduen-
tus meminisse: sed, *Qui erat tecum trans Iordanem, cui*
tu testimonium perhibuisti: hoc est, qui in discipuli loco
habitus est, qui nulla ex parte nobis superior erat, is abs-
te discedens, baptizat. Non autē verbis eū tantum do-
lore afficere, sed opera sua superari arbitrabantur. Om-
nes enim, inquit, ad eum veniunt: unde constat quōd
Iudæo cum quo disceptabant, ei minimē persuaserunt.
Hæc autem animi imbecillitate, & ambitione quadam
loquebantur. Quid ad hos Ioannes: non eos grauit
coarguit, verit̄ ne se relicto aliud quid mali aggreden-
rentur. *Sed non potest homo, inquit, accipere quicquam, nisi fue-*
rit ei datum de cælo. Quōd si humilia de Christo loqua-
tur, ne mireris: non enim poterat tali affectu p̄occupato
statim ab initio rem omnem docere, sed vult in-
terim eos concutere & terrere, ac ostendere huic repug-
nantes non alteri quā deo repugnare. Quod igitur
& Gamaliel dicebat, Nō potestis id dissoluere, nequā-
do & deo repugnare reperiamini: hoc & ipse hoc loco
occulte adstruit. Dicere enim, Nemo potest accipere
quicquā, nisi fuerit ei datum superne ē cælo, nihil aliud

significat quā quōd rem impossibilem aggrediatur, A
atq; hinc etiam deo repugnare deprehendantur. Quid
igitur? Theudas nōne a seipso acceperat? Sed statim
prostratus periit: res autem Christi non sunt huiusmo-
di. Hinc etiam illos occulte consolatur, ostendens nō
hominē sed deū esse qui ipsos in gloria superet. Quōd
si verō ille inclarescat, omnesq; ad ipsum abeāt, nil mi-
rum: talia enim sunt diuina, & deus est qui ista efficit.
Homo enim nunquā talia posset. Quæ enim humano
geruntur consilio, deprehensu facilia sunt & imbecilla,
citō diffuunt ac pereunt: qualia non sunt ista: non igitur
humana. Deinde quoniam dicebāt, cui tu testimo-
nium perhibuisti, tunc etiam id quod in Christi subuer-
sionem obiici putabant, in ipsos cōuertit. & cum prius
ostendisset quōd non ab ipsius testimonio Christus cla-
rus euasisset, postea hinc etiā illorum ora obstruit. Non
enim, inquit, potest homo a seipso accipere quicquam,
nisi fuerit ei datum ē cælo. Nam si meum prorsus testi-
monium accepistis, inquit, & verum id arbitramini, di-
scite vel ex eo, non me, sed illum in honore potiorē.
Vos me audistis, vos mihi testimonium perhibetis, quōd
dixerim, Nō sum ego Christus, sed missus sum ante il-
lū: quōd si testimonij mei memores estis, dixistis enim,
Cui tu testimonium perhibuisti, non modō ex eo non
minuitur, sed augetur plurimum: praterea non meum,
sed dei testimonium fuit. Si enim vobis fide dignus vi-
deor, inter alia & me ante illū missus professus sum.
Vides quo pacto paulatim diuinam vocem fuisse ostē-
dit: ac si dicat, minister sum, & mittentis mandata nū-
cio, neque humanam aucupor gratiam, sed eius patri,
qui me misit ministerium exhibeo: non ergo ad captā-
dam gratiam testimonium perhibui, sed ad quod mis-
sus sum, id annunciaui: quare nolite me propterea ma-
gnū existimare: hoc enim illius ostendit magnitudi-
nem, ille nanque rerum dominus: idcirco addit, *Qui*
habet sponsam, sponsus est: amicus autem sponsi, qui stat & audit
eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi. Et quamobrem qui
dicit: Non sum dignus, vt soluum eius corrigiam cal-
ceamenti: amicum se eius in p̄sentia dicit: nō vt ex-
tollat se, neque vt laudet, sed vt hanc maximē curam
habere, neque inuito se, & egrē ferente id fieri, sed cor-
di sibi & quā gratissimum esse ostendat: & hæc sunt
quorum gratia maximē omnia fecit: quæ omnia amici
appellatione significauit: non enim tam ministri spōsi
quā amici lætantur, & in eius nuptiis exultant. Non
ergo paritatem, absit, sed voluptatis magnitudinem
demonstrare voluit, simul & eorum imbecillitati in-
dulgēs, amicum se dicit: nam & ministrum se dixerat,
D cum inquit: *Missus sum ante illum.* Praterea quoniam
agrē ferre Iesu opera putabatur, sponsi se amicum ap-
pellauit, vt ostenderet non modō non agrē ferre, sed
maiorē in modum lætari. Hoc enim effecturus veni,
inquit, & tantum abest, vt molestē eius opera feram, vt
tum maximē dolerē, si non fierent, si ad sponsū spon-
sa non accederet, dolore tunc afficerer: nō autem nūc
cum testimonium nostrum re comprobatur. Hinc enī
nō probamur, cum id quod volumus contigit, &
sponsa spōsum cognoscit, & vos hoc testimonio per-
hibetis, cum dicitis quōd omnes veniunt ad eum: hoc
mihi curā fuit, & propterea omnia feci: cum verō in
p̄sentia contigisse videā, gaudeo & exulto. Sed quid
significat illa particula, *Qui stat, & audit eum:* ex simi-
litudine ad propositū venit. Cum enim sponsi & spon-
sa meminisset, quo modo sponsalia fiant ostendit, per
vocem videlicet, & doctrinam, ita ecclesia cōciliatur
deo,

Matth. 3. b

* *metu lē-* nam: *Facta est autē, quæstio, inquit, ex discipulis Ioannis * cum*
Axiō. i. cū iudæis, de purificatiōe. Contendebāt semper cum Chri-
Iudæo, s̄n sti discipulis discipuli Ioānis apud ipsum etiā Christū.
gulari, vt Cū enī viderēt eos baptizare, cōperūt aduersus bap-
legisse vide zatos loqui, ac si Ioānes apud ipsos baptizādo Christi
ut Chryso. discipulos excelleret, & aduocato aliquo ex baptizatis
persuadere ei conabātur, non tamē persuaserunt: nā q̄
ipsi acceperunt, non ille quæsierit, audi quo pacto euan-
gelista significauit. Non enim dixit Iudæum aliq̄e eos
interrogasse, sed quæstionem ex discipulis Ioannis fa-
ctam cū Iudæo quopiā de purificatione. Considera au-
tem euāgelistæ lenitatē: non enim in quemquā inue-
hitur, sed pro viribus crimen extenuat, cum quæstionē
factā simpliciter dicit. Nam quōd ex inuidia contēder-
int, ex sequentibus patet, quæ etiā lenius exequitur. *Et*
venerunt, inquit, ad Ioannem, & dixerunt ei: Rabbi, qui erat tecū
trans Iordanem, cui testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, &
omnes veniunt ad eum. Hoc est, quem tu baptizasti, quem
clarum & conspicuum reddidisti, is eadem quæ tu au-
der: non tamen dixerunt quem tu baptizasti, siquidē o-
portuisset eos & supernæ vocis, & spiritus sancti aduen-
tus meminisse: sed, *Qui erat tecum trans Iordanem, cui*
tu testimonium perhibuisti: hoc est, qui in discipuli loco
habitus est, qui nulla ex parte nobis superior erat, is abs-
te discedens, baptizat. Non autē verbis eū tantum do-
lore afficere, sed opera sua superari arbitrabantur. Om-
nes enim, inquit, ad eum veniunt: unde constat quōd
Iudæo cum quo disceptabant, ei minimē persuaserunt.
Hæc autem animi imbecillitate, & ambitione quadam
loquebantur. Quid ad hos Ioannes: non eos grauit
coarguit, verit̄ ne se relicto aliud quid mali aggreden-
rentur. *Sed non potest homo, inquit, accipere quicquam, nisi fue-*
rit ei datum de cælo. Quōd si humilia de Christo loqua-
tur, ne mireris: non enim poterat tali affectu p̄occupato
statim ab initio rem omnem docere, sed vult in-
terim eos concutere & terrere, ac ostendere huic repug-
nantes non alteri quā deo repugnare. Quod igitur
& Gamaliel dicebat, Nō potestis id dissoluere, nequā-
do & deo repugnare reperiamini: hoc & ipse hoc loco
occulte adstruit. Dicere enim, Nemo potest accipere
quicquā, nisi fuerit ei datum superne ē cælo, nihil aliud

Rom. 10. d

† *tradita ipsi s̄sa.*

deum, quamobrem Paulus inquit: Fides ex auditu, audi- A
tus autem per verbum dei: hac ego voce gaudeo. Id au-
tem verbum, qui stat: non temere posuit, sed vt res suas
compositas, & iam sibi standum, & dantem illi spon-
sam j audiendum ostendat: & quōd seruus sit, & mini-
ster, & spes, & gaudium suū re euenerit prosequitur.
Hoc ergo gaudium meum impletum est. Perfectum est, in-
quit, opus, & officium meū, nec amplius habemus quod
faciamus. Deinde nō p̄sentem tantum, sed futurum
mærorem prohibēs, & futura ex dictis & factis confir-
mat. *Illū, inquit, oportet crescere, me autem minui.* Hoc est,
meum feci officium, iam cessabo. Illius opera nunc au-
gentur: quod enim nunc formidatis, non in p̄sentia
tantum erit, sed maius indes fiet, quod maximē res no-
stras claras ostēdet. Propterea & veni, & gaudeo, quo-
niam Christus magnum accepit incrementum, & ea
euenerunt, quorū gratia omnia fecimus. Animaduerte
quā leniter, q̄ sapiēter illorum sedauit affectus, & in-
uidiam extinxit, & frustra id eos tentare demonstrat,
quibus verbis maximē eorum sedat maliciam. Idcirco
enim adhuc eo viuēte, & baptizante hæc tractata sunt,
vt Christi excellentiā testaretur, neq; quispiā increduli-
tatis excusationē haberet: neq; enim a seipso hæc di-
xit, neq; aliis interrogātibus: ipsi & percontatores erāt,
& auditores. Nam neq; sponte sua id dicētū ita credi-
disent, vt post interrogationē. Cum enim responden-
tem audirent, eius certā habuerunt sententiā. Iudæi au-
tem eo quōd ad ipsum miserunt, & eius non credide-
runt testimonio, idcirco meritō sibi omnē p̄cederūt
excusationem. Quid igitur hinc erudimur? Quōd om-
nium malorū causa est gloria insania, hæc illos in f̄ cō-
tentionē] traxit, hæc temerario ausu excitauit, vt ad le-
sum venientes dicerēt: Quare discipuli tui nō ieiunāt?
C Fugiamus hunc affectū dilectissimi, vt gehennā fugia-
mus: hic nanq; maximē eius ignē accēdit, hic diaboli j
vndiq; ditionem propagat, hic etatē & dignitatē om-
nem s̄uissimo premit imperio, hic ecclesias huc illuc
distrahit, hic ciuilia opera corrūpit, domos funditus,
ciuitates, populos, gētes euertit: & si in desertū venerit,
multam & illic vim ostēdit. Nam qui sæpenumero pe-
cunias, & mundi illecebras, & violetiores corporis vo-
luptates valere iubent, hi nonnunquā inani gloria cap-
ti, omnia perdidērūt. Qui multum laborauit, propter
hunc affectū non laborantis, sed grauit peccatis p̄-
miū accipiet. Phariseus quā publicanus propter ina-
nem gloriā minus meruit. Verūm hæc accusare nullus
labor, omnes enim consentiunt: id autē querendū quo
pacto vincamus. Quo modo igitur possumus? Si glo-
riam gloriæ cōparabimus. Quemadmodū enim ter-
nas diuitias contēnimus, cum alias speramus diuitias:
ita & huius vitæ gloriā, cum longē maiorem & veram
gloriā coniectabimur, contēnemus. Hæc nanq; inanis
& stulta est, & nomine tantū, non re, gloria: illa verō
cœlestis, vera, quæ non homines, sed angelos, & archā-
gelos, & angelorū dominū, imō & cū his etiā homines
laudatores habet. Si illud spectaculū contempleris,
si illas coronas noueris, si ad illū plausum te transtule-
ris, nunquam aduersum te terrena poterunt p̄ualere:
neq; hæc magnificēs, si habebis: sin minus, nō quæres.
Etenim in huius seculi regis, nemo satellitū, iis omnis
quibus coronato regi, & in folio sedenti placeat, gra-
culorum voces, muscarū & culicū obuolantiū strido-
rem prosequitur: neque enim iis vlla ex parte potiores
hominū laudes inueniuntur. Humana igitur intellecta
miseria, omnia in tutissimos recōdamus thesauros, &

Vana glo-
ria fugien-
da.
Mat. 9. b.
& Marc.
2. c.
Inuidiā.]
† *sua.*

Sup.
Lui

manentem & incorruptibile gloriā inquiramus. Quā
vtinam omnes cōsequamur, gratia & benignitate do-
mini nostri Iesu Christi, per quem, & cū quo patri glo-
ria, simul & spiritui sancto, in secula seculorū, Amē.

Homilia xxix. ex cap. tertio.



Vi desursum venit, super omnes est: qui est de terra, ser-
ua est, & de terra loquitur. Grave quiddā est glo-
riæ amor, graue inquam, & multarū ipsa spi-
narum plena gloria, & quæ difficilē tolli po-
test fera, & multorum capitum bestia, & in eos a qui-
bus fouetur, & suscipitur armata. Quemadmodū enim
vermis ligna ex quibus nascitur, & rubigo ferrum vn-
de prouenit consumit: ita inanis gloria altricem sui a-
nimam perdit. Quare multa opus est diligētia, vt hūc
tollamus affectum. Considera quid hoc in loco disci-
pulis suis hoc morbo affectis dicat Ioannes, & vix eos
placat. Ad superiora etiā hoc addit. Qui desursum ve-
nit, super omnes est: qui est de terra, terra est, & de terra
loquitur. Cū meū, inquit, vbiq; extollatis testimoniū,
& dignissimum fide esse dicatis: illud vos scire neces-
sarium est, non licere vt is qui ē cælo venit, a terreno
homine fidem accipiat. Quid autem illa particula, Su-
per omnes est, significat: & quid nobis per eam osten-
ditur? Quōd nullū indiget, sed ipse sibi satis est, & om-
nium maximus: se autem ex terra & de terra loquentē
dicit, non quōd ex sua & propria sentētia loqueretur,
sed quemadmodū Christ̄ dixit, Si terrena dixi vobis,
& non creditis, Baptisma, terrena appellauit, nō quōd
terrenum sit, nisi ineffabilis generationis ipsius compa-
ratione: ita nunc de terra loqui se dicit, sua diuinā do-
ctrinā comparata. Nihil enim aliud, de terra loqui si-
gnificat, q̄ paruas & humiles facultates suas, & quales
credibile est, terrenam accipere naturam, si cū dei ma-
gnitudine conferantur. Siquidem apud illum omnes
Coloss. 2. a
sapientiæ thesauri reconduntur. Quōd autē de huma-
nis rationibus non loquatur, inde constat: *Qui de terra*
est, inquit, de terra loquitur. Atqui non totus erat ex ter-
ra, sed pro parte: nam & animā habebat, & spiritus par-
ticeps erat, quæ minimē de terra sunt. Quo mdo igitur
de terra esse dicit? Animaduertisne nihil aliud quā
paruum se, & nullius ferē momēti, vtpote humi reptā-
tem, & in terra natum, Christum autem cœlitus nobis
demissum significari: His omnibus eorum affectum cū
extinxisset, iam audētius de Christo loquitur: antea
enim superuacaneum erat verba nullum in auditorū
mentibus locum habitura effundere: cū autē spinas
inciderit, meritō iacit semina, inquit: *Qui desursum ve-*
nit, super omnes est: & quod audiuit, loquitur: & quod vidit, testa-
tur, & testimonium eius nemo accipit. Cū magnum quid-
dam & sublime de Christo locutus esset, rursus in hu-
miliorem de eo sermonem descēdit. Illæ nanque par-
ticulæ: Quod audiuit & vidit: magis secundum homi-
nem dictæ sunt. Non enim visu, neq; auditu norat quæ
norat, sed suapte natura perfectus ex patris sinu proce-
dens, neque p̄ceptore indigens. Sicut, inquit, cogno-
scit me pater, ita & ego cognosco patrem. Quid autē
significat: Quod audiuit, loquitur: & quod vidit, testa-
Infrā. 10. c
tatur? Quoniam per hos sensus omnia certō cognosci-
mus, & digni videmur quibus credatur, cum vidimus
aut audiimus, vtpote qui neq; fingimus, neq; menda-
cia dicimus. Idcirco vt rem confirmet, inquit Ioannes:
Quæ audiuit & vidit, hoc est verissimā: ita & nos sæpe-
numero sciscitamus. Vidistisne, an audistis: quod si fate-
bitur, certum arbitramur testimoniū. Ipse autem cū
dicit:

Infra 5. c
Ibidē. 15. c
dicit: Sicut audio iudico: & quæ audiui à patre meo, loquor: & quæ vidimus, loquimur: & id genus alia, nō ea gratia dicit, vt aliunde eum accepisse intelligamus. Id enim arbitrari, vltimæ amentix est: sed vt omnē impudentibus iudeis auferat suspicionē. Cū enim nondum debita de se opinio haberetur, frequenter ad patrem confugit, inde verbis suis fidem faciens. Et quid admiraris, si ad patrem, cū & ad prophetas & scripturas sæpe descendat, & eorum adducat testimonium? Illæ sunt, inquiens, quæ testimonium perhibent de me. Nunquid prophetis minorem ipsum dicemus, cū eorum accipiat testimonium? Absit: nam propter auditorum imbecillitatem ita loquitur, & à patre audire se dicit, quæ loquitur, non quod magistro indigeret, sed vt illi crederent non esse mendacium. Verba autem Ioānis hoc significant, mihi opus est audire ab illo: desursum enim venit, qui hæc nunciat, quæ ipse solus manifestē nouit. Ea nanque verba, videlicet, Audiuit & vidit: hanc significat certitudinem. *Et testimonium eius nemo accipit.* Atqui & discipuli & multi alij acceperunt, quo modo igitur, inquit: Nemo accipit: hoc est pauci, & hoc nunc: nam si neminem dixisset, qua ratione addidisset, qui accepit eius testimoniū, signauit, quia deus verax est: Hoc & in loco discipulos suos tāgit, ac si nō multum ei credituri essent. Quod enim neq; deinceps ei crediderint, ex sequentibus constat. Propterea cū esset in carcere, ad Iesum eos misit, vt ei magis conciliarentur: illi autem vix tunc crediderunt: quod Christus significans dicebat, Beatus qui non fuerit scandalizatus in me: & propterea nunc dicebat Ioānes, Et testimonium eius nemo accipit: discipulos suos erudiens, & tantum non dicens quod pauci essent ei credituri, & idcirco verbis eius non creditis. *Quæ enim vidit, ei nūc credituri, ne propterea falsa esse existimetis ea que dicuntur.* *Supra. 1. a*
Manh. 11. a
Luc. 7. d
quasi dice
ret, etiam si
pauci sint
ei, nūc credi
turi, ne propterea falsa esse existimetis ea que dicuntur.
Supra. 1. a
rationem: quod si operationem eius metiri nemo potest, longè minus substantiam: vidēsne spiritum infinitum? Sed quisnam omnē spiritus accepit operationem? Qui dei opera nouit, qui dicit: Quod audiui, loquimur: & quod vidimus, testamur. Quid igitur iure dubitandum est? Nihil enim nisi quæ dei sunt dicit, nihil nisi quæ spiritus. Et primū quidē de verbo dei nihil loquitur, sed à patre & spiritu doctrinæ sue fidem comparat. Quod enim deus esset, norāt: quod spiritus etiam esset, intelligebant, quauis non debitam de eo haberent opinionem, ignorabant autem filium: propterea ad patrem & spiritum semper confugit, & inde verba sua confirmat: hac nanque abdita causa, si quis per seipsum hoc consideraret, valde Christi minueret dignitatem. Non enim propterea crediderūt, quoniam spiritus operationem haberet: non enim indiget auxilio, sed sibi ipsi sufficiens est. Verū imbecilliorum suspicione cognita his vtitur verbis. Hæc autem dico, ne simpliciter scripturas prætereamus, sed dicentis considerationem, & auditorum imbecillitatem, & alias in scripturis causas perscrutemur. Nō enim omnia vt volunt præceptores, sed multa secundum auditorum imbecillitatem loquuntur. Quam ob rem Paulus: Nō potui, inquit, vobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus: tanquam paruulis in Christo, lac vobis potum dedi, non escam. Volebam, inquit, tanquā spiritalibus loqui, sed non potui: nō quod ipse loqui nō posset, sed quod auditores intelligere nō poterant: ita & Ioannes maiora discipulos docere voluisset, sed illi nō patiebatur, hæc gratia in humilioribus versatur. Diligenter igitur inuestiganda sunt omnia. A scripturis enim spiritalia arma accipimus, verū si ea adaptare, & rite discipulos armare ignorabimus, ipsa quidē proprias habeat vires, accipientibus autem nihil afferūt utilitatis. Esto thorax, & galea firmissima, & clypeus & hasta: inde quis thoraca pedibus, galeam pro capite oculis appet, clypeo non pectus, sed pedes protegat: nūquid huic homini ea arma quid conferent, & non potius lædēt? Planè hoc constat, non tamen armorum culpa, sed iis vti rectè nescientis. Ita & in scripturis vsuuenit, si earū ordinem confundemus, ipse quidē vim suam retinet, nobis autē nihil conferunt. Hæc ego & priuatim, & publicè vos frequenter erudiens, nihil amplius proficio, sed secularibus rebus omne vos tempus affixos & implicatos video. Spiritalia verò ne in somniis quidē cōiectamini: propterea negligimur, & pro veritate certantes non multū valeamus, sed ridiculi gentilibus, iudeis, & hæreticis efficitur: quod si vt in his, alijs quoq; rebus, negligentia vteremini: nec sic quidem vobis esset ignoscendū. Sed in secularibus negociis vnusquisque ense acutior est, & summa diligentia artes exercet, & rempublicam gerit: in necessarijs autē & spiritalibus quanta vis desidia torpemus, superuacuis tanquā necessarijs vtētes, & necessaria vix in superuacuorū loco habentes. An nescitis non superioris tantū ætatis hominum gratia scripturas editas, sed etiā nostras? Nōne audis Paulum dicentem: Hæc ad nostram doctrinam scripta sunt, ad quos fines seculorum detinerent, vt per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus: Et licet me frustra loqui non ignorem, non tamen cessabo: ita enim apud deum excusabor, quauis nemo me audiat. Qui attentè audientibus loquitur, is laboris præmium habet auditorum persuasionē. Cuius autem verba nō audiuntur, neque tamen cessat, plurimi faciēdus est, cū deo placere adnitatur, & ne-

imbecillitatis eorum sermō accōmodans.]

Infra 5. c
Ibidē. 15. c
Infra 5. f
Manh. 11. a
Luc. 7. d
quasi dice
ret, etiam si
pauci sint
ei, nūc credi
turi, ne propterea falsa esse existimetis ea que dicuntur.
Supra. 1. a
Manh. 11. a
Luc. 7. d
quasi dice
ret, etiam si
pauci sint
ei, nūc credi
turi, ne propterea falsa esse existimetis ea que dicuntur.
Supra. 1. a
Manh. 11. a
Luc. 7. d
quasi dice
ret, etiam si
pauci sint
ei, nūc credi
turi, ne propterea falsa esse existimetis ea que dicuntur.
Supra. 1. a
rationem: quod si operationem eius metiri nemo potest, longè minus substantiam: vidēsne spiritum infinitum? Sed quisnam omnē spiritus accepit operationem? Qui dei opera nouit, qui dicit: Quod audiui, loquimur: & quod vidimus, testamur. Quid igitur iure dubitandum est? Nihil enim nisi quæ dei sunt dicit, nihil nisi quæ spiritus. Et primū quidē de verbo dei nihil loquitur, sed à patre & spiritu doctrinæ sue fidem comparat. Quod enim deus esset, norāt: quod spiritus etiam esset, intelligebant, quauis non debitam de eo haberent opinionem, ignorabant autem filium: propterea ad patrem & spiritum semper confugit, & inde verba sua confirmat: hac nanque abdita causa, si quis per seipsum hoc consideraret, valde Christi minueret dignitatem. Non enim propterea crediderūt, quoniam spiritus operationem haberet: non enim indiget auxilio, sed sibi ipsi sufficiens est. Verū imbecilliorum suspicione cognita his vtitur verbis. Hæc autem dico, ne simpliciter scripturas prætereamus, sed dicentis considerationem, & auditorum imbecillitatem, & alias in scripturis causas perscrutemur. Nō enim omnia vt volunt præceptores, sed multa secundum auditorum imbecillitatem loquuntur. Quam ob rem Paulus: Nō potui, inquit, vobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus: tanquam paruulis in Christo, lac vobis potum dedi, non escam. Volebam, inquit, tanquā spiritalibus loqui, sed non potui: nō quod ipse loqui nō posset, sed quod auditores intelligere nō poterant: ita & Ioannes maiora discipulos docere voluisset, sed illi nō patiebatur, hæc gratia in humilioribus versatur. Diligenter igitur inuestiganda sunt omnia. A scripturis enim spiritalia arma accipimus, verū si ea adaptare, & rite discipulos armare ignorabimus, ipsa quidē proprias habeat vires, accipientibus autem nihil afferūt utilitatis. Esto thorax, & galea firmissima, & clypeus & hasta: inde quis thoraca pedibus, galeam pro capite oculis appet, clypeo non pectus, sed pedes protegat: nūquid huic homini ea arma quid conferent, & non potius lædēt? Planè hoc constat, non tamen armorum culpa, sed iis vti rectè nescientis. Ita & in scripturis vsuuenit, si earū ordinem confundemus, ipse quidē vim suam retinet, nobis autē nihil conferunt. Hæc ego & priuatim, & publicè vos frequenter erudiens, nihil amplius proficio, sed secularibus rebus omne vos tempus affixos & implicatos video. Spiritalia verò ne in somniis quidē cōiectamini: propterea negligimur, & pro veritate certantes non multū valeamus, sed ridiculi gentilibus, iudeis, & hæreticis efficitur: quod si vt in his, alijs quoq; rebus, negligentia vteremini: nec sic quidem vobis esset ignoscendū. Sed in secularibus negociis vnusquisque ense acutior est, & summa diligentia artes exercet, & rempublicam gerit: in necessarijs autē & spiritalibus quanta vis desidia torpemus, superuacuis tanquā necessarijs vtētes, & necessaria vix in superuacuorū loco habentes. An nescitis non superioris tantū ætatis hominum gratia scripturas editas, sed etiā nostras? Nōne audis Paulum dicentem: Hæc ad nostram doctrinam scripta sunt, ad quos fines seculorum detinerent, vt per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus: Et licet me frustra loqui non ignorem, non tamen cessabo: ita enim apud deum excusabor, quauis nemo me audiat. Qui attentè audientibus loquitur, is laboris præmium habet auditorum persuasionē. Cuius autem verba nō audiuntur, neque tamen cessat, plurimi faciēdus est, cū deo placere adnitatur, & ne-

Rom. 15. 4

mine attendente suū impleat officium. Verū licet maius nobis ex contemptu vestro præmium proueniat, id tamen minus desideramus, modò ad vestram aliquid salutem proficiamus, maximam mercedem probitatem vestram ducentes. Hæc dicimus, non vt molestam & grauem nostram faciamus orationem: sed vt affectum in vos nostrum ostendamus, & quo ob desidia vestram dolore afficiamur, vos non lateat. Qua desidia vtinam omnes liberi, magna spiritalium cura suscepta, cœlestia bona consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto, nunc & semper, & in seculum seculorum, Amen.

Homilia xxx. ex cap. tertio.

Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius: Qui credit in filium, habet vitam æternam. Qui autem incredulus est filio, &c. Magna* asiduitatis & humilitatis vtilitas in omnibus rebus ostenditur. Per eam enim artes meliores reddimus, cū repente omnia à magistris discere nequeamus: per eam paulatim ciuitates condimus, per eam vitam nostram sustentamus. Neque admireris, si tantum in secularibus viriū habeat, quandoquidem & in spiritalibus plurimū quisque possit. Sic enim ad idololatram liberari iudei potuerūt paulatim, & in paruis & humilibus rebus non in sublimibus à principio, neque doctrinæ, neque vitæ gratia eruditi. Sic post Christi aduētum cum sublimioris iam doctrinæ tempus esset, complures ad fidem adduxerunt apostoli, nihil primū altum, vel arcanum locuti. A paruis Christus multitudini exorsus est: ita & in presentia Ioannes, tanquam de homine quodam mirabili loquitur, alta autem & sublimia per vmbra interferit. Primū dixit: Non potest homo à semetipso accipere quicquam. Inde altius quiddam attingens: Qui desursum, inquit, venit, supra omnes est. Rursus ad humilia descendens post alia multa: Non ad mensuram, inquit, dat deus spiritum. Inde prosequitur: Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius. Inde cū supplicij vim intelligeret, neque ita multitudinis animos bonorum promissione, vt suppliciorum formidine moueri, his verbis sermoni suo finem imponit. Qui credit in filium, habet vitam æternam: qui autem incredulus est filio, non videbit vitam, sed ira dei manet super eum. Rursus ad patrem supplicij rationem refert: non enim dixit ira filij, quauis ipse sit iudex: sed dei, vt maiorem illis metum incuteret. Nunquid ergo satis est ad vitam æternam in filium credere? Minimè. Non enim omnis, inquit, qui dicit mihi domine domine, intrabit in regnum cœlorum. Et* peccatum in spiritum, vel solum est satis quod in gehennam detrudat: & quid de parte doctrinæ loquor? Nam si in patrem, & filium, & spiritum sanctum rectè credideris, non autem rectè vixeris, nulla tibi ad salutem vtilitas. Cū ergo dicit: Hæc est enim vita æterna, vt cognoscant te solum verum deum: nolimus hoc nobis ad salutē satis arbitrari. Opus nanque nobis est & vitæ, & morum puritate pollere, & licet hoc in loco dicat: Qui credit in filium, habet vitam æternam. Nec bona tantū, sed suppliciorum quoque formidinē proponit, quod qui incredulus est filio, nō videbit vitam, sed ira dei manet super eum: non tamen dicimus satis esse solam fidem ad salutem, quod quæ de vita sæpe in euangelij dicuntur ostendunt. Cur enim non dixit, ipsa est vita æterna sola: neque, qui credit in filium solum, habet vitam æternam: sed in vtroque vitam esse si-

Tomus tertius

gnificauit? Nam nisi mores sequantur, sequetur supplicium. Et non dixit in eo: sed, super eum, hoc est, nunquā ab eo discedet. Siquidem ne temporalem fore mortem putares, cū dicit: Non videbit vitam: id verbum posuit, vt eius demonstraret perpetuitatem. Quod fecit, vt per hæc verba eos ad Christum traheret. Quam ob rem non priuata, sed cōmuni ad eos admonitione vsus est, vt facilius alliceret. Non enim, inquit, si credetis & non credetis, sed in communi loquitur, ne qua posset exoriri suspicio, & vehementius quā Christus. Siquidem Christus: Qui non credit, iam iudicatus est: hinc autem, Non videbit vitam, sed ira dei manet super eum: Et meritò sanè. Neque enim idem est aliquid de seipso loqui, & de altero. Christum enim ambitionis causa ita locutum & iactatum existimassent, Ioannes hac carebat suspicione. Quod si postmodum Christus vehementiori sermone vsus est, ea potest ratio afferri, quod iam magnam de ipso Iudæi opinionem conceperant. *Supra. 3. c*
Cap. 1111.
ergo cognouit Iesus, inquit, quia audierunt Pharisei, quod Iesus plures discipulos facit, & baptizat quam Ioannes: (quanquam Iesus non baptizaret, sed discipuli eius:) reliquit Iudeam, & abiit iterum in Galilæam. Ipse quidem nō baptizabat, sed nuncij cū vellent auditores in eius odium excitare, ita ferebant. Sed quānam gratia discessit? Non formidinis, sed vt eorum leniret inuidiam. Poterat nanque & insultantes cohibere, sed noluit hoc frequenter facere, ne de eius incarnatione diffiderent. Et si sapius impulsus fugisset, id etiam suspiciosum multitudini fuisset: propterea multa more hominis operatus est. Quemadmodum enim credi voluit se deum esse, ita & carnem suscepisse: Idcirco post resurrectionem discipulis dicebat, Palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet: hanc ob rem Petrum corripit dicentē, Absit à te domine, nō erit tibi hoc. Tantæ hoc sibi curæ fuit. Nam in ecclesiastica doctrina nō parua hæc portio est, & salutis nostræ principij, cuius gratia omnia & facta, & perfecta sunt. Sic mors sublata est, & peccatum, & maledictū abolitū, & plurima vitæ nostræ collata sunt bona, ideo maxime suam voluit incarnationem credi, quæ nobis principium & fons est innumerabilium bonorū. *Luc. 4. c*
Mat. 16. c
Luc. 24. c
Mat. 16. c
hinc non humanitatem, sed diuinitatem potius latere permittit. Recedēs ergo ad eos rursus se contulit, vnde prius venerat. Neque enim ab re in Galilæam concessit, sed vt magna apud Samaritanos operaretur, ea quæ deum deceret sapientia, & vt nullam Iudæis ne impudentem quidem excusationem relinqueret, quod euangelista his verbis significauit: Oportebat autē eum transire per Samariā. Vt ostenderet præter itineris rationem hoc fecisse, cuius exemplum & apostoli secuti sunt. Quemadmodum enim illi Iudæorum persecutionibus tūc temporis agitati, ad Gentes profecti sunt: ita & Christus, cū ab illis fugaretur, ad has venit: vt & in muliere fecit Cananæa. Hæc autem facta sunt, vt omnem Iudæis auferret excusationem, ne dicerent se relictis, Christum ad incircumcisos profectum. Idcirco excusantes se discipuli dicebant: Vobis oportebat primū loqui verbū dei: sed quoniam repellitis illud, & indignos vos indicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes. Et ipse iterum: Non veni nisi ad oues, quæ perierāt domus Israël. Et iterum: *Manh. 15. c*
Ibidem.
Non est bonum accipere panem filiorum, & dare canibus aperuerunt: neque etiam sic in Samariam principaliter profectus est Christus, sed per eam iter fecit. *Acto. 13. g*
Præteriens ergo, venit in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sychar, iuxta prædiū quod dedit Iacob Ioseph filio suo. Erat autē illic fons Iacob.

Supra. 3. c

Luc. 4. c

Luc. 24. c

humanitatem autē ita declarabat, vt diuinitatē tamē obscurari nō permitteret. Cū ergo secessisset, iisdem quibus prius inisset bat.]

Acto. 13. g

Manh. 15. c

Ibidem.

Qua nam

Quia nam gratia tanta hunc locum diligentia narrat euangelista? Ne postmodum audiendo mulierem dicentem, Iacob pater noster dedit nobis puteum, mireris. Etenim is locus erat, vbi pro Dina Leui & Simeon indignati grauem illam cedem patrauerunt. Et quoniam ad hoc ventum est, non ab re fuerit subtexere vnde Samaritani originem habuerint. Nam locus is omnis Samaria appellatur. Vnde igitur appellati sunt? Samor mons ab eius possessore dictus est, vt testatur Esaias, & caput Samorum Ephraim. Habitatores autem non Samaritani, sed Israelitae appellabantur: procedente tempore deum offenderunt, & regnante Phacee surgens Thelgamasa, & multas ciuitates occupauit, & Ele subdidit, quo interempto Osee regnum tradidit. In hunc insurgens Salmanasar, alias cepit ciuitates, & tributarias fecit. Huic Osee primum paruit: inde defensione facta, Aethiopibus confederatus est: quod cum Assyrius rex intelligeret, gentem illam obsessam cepit, neque amplius illic habitare permisit, veritus ne iterum deficerent, sed Babylonem & in Medos translatis, collectitiam hinc inde multitudinem in Samariam habitatum misit, vt in posterum firmum sibi imperium familiaribus incolis confirmaret. His peractis volens deus potestatem suam ostendere, quodque non imbecillitatis, sed peccatorum gratia Iudaeos Assyriis traderit, leones in Barbaros emisit, qui vniuersam gentem perderent. His regi nunciatis, misit sacerdotem quendam, qui populo exponeret leges dei: non tamen omnino, sed ex parte impietatem exuerunt. Procedente adhuc tempore idolorum cultu abiecto, dei cultum complexi sunt. Cum ita se res haberent, reuersi Iudaei, his vt pote alienigenis & hostibus amulabantur, & a monte Samaritanos nuncuparunt, nec parua hinc inter eos contentio, neque enim omnes scripturas recipiebant, sed Mosi duntaxat, prophetas paruipendebant. Nitebantur tamen in Iudaicam se inferere nobilitatem, ad Abraham progenitorem, genus suum referentes, vt pote qui Chaldaeus fuisset, & Iacob patrem appellabant, vt pote Abraham nepotem. Iudaei autem cum ceteris & hos abominabantur: vnde Christo exprobrabant, dicentes: Samaritanus es tu, & demonium habes. Et in eo qui descenderat ab Hierusalem Hiericho, hac gratia Christus introducit Samaritanum vilem, contemptumque, & abominabilem apud eos in ipsum misericordiam operantem: & in decem leprosis vnum alienigenam, propter hoc Samaritanum dicit, & ipsi discipulis ita mandauit: In viam gentium ne abieritis, & in ciuitatem Samaritanorum ne intraueritis. Neque historia duntaxat gratia praedij Iacob meminit euangelista, sed vt Iudaeos iam diu repulso ostenderet. Siquidem progenitorum temporibus pro ipsis ea loca illi occupant: quae enim eorum maiores cum sua non essent, ceperant, ea hi ob desidiam suam & iniquitatem iam pridem possessa amiserunt. Ita & nihil maiorum virtus confert, si nepotes degenerant. Barbari enim cum primum leones experti sunt, ad Iudaicum euestigio cultum redierunt: hi tot affecti suppliciiis, mores suos minimè emendarunt. Huc itaque Christus venit, mollem & lasciuam vitam expellens, laboriosam autem & difficilem nos erudiens. Non enim iumentis vsus est, sed adeo intentè vadit, vt ex itinere fatigaretur. Hoc semper admonet, vt sibi ipsi quisque seruiat, neque quaerat superflua, neque multis indigeat. Adeo enim omni nos superfluitate alienos voluit, vt multis necessariorum se fraudaret. Idcirco dicebat. Vulpes foueas habent, & volucres caeli

Gene. 34. d
Samaritani, vnde dicitur
Esaie. 7. b
Thelgamasa
in Elia
4. Reg. 15. f
2. Para. lip. 28.
Infra. 8. f
Luc. 10. e
Matt. 10. a
Luc. 10. f
Matt. 8. e
Luc. 9. g

nidus: filius autem hominis non habet vbi caput reclinet. Propterea plurimum in montibus versatus est, & in desertis, non per diu tantum, sed pernox. Hoc David annuncians inquit, De torrente in via bibit: vt eius tolerantiam demonstraret. Idem hoc in loco significat euangelista, Fatigatus enim ex itinere, sedebat sic super fontem, hora autem erat quasi sexta, venit mulier de Samaria haurire aquam. Dicit ei Iesus: Da mihi bibere. Discipuli enim eius abierant in ciuitatem, vt cibos emerent. Hinc itineris studium, & cibi contemptum intelligimus, cum tanquam re superuacanea vtatur, ita discipuli res suas dispensare didicerant. Non enim parabant viaticum, quod & alius ostendit euangelista, cum de fermento Phariseorum eis loqueretur, quod illi putabant quia panes non assumpserant. Et esurientes inducit spicas decerpas manducare, & ad ficum ob famem venisse: haec nil aliud quam ventris contemptum, & eius seruitium paruipendere nos admonent. Considera, quae so, hoc in loco nihil ferentes discipulos, neque a principio diei vllam victus curam habentes: sed quo tempore omnes prandent, cibos emptum proficiuntur: non vt nos qui cum primum mane exurgimus, ante omnia coquos aduocamus, & de parandis epulis & mensa diligenter verba facimus: inde aliis operam damus, secularia diuinis praeponentes, & quae superflua habenda essent, tanquam necessaria exequimur: ideo omnia praeposterè aguntur. Contra autem spiritualium primum rationem, & quidem maximam habere, quibus perfectis haec alia deinceps attingere oporteret. Neque laboris studiosus tantum, sed humilitatis, non fatigatus duntaxat ex itinere sedisse, sed relictus solus dimissis discipulis, hic Iesus ostenditur. Atqui poterat vel non omnes dimittere, vel alios sibi ministros comparare, sed noluit: etenim discipulos quoque his moribus assuefecerat. Et quid mirum, dixerit fortasse quispiam, si humiles erant, piscatores & tentorium opifices: Erant sane. Verum repente ad ipsum caelum euolarunt, & cunctis regibus clariores euaserunt, digni habiti, qui vniuersi orbis domini familiaritate fruerebantur, & eum vbique admirabilem sectarentur. Illud praeterea non ignoratis, quod quanto quis humiliori gradu ad dignitates assumitur, facilius in superbia insaniam effertur, vt pote qui expertus sit repentini & insperati honoris. In hac eos humilitate Christus continuit, & vt ab omnibus se abstinere, neque ministris indigerent edocuit. Ipse autem fatigatus ex itinere, sedebat sic super fontem. Vides laboris, caloris, & discipulos expectandi gratia sedisse Iesum? Norat enim quid apud Samaritanos esset euenturum. Non tamen propter hoc principaliter venit. Neque si propterea non venisset, erat adueniens muliercula repellenda, quae summam erat attentionem praestatura. Iudaei enim ad se venientem expulerunt, Gentiles aliò proficiscentem ad se trahunt. Illi inuidebant, hi credunt: illi indignabantur, hi admirantur, adorant. Quid igitur, erat tot hominum salus contemnenda: tam prompti animi reliquendi? indignum sane diuina fuisset benignitate. Quare cum debita sapientia cuncta ab eo disponuntur, sedendo corpus reiciebat iuxta fontem. Erat enim dies medius, quod euangelista his verbis significauit: Hora erat quasi sexta, & sedebat sic. Quid autem per hoc verbum, sic, intelligitur? Non in sella, non in loco honoratiore, sed in terra, vt contingit. Venit mulier ex Samaria haurire aquam. Ecce mulierem propter aliud egressam ciuitatem, vt impudentibus Iudaeorum obiectionibus silentium imponatur, &

Matt. 10. a
Christi mihi
nisi quis
alij legis
obseruationibus
erat obnoxius.
Matt. 15. b
ἐγκαλύπτει, id est detegit ueniat. legisse videtur ἐγκαλύπτει.
Supra. 3. a

tur, & ne quis dicat eum summi ipsius praecceptum transgredi, cum mandet, ne in Samaritanorum ciuitatem ingrediantur, ipse tamen eos alloquitur. Quod autem dicit, nondum venisse discipulos, ea id gratia meminit euangelista, vt multas sermonis Iesu ad mulierem occasionem afferret. Quid ergo mulier: cum a Iesu aquam peteretur, dicens: Da mihi bibere. Quo modo tu, inquit, Iudaeus cum sis, bibere a me possis, quae sum mulier Samaritana? Non enim contumtuntur Iudaei Samaritanis. Vnde eum Iudaeum esse cognouit: Ex habitu fortasse & sermone. Tu autem mulieris ingenium considera. Nam si cauendum erat, Iesum quam illam cauere potius decebat. Non enim dixit, non contumtuntur Samaritani Iudaeis: sed, Iudaei Samaritanis. Haec tamen mulier a peccato illo immunis, quandoquidem alium in illud incidere putabat, nequaquam tacuit, sed, vt arbitratur, quod esset praeter legem corrigi. Sed illud posset quispiam dubitare, quae nam gratia ab ea bibere petierit, cum lex non permitteret. Si quis enim diceret Iesum prauidisse non daturam, ideo minus petere oportuit. Quid igitur dicendum? Quod nihil iam referebat eiusmodi obseruationes praeruaricati. Qui enim alios ad praeruaricationem inducit, ipse longè magis praeruaricatur. Non enim quod ingreditur, inquit, per os coquinat animam, sed quod procedit de ore. Non parum autem Iudaeos accusat hic Iesu ad mulierem habitus sermo. Illi enim saepenumero & verbis & re allesti minimè passi sunt persuaderi: haec autem breui & nuda rogatione quamprimum capitur, ipse Iesus ratione hac & via non instabat. Si qui accedebant, non prohibebat. Istud enim discipulis dixerat: In ciuitatem Samaritanorum ne intraueritis, non tamen vt vitro accedentes repelleret. Id enim quam indignissimum erat eius humanitate, quare respondet mulieri: Si scires donum dei, & quis est qui dicit tibi, Da mihi bibere: tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam uitam. Primum dignam quae audiat, eam indicat, neque contemnendam: deinde quis ipse sit, & celat. Nam si hoc scisset, euestigio paruisset, quod de Iudaeis haud dicendum est: qui cum admonerentur, nihil tamen petebant, nihil discere cupiebant, quod aliquid afferret utilitatis, sed contumelia affectum expellebant. Mulier autem Samaritana quam mansuetè respondeat, quae so animaduerte. Domine, neque in quo haurias habes, & puteus altus est: vnde ergo habes aquam uitam? Iam omnem ab ea quod vilis esset, & vnus ex vulgi hominibus, suspicionem amouit. Neque enim simpliciter hoc in loco dominum, sed honorificè appellat, quod ex sequentibus apparet. Non enim irrisit, non exprobrauit, sed primum haesitauit. Quod si non continuo rem omnem intellexit, minimè mirum. Neque enim Nicodemus intellexerat: inquit enim, Quo modo possunt haec fieri? Et iterum: Quo modo potest homo nasci, cum sit fenex? Et iterum: Nunquid potest in vterum matris iteratò introire & nasci? Haec autem mulier longè verecundius: Domine, inquit, neque in quo haurias habes, & puteus altus est, vnde ergo habes aquam uitam? Aliud Christus dicebat, aliud illa intelligebat, tantum verba accipiens, neque altum aliquid pertingere poterat. Atqui petulantius respondere licuisset: Si haberes aquam uitam, non me peteres, ipse eam acciperes, sed te iactas. Verum nihil tale locuta, sed mansuetè & a principio & per omnem sermonem respondit: primum inquit, Quo modo tu Iudaeus cum sis, bibere a me possis? Neque tanquam ad alienum & inimicum ita locuta est: Absit, vt tecum homine alieni a gente nostra ani-

mi & infesti, quicquam communicem. Deinde cum magna loquentem audiret, & ea quae inimici maximè carpsissent, non derisit, non caullata est: sed, Nunquid, ait, tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteum hunc, & ipse ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius? [Animaduerte quo pacto in Iudaicam se inserit nobilitatem: hoc est, Ille hac vsus est aqua, nec habuit quod nobis maius daret.] Ostendit autem magnum quiddam & altum ex primo responso intellexisse. Ea namque particula, Ipse ex eo bibit, & filij, & pecora: nihil aliud significat, quam potiore[m] quandam aquam concepisse, eam tamen neque inuenire, neque manifestè cognoscere. Vt autem apertius dicam: non potes, inquit, dicere, Iacob hunc nobis fontem dedisse, alio autem vsu[m]: nam & ipse, & filij, & nepotes eius ex hoc biberunt, neque bibissent, si habuissent potiore[m]. Tu ergo hoc potiore[m] alium neque dare poteris, neque habes, nisi te quam Iacob maiorem profitearis. Vnde igitur quam te daturum polliceris aquam habes? At Iudaei non tanta vsi essent modestia, qui eadem de re sermone habito, & eiusdem aquae mentione facta, nihil utilitatis consecuti sunt. Cum verò Iesus Abraham meminisset, lapidibus eum persecuti sunt: mulier autem incredibili mansuetudine in medio diei aestu patienter & dicit & audit. Nec ei quicquam in mentem venit, quod Iudaeus dixisset: Credibile est ipsum insanire & delirare, me ad fontem expectauit, & verbis iactabundus nihil praestitit: sed expectat & perseverat, dum quod quaerit, inueniat. Quod si mulier Samaritana tantam adhibet diligentiam, vt aliquid utilitatis consequatur, neque a Christo discedit, quanuis eum adhuc ignoret: quam nos veniam consequemur, qui cognoscentes eum, & non ad fontem, non in deserto, non in meridie, neque in solis aestu ardentissimo, sed sub aurora, sub hoc tecto ad umbram intuemur, non tamen quicquam audire patimur, sed desidemus? Illa ita Iesu verbis attendit, vt alios aduocet: Iudaei non modò neminem aduocant, sed accedentes prohibent, impediuntque dicentes: Videte num ex principibus aliquis credit in eum, aut ex Phariseis? Sed turba haec quae non nouit legem, maledicti sunt. Imitemur igitur Samaritanam, alloquamur Christum: Etenim medius nostrum in praesentia adest, & per prophetas & discipulos suos nobiscum loquitur. Audiamus, & credamus: quandiu frustra & inutiliter viuimus? facere enim quae deo non placent, id demum est frustra & inutiliter viuere, vel potius perditè. Cum enim datum nobis tempus in nullam impediemus utilitatem, inutilis impensa vltimum daturi supplicium hinc migrabimus. Nunquid qui pecunias ad negociationem acceperit, easque prodederit, ab eo creditor rationem exiget: qui autem vitam munus perditè consumserit, impune abierit? Non propterea deus praesentem nobis vitam praestitit, non animam in hoc corpore infudit, vt hac tantum fruamur vita, sed vt totis viribus ad futuram contendamus. Brata praesentis duntaxat vitae vsui sunt: nos idcirco immortalem habemus animam, vt ad illius vitae praeparationem omnia moliamur: equorum enim, bouum, asinorum, & aliorum huiusmodi pecorum si quis utilitatem roget, nullam praeter in praesentis vitae necessitatibus seruitium, vsu[m]que inueniemus. De nobis non ita sentiendum est, sed melius & praeclearius domicilium post huius vitae migrationem expectamus: ad quod vt clari perueniamus, omnia facienda sunt, vt cum angelis iubilemus, & semper regi-

Infra. 8. g
Infra. 7. g
e ij assistamus

alsistamus: propterea immortalem nobis animam & corpus immortale futurū largitus est, vt perpetuis cum ipso bonis perfruamur: quod si terræ inniteris, cum tibi cœlestia proponantur, considera quanta ignominia afficias eorum exhibitorum, cum contemptis quæ tibi offert cœlestibus, ea terrenis mutare non dubites: ideo gengnam minatur, vt pote contemptus, vt intelligas quantis te bonis priuas. Sed absit, vt illud experiamur supplicium, sed deo placentes aeterna bona consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

Homilia xxxi. ex cap. quarto.



Respondit Iesus, & dixit ei: Omnis qui bibit ex hac aqua, sitiet iterum: qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum: sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.

Spiritus sancti gratiam, nunc ignem, nunc aquam scriptura appellat, vt non substantiæ, sed & operationis has intelligentias esse demonstrat. Non enim spiritus ex differentibus constat substantiis, cum inuisibilis & vnius generis sit: & Ioannes quidem dicit, Ipse vos baptizabit in spiritu sancto & igni. Christus autem: Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ: hoc autem dixit de spiritu quem erant accepturi, itidem & nunc spiritum appellat: Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum. Ita spiritum ignem appellat, vt excitementem & feruorem gratiæ & peccatorum assumptionem significet: aquam autem, vt ablutionem & refrigerium, quibus ipsam accipientes animi fruuntur. Etenim tanquam hortum virentem, & fructiferum & semper florentibus arboribus comantem: ita promptam animam disponit, vt nulla anxietate, nullis fati-

Math. 3. c
Infra. 7. f

* πνευμα
mali illius
scilicet dia
boli.

ad Ephe. 6.

† Nam cum
dicat, nun-
quid maior
es Iacob,
quia pfi-
teris te pra-
stantiore a-
quam dare
posses?]
Infra. 10. g

næ insidiis distrahi sinat, sed omnia ardentia * maliciæ tela extinguat. Tu autem, quæso, dei sapientiam considera, quam leniter mulierculam allicit: non à principio dixit, Si scires quis est, qui tibi dicit, Da mihi bibere: sed postquam occasionem illi præbuit, vt ipsum Iudæum appellaret, & criminaretur, hoc propulsans inquit: Si scires quis est, qui dicit tibi, da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo. Quibus verbis iam ad maiora impulit, vt patriarchæ meminerit. Inde cum illa diceret: Nunquid tu maior es patre nostro Iacob? Non se maiorem dixit, visus enim esset se tantum iactare, nondum cognitus, sed latenter id significat: non enim simpliciter dixit, Dabo tibi aquam, sed prius Iacob aqua neglecta, suam laudat, à munerum natura dantium volens differentiam ostendere, & quantum ipse patriarcham excelleret. Nam si admiraris, inquit, patriarcham, quod hanc aquam dederit, si ego longè meliorem tibi dederò, ea accepta, me quam Iacob maiorem confitearis necesse est. † Nam cum dicas: Nunquid maior es Iacob, quoniam hanc aquam dederit? Si illa meliorem à me acceperis, profecto me maiorem dixeris. Intuere verum mulieris iudicium, à re ipsa & de Christo & de patriarcha ferentis sententiam: verum non ita Iudæi, sed cum eicientem eum viderent dæmonia, non modò patriarchæ non prætulere, sed dæmonium habere dixerunt. Samaritana autem secundum Christi voluntatem iudicat, ab operibus scilicet: hinc enim ipse iudicium requirit, dicens: Si non facio opera patris mei, nolite mihi credere: si autem facio, & si mihi non creditis, operibus credite. sic mulier fide adducitur. Propterea cum audisset Iesus, Nunquid ma-

ior es patre nostro Iacob? eo omisso, de aqua sic loquitur: Omnis qui bibit ex hac aqua, sitiet iterum. Et comparisonem non accusandi, sed excellentiam demonstrandi gratia facit. Non enim aquam illam vilem & negligendam dicit, sed naturam ostendit. Qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum. Audiuit aquam viuam mulier, sed primum non intellexit. Nam cum aqua viua sit, etiã quæ semper scaturit, huiusmodi aquam Christum dixisse arbitrata est: ideo apertius ex vtriusque comparatione Iesus suæ aquæ præstantiam declarat. Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum. Hinc maximè & ex sequentibus excellentia dignoscitur, horum enim nihil habet aqua, quam sensu deprehendimus. Quid autem prosequitur? Sed aqua ego dabo ei fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Sicut enim, si quis fontem intus habeat, nunquam sitiet: ita qui hanc aquam habuerit. Credidit continuo mulier, longè Nicodemo sapientior, nec sapientior solum, sed & fortior. Ille huiusmodi pluribus auditis neminem aduocauit, neque sibi cõfidit: hæc apostolico officio functa est, omnibus audita annuncians, & populum extra ciuitatē ad Christum aduocans ac trahens vniuersum. Ille quo modo possunt hæc fieri, inquit: neque manifestum spiritus exemplum à Christo adductum accipit: mulier verò primum parumper hæsitauit, mox non expectata confirmatione, ad eius sermonem tanquam certum accipiendum properat: dicente enim Christo, Fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam: statim subdidit, Da mihi hanc aquam, vt non sitiam, neque veniam huc haurire. Considera quæso, quo modo paulatim ad veram doctrinæ altitudinem adducitur. Primum Iudæum quendam legis transgressorem suspicata est: inde vt hoc crimen propulsauit, (absurdum enim erat talem esse, qui tot bona comprehenderet,) audita aqua viua sensu perceptibile existimauit, tandem spiritalem intelligens, credidit huiusmodi aqua posse se tollere sitis necessitatem, non tamen adhuc quæ nam esset intelligens, ambigebat. Et superius sensu perceptibilem credidit, certò tamen nesciebat: hic autem diligentius intuens, nec eam penitus comprehendens: Da mihi, inquit, hanc aquam, vt non sitiam, neque veniam huc haurire. Primum patriarchæ Christum prætulit, quod eo fonte non indigeret, si illam aquam acciperet. Considera quantum potiore Christum duxerit. (Hoc gratæ & fidelis animæ indicium) ostendit, quam de Iacob opinionem haberet, nouit meliorem, mutauit sententiam: non tamen nimium credula mulier, neque temerè Christi verba accepit. diligenter inuestigauit, nec incredula, neque pertinax, quod rogando ostendit. Atqui Iudæis dixerat Christus: Qui comedit de carne mea, non esuriat: & qui credit in me, non sitiet. Verum non modò non crediderunt, sed & scandalizati sunt. Mulier nulla perturbatione affecta immoratur & rogat. Iudæis inquit: Qui credit in me, non sitiet: mulieris crassius, Qui biberit ex hac aqua, non sitiet. Spiritualia tunc nullo præscripto fine pollicebatur, ideo mulieris animum pollicitationibus erigens, adhuc sensibilibus immoratur, quoniam nondum spiritualia capere poterat. Nam si dixisset: Si credideris in me, non sities: non utique intellexisset id quod diceretur, cum nesciret quisnam esset qui loqueretur, neque de qua siti diceret. Sed quamnam gratiam non his ad Iudæos vltus est verbis? Quoniam multa signa viderant: hæc nullum, sed tantum verba audierat: propterea iam suam demonstrat potestatem, eius prædicando conditionem, & leniter reprehendendo. Vade, inquit, voca

Supra.

Infra. 6.

† non res de
finitas.]

virum

virum tuum: & veni huc. Respondit mulier, & dixit: Non habeo virum. dicit ei Iesus: Bene dixisti, virum non habeo: quinque enim viros habuisti, & nunc quem habes, non est tuus vir: hoc verè dixisti. Dicit ei mulier: Domine, video quia propheta es tu. Papæ quanta mulieris sapientia, quam æquo animo reprehensionem passa est. & cur non passa dixerit quispiam: Cur, dic quæso: nonne & Iudæos sapennumero & in maioribus reprehendit & conuicit? Non enim idem est, quæ in animo abscondita sunt, & rem clanculū commissam in medium proferre. Alterum enim solius dei est, neque enim alius quispiam hominis mentem nouit, quam qui mentem habitat: alterum familiarius cognitum. Verum Iudæi reprehensi, molestè ferunt: & dicente Iesu, Quid me quæritis interficere: non solum non admirantur quemadmodum mulier, sed maledicunt ei, & conuiciantur dicentes: Dæmonium habes, quis te quærit interficere? Atqui & ex aliis signis illum cognoscere poterant. Samaritana hoc duntaxat acceperat, & non modò nihil maledicunt. At grauius hanc quam illos reprehendit: hoc enim vnius peccatum erat, illud commune pluribus, neque ita communibus vt propriis obiectis criminibus offendimur. Et illi magnum quid se facturos arbitrabantur, si Christum perderent: huius verò peccatum malum esse patebat omnibus, non tamen egrè tulit, sed admiratione & stupore perculsa est. Hunc ordinem & cum Nathanaël Christus seruauit. Non enim primum prophetauit, neque dixit, Vidi te sub ficu: sed cum ille dixisset, Vnde me nostis? id respondit. Volebat enim & miracula faciendi, & prophetandi occasionem ab his qui ad ipsum se conferebant capere, vt magis sibi tribuerent, & inanis gloriæ suspicionem tollerent: idem hoc in loco facit. Nam si primò eam quod virum non haberet, increpisset, & graue visum esset, & superfluum: sed nactus ab ea occasionem, rectè omnia profecutus est, & audientem mansuetiorem reddidit. Et quo modo prosequitur orationem hanc, dicit quispiam: Vade, voca virum tuum? De dono sermo habebatur, & gratia humanam excedente naturam, instabat mulier, & eam efflagitabat. Dicit Iesus: Vade voca virum tuum: quasi opus esset cum eo communicare. Illa accipiendi cupida, putans hominem alloqui, vt suam celare turpitudinem, non habeo, inquit, virum. Hinc nactus occasionem Christus, tempore eam reprehendit, vtrunque explicans, & quot viros habuerit, & quem in præsentia celabat. Quid ad hoc mulier? non egrè tulit, non abiit, non in contumeliam accepit, sed magis admiratur & perstat. Video enim, inquit, quia propheta es tu. Et intuere eius prudentiam, non euestigio in ciuitatem occurrit, sed obstupescens considerat. Nam & quæso id significat, videris mihi propheta esse: quod cum opinaretur, non amplius terrena rogat, non bonam corporis valetudinem, non pecunias, non opes, sed tantum doctrinam. Patres nostri, inquit, in monte hoc adorarunt. Abraham significans, qui filium illuc oblaturus duxisse dicitur. Et quo modo vos dicitis, quia Hierosolymis est locus vbi adorare oportet? Animaduertis ne quam breui altiora aggreditur? Nam cui modò de sedanda siti cura erat, iam doctrinæ præcepta perquirat. Christus autem non soluit, neque enim hoc ei propositum erat, sed simpliciter respondet: altius tamen mulieris animum erigit, non tamen priusquam se prophetam profiteretur, vt maiorem verbis suis fidem faceret, ne amplius illa dubitaret. Pudeat igitur nos, & erubescamus. quinque virorum mulier & Samaritana, tantam in dis-

Infra. 7. c

Supra. 1. g

Infra. 6.

Gene. 22. a.

do adhibet diligentiam, vt neque dici tempore, neque aliis occupationibus à Iesu doctrina abduceretur: nos verò non modò nihil ad diuinarum rerum eruditionem inquirimus, sed in omnibus secure & eodè modo afficimur, propterea omnia negligimus. Quis nostrum, quæso, repetita domo, taliquod Christiano dignum opus aggreditur? Quis scripturarum sensus perscrutatur? Nemo sanè, sed alueolos & talos frequenter inuenimus, libros quam rarissimos: quos si qui habent, ac si non haberent, clausos in scrinijs seruant, vel omnem suum studium in membranarum tenuitate, in literarum characteribus quam pulcherrimis consumunt: non vt legant, non vt vsunt inde aliquem consequantur, sed vt diuitias, vt ambitione ostentent, in his student. Tanta est inanis gloria, nullum ambiciosum audio, qui librum intelligat, sed aureas tantum literas admiratur.

† libellum
aliquè Chri-
stianum in
manus ac-
cipit, & in
eo contenta
legit.]

Quid quæso hoc lucri? Non propterea nobis scripturæ datae sunt, vt in libris duntaxat habeamus, sed cordi insculpamus. Itaque hæc librorum possessio Iudaicæ ambitionis est, quibus in literis præcepta data sunt: nobis non ita ab initio lex data est, sed in tabulis cordis carnis. Non autem libros comparari prohibeo, sed admodum, & maiorem in modum rogo, vt eos comparemus: ita tamen, vt & literas & sensus frequenter animo repetamus, vt hoc pacto mundus efficiatur. Nam si in quacunque domo euangelium est, illuc diabolus ingredi non audeat: quòd minus animam ei assiduis lectionibus familiarium, neque dæmon, neque peccatum attinget: Sanctifica igitur animam, sanctifica corpus, hoc cõtinget, si euangelium semper & animo habueris & lingua. Quod si linguæ obscenitas animam coinquinat, si dæmones vocat, perspicuum est spiritali lectione eam sanctificari, & gratiam spiritus sancti affatim infundi. Diuini cantus sunt scriptura, hinc nobis & animæ nostræ affectibus remedium petamus, cuius vtilitatem si intueremur, incredibili ei attentione vacaremus. Hæc ego frequenter dico. An non perquam absurdum est, vt fori homines, aurigarum & saltatorum nomina, genera, ciuitates, actiones, mores, nec non equorum virtutem, & quid singuli possint, memoriter teneant: qui autem huc se conferunt, omnium penitus ignari discedant, immo & librorum suorum numerum ignorent: Quod si voluptatis gratia illa prosequeris, longè maiorem in his ostendam. Quid enim iucundius, quæso, quid mirabilius? Hominem cum homine, an cum diabolo hominè spectare certantem? Et corpus cum incorporea potentia congregari, & genus suum victoriæ referens intueri? Has pugnas, hæc certamina contemlemus, hæc inquam quæ imitari & pulcherrimum & vtilissimum est, in quibus coronam accipere licet, non in illis, quorum æmulatione ignominiosa est: illam cum dæmonibus pugnam, hanc cum angelis, & angelorum domino spectabis. Dic quæso, si tibi regum & principum consessu spectaculis adesse liceret, nonne tibi honorificum duceres? Hic vbi cum angelorum rege diabolus deuinctis post tergum manibus, & conatibus suis nihil prævalentem spectare licet, non curris, & incredibili voluptate hoc spectaculum non prosequeris: Et quoniam pacto hoc fiet, inquis? Si librum in manibus frequenter habueris: illic enim diaboli fossas, longa curricula, laqueos, captiones, partem deprehendis: inde & pugnare cum eo, & superare didiceris: dæmonum sunt, non hominum secularia spectacula. Quare vos hortor, vt à satanæ festis abstinatis: nam si in idolorum templis nefas est ingredi, longè magis in dæmonum solennitatibus: his ego vos frequenter

Euangelio-
sanctifica-
tur anima.

† & inssi-
artem.]

admonitionibus obtundo, dum aliquid proficiam. Mihi quidem non pigrum, inquit, vobis autem securum, neque grauis vobis sit, oro, hortatio mea: nam si grauius ferendum esset, mihi potius esset, qui non auditis in hoc vobis sapenunero confellu verba facio, quam vobis qui tantum aures adhibetis, nuquam proficitis. Sed absit, vt vobis semper molestus sim: sed hac culpa vacui, spectaculo spiritali digni futura gloria perfruamini, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

Homilia xxxij. ex cap. quarto.

Dicit ei Iesus: Mulier, crede mihi, quia venit hora quando neque in monte hoc, neque in Hierosolymis adorabitis patrem. Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus, quia salus ex Iudaeis est. Vbi que fide nobis opus est dilectissimi: fide, inquam, bonorum matre, salutis medicina, sine qua nullam magnarum rerum doctrinam percipere quisquam potest, sed illis similis, qui sine nauis pelagus transire aggressi, parum profecti, lassatis manibus, pedibusque, fluctibus continuo obruuntur: neque aliter qui suis nituntur rationibus ante cognitam veritatem, naufragium faciunt, vt & Paulus ait, quam quidam repellentes circa fidem naufragauerunt. Quod ne nobis accidat, sacra anchora, qua Christus in presentia Samaritanam confirmauit, innitatur. Nam cum illa dixisset: Quo modo vos dicitis, quia in Hierosolymis est locus in quo oportet adorare? Respondit Iesus: Mulier, crede mihi, quia venit hora, quando neque in Hierosolymis, neque in monte hoc adorabitis patrem. Maxima huic reuelauit doctrinam, & quam neque Nicodemus, neque Nathanael: Hac suam potiore quam Iudaicam religionem ostendere studebat, idque a maiorum autoritate comentabatur. Christus nihil ad hoc respondit, tanquam superuacaneum cognitu, quare patres in monte, Iudaei Hierosolymis adorarent: tollit tamen vtriusque loci cultum, & illius mentem excitat, edocetque neque Iudaeos, neque ipsos aliquid de se magnum in posterum posse polliceri, & tunc differentiam adducit, praestantiores tamen Iudaeos significat, non loci ratione, sed cognitione: ac si dicat, loci gratia nil contentendum est, sed in cultu Iudaei praferendi sunt Samaritanis. Vos, inquit, adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus. Et quoniam pacto nesciebant Samaritani quod adorarent? Quoniam in certo & circumscripto loco esse, & quasi diuidi posset, deum arbitrabantur, ita eum colebant, ita ad Persas mittentes, eius loci deum sibi iratum nunciarunt, nihil de eo amplius hoc pacto quam de idolo arbitrati: quare & daemones & ipsum adorabant, & quae misceri non poterant, confundebant. Iudaei autem hac vacabant opinione, & totius orbis eum norant deum esse, quanuis non omnes, propterea inquit: Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus. Neque tibi admirationi sit Iesum se Iudaeis annumerare: nam secundum mulieris loquitur opinionem, tanquam Iudaeus propheta: ideo inquit, adoramus. Adorantis officium omnibus constat. Adorare enim creaturam, adorari non creaturam, sed eius qui creaturam dominus est. Sed primo quasi Iudaeus loquitur. Nos, hoc in loco Iudaeos significat. Iudaicam ergo religionem extollit, & verbis suis fidem comparat, amones suspicionem, ne affectu quodam suam praferat gentem: nam qui praecipuum cultus locum, & quem ipsi plurimi faciebant, negligit, tollitque, eum perspicuum

ad Philip. 3.4
1. Tim. 1. d

1. Tim. 1. d

particu- laris esset.

Quod eni adorari debeat.

est nullius ad gratiam locutum, sed vere & propheticè: & cum rationes non adduxerit, inquit: Crede mihi mulier: & quae sequuntur, addidit, Quia salus a Iudaeis est. Hoc est, vel quod orbi terrarum bona inde prouenerunt: nam & dei cognitio, idolorumque contemptus, & caetera dogmata, & vester cultus, quanuis non recte, a Iudaeis tamen ortum habuit: salutem, inquam, vel hoc, vel suum aduentum appellat, vel vtrunque potius ex Iudaeis prouenisse testatur, quod etiam Paulus: ex quibus, inquit, Christus secundum carnem, qui est super omnia benedictus deus in secula. Vides enim, vt veteri fauet testamento, idque bonorum demonstrat originem, & se nulla ex parte legi contrarium? Siquidem ex Iudaeis omnia bona ortum habuisse dicit. Sed * veniet hora, & nunc est, quando veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate. Nos quidem in colendi ritu & modo, mulier, vobis sumus praestantiores: verum tamen etiam iste deinceps finem habebit. Non enim locus tantum, sed & colendi modus mutabitur: atque ista in foribus sunt. Venit enim hora & nunc est. Quandoquidem enim propheta multo post tempore ventura praedicebant, id hoc loco tollens dixit, & nunc est: quasi diceret, Ne existimes hanc talem esse prophetiam, vt multo post tempore sit complenda. Res enim ipsa iam in stant, & in foribus sunt, quando veri adoratores patrem adorabunt in spiritu & veritate. Porro dicendo veros, Samaritanos & Iudaeos a veris excepit adorantibus: & quanuis meliores Iudaeos, venturis tamen longè deteriores, quanto figura veritate inferior est, iudicauit: ecclesiam autem significat, quoniam verus & debitus deo cultus ipsa est. Etenim pater quaerit tales adoratores: si ergo tales iam pridem querebat, non omnino hunc illos morem constituit: permisit tamen propter hoc, vt eos quoque ad verum induceret. Qui igitur sunt veri adoratores? Qui nullo loco diuinum cultum circumscribunt, qui deum in spiritu colunt, sicut & Paulus: Cui seruo, inquit, in spiritu meo, in euangelio filij eius. Et iterum: Obsecro vos fratres per misericordiam dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, deo placentem, rationale obsequium vestrum: per spiritum autem incorporeum significat. Opus est enim incorporei cultum etiam talem esse, & per incorporeum quod est in nobis, hoc est per animam, & animae mundiciam offerri, idcirco ait: Et adoratores eius in spiritu & veritate adorare oportet. Nam cum & Iudaei & Samaritani contempta anima, mundicia corporis plurimum studerent, non ablutione inquit, & ornatu corporis, sed incorporea nostri parte adorandum: quam ob rem non pecora, non vitulos, sed te totum deo offeras sacrificium, sic viuentem hostiam exhibebis. In veritate enim adorare oportet: nam quae superiori tempore figura erant, circuncisio, holocausta, sacrificia, incensum, iam verò non sunt, non sunt amplius, sed omnia veritas. Non enim caro, sed mala circuncidendae sunt cogitationes, & nos ipsos crucifigere, & irracionales auferre cupiditates oportet atque mactare: his mulier verbis implicita, & eorum se sensum assecutam non confidens: Scio, inquit, quia Messias * veni, qui dicitur Christus: cum ergo venerit ille, annuntiabit nobis omnia. Dicit ei Iesus: Ego sum qui loquor tecum. Et vnde Samaritani Christi aduentum expectabant, cum solum Mossem recipe- rent: Ex ipso Mose, qui in principio filium reuelauit: illud enim, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: ad filium dictum est. & Abrahæ in tabernaculo

Roma.

venit.

venit.

venit.

venit.

venit.

venit.

venit.

venit.

venit.

venit.

venit.

venit.

venit.

venit.

venit.

venit.

venit.

venit.

venit.

venit.

venit.

venit.

venit.

venit.

venit.

venit.

venit.

venit.

venit.

venit.

venit.

venit.

venit.

venit.

venit.

venit.

tabernaculo filius loquitur, & Iacob de eo prophetizans, dixit: Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est: & ipse erit expectatio gentium. Ipse praeterea Moses inquit: Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis, sicut me suscitabit tibi dominus deus tuus, ipsum audies. & quae de serpente & virga Mosi, & de Isaac & oue, & alia multa licet studiosis colligere, quae Christi aduentum testantur. Et quia nam gratia, inquit, his mulieri rationibus non persuasit Christus, vt Nicodemo, cui in medium serpentem attulit, & Nathanael tui prophetauit: Quoniam hi viri erant, & in huiusmodi versati: Samaritana rudis & abiecta mulier, expers omnium literarum erat, ideo nullum cum ea de scripturis verbum facit, sed aquae tantum pollicitatione, & prophetia eam allicit, ideoque in sui mentionem eam adducit, & se iam qui sit manifestat. quod si ab initio & non rogatus fecisset, creditus esset delirare, & se iactare. Nunc pedetentim & modestè nactus occasionem, t omni se suspicione absoluit, & quidem Iudaeis frequenter rogantibus, Quousque animam nostram tollis? Dic nobis si tu es Christus. non palam, vt huic mulieri, se Christum esse professus est: fidelior enim haec erat illis, qui non discendi, sed arguendi gratia rogabant: nam si discere voluissent, verborum, scripturarumque & miraculorum sufficiens eis fuisset doctrina. Samaritana integra & simplici mente petiit, vt ex sequentibus facile potest intelligi. Audiuit enim, credit, & alios ad credendum traxit, & in omni re eius diligentia, & fides integra dignoscitur. Et continuo venerunt discipuli eius. Et quidem tempestiuè, cum iam nihil amplius ad dicendum relinqueretur. Et mirabatur quod cum muliere loquebatur, nemo tamen dixit: Quid queris, aut quid loqueris cum ea? Sed quid mirabantur? Facilitatem & incredibilem Christi humilitatem, quod tam clarus & tanti nominis, pauperem & Samaritanam mulierem benignè alloqui non dedignaretur: nihil tamen rogant, adeo discipulorum mores imberant, adeo magistrum & timebant & reuerbantur plurimum: atqui nonnunquam audentiores visi sunt, & cum Ioannes super pectus eius recubuit, & cum accesserunt ad eum dicentes: Quis putas maior est in regno caelorum? & cum Zebedaei filij rogant, vt alter a dextris, alter a sinistris sedeat: quid igitur hoc in loco siluerunt? Quoniam illic res sua agebatur, ideo necessariò percontati sunt: haec autem res nihil ad eos pertinebat: porro Ioannes multo post tempore super Iesu pectus recubuit, sub ipsum finem, cum iam Christo esset familiarior, eius dilectione fretus. Hic enim erat, inquit, quem diligebat Iesus. Quid huic beatitudini par dilectissimi? Nolumus tamen ea contenti esse, vt eum beatum praedicemus, sed totis conemur viribus, vt & nos beatorum numero adscribamur, & imitemur euangelistam, & tantae dilectionis causam contemplemur. Quae nam ea est? Reliquit patrem & nauiculam, & rete, & secutus est Iesum: verum hoc & frater fecerat, & Petrus, & Andreas, & alij item apostoli. In quo ergo excellit, quod tantam sibi Iesu conciliauerit dilectionem? Nunquid inuenimus? Ipse de hoc nullam facit mentionem, sed quod tantum diligeretur: dilectionis causam & modestè quid subicit, sed quin eximie a Christo diligeretur, ambigit nemo: non tamen neque loquendo, neque rogando praecipuam quandam apud Iesum auctoritatem habuisse apparet, vt sapenunero Petrus, vt Philippus, vt Iudas, vt Thomas, nisi semel tantum cum obsequi & ob-

A temperare condiscipulo voluit: nam cum ipsorum princeps ei innuit, tunc Iesum, quis ipsum esset traditurus, rogauit. Immenso namque hi duo discipuli, & mutuo se amore prosequerantur, in templum simul ascendisse, & simul loquentes ambos legimus. Atqui ardentius aliquoties Petrus & mouetur, & loquitur, & demum audit Christum dicentem. Petre amas me magis his? Qui autem praeter ceteris diligebat, proculdudum & [praeter ceteris] diligebatur: verum alterum amasse Iesum, alterum a Iesu amatum satis constat. Quid igitur hanc praecipuam dilectionem conciliauit? Incredibilis arbitror Ioannis mansuetudo & lenitas, qua remissior sapenunero videbatur: quae quanta sit virtus, ex Mose manifestum est, quippe quae tantum & talem praestiterit: nihil enim humilitati comparandum. Hinc Christus beatitudini principium fecit, tanquam enim quoddam immensi aedificij fundamentum, humilitatem primum iecit, sine qua nemo salutem consequitur: sed siue quis ieiunauerit, siue orauerit, siue suas pauperibus erogauerit facultates, sine humilitate haec & huiusmodi omnia nihil afferunt utilitatis: contra ipsius condimento gratiora omnia, iucundioraque redduntur. humiles ergo & mansuetos nos exhibeamus dilectissimi, quam quidem virtutem, si attendamus, facile comparabimus. Quid enim stulte superbis? Non intelligis humanae naturae imbecillitatem, & inanes spes nostras: qui te exitus maneant considera, intuere multitudinem peccatorum: sed forsitan opera te tua efferunt, his intumesces: hoc equidem pacto omnium mercedem amittis, quam ob rem non adeo peccatis obnoxium, vt virtutis sectatorem moderatione uti decet. Quid tandem? Quoniam ille conscientia retrahitur: hic autem nisi se diligenter contineat, continuo quasi vento quodam tollitur, & euanescit, quem admodum Pharisaeus ille. At pauperibus subuenis: non ex tuis, sed domini facultatibus, quae conseruis communes sunt. Quocirca humilitate vtendum est, & in tui generis calamitatibus res tuas, & naturam tuam in illis te considerare oportet, fortasse & nos talibus sumus orti progenitoribus. Quod si transire ad nos diuitiae, & aliquando nos deserturas credibile est. Quid autem omnino sunt diuitiae? Umbra iners, fumus qui cito euanescit, flos foeni, vel etiam viliores. Quid in foeno magnificas? Nonne & latronibus, & perditis hominibus, meretricibus, sacrilegis accedunt diuitiae? Intumesces quod cum talibus illas communices? Sed honoris cupidus es? Verum nil honoratiorem te reddet, quam elemosyna. Diuitiarum honores, & potentiae coacti sunt, & inuidiosi: hi voluntarii, & vero honorantium iudicio proueniunt, quare nunquam remittuntur. Quod si homines tantum honorem, tantam reuerentiam, misericordiam sibi facientibus tribuunt, & bona eis precantur, considera quae so, quam a clementissimo & benignissimo deo remunerationem, quam vicem sint accepturi. Has igitur quaeramus pecunias semper duraturas, vt in hac vita magni, in futura gloriosi aeterna bona consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

Homilia xxxij. ex cap. quarto.

Reliquit ergo hydris sua mulier, & abiit in ciuitate, & dixit illis hominibus: Venite & videte hominem, qui dixit mihi omnia quaecumque feci: nuquid ipse est Christus? Multo nobis seruire opus est, multo studio, quibus excitemur, alioquin impossibile est, vt promissa nobis

oportunitate se ipsi manifestauit. Ioan. 10. e

Matt. 13. e Marc. 10. e

Infra. 19. e

Gen. 49. b

Acto. 3. a

Infra. 21. e

absq. humilitate pietatis opera mortua.

Mat. 10. g
Luca. 12. f
[si iam ac-
census est?]

† necessitas
te propter
quam.]

† tollam esse
rationē ha-
bendam. nā
pro suis vi-
ribus, quod
apostoli fecerunt,
hac e-
tiā fecerunt.]
Matth. 4. c

bona consequamur: quod significans Christus, nunc
quidem ait: Qui non accipit crucem suam, & sequitur
me, non est me dignus: nunc verò, Ignem veni mittere
in terram, & quid volo, [nisi accendatur?] Quibus ver-
bis flagrantem & incensum discipulum, & in omne pe-
riculum promptissimum nobis proponit. Talis fuit etiā
hæc mulier. Aded enim audito Iesu incensa est, vt reli-
cta hydria & aqua, cuius gratia eod concesserat, in ci-
uitatem properaret, & ad Christū vniuersum populum
traheret. Venite, inquit, & videte hominem, qui dixit
mihi omnia quæcunque feci. Considera mulieris stu-
dium, considera sapientiam: venerat hauriendæ aquæ
gratia, & cum verum fontem inuenisset, contempnit al-
terum, vt nos exemplo licet paruo admoneret, spiritua-
lium gratia secularia omnia esse nobis contemnenda,
neque eorum nisi ad necessitatem vllam rationem ha-
bendam: quod & apostoli fecerunt, & hæc in præsentia
mulier. Siquidem illi à Iesu vocati, retia reliquerunt,
hæc sponte sua reliquit hydriam, & superna prouenien-
te gratia apostolico munere fungitur: neque vnum aut
alterum, vt Andreas & Philippus, sed vniuersam aduo-
cat ciuitatem, & populum ad Christum adducit. Et cō-
templare mulieris prudentiam, non dixit, Venite, vide-
te Christum: sed ea qua ipsa allecta est humilitate, allic-
cit populares suos. Venite, inquit, & videte hominē, qui
dixit mihi omnia quæcunque feci. Atqui aliter dicere
potuisset, Venite, videte prophetam: sed cum anima di-
uino igne exardeat, nihil amplius terrenum curat, nō
gloriam, non dedecus, sed eius flammæ feruore tantum
mouetur. Nunquid ipse est Christus? Animaduerte ite-
rum immensam mulieris sapientiam, neque affirmat
Christum esse, neque reticet. Noluit huius se opinionis
authorem: sed suo ipsorum auditu inductis, hoc ipsis
persuaderi, quod longē futurum erat probabilius. Atqui
non omnem vitam suam à Christo acceperat, ex his ta-
men quæ dixerat, & cætera credidit. Neque dixit, Ve-
nite & credite: sed, videte: quod & leuius erat & persua-
sibilis. Animaduertis mulieris sapientiam? proculdu-
bio intelligebat, modò illum fontem gustarent, eadem
de eo quæ & ipsa sensuros: quod si quis crassiori esset
ingenio, vt cognoscere eum non posset, vitam suam à
Christo patefectam in medium adducit, vt vel hinc
omnes alliciat. *Intra rogabant eum discipuli eius, dicen-
tes: Rabbi, manduca. Hoc non improbitate quadam, sed
amore & studio in magistrum dicebant, cum itinere
& æstu fatigatum viderent. quibus Christus: Ego, in-
quit, cibum habeo manducare, quem vos nescitis. Dicebant er-
go discipuli ad inuicem: Nunquid aliquis attulit ei manducare?
Quid mirum, si mulier aquæ appellatione, aquam esse
opinabatur, quando & discipuli eodem in errore
deprehenduntur, neque adhuc spiritalia intelligunt,
sed ambigunt? Solitum tamen magistro honorem tri-
buunt, & mutuis inuicem sermonibus differentes, eum
percontari non audent: quod & aliis fecerunt, cum e-
tiam cuperent interrogare, nec interrogarunt tamen.
Quid Christus? *Mens cibum est, vt faciam voluntatem eius
qui misit me, & persiciam opus eius.* Hominum salutem hoc
in loco cibum appellat, vt quanta salutis nostræ cura
& desiderio teneatur, ostendat: sicut enim nos cibum,
ita Christus humani generis salutem desiderat. Accipe
autem quo pacto non omnia semper palam ante oculos
ponit, sed primū obscuritate quadam inuoluit au-
ditorem, vt inter dubitandum inquirendo laborans,
certius veritatem inueniat, & magis excitetur auditor:
quam ob rem non primū dixit, Meus cibus est, vt fa-*

ciam voluntatem patris mei: quod etiam non manife-
stum erat, tamen intellectu facilius, quam ego cibum
habeo manducare, quem vos nescitis. Primum igitur,
vt dixi, obscuriori sermone attentiores reddit, & vt
melius quæ dicturus erat intelligerent, affluat: quæ
verò sit voluntas patris, iam interpretatur. *Nōne
vos, inquit, dicitis quod adhuc quatuor menses sunt, & menses
venit? Ecce dico vobis, leuate oculos vestros, & videte regiones,
quia alba sunt iam ad messem.* Ecce iterum familiaribus
nominibus ad maiorem eos erigit contemplationem:
nam cibi appellatione nihil aliud, quam futuram ho-
minum salutem demonstrat: regionis autem & mes-
sis, animarum multitudinem, quæ in ipsius prædicatione
erant credituræ: oculos autem & mentis & corporis
significat. Iam enim venientium Samaritanorum
turbam videbāt, quorum feruorem & promptissimam
voluntatem albas regiones appellat. Sicut enim spicæ
flavescentes messem indicant, & iam manus postulant,
ita illi properabant ad salutem. Et quid non apertius
dixit prompto eos animo venire, vt & docerentur &
crederent, & à prophetis persuasi fructum redderent,
sed regionem tantum & messem appellauit? Quid sibi
hæc volunt translationes, quibus non hinc tantum, sed
per totum vitur euangelium: itidem & propheta pluri-
mum his vt aliolet. Quamnam hoc gratia? Neque enim
temerè spiritus sanctus ita instituit, duabus rationibus:
primū, vt significantius loqueretur, & magis ante oculos
poneret. Mens enim familiarium rerum imagine cō-
cepta, magis suscitatur, & tanquā in pictura rem ipsam
magis amplectitur. Deinde vt iucundior esset narratio,
& diutius animo immoraretur. Non enim tam facile
sententia capitur, neque ita trahit auditorum multitudi-
nem, vt rerum narratio, & per ea maximè quorum pe-
riculum fecimus descriptio: similitudo quoque multam
præ se fert sapientiam. Et qui metit, mercedem accipit,
& congregat fructum in vitam æternam: huius terrene
mensis fructus ad æternam non peruenit vitam, sed in
hac fluxa & caduca cōsumitur, ille autem perpetuò nos
comitatur. Animaduertis enim verba quidem sensibili-
lia, sensus verò spiritalia: & quo pacto terrena à cœle-
stibus separat? Quod enim de aqua more suo peculiari
dixit, quod qui biberit ex hac aqua, non sitiet: hoc &
nunc dicit, quod congregat fructum in vitam æternam:
vt & qui seminatur, simul gaudeat & qui metit. Quis fa-
tor? quis messor est? Prophetæ satores, non messorum
tamen, sed apostoli: atqui non propterea voluptate &
fructu laborum priuantur, sed vobiscum gaudent, quā-
uis vobiscum vnā non messorum: neque enim mensis
serendi habet difficultatem, & in messe minus laboris
est, & plus voluptatis. Ad hoc vos seruauit, non ad seren-
dum vbi plurimum laboratur. In metendo autem &
prouentus vber, & labor remissior. Hinc prophetarum
voluntatem fuisse demonstrat, vt humanum genus ad
Christum allicerent, hoc per legem communicatam:
propterea seminasse, vt hunc parerent fructum, & se eos
mitisse, & magnam inter vetus & nouum testamentum
esse cognationem, quæ omnia hac similitudine ostendit.
Meminit autem prouerbij, quod in ore multorum
est: in hoc enim est verbum verum, quia alius est qui se-
minat, & alius est qui metit. Hoc frequens dictum erat,
quando alius labores, alius fructum reportaret: quod
prouerbiū hinc maximè verū deprehendi dicit: Labo-
rarunt enim propheta, vos fructus inde capitis. Ineque
dicit mercedem: neque enim multus illorum labor, sed
fructus fuit. J hoc & Daniel fecit, etenim ipse prouerbij
meminit

Danic. 9. f

meminit dicens: exiit ab iniquis peccatum. Et David
etiam in fletu suo eius mentionem facit, propterea hoc
præoccupans Iesus inquit: Vt & qui seminatur, simul gau-
deat & qui metit. Cum dicendum esset, alius seminavit,
alius metit. & ne quis, vt diximus, prophetas mercede
fraudatos putaret, nouum quiddam, & præter opinio-
nem, & sensibus abhorrens, sed in spiritalibus egregium
narrat: siquidem in his terrenis, si alium seminare con-
tingit, alium metere, non simul gaudent, sed alteri do-
lent: utpote qui pro aliis laborem susceperint, soli autē
messores gaudent: hic autem qui nō metunt quæ semi-
narunt, eadem qua metentes afficiuntur læticia: vnde
perpicuum est eos mercedis esse participes. *Ego misi vos
metere quod vos non laborastis: alij laborarunt, & vos in labores
eorum intrastis.* His eos verbis magis hortatur. Cū enim
laboriosum videretur orbem terrarū peragrarè, & præ-
dicationibus insistere, eius facilitatem ostendit. Labo-
riosior erat satio, & maiori egebat sollicitudine semina
spargere, & ad dei cognitionem animam erudire: hoc
autem dixit, ne ad prædicandum dimissi, tanquam ma-
ximū onus subeuntes perturbarentur. magis enim pro-
pheta laborauerunt, quod ratione confirmat, quoniam
facilius ipsi opus susceperint. Siquidem vt in messe faci-
le fructus colligitur, & breui manipulis impletur area,
neque tempora expectantur, non hiems, non ver, non
pluuia: ita nunc fit, & opera ipsa clamant. Dum hæc di-
ceret, exierunt Samaritani, & mox coactus est fructus,
propterea inquit: *Leuate oculos vestros, & videte regiones,
quia alba sunt.* Verba res ipsa confirmavit, ex ciuitate
enim illa multi crediderunt in eum Samaritanorum,
propter verbū mulieris testimonium perhibētis: Quia
dixit mihi omnia quæcunque feci. Videbant enim non
ad gratiam locutam, neque qui peccata sua narrarit ad-
miratam, neque vt alteri gratificaretur, suam manife-
stam vitam faceret. Hanc & nos mulierem imitemur,
& in peccatis quæ commissimus consistendis neminem
vereamur, deum duntaxat, vt decet, formidemus: qui
& nunc opera nostra videt, & tunc quos in præsentia
non pœnitent, damnabit. At nos contra futurum iudicē
minime timemus, sed qui nihil nobis possunt officere,
eos & horrescimus, & pudore tremimus: idcirco in quo
timemus, in eo pœnas dabimus. Nam qui in hac vita so-
lo hominum pudore afficiuntur, deū vniuersa spectan-
tem minime curant: qui in omnia scelera prolabantur,
quos nihil pudet, qui non mutantur, hi in die illa non
vno præsentem, vel altero, sed vniuerso mundo teste ma-
nifestabuntur. Nam quod bonorum operum, & malo-
rum magnum illic spectaculum pateat, ouium & hæ-
dorum similitudo edocet: & beatissimus Paulus his ver-
bis testatur: Omnes enim nos manifestari oportet ante
tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corpo-
ris pro vt gesserit, siue bonum, siue malum. Commisisti
aliquod scelus, aut animo agitasti, homines celas, non
deum, & nihil curas, oculos hominum formidas: intel-
lige igitur in illo die te ne homines quidem quicquam
celaturum: omnia nanque tanquam in imagine oculis
nostris representabuntur, vnusquisque in singulorum
scelera puniendi iudicabit: quod ex diuine videri licet,
qui cum Lazarum pauperem, & iam sapenunero à se
contemptum, & maledictis affectum intueretur, vt in-
tincto in aquam digito linguam suam refrigeret, obse-
rat. Vos autem hortor dilectissimi, vt etiam nemo ope-
ra nostra videat, vt singuli suam conscientiam ingre-
diantur, & iudicem sibi rationem cōstituant, errata sua
in medium adducant, nisi velint in die illa horrenda

2. Cor. 5. b

† [na]

Luc. 16. e.

vniuerso orbi ea manifeste patere: sanentur iam vulne-
ra, sumatur pœnitentis medicina. Potest etiam qui in-
numeris sit confectus vulneribus sanus euadere. Si di-
mittitis, inquit, dimittetur vobis: & sicut in baptismate
abluta peccata non amplius apparent: ita & dimitte-
do abluuntur, si pœnitere vouerimus. Ea demum est
pœnitentia, ne amplius peccemus. Nam qui ad peccata
reuertitur, similis est cani ad vomitum redeunti. Opor-
tet igitur & operibus & animo omni scelere vacuū es-
se, & vulneribus contrariam afferre medicinam. Verbi
gratia: Rapuisti, & ditatus es, pone modum rapinæ, &
eius vulnere elemosyna medearis. Scortatus es, huic v-
ceri castitatis imponatur medicina. Fratrem calūnia-
tus es, & offendisti: cessa à maledictis & charitatem am-
plectere, & ita per singula faciamus, quæ perperam cō-
misimus, neque simpliciter his abstineamus. Instat iam,
instat inquam tempus exigendæ rationis: ideo Paulus
ait, Dominus propè est, nihil solliciti sitis. Sed nobis cō-
trarium fortassis est dicendum: dominus propè est, so-
liciti sitis. Illi enim qui in anxietatibus & laboribus atq;
certaminibus versabantur, iure audiebant, Nihil sollici-
ti sitis: qui vero in rapinis viuunt, qui in deliciis graues
daturi pœnas, non hoc, sed illud merito audiant: Do-
minus propè est, estote solliciti. Non enim longe à fi-
ne absumus, sed iam mundus properat: hoc bella, hoc
afflictiones, hoc terremotus, hoc extincta charitas signi-
ficat. Quemadmodum enim corpus iam aduentante
morte innumeris malis afficitur, & domus prope casum
in rimas fathiscit: & prius à tecto & parietibus multa
decidunt: ita & orbis terrarum ad finem properans, tan-
tis vndique malis conteritur. Nam si Pauli temporibus
dominus propè erat, nunc profecto propius: si ante tre-
centos annos finem temporum Paulus esse dixit, quid
nunc dicendum? Sed idcirco quidam non credunt, cū
maxime sit credendum. Quo argumento homo finem
appropinquare, & breui quæ prædicta sunt euertura dis-
fidis? Siquidem vt anni finem non vltimum duntaxat
diem, sed mensem postremum dicimus, etiam si triginta
dierum spacium contineat: sic tot annorum etiam, si
quadringentos annos finem dixerimus, nō errabimus,
quocirca tot iam temporibus finem prænucciavit. Co-
hibeamus igitur dilectissimi affectus nostros, exercea-
mur in dei timore: etenim nobis licentia perditis, nihil
tale expectantibus ex improviso dei aduentus aderit,
quod his verbis Christus significat: Sicut factum est in
diebus Noë, & in diebus Loth, sic erit. Et Paulus: Cum
dixerint pax & securitas, tunc repētinus eis superueniet
interitus, sicut dolor in vtero habētis. Sed quid per hæc
vltimam particulam intelligitur? Sæpe grauidæ mulie-
res inter ludendum & edendum, dum balneis, dum spe-
taculis oblectantur, repentinis torquentur doloribus:
hac & nos in hac vita conditione versamur. Simus eri-
go semper parati, non semper hæc audiemus, non semper
habebimus benefaciendi potestatem: In inferno, inquit,
quis confitebitur tibi? dum hæc vitam agimus nos
pœniteat, vt deū nobis propiciū reddamus, & veniā
cōsequamur peccatorum, gratia & benignitate domi-
ni nostri Iesu Christi, per quem & cum quo patri glo-
ria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

Homilia. xxxiiii. ex cap. quarto.



Vm venissent ergo ad illum Samaritani, rogauerunt eum
vt ibi maneret: & mansit ibi duos dies. Et multo plures
crediderunt propter sermonem eius, & mulieri dicebant:
quia iam nō propter tuam loquelam credimus: ipsi enim audiuimus
& scimus.

Mat. 24. c
1. Theff. 5. a

Psal. 6. b

scimus, quia hic est vere saluator mundi, &c. Nihil inuidia nocentius, nihil inani gloria grauius, ipsa innumera bona corrumpere consuevit. Nam cum Iudaei maiorem quam Samaritani dei cognitionem haberet, & in prophetarum essent lectionibus educati, his longe inferiores apparuerunt. Samaritani enim mulieris testimonio fide adhibita, nullo signo confirmati, Christo obuiam fiunt, rogant apud ipsos moretur. Iudaei tot miraculis admoniti, non modo non retinent, sed expellere contendunt. Atqui eorum gratia in mundum venit, ipsi tamen expulerunt: hi ut maneat, rogant. Nunc ergo ad hos non accedendum fuit? Num tantopere rogantes & indigentes erant contemnendi: & apud infidiatas & expellentes moram trahere, amantibus autem & volentibus, se non exhibere decuit? Indignum sane, & a Christi benignitate alienum. Eorum itaque obtemperauit voluntati, & mansit apud eos duos dies: ipsi autem semper cum apud se habere voluissent, ut significat euangelista, quod rogauerunt eum, ut ibi maneret: quod ipse noluit, sed mansit duos dies, quibus multo plures crediderunt in eum, non tamen credibile erat, cum nullum signum viderint credituros, maxime cum Iudaeos odio haberet: veruntamen cum verba eius & veritate reputaret, nunc curarunt amplius, sed alius quam quae impediabant contemplati sunt, & Christum admirari, & venerari maiorem in modum contendebant. Dicebant enim mulieri, Quia iam non propter tuam loquelam credimus: ipsi enim audiuiimus, & scimus, quia hic est vere saluator mundi Christus. Discipuli magistrum superauerunt, hi Iudaeos haud iniuria & credendo & accipiendo accusare possent: siquidem illi frequenter Christum lapidibus persecuti sunt, quorum ipse gratia omnia fecerat: hi neque ad se venientem secum manere hortabatur: illi visis signis & miraculis pertinaciter obdurauerunt, hi sine signo aliquo plurimam in eum fidem praese tulerunt. Hi de fide contendunt, illi signa efflagitare non desunt: ita semper fideli animo opus est, qualem veritas ubi adepta fuerit, facile illustrat: si minus, non veri imbecillitas, sed nolentis perfidia culpa est. Nam & sol purus oculos nactus facile illuminat: si minus, oculorum culpa, non solis est. Audi igitur quid hi loquuntur. Scimus, inquit, quia hic est vere Saluator mundi. Quam breui Iesum orbem terrarum conuersurum noverunt, quod ad communem omnium salutem venerit, quod non solis Iudaeis eius prouidentia prescriberetur: sed ubique terrarum verbum suum esset disseminaturus: non ita Iudaei, sed quarentes propriam iusticiam confirmare, iusticiae dei non paruerunt. Hi autem omnes in culpa esse contententur, illud apostolicum sentientes, quod omnes peccauerunt, & egent gloria dei, iustificati gratis per gratiam ipsius. Cum enim dicerent saluatorem esse mundi, intellexerunt perditum, nec simpliciter, sed in rebus maximis saluatorem. Venerunt enim multi, ut saluos faceret & prophetas & angelos: sed hic vere saluatorem inquit, qui veram salutem elargitur, non breui, sed perpetuo duraturam: hoc sincerae fidei argumentum. Vtrinque enim admirabiles extiterunt, & quod crediderunt, & quod sine signis & miraculis, quos & Christus beatos dicit: Beati qui non viderunt & crediderunt. & quod sincere crediderunt, inde constat, quod cum mulier dubie loqueretur: Numquid hic est Christus? nullam praese tulerunt dubitationem, sed scire eum esse proculdubio asseuerauerunt, neque vnum quendam ex medio vulgo Christum, sed vere saluatorem confessi sunt. Atqui quem saluum fecisse viderant? verba audierant tantum, & tamen certe locuti sunt. Quid si miracula vidissent? Nonne plura & maiora dixissent? Quamquam autem gratia, quae & quanta locutus sit non narrant euangelistae: Ut multa & magna eos ommittere intelligas, ab euentu autem omnia demonstrant: persuasit namque populo & vniuersae ciuitati: ubi autem non persuasum est, quae dixerit exponere coguntur, ne auditorum ignauiam in oratore quispian duceret referendam. Post duos autem dies exiit inde, & abiit in Galilaeam. Ipse enim Christus testimonium perhibuit, quia propheta in sua patria honorem non habet. Quare istud addidit: quod non in Capernaum, sed in Galilaeam & in Cana abiit. Ne perconteris enim quare non apud suos potius, quam apud Samaritanos manserit, causam hic affert, quoniam sui ipsum non audirent, non ergo eo se contulit, ne grauius iudicarentur. Puto enim hoc in loco patriam Capernaum significare: nam quod in Capernaum nullum honorem assecutus sit, audi ipsum dicentem: Et tu Capernaum nunquid vsque in caelum exaltaberis, vsque in infernum descendes. Patriam autem appellat, in qua carnem acceperat, & in qua diutius versatus est. Quid inquit quispian: nonne videmus multos in popularibus suis magni nominis, & auctoritatis? Videmus, inquit, raro tamen: neque per ea quae raro contingunt, sententia ferenda est: qui domi suae honorantur, longe magis alienae consuetudo enim contemptum facere consuevit. Cum ergo venisset in Galilaeam, exceperunt eum Galilaei, cum omnia vidissent, quae fecerat in Hierosolymis in die festo, & ipsi enim venerant ad die festum. Ecce qui reprehensi sunt, hi maxime Christum accipere inueniuntur. Nam apud hunc euangelistam dicitur: A Nazareth potest aliquid boni esse? Et alibi: Scrutare, & vide, quia propheta a Galilaea non surgit: quod in contumeliam dicebant. Communis enim opinio erat, Christum Nazarenum esse, ei etiam tanquam Samaritano exprobrabant. Samaritanus es, inquit, & daemonium habes. Veruntamen, & Samaritani & Galilaei credunt in ignominiam Iudaeorum, sed Samaritani vehementiore praese tulerunt fidem, cum mulieris tantum testimonio in Iesum crederent, Galilaei non nisi miraculis confirmati. Venit ergo Iesus iterum in Cana Galilaeae, ubi fecit aquam vinum. Miraculum in memoriam reducit, ad maiorem Samaritanorum laudem. Signorum namque gratia quae Hierosolymis, quae apud ipsos fecerat, eum acceperant, Samaritani doctrina tantum: quod autem in Cana Galilaeae venerit, dicit. Quam gratia, subicit. In Galilaea propter Iudaeorum inuidiam coeelsit: in Cana vero quam ob rem? Primum vocatus ad nuptias, nunc arbitror, ut praesentia sua superioris miraculi fidem confirmaret, & spontaneo accessu magis alliceret, cum relicta patria eos potiores ducere videretur. Et erat quidam regulus, cuius filius, infirmabatur Capernaum. Hic cum audisset, quia Iesus adueniret a Iudaea in Galilaeam, abiit ad eum, & rogabat eum, ut descenderet, & sanaret filium eius. Siue quod regio esset genere, siue quod alia principatus dignitate fungeretur, regulus appellabatur: nonnulli eundem hunc esse opinantur, & qui est apud Matthaeum, sed alter profecto videtur non modo dignitatis nomine, verum & fide: ille quidem volente Iesu ad ipsum ire, se indignum ceter, hic domum trahit. Ille, Non sum, inquit, dignus, ut intres sub tectum meum: hic, ut descenderet priusquam moriatur filius, enixe orat. Illic quidem cum de monte descendisset Iesus, intrauit Capernaum: hic vero a Samaria, & non in Capernaum sed in Cana Galilaeae ingresso accessit regulus. Illius praeterea filius paralyti laborabat, huius, febris: & rogabat eum ut descenderet, & sanaret filium eius, incipiebat

141 incipiebat enim mori. Quid ad hunc Christus? Nisi signa, inquit, & prodigia videritis, non credetis. Atqui & quod venerat, & quod rogabat, eius fidei est argumentum. Praeterea hoc testatur euangelista. Nam cum diceret Iesus: Vade, filius tuus vivit, credidit homo sermoni, & ibat. Quid ergo ita Christus respondit? Vel quia Samaritanos, qui sine miraculis crediderunt admiratur: vel ciuitatem Capernaum, unde ille gentilis erat reprehendit. Siquidem cum alius apud Marcum diceret: Credo domine, adiuuam incredulitatem meam: iterum his verbis vsus est. Itaque licet hic crediderit, non tamen firmiter, neque integre: quod sciscitando seruos demonstraui, qua hora reliquerit filium febris. Voluit enim cognoscere an sponte sua, an Christi praecepto discesserit. Cum vero cognouit, quia heri hora septima credidit & ipse, & domus eius tota. Vides tum demum in fide confirmatum, cum seruorum de valetudine filij testimonium accepit? Quamobrem hominis animum intuitus arguit, ut magis in fide confirmaret: neque enim ante signum admodum credebat: quod si venit & rogauit, minime mirum est. Ob incredibilem enim in filios amorem non modo quibus confidunt medicis, sed & quoslibet compellere parates solent, ne quid in aduersa filiorum valetudine omittant. Nam quod non multum spei in Christo haberet, constat, quoniam veniente Iesu in Galilaeam obiter & per occasionem accessit: quod si vere Christi potestatem credidisset, non utique in tanto filij periculo Iudaeam petere neglexisset: quod si timuerat, ne sic quidem fatis erat cause. Considera igitur ipsius verba, quantam viri infirmitatem indicant. Debuerat enim, si non prius, at saltem post reprehensam ipsius animi sententiam, magnam quandam de Iesu opinionem concipere. Audi quantum adhuc humi trahatur. Descende, inquit, priusquam moriatur filius meus, ac si mortuum suscitare non potuisset, & nesciret ut se puer haberet: idcirco eum reprehendit, & animum arguit, ostendens signa maxime animae gratia fieri: neque minus hoc in loco patrem animi morbo laborantem quam filium curat, suadetque: non signa nobis, sed doctrinam ipsius attendendam. Signa enim infidelibus, & rudioribus exhibenda. Regulus autem filij dolore affectus, non multum tunc Iesu verbis attendit, sed in filij cura versabatur, postmodum ea reputaturus, & inde multum utilitatis consecuturus. Cur autem Centurioni se iturum vltro pollicitus est, regulo autem ne rogatus quidem? Quoniam in illo fides perfecta erat, ideo se iturum dixit, ut viri fidem cognosceremus: at regulus adhuc imperfectus erat, propterea omni studio Christum impellebat, ut descenderet, neque adhuc norat absentem quoque curandi habere potestatem. Quod ergo id posset ostendit, ut quod per se Centurio sentiebat, hic non accedente Iesu erudiretur. Cum itaque dixit: Nisi signa & prodigia videritis, non credetis: debuit de se eos fidem non habere, sed adhuc tanquam prophetam opinari significauit. Quocirca rem indicat, & sine miraculis credendum admonet, quod & Philippum admonuit: Non credis, quia ego in patre, & pater in me est: Et, si mihi non vultis credere, operibus credite. Iam autem eo descendente, serui occurrerunt ei, & nunciauere dicentes, quia filius eius vinceret. Interrogabat ergo horam ab eis, in qua melius habuerit. & dixerunt ei: Quia heri hora septima reliquit eum febris. Cognouit ergo pater, quia hora illa erat, in qua dicit ei Iesus: Vade, filius tuus vivit. Et credidit ipse, & domus eius tota. Vides quo pacto miraculum manifestatur? Non enim per successione, & diuturnitatem conualescunt, ut assolet, liberatus est, sed repente, ne natura

† quae ciuitas ipsius esse videbatur] Marc. 9. d

† quae est que ad caelum exaltabitur] Matt. 23. u.

Supra. 1. infra. 7. g

Matth. 8. 4

Infra. 14. b Ibid. 10. g

Matth. 8. b

Vade, Greg. qua dicit ei Iesus: Vade, filius tuus vivit. Et credidit ipse, & domus eius tota. Vides quo pacto miraculum manifestatur? Non enim per successione, & diuturnitatem conualescunt, ut assolet, liberatus est, sed repente, ne natura

lis valetudo, sed Christi operatio videretur. Nam qui in ipsum mortis articulum venerat, patris testimonio dicentis: Descende priusquam moriatur filius meus, euestigio in prosperam restitutus est valetudinem. Quae res etiam seruos excitauit. Serui autem fortassis non ut nunciaturi tantum, sed ut superfluum Christi aduentum, obuiam ierant. Sciebant enim iam aduentare, quare in itinere eum conuenerunt. Regulus ergo iam timore deposito fidei incubit, ut ostenderet profectiois suae gratia id contigisse, & iam se non frustra profectum delatatur, hac gratia summam in percontado adhibet diligentiam. Et credidit ipse, & domus eius tota. Iam nihil amplius erat dubitandum: qui enim neque affuerat, neque audierant Christum, neque tempus norant, hi a domino suo tempus cognoscentes, Christi potestatem quam certissimam habuerunt, ideo & ipsi crediderunt. Quid ergo hinc hodie reportabimus? non expectanda miracula, neque diuinae virtutis pignora efflagitanda. Video enim & nunc multos, cum in filij, vel vxoris morbo exaudiuntur, tunc maiorem deo exhibere reuerentiam. Decens autem est etiam non exauditos tolerare, & nihilominus gratias habere, cumque laudibus prosequi: hoc fidelium seruorum est, hoc constantiae, hoc pietatis, quali in dominum affectu esse debemus: ut non solum cum clementer nobiscum agit, verum etiam cum indignatur, cum flagellat, ad eum percurramus: hoc enim diuina operatur prouidentia. Siquidem quem diligit, castigat: flagellat quemcumque filium suscipit. Qui autem cum votum assequitur, deum colit tantum: non multa praese fert dilectionis argumenta, neque sincere Christum amat. Et quid ego valetudinem dicam? Quid perueniarum copiam? quid paupertatem? quid morbum? Et si gehennam, si quid grauius audieris, non tamen diuinae nobis sunt laudes remittenda: sed omnia & facienda, & ferenda eius dilectionis gratia. Hoc, inquam, fidelium seruorum est, hoc constantis animi: & qui ita affectus est, praesentia facile perferet, & futuris bonis fruatur, & plurimum deo fidere poterit, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo patri sit gloria in secula seculorum, Amen.

Homilia. xxxv. ex cap. quinto.



Hoc iterum secundum signum fecit Iesus cum venisset a Iudaea in Galilaeam. Post haec erat dies festus Iudaeorum, & ascendit Iesus Hierosolymam. Quemadmodum in auri metallis, ne minimam quidem venam quispiam, qui rem intelligat, ommittere paritur, utpote quae ad augendas diuitias plurimum faciat: ita & in diuinis scripturis ne vnum iota, aut vnus apex, sed ne diuini scripturae praefermittendum est, sed omnia diligentius inuestiganda: nam a spiritu sancto omnia proueniunt, neque in his quicquam superfluum, nihil non necessarium. Considera, quae in hoc loco dicat euangelista: Hoc iterum secundum signum fecit Iesus, cum venisset a Iudaea in Galilaeam. Secundum, non temere addidit: sed adhuc Samaritanos admiratur, cum post alterum signum Galilaei nodum ad eorum qui nihil viderant perfectionem peruenissent. Post haec erat dies festus Iudaeorum. Quinam? Ut mihi videtur Pentecostes. Et ascendit Iesus Hierosolymam. Frequenter in solennitatibus ciuitatem petit, tum ut videatur ipse quoque cum reliquis festos dies celebrare, tum ut simpliciter ad se multitudinem alliciat. Maxime enim huiusmodi diebus melius disposita esse consueuerat. Est autem Hierosolymis praeterea piscina, quae cognominatur Hebraice Bethsaida, & Beethsaida quingue

Infra. 9. g & 10. f

† & in hoc illis sunt praesentia ferendi, quod absque signis crediderunt]

Ad Rom. 10. 4 Roma. 3. c

8. 2. 1. 1. 1.

Infra. 20. g

Hebr. 12. 6

† sine dano praetermitti potest]

† qui melius ad se multitudinem alliciat. Maxime enim huiusmodi diebus melius disposita esse consueuerat. Est autem Hierosolymis praeterea piscina, quae cognominatur Hebraice Bethsaida, & Beethsaida quingue

quinque porticus habens: in his iacebat multitudo languentium, cecorum, claudorum, aridorum expectantium aquae motum. Quis hic curationis modus? quid per hoc nobis mysteriū significat? Non temere, nec ab re hæc, sed futura nobis tanquam imagine & figura quadam describuntur, ne res nimium incredibilis, & inexpectata, & accedente fidei virtute multitudinis animos offenderet. **Q**uamnam igitur hæc descriptio? Futurum erat baptisma plenum maxime potestatis & gratiæ, purgaturum peccata, pro mortuo viuum effecturum. Quemadmodum hæc in figura & piscinæ huic, & aliis pluribus adscribuntur, & primum quidem datur aqua quæ corporū maculas purgaret, & non veras, sed apparentes pollutiones, vt cum mortuum tetigissent, aut leprosum, aut aliquid tale. Et hac gratia multa in veteri testamento per aquam munda sunt. Veruntamen ad propositum nobis sermonē in præsentia redeamus. Primum igitur pollutiones corporum, inde varia morborum genera per aquam sanantur: siquidem cum vellet deus appropinquantis baptismatis fidem cum erudire: non solum pollutiones, sed etiam morbos per aquam expulit. Propiores enim veritati imagines, & in baptisate & in passione, & in aliis illustriores fuerunt, quam vetustiores. Nam sicut regij familiares, hastatis honoratioris sunt: ita & propiores figuræ. Et descendens angelus, motæ aquæ sanandi virtutem largiebatur, vt intelligerent Iudæi longe magis angelorum dominum omnia animæ impedimenta sanare posse. Et quemadmodum huius aquæ natura per se non sanabat, siquidem semper sanasset, sed duntaxat cū ab angelo mouebatur: ita & in nobis non simplex aqua operatur, sed cum spiritus gratiā accipit, omnia abluit peccata. Iuxta hæc piscinam iacebat multitudo languentium, cecorum, claudorum, aridorum, expectantium aquæ motum. Verū tunc infirmitas corporis sanari volentem impediēbat, nunc vnusquisque potestatem habet accedendi. Nō enim angelus aquam mouet, sed angelorum dominus totum perficit: iam non habet excusationis locum infirmus, nō habere se hominem qui sibi opituletur, neque dum venit, alium descendere: sed licet vniversus mundus accedat, non consumitur gratia, neque virtus deficit, sed eadē semper permanet. Vt enim solares radij singulis diebus illuminant, neque ex multa sui communicatione vis eorū minuitur: ita, imō longe minus spiritus operatio ob accipientium multitudinem remittitur. Hoc autem factum est, vt qui in aqua corporis morbos sanari posse didicissent, in eo aliquādiu exerciti, animæ morbos per aquam curari posse facilius crederent. Et quamnam gratia Iesus contemptis aliis, ad eum, qui octo & triginta annos ægrotauerat, venit: quid præterea interrogat, *Vis sanus fieri?* Non quod dubitaret, esset enim absurdum: sed vt illius ostēderet tolerantiam, vt intelligamus quare posthabitis cæteris ad hunc venerit. Quid ille? *Volo domine, sed hominē non habeo, vt cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam. Dum enim venio ego, alius ante me descendit.* Hac gratia, inquit, vis sanari: vt scilicet hæc intelligeremus. Neque dixit, *Vis vt te sanem?* nondū enim tanta de ipso habebatur opinio: sed *vis sanus fieri?* Admirabilis profecto paralytici tolerantia, octo & triginta annos, vt sanaretur nunquam discedens expectauit: quod nisi patientissimus fuisset, si non præterea, at futura saltem inde eum abducere potuissent: quoniā incredibile erat reliquos ægrotos priorem illum ingredi dimissuros. Neque enim certo tempore aqua mouebatur, sed claudi quidem & contorti tempus obseruare poterant: cæci vero minime, nisi for-

† adueniēs, vim fidei apud multos labefactum.

tasse motum auribus acceperant. Pudeat ergo nos, pudeat dilectissimi, & incredibili me focordiam nostram deploremus: octo & triginta annos hic expectauerat, expectabatq; neque eius impletum est desiderium, neque negligentia sua non sanabatur, sed præuentus ab aliis, neque propterea desperauit: nos autē si vel decem dies orationibus inuigilantes non exaudimur, iam tepescimus: hominibus vero quam diligentissimum exhibemus ministerium in militia, in difficultatibus seruiētes, & tandem frequēter omnem spem amittimus: dominum autem nostrū, vbi sine dubio merces sequitur, longe laboribus amplior. **(S**pes enim non cōfundit, inquit: debito studio & diligentia proficere non patimur: & quoniam hoc supplicio dignum: nam si nihil accepturi essemus, ipsius tamen frequens consuetudo nōne innumera nobis bona attulisset? sed laboriosa est assidua oratio: & quid nō laboriosum, quod a virtute proficiscatur? Hoc ipsum, inquit quispiā, me maxime ambiguum reddit, quod maliciam voluptas, virtutē labor consequitur. Et multos querere arbitror, quæ nā sit causa. Dederat nobis a principio deus liberam omnī cura, & laboribus vitam, eo turpiter mutere abusi sumus, & inertia dediti, paradysum amisim⁹: idcirco laboriosam nobis vitam instituit, quasi se humano generi excusans diceret, Dedi vobis a principio delicias, facti estis indulgentia deteriores, ideo eas vobis laboribus commutauī. Qui cum neque vos continerent, lex & præcepta succēdere, tanquam repagula & frenum equo indomito, quibus eius aduersus rationem insultus compeferentur: ita equorum domitores assolent. Vita igitur laboriosa instituta est, quoniam quies & otium vitam & mores corrumpere cōsuevit: natura enim humana desidiam nō patitur, sed ab ea facillime ad maliciam declinat. Esto non opus esse labore continentem, neque vnus alium fieri laboribus meliorem, sed in ocio perfectū esse: quoniam pacto hac vtēmur indulgentia: nōne in stulticiam & superbiam cōuertemur? sed quamobrem, inquit, tanta maliciam voluptas, tantus virtutem labor comitatur? & quæ nam tibi gratia habenda, quod præmium acciperes, nisi laboriosum tibi opus iniungeretur? Multos etenim possum in præsentia ostēdere, qui suapte natura mulierum abhorrent consuetudine, easque vt abominabiles fugiunt: hōsne, dic quæso, continentes appellabimus: hos laudibus prosequemur? Minime. Continentia est voluptatum stimulos superare, & in bellis maxima certamina clarissimos triumphos pariunt, nō quando nemo resistit. Sunt multi natura remissiores, hōsne mansuetos dicemus? Minime. Idcirco dominus tribus castrationis modis propositis, duos tāquam nulla laude dignos omisit: vnum in cœlū extulit. Sed quid opus est malicia: ita & ego sentio. Et quisnam maliciæ opifex: quis alter nisi voluntaria desidia? sed bonos tantum esse oportet: & quidnam boni proprium? Continētē esse & vigilare, an dormire & stertere: & quamobrem, inquit, hoc bonum non videatur, vt quis sine labore recte faciat? Imperite loqueris, & eorū more qui ventri dediti, ipsum deum arbitrantur. Nam quod nō recte sentis, responde quæso: Sit rex & dux, rex in lecto, & voluptatibus vitam agat: dux vero assiduis belli laboribus fortiter hostes fuderit, cui victoriam adscribemus: vter rerum gestarū voluptate fruatur? Vides quantum illa magis nobis placeant, quæ sudoribus comparantur? propterea deus labores virtuti immiscuit, vt nos illi familiares redderet: propterea, et si nō secundum virtutem viuimus, eam tamen admiramur: vicium autem, licet

Rom. 5

Psal. 102. d

Hebr. 4. c

Hic infra. c

Mat. 19

* & m̄v̄ia, i. amētiā, so cordiā, arro gantiā, pro arrogantiā & superbia sepiissime accipit Chrysostomus.

licet suauissimum, accusamus. Quod si dixeris, quid natura bonos non potius admiramur, quam voluntate? Quoniam æquum est laborantem non laboranti præponere. Quia enim gratia laboramus: Quoniam indulgentiam & otium nō moderate ferimus, imō si quis diligenter inquirat, maiorem in modum pigricia corrumpimur, & nimios deinceps labores subim⁹. Quod si placet aliquē epulis quam lautissimis sub custodia in ocio desidentem nutriamus, ne exercere, nēve operari quicquam possit, sed in mensæ & lecti deliciis contabescat: quid hac vita miserius? Sed aliud operari est, inquit, aliud laborare. Est igitur non laboriosum opus suscipiendum: quid nī? hoc & deus voluit, tu vero non passus es. Statuit vt paradysum coleres, opus tibi sine labore iniunxit: non enim si a principio laborasset homo, istud ei postea pœnæ & supplicij loco imposuisset: stat enim simul & operari, & nō laborare, quemadmodum angeli. Nam quod operentur, audi quid dicat: Potētes virtute, facientes verbum eius. Quod si nunc remissiores vires maiorem afferunt laborem, tunc non idē continget, quippe qui in dei requiem ingressus est. Requieuit, inquit, ab operibus suis, sicut & a suis deus. Neque desidiā hic significat, sed laborem excludit: nā & deus adhuc operatur Christi testimonio, dicētis: Pater meus vsque nunc operatur, & ego operor. propterea omnes vos admonitos volo, ignauia abiecta virtutem completamini. Maliciam nanque voluptas breuis, dolor perpetuus sequitur: cōtrā, virtutem labor breuis, gaudium sempiternum. Hæc ante præmium sectatorē suum omni labore liberat, futurorum spe alens: illa ante supplicium, cōscientiam stimulis præteritorum torquet, omnia in suspicionem adducit: quod ipsis etiam laboribus & angustiis grauius reperitur. Quod si tantum voluptas esset, quid ea vilius: quid abiectius: quæ simul & venit, & abouolat, languescit, fugitq; antequam comprehendatur, & siue corporum dixeris voluptatē, siue deliciarum, siue pecuniarum, ne diē quidem firma perstat: cum autem & pœnæ, & supplicium eam comitetur, quid eius sectatoribus miserius? Cū igitur hæc intelligamus, omnia virtutis gratia toleremus: ita vera perfruemur voluptate, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

Homilia. xxxvi. ex cap. quinto.

Vis sanus fieri? Respondit ei languidus: Domine, hominem non habeo, vt cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam. Maximum diuinarū scripturarū præmium, maxima vtilitas: quod Paulus testatur

Rom. 15. a inquit, Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ad quos fines seculorum deueniunt, vt per patientiam & cōsolationem scripturarum spem habeamus. Omnium enim medicinarum thesaurus diuinæ scripturæ sunt, & siue stulticiam exuere, siue affectus sedare, siue pecuniarum cupiditatem expellere, siue dolores contemnere, siue fortem animum induere, siue aduersa æquo animo tolerare velimus, quamplurima hinc remedia inuenire possumus. Quis enim siue extrema paupertate, siue diurno morbo vexatus, si propositum hodie nobis locum legerit, non maiorem in modum consoletur, cum intellexerit hunc octo & triginta annos languentē, & singulis annis alios sanitati redditos videntem, non tamen animo lapsum desperasse, licet sola prætereuntium desperatio omni eum spe deicere poterat? Audi ergo & verba eius, & miseriam. cū

A enim dixisset Christus, Vis sanus fieri? Domine, inquit, hominem non habeo, vt cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam. Quid hoc miserius? quid calamitosius? Vides hominem longo languore cōfectum? vides humilitatem? Non maledixit, vt nōnullos in afflictionibus audimus, non execratus est diem suum, non se irrideri arbitratus est, rogat⁹ an vellet sanus fieri: sed perquam mansuete, & humiliter, Domine inquit. At qui ignorabat percontantem, & se sanatum iri nesciebat, nec quicquam postulat, vt qui medicū rogant, sed tantum morbum suum narrare cōtentus est. Videbatur ei fortasse idcirco Christum interrogare, vt ipsum in piscinam mitteret, hac gratia eum sibi misericordia conciliare vult. Quid tum Christus? *Surge, tolle grabatū tuum, & ambula.* Quidam eūdem hunc, & quem Matthæus meminit esse arbitrantur. Non est tamē, quod pluribus rationibus constat: primū ille multos habebat, qui summa cura ipsum ferebant, hic neminē: quare inquit, hominem nō habeo. Deinde ille nihil locutus est, hic suā narrat miseriam: illius curationis diem non meminit euāgelista, hic in die festo sanatus est: ille domi, hic iuxta piscinam: illi, remittuntur tibi peccata tua, inquit, huius prius corpus deinde animam curauit, illi libere dimittit peccata, Remittuntur tibi, inquit, peccata tua: hunc admonet & minatur, vt sibi in posterum caueat. Iam noli peccare, inquiens, ne deterius tibi aliquid cōtingat. Accedit ad hæc differens Iudæorum calumnia: hic sabbati præuaricationem, illic blasphemiam accusant. Tu autem immensam dei sapientiam contemplare, non enim statim sanauit, sed primum rogando sibi familiarem reddidit, ad futuram fidem insinuās: neque tantum sanauit, sed vt lectum auferat iubet, vt miraculum crederetur, & nemo falsum & simulatum opinaretur. Nisi enim firmis & robustis membris, id ferre non potuisset. Seruat hunc morem sepe numero Christus, vt maiorem in modum impudētibus silentium imponat. Siquidem in quinque panum miraculo, ne quid suspicionis oriretur, non tantum miraculum fecit, sed voluit vt multæ fragmentorū reliquiæ superessent. & mūdato leproso, Vade, ait, ostende te sacerdoti. Simul vt miraculo certam fidem faceret, & calumniantiū ipsum legem dei præuaricare impudentia ora comprimeret: idem in nuptiis fecit: non enim vinū simpliciter ostendit, sed ferri architriclino imperauit, vt qui id nesciret, confitendo indubitatum perhiberet testimonium. hac gratia euāgelista inscium architriclinum, vnde id vinum esset demonstrauit, vt incorruptum iudiciū ostenderet. & cum mortuum suscitauit: Date, inquit, ei manducare, vt certius resurrectionis signum præberet: quibus omnibus manifeste indicat vulgo, nō fallacem se, neque deceptorem, sed ad communem omnium salutem venisse. Sed cur ab hoc vt ab aliis fidem non requirit, dicendo, Credis quia hoc possum facere? quoniam nondum quisnam esset, aperte nouerat. Nam ab his qui suam viderant potestatem, merito requirit vt credant: ab ignaris autē minime, nisi prius admoneatur. Propterea circa principium Matthæus multos curasse, & nemini potestatem suam prænucciāse narrat. Tu autem paralytici fidem considera, qui audiēs dicentem Iesum, Tolle grabatū tuum, & ambula: non risit, nō admiratus est inquit, Angelus descendit, & turbata aqua vnum duntaxat in bonam restituit valetudinem: tu homo solo verbo angelum superare confidis: nimium tibi arrogas, ridiculus es. Nihil tale locutus est, sed ne cogitauit quidem: sed audiuit simul & surrexit, & sanatus, medici

† Vade & tolle grabatū tuum, & ambula. sic & postea repetit. ista tamē verba Matt. 9. habentur. quare suspectus est hic Gregorius codex. Matt. 9. a

Mat. 14. c & Mar. 6. f & 8. a Luc. 5. c

Supra 9. b

Mat. 5. d

medici præceptum non recusauit. Tulit enim grabbatum, & ambulauit. Id autem mirabile fuit, non quod à principio non crederentur, sed quod post miraculum Christum persequerentur, calumniarentur, detestarentur, dicerent: *Non licet tibi tollere grabbatum tuum.* Hic enim primò nihil eorum curaret insaniam, sed fidenter in medicum compesceret. Hoc profecto magnæ fortitudinis indicium est. *Erat enim, inquit, sabbatum Iudeorum in illa die, & dicentibus illis: Sabbatum est, non licet tibi tollere grabbatum tuum.* Audi quid respondit: *Qui me sanum fecit, is mihi dimittit grabbatum tuum, & ambulat.* Tantum non dicens eos deliros & insanos, cum præciperet ne eius qui tam graui & diuturno morbo ipsum liberauerit, mandatis pareret, & magistrum sectaretur. At si malignus respondere uoluisset, poterat: non sponte sua, sed alterius iussu id facere: neque id suum, sed imperantis peccatū, & depositio lecto acceptum occultare beneficium. Norat enim, non tam propter sabbati præuaricationem, quam propter morbi curam Iudeos id reprehendere. Verum neque beneficium siluit, neque deprecatus est, sed clara voce quid acceperit, profiteretur & prædicat, ita paralyticus. Illi autem (considera quæso hominum malignitatem) non dixerunt, *Quis te sanum fecit: sed hoc omisso in calumnia assidue versantur: Quis est homo ille, qui dixit tibi: Tolle grabbatum tuum, & ambulat? Is autem qui sanus fuerat affectus, nesciebat quis esset. Iesus enim declinauit à turba constituta in loco. Quare declinauit? Primùm, ut se absente minime suspiciosum esset testimonium: qui enim se sanum intelligebat, certior accepti beneficij testis erat futurus. Inde ne illorum insania uehementius accedere- tur. Neque ignarus erat inuidiosum solum præsentia non paruam inuidiorum animis furoris scintillam excitare. Discessit igitur, ut ipsi inter se de miraculo quærent, disceptarent: ipse nihil de se, sed qui sanatus fuerat, & ipsi calumniatores loquerentur. Ipsi enim iam miraculum testantur, cum non diceret, cur fieri ea in sabbato præciperet, sed cur faceret: neque præuaricationem ægreferrent, sed paralytici inuiderent sanitati. Atqui quantum ad humanum opus, paralyticus magis legem soluerat, quam Christus, qui tantum uerba protulerat: ille re ipsa legem præuaricatus est. Alibi ipse Iesus operatus est, cum cæci nati oculis lutum illiniuit: fecit autem non in * legis contemptum, sed augmentum. sed de his aliis: neque enim semper eodem modo de sabbati transgressione ab illis accusatus respondet, quod diligenter est obseruandum. Verum iam videamus, quatum mali affert inuidia, quo pacto mentis oculos contra propriam salutem perstringat. Nam quemadmodum insani aduersus seiplos frequenter gladios impellunt: ita & inuidi solam inuidiosum miseriam disquirentes, in propria læduntur salute. Hi feris etiam sunt sæuiores: illæ enim fame impulsæ aut à nobis prius irritatæ nos appetunt, hi beneficos nonnunquam inimicorum loco habent. Ferris, inquam, sæuiores, dæmonibus pares, & fortasse iniquiores. Ipsi nanque nos nullo amicitia fœdere hostiliter persequuntur, suo generi minime insidiatur. (ideoque horum exemplo in Iudeos Christus inuectus est, cū in Beelzebub eum eicere dæmonia dixissent: homines autem neque naturæ suæ participes reueriti, eos infesto animo impetunt, atque seipos prius, quam quibus inuident supplicio afficiunt, animūq; perturbationibus & anxietatibus temere cruciant. Quamobrem miser proximi tui commodis perturbaris: dolendum est cum malis afficimur, non cum proximi felicitatem intuemur.*

Infr. 9. b
* & παρα-
εαίνων & υ
νόμου, ἀλ-
λ' ὑπερ-
βόλων. i.
εἰς legem,
sed superas

Idcirco totius uenia inuido desperanda est. Nā scortator voluptatis stimulos in excusatione affert, fur perturbat, homicida furorem, friuolas quidem neque admittendas, qualescunque tamen excusationes: tu uero quam affers quæso: nullam profecto, nisi animi prauitatem, atque maliciam. Nā si inimicos amare iubemur, quamnam pœnam ex amici odio daturus nos arbitramur? Et si amicos diligendo nihil gẽtilem superamus: si nihil de nobis mali meritos persequimur: quam merebimur ueniã? Audi Paulū, Et si tradidero corpus meū, ita ut ardeam, charitatem autem nō habuero, nihil mihi prodest. Quod autem inuidia charitatē prorsus tollat, perspicuum est. Hic affectus & fornicatione, & adulterio grauior: alterum enim in ipso auctore cõluitur, inuidiæ autem vis uniuersos populos perdidit, uniuersum orbem terrarum coinquinauit, ipsa cordis mater, ipsius suasu Cain fratrem interemit, ipsi Esau in Jacob, fratrum in Ioseph, diaboli in humanum genus, & diuidium & insidia tribuendæ sunt. At tu neminem interficis, sed longe grauiora patras, cum fratris ignominiam concupiscis, cum undique laqueos tendis, cum perqueris ne uirtutibus inuigilet, cum ægrefers orbem terrarum debitum deo exhibere seruitium. Nō igitur cum illo, sed per illum cum deo bellum geris, deo iniuriam facis, cum tuum honorē ipsius honorī præferas: & quod grauisimū est: licet misericors sis, licet in uigiliis assiduus, si fratri inuides, omnium maliciã excesseris: quod uel inde constat: Scortatus quidam apud Corinthios breui uitam emēdauit: Cain fratri inuidendo, nunquam odium posuit: sed quanto frequentius à deo admonitus est, tanto magis dolebat, magis cruciabatur, & properabat ad eandem. Hic ergo quam ille grauior morbus, qui nisi magna adhibita diligentia, non facile remedia admittit. Eia igitur radicitus euellamus illum, scientes quod quemadmodum alienis bonis inuidendo deum offendimus, ita congratulando ei gratificamur, & participes nos facimus bonorum, quæ recte operatibus reponuntur. Idcirco Paulus gaudere, inquit, cum gaudentibus, flere cum flentibus. ex utroque enim magnum lucrum consequimur. Intelligentes igitur, quod et si nihil laboremus, itidem tamen cū proximis, affecti præmiorum participes efficitur: omni liuore abiecto, fraternam omnes dilectione complectamur, & eorum commodis congratulati, præsentia & futura bona consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

Homilia xxxvij. ex cap. quinto.

Dostea inuenit eum Iesus in templo, & dixit ei: Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat. Res profecto grauis est peccatū, grauis inquam res, & animi perniciēs, ut nonnunquam vi & exuperantia sua corpora quoque inficiat. Sed cū grauius agrotante anima nullo dolore afficiamur, paruo corporis morbo summa diligentia medicinam perquiramus: ideo deus ob animi peccatum corpus flagellat, ut deterioris partis supplicio, melior ad querendum remedium conuertatur. Ita Corinthium fornicatorem Paulus corrigit, interitū carnis, & sectione corporis animi morbum coercens, tanquam optimum medicus, qui cum hydropisim uel splenem potionibus, & lenioribus medicinis sanare non possit, extrinsecus ferro & igni utitur: hanc artem Christus in paralytico exercuit: quod significans dixit, Ecce sanus factus es, iam noli

peccatum hoc omni excusatione spoliatum
sed peccatorum naturam
In nullo affectu supplicio
ut in libro Regū quædam uideamus propter ea podagra laborare Iob. 33 d Mat. 9. a
Rom. 11. g
Rom. 11. g
Mat. 9. a
Rom. 11. g

noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Quid hic admonemur? Primum, quod ex peccatis morbi generantur, inde quod uerum est, apud gehennam maximum & perpetuum esse supplicium. Vbi nunc sunt qui dicunt, breui spacio hominem interfeci, breui adulterium commisi, ob admissum breui tempore peccatum perpetuas pœnas daturus sum? Ecce hic non tot annis peccauit, quot pœnas dedit. Breui peccatum patrat, morbi tormenta diuturna sunt. Nō enim tempore peccata, sed peccantium animus iudicatur. Illud præterea considerandum, quod si grauem priorum scelerum pœnam dedimus, deinde de his de incidentibus, dabimus longe maiorem: & merito sanè. Qui enim supplicio nō fit melior, tanquam stupidus quidem & contemptor, grauiorem sibi pœnam preparat. Ipsum nanque peccatum semel lapsum, satis superq; cohibere, & sapientiorē reddere debebat, ne iterum in idem prolaberetur. Verum cum neque supplicium fontem corrigit, non iniuria flagello utitur uehementiore. Quod si post datas pœnas in eadem iterum crimina prolapsi, grauiori pœna afficiuntur: quid his sperandum est, qui in ipso supplicio in eisdem sceleribus pertinaciter perseverant? Et qua gratia, inquit, non omnes puniuntur? Etenim multos uidemus, & quidem scelestissimos, bona corporis ualentine, & prospera fortuna lasciuietes: nolimus propterea eos admirari, sed deplorare potius: quod enim in hac uita nihil aduersi patiuntur, maioris in futura supplicij est argumentum. Hoc & Paulus his uerbis significauit: Dum iudicamur à domino, corripimur, ut non cū hoc mundo damnemur. hic enim correctio est, illic supplicium. Quid ergo: omnes morbi propter peccata? Non omnes: sed plerique. Siquidem & ex desidia, & nimio cibo, ebrietate, ocio, nonnulli generantur. Vnum autem ubique conseruandum est, ut æquo animo, & cum gratiarum actione omnia perferamus. Veniunt & morbi propter peccata: ut magnos viros podagra laborantes uidemus. Veniunt & probandæ patientiæ causa: ut Iob dicitur, Noli putare me aliter te tractasse, quam ut iustus appareas. Sed quæ huic paralytico morbi causa? Peccata, Christi testimonio. Nā & illi cuius Matthæus meminit, Confide, inquit, fili, remittuntur tibi peccata. Et huic, Ecce sanus factus es, iam noli peccare. Haud ignarus sum quosdam opinari hunc paralyticum accusasse Christum, & idcirco ab eo admonitū, ne peccaret. sed quid de illo apud Matthæum, qui eadem ferè admonitus est dicemus? Constat igitur non ea causa, ne peccaret admonitus: quod & aliud cognosci licet, cum inuenit eum Iesus in templo, magnæ profecto & reuerentiæ & pietatis signum: nō enim in forum, non in porticus concessit: non voluptati, non ocio indulgit, sed in templo uersatur: & quanuis omnium in se impetum & maledicta expectaret, nihilominus à templo auerti nō potuit. Itaque cum inuenisset eum Iesus, & postquā Iudæis locutus est, nihil tale in eo reprehendit: dixisset enim, Adhuc cum iisdem uersaris, neque in bonam restitutus ualitudinem factus es melior, sed tantum in posterum cautiorem reddit. Quid igitur, cū claudos & cæcos curauit, id non admonuit? Ita mihi persuadeo, si hunc morbum propter peccata, illos corporis imbecillitate prouenisse, siue per hos, & horum admonitionem, & illos corripit. Cum enim hic morbus grauior sit, per eum & minoribus remedium præbet: sicut enim cum sanato alij iuberet dare gloriam deo, non illum tantum, sed omnes idem admonuit: ita per hos cæteros hortatur & consulit, ut peccatis abstineant. Ad hæc, norat eius ani-

mi fortitudinem, & tanquā mandati seruatorem: quod facturus sit, admonet, & beneficij memoria, & futurorum malorum metu in sanitate confirmat. Et intueri Christi humilitatem. non dixit, sanum te feci: sed, sanus factus es, iam noli peccare. Neque, ne tibi quid deterius faciam: sed, ne deterius tibi aliquid contingat. In neutro personam adducit, ostenditq; gratia & benignitate potius, quam meritis in sanitate restitutum: quod nisi ita esset, dixisset, Ecce dedisti debitam peccatorum pœnã, iam caueas: uerum inquit, Ecce sanus factus es, iam noli peccare. Hæc & nobis frequenter in ore sint uerba, his & alter alterum admoneamus: J Ecce sanus factus es, iam noli peccare. Quod si in peccatis persistedo nullam pœnam dederimus, illud apostolicum meminere, secundum duriciam autem tuam, & impœnitens cor duntaxat corpus, aliunde etiam magnum præ se tulit Christus diuinitatis argumentum. Illa enim particula, iam noli peccare: omnia ipsum uidisse indicat, quæ ille superiori tempore commisit, unde in posterum sibi fidem comparauit. Abiit ille homo, & nunciauit Iudæis, quia Iesus esset, qui fecit eum sanum. Intueri hominem in pietate perseverantem: non dixit Iesum præcepisse, ut grabbatum tolleretur, & cum illi creditum semper crimen adducerent, hic semper excusationem, & medicum profiteretur & prædicat, ut populum ad eius cognitionem & familiaritatem alliciat: nō enim tam stupidus erat, neque tam inhumanus, ut tãti beneficij oblitus & admonitionis, benefactorē proderet, ac maleuolo id animo loqueretur. Beneficium nanque & metus facile uel inhumanissimum poterat cohibere: nam cum manifeste minas accepisset, timuit sanè peiora, & maxime cū minantis potestatem esset expertus. Ad hæc, si accusandi gratia id dixisset, non sanitatem, sed mādanti transgressionē meminisset: sed profecto magno & fideli animo medicum, & acceptum beneficium professus est, quem admodum & cæcus cum inquit, Fecit lutum, & unxit oculos meos: ita & hic, Iesus est qui fecit me sanum. Propterea persequebantur Iudæi Iesum, quia hæc faciebat in sabbato. Quid Christus? Pater meus usque modo operatur, & ego operor. Quando pro discipulis respondebat, eorum conseruatis Dauid testimonio utebatur: Nunquid legis, inquit, quid fecerit Dauid, quando esuriuit? Pro se uero ad patrem cõfugit, cui se in omnibus similem indicat: & cum priuatum patrem appellat, & cum eadem operari ostendit. Et quare non meminit, quæ apud Hiericho facta sunt? Erigere eos à terra uoluit, ne amplius de ipso tanquam homine, sed deo & legislatore sentirent. Quod nisi uerus filius, & eiusdem esset substantiæ, excusatio & excusatione] maior esset. Neque enim princeps regium institutum abrogas, & in iudicium uocatus, si à rege idem abrogatum in defensionē suam adduceret, absolueretur, sed maiori crimini esset obnoxius: uerum cū dignitates, ut in hoc loco æquales sunt, proculdubio [comparatio] cõuenit. Quibus, inquit, criminibus deum, hīdem me absoluitis. Ideo primū patrem appellauit, ut etiam inuitis eadem sibi concedi persuaderet, paternam charitatem reueritis. Quod si percontareris, & quo modo pater operatur, cum septimo die ab omni opere cessauerit: accipe quo modo prouidet, continet, temperat omnia quæ fecit. Cum igitur solem orientem, lunam cursum, stagna, fontes, fluuios, pluuias, naturæ vim in feminibus, in nostris, & brutorū corporibus progressum, cætera omnia quibus hoc totum cõ-

supplicis li- berati fueri- mus, unus- secundum duriciam autem tuam, & impœnitens cor- quisq; sibi ipsi dicat] Rom. 2. a
Infr. 9. a
Luc. 6. a
excusatio- me] [excusatio]

Mat. 5. g
Ibid. 6. d

Luca 12. d

† etia opus
fieri prae-
cipit, vt grab-
batum tollere,
quod non
multum ad-
re conferret,
sed illud
vni ostēde-
ret, manife-
stā sabbati
solutionē]

stat, vides: intellige perpetuam patris operationem, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Et iterum: Si autem fœnum agri quod hodie est, & cras in clibanū mittitur, deus sic vestit: quanto magis vos minima fidei? Et de volatilibus, Pater vester, inquit, cœlestis pascit illa. Vbi igitur verbo duntaxat operatur in sabbato, à sacrificiis & his quæ illi faciebant crimina obiecta purgat: vbi vero operari præcipit, vt verbi gratia hoc in loco, Tolle grabbatum tuum: vt non graue quiddam esse sabbati præuocationem ostendat, altiora loquitur, vt paterna auctoritate illos perterreat, & ad supernam trahat contemplationem. Qua de causa cum de sabbati transgressione disceretur, non vt tantum homo, neque vt tantum deus, sed alterutrum commiscendo obiecta confutat. voluit enim vt vtrunque crederetur, & incarnationis humilitas, & excellentia diuinitatis. Nam si semper vt homo locutus esset, omnes in eadem perstitissent humilitate: hac gratia patris meminit, cum & creaturæ in sabbato operantis meminisse potuisset. Nam & Sol ab oriente in occidentem fertur, flumina labuntur, fontes scaturiunt, pariunt mulieres: sed vt ipsum non creaturam intelligeres, non attulit creaturæ operantis exemplum: sed, Pater meus, inquit, vsque modo operatur, & ego operor. Propterea ergo magis quærebant eum Iudæi interficere, quia non solum soluebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat deum, æqualem se faciens deo. Neque dixit, dicens: sed, faciens: non enim verbotenus, sed frequentius operibus se deo æqualem ostenderat. Quid tādē: quia in solis verbis insolentiam accusare potuissent, operum autem veritate, & potentia perspecta nihil contradicere poterant. Sunt tamen, qui perperam & impiè Christum non se æqualem deo fecisse, sed suspicatos Iudæos intelligant. Quamobrem superiora transigamus: persequebantur ipsum Iudæi, an non? Perspicuum est, persequebantur: nunquid hac gratia persequebatur, an alia? In hoc quoque conuenimus. Soluit sabbatū, an non? neque in hoc dissidemus. Patrem suum deum appellauit, an non? neque hoc dubium. Cetera igitur in hunc modum consequuntur. Quemadmodum igitur quod patrem suum deum dixerit, quod sabbatum præuicatus sit, quod Iudæi ipsum & hac, & illa magis ratione persequeretur, non erat opinio, sed veritas: ita cum se æqualem deo facit, quod ex superioribus constat manifestus. Pater meo, inquit, operatur, & ego operor. Hæc verba sunt æquale se patri facientis. Nulla enī in his verbis differentia est. Non dixit, Pater operatur, ego subministro: sed idem verbum, Operor, & æqualitatem magnam demonstrauit. Quod si aliter sensisset, sed Iudæi sic perperam intellexissent, falsam correxisset opinionem: neque id euangelista silentio prætermisisset: quemadmodum alio in loco, cum videret particulam illam: Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud: aliter à Christo dictam, hoc est de carne sua: aliter à Iudæis intellectā, de suo videlicet templo, ideoque dixerint: Quadraginta & sex annis ædificatum est hoc templum, & tu tribus diebus excitabis illud? Cum igitur aliud ipse dixisset, illi vero aliud suspicarentur, hoc innuens euangelista, & illorum corrigens suspensionem, subiunxit, Ille autem dicebat de templo corporis sui: ita si hoc in loco aliter Christus sensisset, quam illi essent suspicati, profecto dixisset Iudæos quidem credidisse Christum æqualem se deo facere. Ipsum autem nō de eiusmodi æqualitate locutum. Neque hoc in loco, neque hic duntaxat, sed alibi alius euangelista hunc suspensionis corrigendæ morē

A feruat. Cum enim dixisset discipulis Iesus, Caete vobis à fermento phariseorum, & Sadduceorum: & illi cogitassent inter se dicentes, quia panes non accepimus: Iesus autem pro fermento doctrinam caperet, ipse Iesus eos arguendo suam sententiam exponit: Quid cogitatis inter vos modicæ fidei? Nondum intelligitis, quia non de pane dixi vobis: hic vero nihil corrigit. Atqui contra, dicit Arrianus aliquis, istud ipsum tollēs addidit: Non potest filius à seipso quicquam facere. Omnino contra: non enim vt tolleret, sed vt magis confirmaret æqualitatem, id dixit. Verum perquam diligenter attendite, non enim parua est questio: hæc particulam, A se: frequēter in scripturis & pro Christo, & pro spiritu sancto positam inuenimus: & vis eius intelligēda est, ne in grauisimum errorem incidamus: nam si eam simpliciter, & vt primum se nobis offert quispiā accipiat, quantum error sequeretur, animaduerte. Non dixit alia à se posse facere, alia non posse: sed generaliter non potest filius à seipso quicquam facere. At maximum bonorum fecit. & Paulus clamat: Qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens. Et ipse Christus: Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi ipsam: & nemo tollit eam à me. Vides eum & mortis & vitæ potestatem habere, & tantam rem à seipso operantē? Et quid de Christo dico: Nos quibus nihil vilius vel abiecius, sæpenu-mero à nobis ipsis operamur, maliciam reiecta virtute deligimus. Quod si nullam haberemus potestatem, neque peccando gehennæ supplicio torqueremur, neque regnū cœlorum bene operando consequeremur. Quo modo ergo intelligitur, non potest filius à seipso quicquam facere? Quoniam quod nulla in re est patri contrarium, nihil ab eo alienum potest facere: quod maximā æqualitatem, & conuenientiam ostendit. Et quam gratia non dixit, nihil contrarium facit, sed non potest facere: Vt hinc indiscretionem, & veram æqualitatem demōstret. Neque enim hæc particula imbecillitatis eum arguit, sed potestatis immensæ. Nam & alibi de patre inquit Paulus, vt per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri. Et iterum: Si negauerimus, & ille negabit nos. Si non credimus, ille fidelis manet: negare seipsum non potest. Etenim illud quod impossibile dicit, non imbecillitatis est, sed potestatis, & quidem immensæ. quod ita intelligendum est: tadeo illam substantiam incomprehensibilem esse, & talem, vt cum deum peccare impossibile dicimus, nō imbecillitatem arguimus, sed ineffabilem eius quandam potestatem con-
D stemur. ita hoc in loco, Non possum à meipso facere quicquam: hoc est, impossibile est, vt patri contrarium faciam. Et vt hanc sententiam intelligas, ex his quæ sequuntur consideremus, vtrum Christus comprobabit. Tu dicis illam particulam Christi auferre potestatem, & virium defectum arguere: ego indiscretam æqualitatem, & sententiæ & potestatis significare: ipsum percontemur, & vtram confirmet sententiam videamus. Quid dicit? Quæcumque ille fecerit, hæc & filius similiter facit. Vides quo modo vestram prorsus tollit sententiam, & nostram confirmat: Nam si à seipso nihil facit, neque pater à seipso facit quicquam, si quæ pater & ipse similiter facit. Quod si à seipso omnia faciet pater, & filius faciet, vt stet similitudo: quod nisi ita esset, aliud sequeretur, quod esset absurdissimū. Non enim dicit, quæ vidit patre facere, ea facit: sed, nisi quod viderit facientem, temporis continuationem significans. vestra autē sententia

Mat. 16. a

Ibidem.

Philip. 1. a

Infra. 10. l

* à deo
gēdē
u. r. q. d.
nullam ha-
bet diffi-
cū. am.

Hebr. 6. d

† quod sub-
stantia illa
t. alii nō
capax, nec
susceptiua

Psal. 101. d
Supra. 1. a

† si quædam
pater facit,
quædam ve-
ro]

† cōiungit]

Infra. 6. d

Ibid. 11. c

153
sententia semper eadem discet. Vides sensus profunditatem, verbi autem humilitate: quæ tamen & impudentissimos, & detrectates cogit, vt nihil vile, nihil ab eius dignitate abhorrens, alienum ve suspicetur. Quis adeo stultus, adeo infelix est, qui dicat filium singulis diebus discere, quæ facere oporteat? Quo modo illud constaret: Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient: quo modo omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil? † si quidem quæ pater facit, eadem ipse videns imitatur. Vides quo modo his quæ dicta sunt, & adhuc dicuntur, eius autoritas demonstratur? Quod si humilius quædam loquitur, noli admirari: nā cum expulissent eum Iudæi, quod altiora loqueretur, & deo contrarium arbitrarentur, verbis tantum paulum ad humilia descendit: rursus tamen & exurgit, & rursus depromitur, suam varians orationem, vt facilius etiam ab improbis reciperetur. Et adinuerte, quæso, cum dixisset: Pater meus operatur, & ego operor. & se deo æqualem ostendisset, rursus dicit: Non potest filius à se quicquam facere, nisi quod viderit patrem facientem. Et inde rursus altius erigitur, Quæcumque facit ille, hæc & similiter filius facit. Et rursus in humilitatem declinat, Pater enim diligit filium, & omnia demonstrat ei quæ ipse facit: & maiora his demonstrabit ei opera. Ecce & aliam incredibilem humilitatem: & merito sanè. Quod enim & dixi, & dicere nunquam cesso, id repetam: cum aliquid de se humile & abiectum Christus loquitur, per exuperantiam loquitur, vt & stultis & temerariis persuadeat, nō verba, sed piè sensum intelligendum. Aliter considera, quæso, ex ipsis verbis, quam id absurdum sit & ridiculum. Nam cum diceret, Et maiora his demonstrabit ei opera, inuenietur nondum multa didicisse. Quod ne de Apostolis quidem dicendum est, qui accepta semel spiritus gratia, repente omnia & nouerunt, & potuerunt, quæ & scire & posse eos oportebat: hic autem multa scitu necessaria nondum didicisse deprehenditur, quo nihil absurdius. Quid illud igitur, maiora his demonstrabit? Cum sanasset paralyticum, & mortuum esset suscitatus, inquit: Miramini me paralyticum liberasse, maiora his videbitis: sed humilius quodam modo locutus est, vt eorum placaret temeritatem. Et vt intelligas illud verbum, Demonstrabit: non proprie dictum, audi quæ sequuntur: Sicut pater suscitauit mortuos & viuificauit, sic & filius quos vult viuificat. At qui nihil potest à se facere, si facit quod vult, cōtradicit: nam si quos vult viuificat, potest à se facere, velle enim potestatis est: quod si nō potest à seipso, iam quos vult non viuificat. Illa enim particula, Sicut pater suscitauit mortuos, indiscretam potestatem: illa autem, Quos vult, æquale demonstrat. Intelligis quo modo hæc particula, non potest à se facere, nō tollit potentiam, sed potentiam & voluntatem æquiparat. Ita & illud verbum, Demonstrabit, est intelligendum. Et enim alio in loco ait: Et ego resuscitabo eum in nouissimo die. Et iterum, vt non aliunde vim operadi se accipere ostendat: Ego, inquit, sum resurrectio & vita. Et ne quis diceret mortuos tantum quos vult suscitare, & viuificare, alia autē in sua non esse potestate, hanc præcipit suspensionem, inquiens: Quæcumque enim ille fecerit, hæc & filius similiter facit: vt & omnia quæ ille, & vt ille facere intelligatur, siue mortuorum resurrectionem, siue corporum opificium, siue peccatorum remissionem, siue quiduis aliud, similiter patri operatur. Sed omnia hæc negligunt, qui suam negligunt salutem: tantum officit potioris loci cupiditas, & prælatio: hæc hærefes peperit, hæc gentilium confirmauit impietatem.

A Deus enim inuisibilia sua per huius mundi creaturam intelligi voluit: illi hanc doctrinam sectari dedignati, aliam excogitarunt, veram neglexerunt. Iudæi autem gloriæ humane studio diuinam contemnentem credere noluerunt. At nos dilectissimi, quanta possumus diligentia morbum hunc fugiamus: nam licet innumera bona opera egerimus, sufficiens est inanis gloriæ lues, quo omnia delet. Si laudum desiderio tenemur, à deo eas perquiramus. Humanæ laudes qualescunque sint, simul & apparent & euanescent, & si non euanescent, nihil afferunt utilitatis, & præter veritatem sæpenuero iudicantur. Quid enim in hac nostra gloria admirabile est, quæ saltantes iuuenes, impudicæ mulieres, auari raptores cōsequuntur? Qui vero apud deum gloriosus est, non tales laudis socios, sed sanctos prophetas, apostolos, & angelicæ vitæ præceptores habet. Quod si eoronis hominum cingi, & conspici desideramus, quid id simpliciter sit contemnemur. Nihil profecto in eo dignum inueniemus. At si multitudinē desideras, angelos quæras: quorum ope formidolosus demonibus efficieris: ita homines paruifacies, & humana omnia tãquam lutum pessundabis. Tunc manifeste cognosces, nihil ita laboriosum, quam gloriæ cupiditatem: quam qui affectat, nullo pacto in hac vita & doloribus, & cruciatu carere poterit: quemadmodum qui pessundat, etiam plurimos pessundat affectus. Qui humanam laudē vineit, inuidiam vincit, auariciā vincit, graues omnes affectus vineit. Et quoniam pacto inquis, hanc vincemus? Si aliam spectabimus gloriam, hoc est cœlestem, quam hæc auferre nobis conatur: illa in hac vita claros facit, ad futuram perducit, omni nos carnis seruitio liberat. Carni enim quàm miserrimè seruimus, eum & terræ, & terrenis rebus tanto studio inuigilamus. Si in forum te conferes, si domum ingredieris, si egredieris, si nauigabis, si villam, si hospitium, si regiam, si senatū, si iudicia petes, omnia secularium curarum plena: venientes, abeuntes, manentes, nauigantes, qui rura, qui ciuitates habitant, omnes his implicitis & attonitis intueberis. Quamnam igitur nobis salutis spes, quādo à deo datum terram habitantes, nihil diuinum sapimus? sed cum iubeamur esse huius mundi hospites, hospites cœli sumus, & mundi ciues: Quid huic stulticiæ æquiparandū? Quotidie de iudicio, de cœlorum regno audimus: Noë autem ac Sodomorum ætates imitamur, & volumus experiri. Atqui propterea illa scripta sunt, vt si quis futuris diffidit, ex præteritis futurorum accipiat certitudinem. His igitur cognitis, dilectissimi, paululum saltem hoc graui seruitio leuati, aliquādo de anima cogitemus, vt & præsentia, & futura bona consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

Homilia xxxviii. ex cap. quinto.

Neque pater indicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio: vt omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem. Summa nobis in omnibus vtendū est diligentia dilectissimi, quia reddēda ratio est & verborum, & operum, & proculdubio pœna subeūda. Non enim in præsentia vita finis nobis est, sed alia nobis conditio expectanda, formidoloso iudicio aderimus. Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis, pro vt gessit siue bonum siue malum. Hoc iudicium semper præ oculis habeamus, ita semper virtuti vacare poterimus. Nam sicut qui diei illius obliuiscitur, tanquam fræ-

† cruce sua

2. Cor. 5. b

psal. 9. c no abiecto in præcipitium defertur. Inquinatam enim A sunt, inquit, via illius in omni tẽpore, & causam affert: Auferuntur iudicia tua à facie eius: Ita quem continuus hic percussit timor, modeste viuendi viam ingreditur.

Eccle. 7. d Recordare, inquit, nouissima tua, & in æternum non peccabis. Qui enim dimittit nobis peccata nunc miserando, is tum iudicando pandet, Qui propter nos mortuus est, is vniuersæ naturæ iudex apparebit. Iterum, inquit, sine peccato videbitur suscipientibus eum ad salutem. Quamobrem hoc in loco inquit: Neque enim pater iudicat quẽquam, sed omne iudicium dedit filio, vt omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem.

† patrẽ eĩã ipsum ap- pellabim⁹ Igitur patrẽ præponemus, inquit: Absit: propterea enim dixit filium, vt manentem filium tãquam patrem honoremus. Qui enim patrem ipsum dicit, non iam filium tanquam patrem honorat, sed totum confundit. Et quoniã beneficia accepta homines non ita sentiunt, omne iudicium, inquit, dedit filio, vt saltem metus in eius honore trahat. Illud autem verbũ, Omne: & puniendi, & honorandi quoslibet potestatem habere signat. Dedit autem, ideo dixit, vt neque ingenitum filium, neq; duos patres suspicareris. Quicquid enim pater est, idem est & filius genitus, & manens in esse filius. Et vt intelligas hanc particulam, Dedit: idem quod, genuit, significare: audi quid alio in loco dicit: Sicut pater habet vitã in semetipso, sic dedit & filio habere vitam in semetipso. Quid igitur: prius ipsum genuit, inde vitam dedit: qui enim dat vitam, alicui dat: erat igitur sine vita genitus: Hoc neque dæmones ipsi suspicarentur. Simul enim cũ impietate maxima stulticia deprehenditur. Quemadmodum enim illud verbum, Dedit vitam: quod eum vitam fecit, signat: sic, Et dedit iudicium: quod eum iudicem fecit, intelligendum est. Vt enim audiẽdo eum autorem patrẽ habere, non propterea mutatum substantiam, & diminutum honorẽ crederes, ipse te iudicatum venit, & hinc suam præ se ferẽs excellentiam. Qui enim & honorandi & puniendi quos vult habet potestatem, is eadem potest quẽ pater. Quod si hoc non esset, sed posterius factus honorem accepisset: quæ causa fuit quin posterior honoraretur? Vnde in hanc venit dignitatis prærogatiuã: Nonne vereris humanos hos, & indignos deo intellectus, immortalis, & aduertiũ nihil t nobiscum communicanti nature tam impudenter tribuere? Sed cur ita loquitur? vt magis crederetur, & ad maiora auditorũ animos præpararet, & ideo hæc miscet. Considera à principio: Pater meus operatur, & ego operor. Aequalitatem ostendit, sed voluerunt eum Iudæi interficere. Quid ergo? Verbis altiorib⁹ abstinet, sensus seruat: Non potest filius à se facere quicquam. inde altius ascendit: Quæcunque ille fecerit, hæc & filius similiter facit. Rursum ad humiliora descendit: Pater enim diligit filium, & omnia demonstrat ei quæ ipse facit, & maiora his demonstrabit ei opera. deinde rursus ad sublimiora. Sicut enim pater suscitatur mortuos, & viuificat: sic & filius, quos vult viuificat. Et rursus vtrunque completitur: Neq; enim pater iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio. inde erigitur, Vt omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem. Vides quo modo vicissim & humi repit, & alte tollitur, vt & præsentem melius intelligerẽt, & futuri temporis homines nõ offenderentur, & debite de ipso sentirẽt? Quod si nulla esset causa, neq; vt facilius persuaderet ita locutus esset: quãnam gratia hæc commiscuit? Qui enim magna de se polliceri potest, siquidem humilior & præter dignitatem suã dixerit, aliqua causa merito potest ex-

cusari: qui autem nihil habet quod iactet, quãnam gratia quã prestare possit magnificentius de se loquitur? sanẽ stultissimum & impiissimum est. Quamobrem merito nos humilia de nobis polliceri, & modeste loqui decet. Et hinc promissam nobis salutem comparamus, quod ipse Christus alio in loco his verbis significauit: Hoc autem dico vobis, vt vos salui sitis. Nam cum suo omisso, ad Ioannis testimoniũ confugeret, idq; sua excellentia esset indignum, tantæ humilitatis causam affert, se id dicere, vt ipsi salutem consequerentur. Vos autem cum filium non eandem quam patrem habere potestatem dicitis: quid eius verbis respondebitis, quibus se æqualem patri potestatem, virtutem, gloriam habere profiteretur? Qui non honorificat filium, non honorificat patrem qui misit illum. Ecce quo modo filij honor paterno honori confunditur & coniungitur. Et quid hoc, dicit aliquis, nõne in Apostolis iisdem ferẽ verbis vsus est? Qui suscipit, inquit, vos, me suscipit. Sed illic discipulos rebus suis adnumerat, hic autem vnam dicit substantiam, & vnam gloriam: ideo de discipulis non inquit, vt honorificent. Nã ex duobus regibus altero cõtumelia affecto, & alter læderetur: maxime vero si filius læditur, & sui militis etiam ignominia: non tamen itidem, sed vt mediator, illic ipsa dignitas læditur. Propterea id præoccupauit, vt honorificent filium, sicut honorificant patrem, vt honoris æqualitatem intelligas. Non enim simpliciter dixit, Qui non honorificat: sed, qui non ita honorificat, nõ honorificat patrem. Et quo modo eiusdem substantiæ est, qui mittit, & qui mittitur? Iterum in humana prolaberis, neque alia vlla de causa hæc omnia dici intelligis, quã vt autorem cognoscamus, neque in Sabellij errorem incidamus: hoc etiã pacto Iudæorum imbecillitati occurrit, ne deo contrarium opinentur. (dicebant enim, Hic non est à deo, hic à deo non venit.) quam vt tolleret opinionem, non ita in magnis, vt in humilibus versatur: ideo frequenter se missum dicit: non vt vlla ex parte eum minorem suspiceris, sed vt illis silentium imponeret: hac gratia sæpe numero ad patrem confugit, & interim propriam interferit dignitatẽ: siue enim in omni sermone Iesus magnifice locutus esset, non sanẽ intellexissent Iudæi: quandoquidem paucis etiam verbis eum persequerentur, & lapidabant: siue eorum gratia semper humili procubisset, multum futuri homines detrimentum accepissent. Cõfundit igitur doctrinam suam, & verborum vilitatem sensus splendore apud prudentiores minime sibi conuenire ostendit. Missum esse autem, translationis verbum est: vbi que enim præfens est deus, quare ergo missum se dicit? Crassiori hoc verbo eiusdem cũ patre voluntatis se esse demonstrat, quod & sequentia cõfirmant, inquit enim: Amen amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, & credit ei qui misit me, habet vitam æternam. Ecce quã frequenter idem repetit, vt suspicionem tollat, & in hoc loco, & sæpe in sequentibus, & metu, & præmij promissione, vt sibi credatur admonet, & hic rursus ad humilia descendit. Non enim, inquit, Qui audit verba mea, & credit mihi, arroganter nanque dictum existimassent: nam cum longo post tempore, post tot signa & miracula cum eiusmodi diceret, id opinati sunt, longe magis in præsentia. tunc enim dixerunt: Abraham mortuus est, & prophete mortui sunt: & tu dicis, si quis sermonem meum seruabit, mortem non gustabit in æternum. Vt ergo tunc non exasperaretur, inquit, Qui verbum meum audit, & credit ei qui me misit habet vitam æternam. Hoc nõ difficile erat persuadere:

su: quẽ tamen si prompte accepissent, in reliquis facilius erudiri potuissent. Hæc itaq; magnorum, & humilium cõfusio perquam utilis est. hic ergo, inquit, Videbit vitam æternam, & in iudicium non veniet, sed transit à morte in vitam. His duobus fidem sibi cõciliat, cum & patri credendum, & credenti tantum præmij propositum dicit. In iudicium autem non veniet, hoc est, non punietur. Mortem autem nõ huius seculi, sed æternam intelligit, quæ admodum & vitam. Amen amen dico vobis, quia venit hora, & nunc est, quando mortui audient vocem filij dei: & qui audierint, viuunt. Verba re comprobant. Nam cum dixisset: Sicut pater suscitatur mortuos, & viuificat: sic & filius quos vult, viuificat. Ne videretur superbe & arroganter loqui, etiam operum veritatem enarrat, cum inquit, Venit hora: quam ne logo post tempore futuram arbitraris, subdit, Et nunc est, quando mortui audient vocem filij dei, & viuunt. Intueris incredibilem eius potestatem? Sicut in resurrectione, ita & nunc erit, inquit: tunc enim audita imperantis voce, resurgemus. In præcepto dei, inquit, mortui resurgent. Et vnde constat nõ perperam dictum: quoniã nunc adesse dicit. Nam si futura tantũ annunciaret, non immerito esset dubitandum: sed se in terris cum ipsis conuersante hæc ventura dicit. Neq; enim nisi potestatem habuisset, id polliceretur, ne ridiculus omnibus esset. Inde firmissima ratione comprobatur: Sicut pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in semetipso. Ecce quo modo in nullo prorsus differunt, præterquam quod alter pater est, alter filius. Verba hanc tantũ videntur facere differentiam, cetera æqualia & indiscreta. vnde perspicuum est, tam potenter omnia filium, quã patrem facere. Sic enim habet vitam vt pater, propterea statim additur, vt ex hoc illud intelligamus. Quid nam? Et potestatem dedit ei iudicium facere. Et qua gratia resurrectionem & iudicium frequenter meminit: Sicut pater, inquit, suscitatur mortuos, & viuificat: sic & filius quos vult, viuificat. Et iterum: Neq; pater iudicat quẽquam, sed omne iudicium dedit filio: & sicut pater habet vitã in semetipso, sic dedit & filio habere vitam in semetipso. Et iterum: Qui audiunt vocem filij dei, viuunt. Et hoc in loco potestatem dedit ei iudicium facere. Quæ nam, inquam, tã frequens iudicij, vitæ, resurrectionis commemoratio? quoniã hæc omniũ maxima sunt, & quæ possunt difficilem etiam auditorem ad credendum adducere. Qui enim credit resurrectionem, & scelera pœnas, etiam sine aliis signis hoc solo assentietur, & beneuolum sibi iudicem reddere curabit. Quia filius hominis est, nolite hoc admirari. Paulus Samosatensis nõ sic legit: sed, potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est: quod minime sequitur, Non enim propterea accepit iudicium quia homo est, nam nihil prohibuisset omnes homines iudices esse: sed quoniã ineffabilis illius substantiæ filius est, ideo iudex. Quamobrem ita legẽdum. Quia filius hominis est, nolite hoc admirari. Nam cum videretur id repugnare, & nihil aliud quã purum hominem esse arbitrarẽtur, verba autem supra hominem, ac etiam angelos, & solius dei: hæc tollens obiectione, addit: Nolite mirari hoc, quia filius hominis est: Quia venit hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filij dei: & procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ: qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicij. Et quã nam gratia nõ dixit, Nolite mirari, quia filius hominis est: etenim dei quoque est, vt superius, Audient vocem filij dei: sed resurrectionis tantum meminit? Ne admireris nullam hic dei mentionem habitam. Qui enim quod proprium dei est

narrat, satis admõnet auditores, vt reliquum intelligant: quod scilicet & deus, & dei filius est. Nam si verbis frequenter repetisset, quod miraculis ostendebatur: visus esset causa tãquam imbecilliorum diffidere. Etenim qui syllogismos faciunt, positus partibus sine cõclusionone, sæpe numero aperte demonstrent, quod queritur: & cum attentiores auditores reddant, & victoriam splendidiorem efficiant, ipsum repugnantem in suam adducunt sententiam. Itaque præsentem melius iudicium ferre possunt, cum aduersarij se victos profitentur. Et Lazari resurrectionem memorans, iudicium tacuit: nõ enim propterea suscitatus est. Huic autem vniuersali resurrectioni addidit, Qui bona fecerunt, procedent in resurrectionem vitæ: qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicij. Hac iudicij appellatione Ioãnes auditorem vrgebat, atque etiam dicendo quod qui nõ credit in filium, nõ videbit vitam, sed ira dei manet super eum. Sic & ipse Nicodemum, dicens ei, qui credit in filium, non iudicatur: qui autem nõ credit, iam iudicatus est: ita & in hoc loco & iudicij, & maiorũ supplicij meminit. Nam cum dixisset, Qui verbum meum audit, & credit ei qui misit me, non iudicatur: ne quis hoc solum satis esse ad salutem arbitraretur, & opera addidit: Qui bona fecerunt, procedent in resurrectionem vitæ: qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicij. Et cum orbem terrarum ipsius voce resurrexerunt, & redditurum rationem, nouum quidem, nec facile credibile, etiam fidelioribus, nedum Iudæis videretur: audi quõnam pacto confirmat, rursus in auditorum descendens imbecillitatem: Non possum ego à meipso facere quicquam, sicut audio, iudico, & iudicium meum iustum est: quia non quero voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me, * pater. Atqui hæc dictio non paruum iam resurrectionis dederat argumentum, pater, hic cum paralyticum sanaret, quamobrem noluit prius de ea verbum facere, quã quod non multo erat resurrectione inferius, operatus esset: & cum paralyticum cõfirmavit, tunc iudicij fecit mentionem. Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid cõtingat. Veruntamen & Lazari, & orbis terrarum resurrectionem prædicit: sed Lazari mox, orbis diu post futuram: & hanc per paralyticum, & Lazari resurrectione ostendit. Venit hora, & nunc est. Ex his quæ facta sunt, & Lazari nondum facta demonstrat, quem vbiq; morem seruare quidẽ credi deprehenditur, quod duabus vel tribus rebus prædictis bilẽ reddidit à factis semper futura confirmat. Sed tot & tãtis verbis à paralytico & operibus suis Iesus cũ adhuc imbecilliores essent non contentus, aliis etiam eorum pertinaciã mollire adnuitur, dicens: Non possum ego à meipso facere quicquam, sed sicut audio, iudico, & iudicium meum iustum est: Venit hora quia non quero voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Nam cum aliena & à prophetarum sententia differetia, dicere videretur. Illi enim dicebant, quod deus iudicet terram omnem, hoc est humanum genus. resurrectione, Et David hoc vbiq; prædicabat dicens, Iudicabit popu ex his illos in æquitate. Et: Deus iudex iustus, fortis, & patiens. Et psal. 95. c. idem propheta omnes, & Moses. Christus autem, Pater non iudicat quenquã, sed ego sum qui iudico. Hoc facile Iudæum perturbare, & in suspensione adducere poterat, vt à deo alienum Christum arbitraretur: quã obrem ad humilia descendit, quantũ eorum imbecillitas postulabat, vt penitẽt quæ inde suboriebatur opinio tolleretur. Ego, inquit, non possum à meipso facere quicquid hoc est, nihil à deo alienum vel differes, nihil quod nolit pater factum à me videbitis, [nihil dictum audietis.] Et vt superius cum dixit, quia filius hominis est, ostendit

se hominem existimatum: ita & in hoc loco. & quem-
 admodum cum inquit: Quod audiuius, loquimur: &
 quod vidimus, testamur. & Ioannes: Quod vidit testa-
 tur, & testimonium eius nemo accipit: de certa vtrunq;
 cognitione, non de auditu & visu locutus est. Ita & hic
 per auditum nihil aliud intelligitur, quam nihil aliud
 iposse, I quam quod pater: verum non tam manifeste,
 quoniam primum fidem non adhibuissent, nisi humili-
 ter, & vt homo locutus esset. Sicut audio, iudico. Neque
 dicit, sicut discio: sed, audio: non tamē quod audire in-
 digeat. Neq; enim vlla tātum doctrina indiget, sed ne
 auditione quidem: ex quo vnam & eandem sententiam
 demonstrat: quasi dicat, ita iudico, ac si pater ipse iudex
 sit. Inde profequitur: Et noui quod iudicium meum ius-
 tum est, quia non quæro voluntatem meam, sed volū-
 tatem eius qui misit me, patris. Quid dicis? Habes aliam
 à patre volūtatem? Etenim alibi: Sicut ego & tu vnum
 sumus: de voluntate & concordia loquens: da eis vt &
 ipsi in nobis vnū sint, hoc est, in fide nostra. Ecce quod
 quæ maxime humilia videntur, in his sensus latet pro-
 fundissimus. his enim non aliam patris, aliam suam ef-
 se voluntatem significat: sed sicut vnus mentis vna vo-
 luntas est, ita patris & filij. Neq; admireris tātam patris
 & filij conuenientiam, quando quidem de spiritu idem
 dicit Paulus, Quis scit hominum, quæ sint hominis, nisi
 spiritus hominis, qui in ipso est? Ita & quæ dei sunt
 nemo cognouit, nisi dei spiritus: quod nihil aliud signifi-
 cat, nisi non aliam esse filij à patre voluntatem, sed eā-
 dem. Sed si quid, inquit, pater vult, & ego volo: si quid
 ego, & pater: & quemadmodum nemo patrem reprehē-
 det iudicantem, ita neq; me: eadem enim vtriusque sen-
 tentia est. quod si humilius hæc, & hominis more dicta
 sunt, noli admirari: hominem enim adhuc, fac etiā vi-
 lem arbitrabantur. Quāobrem non modo in his quid
 dicatur, sed quid auditores senserint, inquirendum est:
 ac si ad ea responderit, aliter multa sequerentur absur-
 da. Considera quæso, non quæro volūtatem meam: ergo
 diuersa est voluntatis, & longe inferioris, nec infe-
 rioris tantum, sed inutilis? Nam si salutaris est, cur non
 quæris? homines merito hoc dicerent, qui multa præter
 dei voluntatem sentiunt: tu autem qua gratia hoc in-
 quis, cum in omnibus patri similis sis? Hæc neq; diligen-
 tis hominis, neq; grauis verba esse quis diceret. Nam si
 Paulus ita se diuinæ conformat voluntati, vt dicat: Vi-
 uo autem iam non ego, viuit vero in me Christus. Quo
 modo omnium dominus non suam, sed eius qui se mi-
 sit voluntatem quærit, ac si diuersa esset? quid ergo sibi
 vult hic sermo? Tanquam homo & secundum audito-
 rum opinionem loquitur. Cū enim superius partim vt
 deus, partim vt homo verba fecerit, hoc iterū in loco
 ad humanitatem descendit. Iudicium, inquit, meū iustum
 est. Vnde id cōstat: quia non quæro voluntatem meā,
 sed eius qui misit me, patris. Sicut enī homines, qui om-
 ni in se affectu liberi sunt, de iniusto iudicio accusari
 nequeunt: ita neq; ego. Qui enim sui amore ducitur, nō
 immerito suspectus est, ne ea gratia iustum trāsgredia-
 tur: qui vero nullam sui ipsius curam habet, quid eū im-
 pedire potest, ne iustam ferat sententiam? hæc ratione in
 me vtimini. Nam si non missum me à patre dicerem,
 neque operum meorum gloriam ad illum referrem: po-
 tuisset fortasse aliquis suspicari ad aucupandum gloriā,
 talem me falso prædicare: sin in alium gloriam refero,
 vnde potest aliqua oriri suspicio? Animaduertit ratio-
 nem, & vnde iudicium suum iustum confirmat, vnde

Supra 3. b

† velley

Supra 3. b

Infra 18. b

1. Cor. 2. c

† 1. Ioh. 2. i

nudū sine

simplicē

solū, hoc est

qui tūm ho

mo esset, &

non etiam

deus.

Gala. 2. d

Ad

1. Ioh.

1. Ioh.

† quo sermo

nem demi-

scribit

videlicet quiuis è vulgo defensionem sumeret. Vides,
 quod sapius dixi, quo modo clare interlucet? Quid au-
 tem est quod dixi? Nimiam verborum humilitatē ma-
 xime intelligentibus persuadere, non quæ in promptu
 & prima fronte sententia occurrit, eam accipiendam,
 sed altiore sensum inuestigandum, neque humi im-
 morādum. His igitur rationibus, dilectissimi, nolimus
 verba Christi temere trāsgere: sed in omnibus scriptur-
 is sedulam inquirendi diligētiam quare dicta sint, ad-
 hibeamus. Neque existimemus satis nobis ad excusatio-
 nem esse ignorātiā, & simplicitatem. Non enim sim-
 plices tantum nos esse iussit Christus, sed & prudentes.
 Vtatur ergo cum simplicitate prudentia in doctrina,
 & vitæ integritate: & nos ipsos in hac vita iudicemus,
 ne postmodum cum mundo iudicemur: & tales erga
 conseruos nos exhibeamus, qualem erga nos deum cu-
 pimus. Dimitte, inquit, nobis debita nostra, sicut & nos
 dimittimus debitorib; nostris. Et profecto scimus ani-
 mam non æquo animo castigationes tolerare, verun-
 tamen, si non reprehensoris, I sed nostræ consuli vtili-
 tati intelligemus, omnem indignationem deponem.
 Etenim qui centum denarios sibi obnoxio nō dimisit,
 non conseruum, sed seipsum læsit, & tot milibus talen-
 torum, quæ sibi dimissa erant, obnoxium reddidit. Igi-
 tur cum aliis non dimittimus, non dimittimus nobis.
 Quamobrem nolimus solum deo dicere, ne memineris
 peccata nostra: sed etiam nobis ipsis, ne memineris
 conseruorum inuicem peccata. Nam tu prior in
 te commissa iudicas, inde sequitur deus. Tu legem scri-
 bis de venia & pœna: tu fers sententiam, & an deus tuo-
 rum peccatorum recordetur, an nō recordetur, tu do-
 minus. Propterea Paulus dimittere iubet, si quis quid
 aduersus aliquem habet, quod queratur: atque ita, vt ne
 reliquiarum quidem minimum relinquatur. Siquidem
 Christus non solū nostra peccata in medium non pro-
 tulit, neque obiecit, sed dimisit, & deleuit chirographū:
 neque delicta nostra reputauit, vt meminisset Paulus. hoc
 & nos sequamur exemplum, offensas omnes animo de-
 leamus, officia duntaxat reputemus, nullum odij vesti-
 gium relinquatur: quod si nihil in nos officij proximus
 contulerit, tanto magis dimittendo merebimur, & ma-
 gis laudabimur. Alij vigilando, in nuda humo dor-
 miendo, carnem alsiduis laboribus macerando delent
 peccata: tibi faciliori via, nemini succensendo, idem
 consequi datur. Quid contra te ensem, vt insanus & fu-
 rens stringis? Quid culpa tua futura gloria fraudaris,
 cum ad eam consequendam totis viribus contendend-
 um sit? Nam si presentis vitæ gloria tantopere optan-
 da est, quid de futura dicendum, vbi nullus dolor, nul-
 la tristitia, nullus luctus, nullus mortis metus, nullus bo-
 norum finis? Beati, & ter & sapius, inquam, beati, qui su-
 perna illa sede fruuntur: quemadmodum miseri, & sæ-
 pius miseri, qui ea se priuant. Sed quid illam nobis vitā
 largiatur, audi Iesum ipsum adolescenti dicentem, quid
 facturus sis. Nam cum ille rogaret, quid boni faciam, vt
 habeam vitam æternam? Cum alia mandasset, in proxi-
 mi tandem dilectionem euasit. At fortassē auditorum
 quispiā secundum diuitem illum dixerit, tseruamus no-
 stra, I non furamur, nō occidimus, nō fornicamur: sed
 quod proximum diligas, vt diligere decet, minime di-
 cere poteris. Nam nisi & inuidia, & maledictis affecto
 proximo opem tuleris, nisi indigenti opes tuas impar-
 tiaris, non diligis. Verum Christus non sola hæc dile-
 ctione contentus: Vede, inquit, omnia quæ habes, & da
 pauperibus, & veni sequere me. Quo verbo operū imi-
 tationem

Manu

† offenk

is]

Ibidem

2. Cor.

& Col.

Coloss. 2.

Manu

et Manu

b. et b

18. d

† eadem

Manu

tationē significauit. Quid hinc discimus: quod qui hæc
 omnia non operatur, supremam illam sedem consequi
 non potest. Nam cum ille dixisset, omnia feci, tanquam
 maxima quadam parte deficiente ad perfectionem, in-
 quit: Si vis perfectus esse, vende omnia quæ habes, & da
 pauperibus, & veni, sequere me. Hoc igitur primum di-
 scendum, secundo autem in loco, quod illum reprehē-
 dit frustra se gloriantem. Qui enim in tanta copia rer-
 um viuebat, & pauperes contemnebat: quōnam pacto
 proximū diligebat: decipiebatur ergo. At nos & illud,
 & hoc faciamus, & summa diligentia nostras in paupe-
 res erogemus facultates, ac cœlū nobis emamus. Nam si
 pro huius seculi dignitate omnia nostra nonnunquam
 exponimus, pro dignitate inquam, in hac dūtaxat vita
 duratura: imō quæ interdum paulo post etiam viuētes
 deserit, si multi pro ea vitam quoque ponere non dubi-
 tarunt: quid nobis miserius est, qui pro illa quæ in ater-
 num permanens est gloria, quæ nunquam auferri po-
 test, ne parua quidem, & quæ paulo post, vel in hac vita
 velimus nolimus, relicturi sumus, dare & patimur: Quan-
 ta hæc, quæso, insania quæ nobis inuitis eripiūtur, ea in
 præsentia quæso dare, postmodum largiter recipere no-
 lumus: an si quis morti damnatus, omnibus suis faculta-
 tibus vitam redimendi optionem acciperet, nōne ad
 gratiam adscriberet? nunc autem cum vel dimidio rer-
 um nostrarum à gehenna liberari possimus, eius igni-
 bus torqueri, quā quicquam erogare malumus, I ac si
 omnia amittamus. I Quam ergo excusationem, quā veni-
 am merebimur, cum tam facili ad vitam via præcisa,
 nullo nobis fructu proposito deferamur in præcep-
 tis, præsentibus & futuris bonis sponte iam priuemur, cum
 vtriusque frui possemus? Quod si in hunc vsq;
 diem nostram spreuimus utilitatem: nunc tandem ad
 nos reuersi, res nostras ad necessaria dirigamus, vt futu-
 ra bona cōsequamur, gratia & benignitate domini no-
 stri Iesu Christi, cum quo patri gloria, simul & spiritui
 sancto, in secula seculorum, Amen.

† ac nostra
 frustra reti-
 nere vt ea
 amittam?

Homilia. xxxix. ex cap. quinto.

SI ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum
 non est verum. Alius est qui testimonium perhibet de me,
 & scio quia verum est testimonium eius, &c. Qui me-
 tallata fodere aggreditur, artis ignarus auri ve-
 nas non inuenit, sed omnia miscet & confundit, & labo-
 rem subit incassum: ita qui diuinarum scripturarum or-
 dinem non intelligunt, qui earum proprietates, qui le-
 ges nō disquirunt, sed omnia ad verborum sonum ac-
 ciipiunt, aurum terre confundentes, nunquam recondi-
 tum in his thesaurū assequuntur. Hoc mihi nunc in mē
 tem venit, quoniā propositus nobis locus est multi auri
 plenus: quod tamen non omnibus in promptu est, sed
 arcana quadam obscuritate obrutum: quamobrē effo-
 diendo, & diligenter purgando, ad verum sensum per-
 ueniendū est. Quis enim non statim perturbaretur, au-
 diens Christum dicentem: Si ego testimonium perhi-
 beo de meipso, testimonium meum non est verum: Nā
 multis in locis de seipso testimonium perhibentem vi-
 demus, siquidem Samaritanæ dixit, ego sum Christus.
 Et cæco: Qui loquitur tecū, ipse est. Et Iudæis: Quo
 modo vos dicitis, quia blasphemias, quia dixi fili; dei sum?
 Et alibi sæpenumero. Si ergo hæc omnia mēdacia sunt,
 quæ nobis salutis spes futura est: vnde verum inuenie-
 mus, quando ipsa veritas dicit: Testimonium meum non
 est verum? Hoc autem nō modo contrarium videtur,
 sed & aliud non minus. Nam & alibi, Si ego testimo-

Supra 4. c

Infra 9. b

Ibidem 10. f

Infra 8. b

niū, inquit, perhibeo de me, testimonium meum verū
 est. Vtrum horū vt verum recipiam, vtrum vt falsum
 reiiciam? Si verba ipsa simpliciter accipiātur, neq; per-
 sonam, neque causam perscrutabimur. Si enim testimo-
 niū eius non est verum, neq; hoc verum: vtrunque er-
 go falsum. Quid sibi vult hic sermo? Diligenter inuigi-
 landum, vel potius diuina gratiā opus est, ne nudis ver-
 bis insistamus. Ita hæretici in errorem incidunt, neque
 sententiam, neq; audientis habitum inquirentes. Nisi
 enim tempora, locos, auditorem, & alia huiusmodi cō-
 sideremus, multa sequētur absurda. Quæ nam ergo sen-
 tentia? Dicturi erant Iudæi: Si tu testimonium perhibes
 de teipso, testimonium tuū non est verum: idcirco præ-
 occupauit Iesus, quasi dicat: fortasse dicetis vos mihi nō
 credituros, nemo enim qui repente de seipso testimo-
 niū perhibet, habet apud homines auctoritatē. Illa au-
 tem particula, Non est verum: non est temere legenda,
 sed ad illorum opinionem referenda: hoc est, vobis nō
 est verum. Nō enim ex auctoritate sua, sed pro audito-
 rum suspitione loquitur, quam arguit, eorum adducēs
 obiectionem. Verum cum dicit, Si ego de meipso testi-
 monium perhibeo, verum est testimonium meum, qui sit,
 & qualis existimari debeat, ostendit, & q. de se loquens
 tanquam deus fide dignus haberi debet. Cū enim mor-
 tuorum resurrectionem, & iudicium annūciasset: & q.
 qui credit in ipsum, non iudicatur, sed venit ad vitam:
 quod sedebat ab omnibus rationem exacturus: quod æ-
 qualem habeat patri potestatem, atq; virtutē: hæc om-
 nia confirmaturus, necessario eorū primum obiectionē
 posuit. Dixi inquit, Sicut pater suscitauit mortuos, & viu-
 ficat: sic & filius quos vult, viuificat. Dixi, Neq; pater iu-
 dicat quenquā, sed omne iudicium dedit filio. Dixi ho-
 norandum filium sicut patre: & qui non honorificat fi-
 lium, nō honorificat patrem. dixi, Qui verbum meū au-
 dit, & credit ei qui misit me, non veniet in iudiciū, sed
 transit de morte in vitā. quod vox mea mortuos susci-
 tabit, quosdam quidē nunc, quosdā vero postea. Dixi
 quod peccatorum rationē exigam ab omnib; & quod
 iuste, & pro vniuscuiusq; meritis iudico. Cū igitur hæc
 omnia quidem magna asseruisset, neq; Iudæi credidif-
 sent, obscuriora prius adducit, mox rem cōfirmaturus,
 quasi ita dicit: Dicetis fortasse me de meipso testimo-
 niū perhibere, neque fidem mihi adhibēdam. quibus
 verbis eorum ponens obiectionē, soluit, ostenditq; eor-
 um mentis abscondita non ignorare. Itā primū virtū-
 tem suam indicat, inde probationes asserit per quā ma-
 nifestas: triplex testimonium ad verborū suorum pro-
 bationem adducens, opera sua, patrem testem, Ioannis
 præconium, & primū imbecillius ponit, testimonium sci-
 licet Ioannis. Cum enim dixisset, Alius est qui testimo-
 niū perhibet de me: & scio quod verū est testimonium
 eius, subdidit, Vos misisti ad Ioannem, & testimonium perhibuit
 veritati. Quod si non est verum testimonium eius, quo-
 modo dicit: Scio quod verum est testimonium Ioannis,
 & testimonium perhibuit veritati? Ecce manifeste cōstat,
 cum dixit, testimonium meum non est verum, secundum
 illorum opinionē locutum. Quid si ille ad gratiā testa-
 tus est? Ne hoc diceret, non inquit, Ioannes testimonium
 perhibuit de me: sed prius vos misisti ad Ioannem. Nō
 misissetis, nisi dignū arbitraremini, cui fides esset adhi-
 benda. Et quod maius est, nō miserūt interrogatum de
 Christo Ioannē, sed de seipso. Cui; igitur in propriis re-
 bus testimonium fide dignū putabant, lōge magis in alie-
 nis. Solent enim homines, vt ita dicā, non perinde cre-
 dere iis qui de se loquūtur, atq; iis qui de aliis testantur.

† mētem dicitur

Hic supra d. Ibidem.

Ioannes autem tanta apud Iudaeos erat opinionis, ut de se alterius non indigeret testimonio. Non enim qui misit sunt dixerunt, quid dicis de Christo? sed, tu quis es? Quid dicis de teipso? adeo ipsum admirabantur. Hoc totum significauit Iesus his verbis, Vos misistis ad Ioannem: propterea euangelista non missos tantum dixit, sed missorum personas diligentius exponit: non ex infima plebe viros, non abiectos & viles, non qui corrumpi & decipi possent: sed sacerdotes & phariseos, qui sane eius verba intelligerent. *Ego autem non ab homine testimonium accipio.* Qua ergo gratia Ioannis adducis testimonium? Non erat hominis Ioannis testimonium. Qui misit me, inquit, baptizare in aqua, ille mihi dixit. Erat itaque dei, non Ioannis testimonium. Nam ab eo id didicerat. sed ne dicerent, unde a deo didicisset: & reprehenderent, maiorem in modum ad eorum suspensionem respiciens, imponit silentium. Neque enim credibile erat, multos scire id Ioannem a deo accepisse, sed tanquam ipse ex se diceret, fidem ei adhibebant: ideo inquit, Ego non ab homine testimonium accipio. Sed ne dicerent, Si non accipis ab homine testimonium, cur adducis? Vide quo pacto obiectioni occurrit. *Sed hoc dico, ut vos salui sitis.* Hoc est, ego hominis non indigeo testimonio cum deus sum: verum cum Ioannes tanta apud vos auctoritatis sit, cum tanquam prophetam admiremini, (etenim ciuitas omnis ad Iordanem ipsum auditum effundebatur: mihi autem & miracula facienti non creditis, idcirco eius vobis testimonium in memoriam reduco. *Ille erat lucerna ardens & lucens, vos autem voluistis exultare ad horam in luce eius.* Ne dicerent, Quid ad nos, si ille testimonium perhibuit: id nos non recepimus, recepisse ostendit. Neque enim contemnendos miserunt nuncios, & voluerunt exultare: adeo illum admirabantur, neque poterant tunc contradicere. Illud autem verbum, Ad horam, facile eorum mutationem, & fluxum, & infirmum studium indicat. *Ego autem habeo testimonium maius Ioanne.* Nam si velletis rem ipsam, & opera considerare, ipsa longe magis vos adducerent ad credendum: at quoniam non vultis, ad Ioannem vos relego: non quod ego indigeam, sed quoniam omnia facio, ut vos allciam, vos saluos faciam. Habemus enim operum testimonium Ioanne maius, tamen quod vobis proprius est & familiaris, quod vos magis admiramini, vtor. Deinde cum illos notasset, dixissetque ad horam exultare voluisse in ipsius luce, illorum temporarium & incostans studium demonstrans, lucernam ipsum Ioannem appellauit, ut ex se lucem non haberet, sed a spiritus gratia demonstraret, quod ad sui differentiam posuit: sed non ita manifeste dixit, quod esset sol iusticie: sed tantum Iesus acius detegit, quod quemadmodum illum contempserunt, se quoque contemnerent. Etenim quem tanti faciebant, ad horam admirati sunt: quod nisi fecissent, quamprimum Christo illius persuasionem credidissent. Ut igitur eos omni venia indignos ostendat, addidit: Ego habeo testimonium maius Ioanne. Quale operum. *Opera enim, inquit, quae dedit mihi pater ut perficiam ea, ipsa opera quae ego facio, testimonium perhibent de me, quia pater me misit.* Hic paralytici, & filij reguli sanati, & aliorum plurimum meminit. Nam diceret fortasse quispiam, magna Ioannis verba de Iesu ad gratiam dicta: quauis neque huiusmodi de Ioanne viro optimo, & tanta apud Iudaeos admirationis, suspicio oriri posset. Verum opera etiam infans persuaderent, ideo eorum adduxit testimonium, & respondet obiectioni, quod non esset a deo, qui sabbatum non custodit. Hac gratia, inquit: Opera quae dedit mihi pa-

ter, atqui suapte auctoritate ea operabatur, sed ad maius indicium, quod nihil contra patris voluntatem faceret, humiliter locutus est. Sed quam ob rem non dixit, Opera quae dedit mihi pater, testantur me aequalem patri? Vtrunque enim ex operibus ostendisset, & se aequalem patri, quod alio in loco his verbis confirmauit: Si mihi non creditis, operibus credite, ut cognoscatis, quod ego in patre, & pater in me est. Vtrunque, inquam, ostendisset, & se aequalem patri, & minime illi contrarium. Quamobrem ergo non ita dixit, sed potiori parte relicta, minorem posuit: quoniam id nimium a principio visum esset. Nam si longe minus est credi a deo venisse, quam deo aequalem esse: alterum enim etiam prophetarum erat, alterum minime: pro minori tamen magnam adhibet diligentiam, intelligens quod si hoc auditores recipere, recipere etiam alterum: & maius memorans testimonium, quod minus est posuit, ut & id recipere. *Et qui misit me pater, inquit, ipse testimonium perhibuit de me.* Et quoniam pacto? Hic est filius meus dilectus, in Iordane ipsum audite. sed hoc probatione indigebat: Ioannis vero testimonium manifestum erat. Ipse enim ad eum miserant, nec inficiari poterant, & signa similiter viderant, & ipsum sanatum audierant, & crediderant, & propterea eum accusabant. Relinquebatur ergo, ut patris testimonium demonstraret, quod confirmaturus, inquit: *Nec vocem eius unquam audistis.* Et quo modo Moses dicit, Deus locutus est, Moses autem respondit: Quo modo David, linguam (inquit) quam non nouerat audiuit? Iterum Moses: Si est gens talis, quae audiuit vocem dei. *Neque speciem eius vidistis.* Atqui & vidisse eam Esaias, Hieremias, Ezechiel, & alij complures dicuntur. Quid ergo inquit Christus? In philosophicam paulatim introducit disciplinam, ostendens deum neque vocem habere, neque speciem, sed esse omni figura, omni voce superiorem. Nam sicut dicendo, Neque vocem eius audistis: Non vocem quidem proferre inquit, sed non audiri: ita neque speciem eius vidistis, Non formam habere & non videri, verum neutrum id habere intelligit. Etenim ne se iactatorem appellarent, & tantum ad Mosem deum locutum dicerent, ut & dixerunt: Nos scimus, quia Mosi locutus est deus: huc autem nescimus unde est, inquit, neque vocem deum habere, neque speciem. Et quid hoc dico? Non modo neque audistis deum, neque vidistis, sed quod maxime gloriamini, quae accepistis a deo precepta, ea vos habere non potestis gloriar. ait ergo: *Et verbum eius non habetis in vobis manens.* Hoc est, institutiones, precepta, legem, prophetas: nam licet ea deus instituerit, non tamen apud vos sunt, quoniam mihi non creditis. Nam si vbi que scripturae mihi necessario credendum testantur, vos autem mihi non creditis, eius vocem a vobis longe abesse perspicuum est. Ideo subdidit, *Quia quem misit ille, huic vos non creditis.* Deinde ne diceret, & quo pacto si vocem eius non audiui, tibi testimonium perhibuit: his verbis occurrit: *Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam aeternam habere. Illae sunt quae testimonium perhibent de me.* Scripturarum testimonium adducit, atque & apud Iordanem, & in monte perhibuit deus testimonium: non tamen hoc adducit, non enim fortasse credidissent. Vocem namque ex monte non audierant, apud Iordanem vero, audierant quidem, non tamen attenderant: idcirco relegat eos ad scripturas, vbi sit patris testimonium, prius tamen antiqua tollit, in quibus gloriabantur, tanquam deum viderint, & audierint. Cum enim consentaneum esset Iudaeos, quae in monte facta sunt non credituros, eorum primo suspensionem reprehendit,

ita non potuit, quia ipse se sit sol iusticie, sed iterum oculum tantum inueniens

reprehendit, & consentire scripturis demonstrat, ad quarum eos testimonium relegat: hoc nos exemplo aduersus haereticos hinc arma sumamus. Omnis enim scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum, ad erudiendum in iusticia, ut perfectus sit homo dei ad omne opus bonum instructus: non aliis abundet, aliis careat, hic enim non est perfectus. Quae utilitas, dic quae, cum quispiam intentione orationibus vacat, non autem affatum calamitosis miseretur: vel si miseretur, cupidus tamen est, & violentus: vel si his abstineat, ad ostentationem abstinet: vel si optimo animo miseretur, inde postmodum in superbiam effertur: vel si humilis sit, & ieiunium se macerat, auariciae studiis & terrae incumbit, atque omnium malorum matrem in animum suum inducit: Radix enim & mater omnium malorum auaricia est. hanc formidemus, hanc fugiamus: hoc peccatum orbem terrarum perdidit, hoc omnia confudit, hoc a felicissimo Christi seruitio nos abducit. Non enim potestis, inquit, seruire deo & mammonae, qui contraria Christo praecipit. Siquidem Christus dicit, Da indigentibus: mammona, rapae ab indigentibus. Christus, Insidiantibus & iniuriam facientibus ignoscas: mammona, qui tibi nullam iniuriam intulerunt persequaris. Ille, pius esto & mansuetus: hic, crudelis & immanis: nihil te moueat lachrymae pauperum, ut in illa die seuerum nobis iudicem non conciliemus: I tunc enim omnia opera nostra in omni conspectum proferetur: & illi quos iniuria affecimus, quos spoliauimus, omnem nobis auferent excusationem. Nam si Lazarus diuitem, non quod vllam ab eo iniuriam accepit, sed quod non inuenit misericordiam, tam acerrime accusauit, ut nullam consecutus sit veniam: quam hi consequentur, qui non modo nulla in calamitosos misericordia vti sint, sed vim inferunt, & pupillorum diripiunt facultates: Si qui Christum esurientem non pasceunt, tantum eos manet supplicium: quid de his aestimandum est, qui rapiunt aliena, qui multis vim inferunt, qui omnia operantur iniuste: Hanc nos cupiditatem caueamus dilectissimi. cauebimus autem si iniustos homines, & iniuste locupletatos, qui iam obierunt considerabimus: quorum pecuniis & laboribus alij fruuntur, ipsi vero igni & supplicii cruciatur intolerabilibus. Et quae nam dementia in hac vita anxie semper, & in summis laboribus viuere, ut mortui penis immortalibus torqueamur: Licet nobis & in hac vita in deliciis, & in voluptatibus viuere, quas nihil adeo parit, quam elemosynae conscientia: & cum hinc migrabimus, viciorum foribus vacuos, bona assequi sempiterna. Nam sicut malicia & viuere & mortuos affligit, & torquet: ita virtus ante caelestis regni participationem sectatores suos & spe bona, & incredibili fouet voluptate: quam ut & in hoc, & futuro seculo consequamur, bonis operibus muniamur: sic futuram nobis coronam comparabimus, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri & spiritui sancto, gloria in secula seculorum, Amen.

2. Tim. 3. d

Ioan. 10.

1. Tim. 3.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

Mat. 16. d

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

Homilia xl. ex cap. quinto.



Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam aeternam habere: & illae sunt, quae testimonium perhibent de me: & non vultis venire ad me, ut vitam aeternam habeatis. Longam ad vos de spiritualibus rebus orationem habemus, dilectissimi, neque tamen team nobis satis esse ad salutem arbitramur, etiam si pro viribus esse arbitramur. Nam si in rebus secularibus, & in comparandis diuitiis nemo sibi satisfacere videatur, cum his

ad salutem nobis satis esse arbitramur, etiam si pro viribus esse arbitramur, si cas

obiter ac praeter rationem & modum utatur, longe magis in spiritualibus id vsuenerit. Siquidem longe haec maior indiget studio. Propterea Christus Iudaeos ad scripturarum non simplicem, & nudam lectionem, sed ad investigationem perquam diligentem relegauit. Non enim dixit, legite scripturas: sed, scrutamini. *Diuina enim summa indigent diligentia: in umbra enim maioribus illis non ab re locutus est. Idcirco effodere profundius iubet, ut quae alte delitescent, inuenire possimus. Non enim rem in superficie, & in promptu positam effodimus, sed quae tanquam thesaurus profunde reconditur. Qui enim huiusmodi quaerit, nisi summam adhibeat diligentiam & laborem, nunquam quaesita inueniet: quamobrem inquit, Scrutamini scripturas, quia vos putatis in eis vitam aeternam habere. Non, inquit, habetis: sed, putatis habere: Ut demonstraret nihil eos sola lectione proficere, nisi fides accedat. Dicit igitur: Numquid scripturas admiramini? Nunquid inde vitam consequi arbitramini? Illae de me perhibent testimonium, & non vultis venire ad me, ut vitam aeternam habeatis. Non merito inquit, putatis: quoniam ipsi credere volebant, sed in sola lectione gloriabantur. Deinde ne nimio studio gloriae suspensionem incurreret, & id dicere putaretur ut sibi auctoritatem conciliaret: etenim Ioannis & patris testimonium, & opera sua meminerat, & omnia conatus est ut eos alliceret ad credendum. Inequam credibilem multis suspensionem incuteret, I subdit: *Claritatem ab hominibus non accipio.* Hoc est, non ego humana gloria, sol enim a lucerna lucem non accipit. Quae igitur gratia hoc dicitur? Ut salui sitis, ut superius inquit, significauit tamen & hic etiam, cum dixit, Ut vitam habeatis. Afferit autem & aliam causam. Sed cognouit vos, quia dilectionem dei non habetis in vobis: cum tanquam dei amatores Iudaei Christum persequeretur, quod se aequalem deo faceret, sciretque non esse credituros, ne quis percontaretur cur id diceret, ut vos reprehendam, inquit, quod non pietate in deum me persequimini. Nam si ipse & operibus, & scripturis mihi perhibet testimonium, quemadmodum antehac me deo contrarium arbitrati, expulistis: ita ex quo vobis veritatem ostendi, recipere deberetis, si deum diligeretis, sed non diligitis: propterea hoc locutus sum, ut temere vos elatos ostendam, & inuidiam obtegere: quod etiam ex sequentibus confirmat. *Ego enim veni, inquit, in nomine patris mei, & non accepistis me: si alius venerit in nomine suo, illum accipietis.* Animaduerte, ut omnibus in locis propter hoc se missum, & a patre accepisse iudicium, & nihil posse a seipso facere profitetur, ut omnem tollat incredulitatis excusationem. Sed quemnam non in nomine patris venturum dixit? Antichristum, & perfidiam eorum sine contradictione demonstrat. Nam si tanquam dei amatores me persequimini, longe magis Antichristum persequi oportuerit. Ille enim neque se missum a patre, neque eius voluntate venire dicit: sed omnem sibi potestatem tyrannice vendicabit, se omnium deum profitebitur: ut Paulus inquit, supra omnem qui dicitur deus aut colitur: ostendentem seipsum deum esse, hoc est quod proprio nomine venerit: ego autem me in nomine patris mei venire profiteor. Satis id indicare poterat, quod deum non amaret, cum ab ipso missum non reciperent. Verum ex Antichristo etiam eorum impudentiam coarguit, cum eum qui se a deo missum praedicat, non recipitis: coletis autem, qui se deum nescire, & se maximum deorum esse gloriabitur. Perspicuum erat quod inuidia & dei odio ipsum persequerentur, ideo duas affert ser-*

quomoda-
cuz, percu-
ramus]
Qua enim
de ipso di-
cuntur]

lectio sa-
crarum litera-
rum absq[ue] fi-
de non valet.

1. Cor. 13. d
verisimile
suscipari est
gloria cupit
dicitur ista
dicere]

1. Thes. 2. b

monis sui causas, & prius vtiliorem. Vt salui sitis, & vitā A
 habeatis. Et licet non essent audituri, grauiorem tamē
 ponit, vt assolet.] Et quidem Paulus de Antichristo di-
 ostendens quod etiā si putans, prophetauit, quod mittet illis deus operationē
 auditores erroris, vt credant mendacio, vt iudicentur omnes qui
 nō sint cre- non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati.
 dituri, suas Christus autem non dixit venturum: sed, si venerit: vt
 tamē partes minus auditores offenderet. nam propterea quod nō
 deus vbiq; dum ad summam illi perueniant perfidiam, Antichri-
 explore cō- sti aduentum tacuit. Paulus autem intelligentibus aper-
 suenit] te eum manifestauit, quod illos inexcusabiles facit. De-
 ibidem. c inde incredulitatis causam his verbis exequitur: Quo
 modo potestis vos credere, qui gloriam inuicem accipitis: & gloriam
 que à solo deo est, non queritis? Hic iterum ostēdit, nullam
 eos diuinorū considerationem habere, sed eorum pre-
 textum proprium affectum obtegere: tantum autē à qua-
 rendā dei gloria abesse, vt humanam potius quā di- B
 uinam optarent. Qua ergo ratione tantum odij pro dei
 gloria susciperent: quam adeo contemnebāt, vt etiam
 humanam preponerent: Cum itaque simulatam eorum
 in deum dilectionem arguisset, & ex his quæ in se face-
 rent, & quæ in Antichristum essent facturi, ostēdissetq;
 nulla venia dignos: iterum Mosē, qui eos accusat in
 medium adducit. Nolite putare, quia ego accusatus sum vos
 apud patrem: est qui accusat vos Mosēs, in quo vos speratis. Si enim
 credetis Mosi, credetis [forſitan] &] mihi: de me enim ille scripsit.
 Si autem illius literis non creditis, quo modo meis credetis verbis?
 Si autē illius literis non creditis, quo modo meis credetis verbis?
 Hoc est, ante me ille] vos vestri in me animi reprehē-
 dit. Mosi enim magis creditis, quā mihi.] Ecce quo
 modo omnem eis aufert excusationem. deum vos dili-
 gere profitebamini me persequendo, ostēdit quod eius
 odio hoc facitis. Dicebatis me sabbatum soluere, legē
 transgredi: purgavi calumniam, contra me hæc audere C
 asserebatis, vt Mosi crederetis: demōstrauit hoc vos pa-
 trē maxime Mosi contradicere. Tantum enim absum,
 vt Mosi legi repugnem, vt nemo alius æque vos accu-
 sator sit, quā ipse qui legem vobis dedit. Vt igitur
 de scripturis, inquit, in quibus putatis vitam æternā ha-
 bere: ita & de Mosē in quo vos speratis, vbiq; ipsorū
 armis eos confodiens. Et vnde constat, dices, Mosē
 accusaturum, vt te iactare non credamus: Quid tibi cū
 Mosē: sabbatum soluiſti, quod ille obseruandum man-
 dauit. Quo modo nos accusaturus est: Quo vteris argu-
 mento, quod in alium sui ipsius nomine venientem si-
 mus credituri: ad hæc nullum adducis testimoniū. At-
 qui omnia hæc ex superioribus cōfirmantur: cum enim
 se à deo venisse ab operibus, à Ioannis & patris testimo-
 nio asseueret, constat Mosē eos accusaturum. Quid
 enim ille inquit: Si quis venerit signa faciens, & ad deū
 adducens, & futura vere prædicens, ei promptissimo
 animo parēre oportet. Christus omnia hæc fecit, signa
 verissima operatus est, ad deum omnes traxit: & quæ
 prædixit, rerum euentu confirmata sunt.] Quod autem
 ob Christi odium alium suscepturi sint, inde perspicuū
 quod alteri est: quoniam qui] diuina voluntate venientem fugant,
 sint creditu contrarium recipiunt. Neque id tibi admirationi sit, q
 ri? Ex eo Mosi adducat testimonium, cum ab homine se testimo-
 quod Chri- nium non accipere dixerit: non enim ad Mosē, sed
 sti oderint. ad diuinam eos scripturam relegat. Verum cum scrip-
 turis minus mouerentur, se ad ipsum refert legislato-
 rem qui eos accusat, & expressius metum incutiens,
 singula eorum verba coarguit. Considera quæso. Di-
 cebant quod dilectionis in deum gratia Christum per-
 sequebantur: ostēdit contrarium, quod odio dei. Di-
 cebant quod Mosē defenderent: ostēdit quod op-

pugnant, & quia ei non credunt, id faciunt. Nam si leg-
 is assertores essent, oportebat vt qui legem impleret,
 probarent: si deum diligebant, ei credere qui ad deum
 eos traheret: si Mosi credebant, quem Mosēs prædixe-
 rat, adorare: quod si illi qui ante me fuit, fides non ad-
 hibetur: minime mirum si me ab eo iam pridem præ-
 nunciatum expellitis. Quemadmodum ergo qui se lo-
 annem admirari arbitrabantur, eos potius contemne-
 re ex his quæ in ipso facerent, demonstrauit. Itidem &
 in Mosē vsu eis venire ostēdit, & semper in eorum ca-
 put omnia quæ pro se adducere opinabantur, retor-
 quet. Tantum enim absum, inquit, vt à lege Iudaica
 vos abducam, vt ipsum legislatorem cōtra vos testem
 adducam. Dicit ergo scripturas de ipso testari, vbi au-
 tem nondum aperuit, vt maiores eis formidinem in-
 cuteret, & ad inuestigandum, interrogandumque ex-
 citaret. Nam si non rogatus dixisset, facile contemp-
 sissent: hoc autem pacto eos rogare, & discere oportebat,
 si attentionem præstabant. Ideo non in demonstratio-
 nibus tantum, sed in sententiis, & minis vehemens est,
 vt vel hoc saltem pacto metu trahat ad credendum. Il-
 li autem tacent. Talis enim malicia est, quicquid dica-
 tur, fiat ve, non exurgit, sed proprium seruat venenum:
 sed omnis ab animo euicienda est, nec vlli innectēdus
 dolus. Ad prauos enim prauas vias deus mittit: & spiri-
 tus sanctus sapientiæ fugiet dolum, & discedet à ratio-
 nibus imprudentium. Nihil enim tam stultos homines
 facit, quā malicia. Fraudulentus enim, perfidus, ingra-
 tus (hæc nanque maliciæ species sunt) cum non læden-
 tem lædit, cum nescit dolos, cum beneficiorum obli-
 uiscitur, nōne summæ præ se fert stulticiæ indicium?
 Nihil sapientiores reddit, quā virtus: etenim gratos,
 benignos, mites, humanos, mansuetos, lenes, cæteris vir-
 tutibus præditos efficit. Quid ita affectis prudentius?
 fons, mater, radix sapientiæ, virtus, non secus ac mali-
 cia omnis & stulticia oritur. Siquidem superbus & ira-
 cundus, quoniam sapientia carent, his affectibus absum-
 untur, ideo inquit propheta, Non est sanitas in carne
 mea à facie insipientiæ meæ: vt omne peccatum è stultici-
 a ortum habere demonstrat. nam qui virtuti studet,
 qui deum timet, is sapientissimus est. In initium, inquit, sa-
 pientiæ, timor domini. Quod si ita est, malus, qui dei ti-
 morem non habet, sine dubio non est sapiens: qui hæc
 vera caret sapientia, stultissimus est. Atqui multi malos
 admirantur, quod & iniuriam facere, & offendere pos-
 sint: non intelligentes eos maxime miseros existimā-
 dos, qui cū alios se lædere arbitrentur, in se ensē strin-
 gunt: quod vltimæ est dementia, vt seipsum lædendo
 quis nō cognoscat, sed sibi aliū lædere videatur. Quod
 Paulus sentiens, inquit: Quare non potius iniuriā acci-
 pitis: quare non magis fraudem patimini? Non accipe-
 re iniuriam, in non inferendo est, sicut nō pati malum,
 in non faciendo male, quāuis multi ambigant, nec sa-
 pientiam amplecti velint. Hæc cōsiderantes dilectissimi,
 non qui accipiunt, sed qui inferūt iniuriam, eos mi-
 seros dicamus, deploremusque, cum ipsi maxime acci-
 piant, & cum deo bellum gerant, cum omnium contra
 se ora aperiant, cum in hoc seculo mala laborēt fama,
 & in futuro perpetuum sibi pariat suppliciu: qui autem
 accipiunt, & magno animo omnia perferunt, deū propi-
 cium habeant, omnes eis commiserentur, omnes lau-
 dent, omnes benigne suscipiant. Ipsiq; in hac vita maxi-
 mum sapientiæ exemplum præbeant, & in futuro gloriā
 expectent sempiternam: quam vtinā omnes consequamur,
 gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi,
 cum

cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula A
 seculorum, Amen.

Homilia xli. ex cap. sexto.

Quæ hæc abiit Iesus trans mare Galilææ, quod est Tibe-
 riadis, & sequebatur eum multitudo magna, qui vide-
 bāt signa quæ faciebat super his qui infirmabatur, &c.
 Nolimus dilectissimi prauos & maledicos ho-
 mines prosequi, & insectari: sed eos & eorum maliciam
 toleremus, cum nihil ab his virtus nostra offendatur, ni-
 hil detrimenti accipiat: ita enim omnis eorum impetus
 frāgitur. Et quemadmodum sagittæ in durum aliquod
 signum immissa, magno impetu † huc illuc dispergun-
 tur, † mollius verò afflicta, figuntur, & desinunt: ita &
 maledicos & feros repugnando magis exasperamus, ce-
 dēdo mitigamus faciliē, & eorum mollimus insaniam.
 Idcirco Christus, cum audissent Pharisei ipsum plures
 quā Ioannes discipulos habere, & baptizare, abiit in
 Galilæam, vt eorum inuidiam & furorē quem ex se au-
 dito ortum credibile erat, extingueret: non tamen eun-
 dem locum, quem ante petiit: non enim in Cana Galilææ,
 sed trans mare concessit. Sequebatur autem eum
 multitudo magna, quia videbant signa quæ faciebat.
 Quæ nam? cur non enumerat? Quoniam hic euangeli-
 sta plurimum in Christi sermonibus, & doctrina ver-
 satur, considera in toto anno: etenim nunc in festo Pa-
 schæ non aliud quā paralytici, & filij reguli nobis
 signum exposuit. Neque enim omnia narrauit, neq; po-
 tuisset, sed ex multis & magnis pauca. Sequebatur eum
 multitudo magna, quia videbant signa quæ faciebat.
 Nō philosophicis admodū subtilitatibus vtitur: ad tam
 tam enim doctrinam magis signis adducebantur, & ru-
 diores maximē. Signa enim, inquit, non fidelibus, sed
 incredulis: sed non huiusmodi apud Mattheū populus,
 verum stupebant omnes doctrinam eius, quia docebat
 eos tanquam potestatem habens. Quid autem montem
 subiit, & ibi sedebat cum discipulis suis? Propter futurum si-
 gnum. Quod autem soli cum ipso discipuli ascende-
 runt, multitudinis non sequētis desiderium coarguit. Ad
 hoc etiam nos admonet à perturbationibus & tumultu
 discedendum. Idoneus siquidem ad philosophiam locus
 solitudo: aliquando Christus solus montem ascen-
 dit, & pernoctat, & orat: vt ostendat qui deo vult frui,
 eum ab omni cura & sollicitudine vacare, & quietū lo-
 cum querere oportere. Erat autem proximum Pascha dies
 festus Iudeorum. Quā nam gratia omnibus ad solenni-
 tatem Hierosolymam properantibus ipse in Galilæam,
 & inde in Capernaum, non modò abiit, sed & ducit di-
 scipulos: vt paulatim legem soluat, cum Iudeorum ma-
 licia occasionem acceperit. Cum subleuasset Iesus oculos, D
 vidit quod multitudo magna venit ad eum. Non ab re cum
 discipulis sedere ostēdit, sed aliquid diligentius & ma-
 gna omnium attentione differere. Ex quo Iesu studium
 & humilitatem in discipulos videre licet. Sedebat in-
 tentis in magistrum oculis. Inde cum subleuasset Iesus
 oculos, vidit multitudinem venientem, alij euangelistæ
 dicunt discipulos obsecraste Iesum, ne ieiunos dimitte-
 ret: Ioannes autem, Iesum Philippum rogasse. Vtrun-
 que mihi verum videtur, alio & alio tēpore: illud, quā
 hoc antiquius. Sed quā ob rem Philippum interro-
 gat? Norat qua discipuli magis doctrina indigerent.
 Hic est, qui postmodum ait. Ostende nobis patrem, &
 sufficit nobis. Propterea eum rogauit, vt magis appare-
 ret miraculum, & coactus confiteri penuriam, melius
 intelligeretur miraculi magnitudo, quā si simpliciter
 id fecisset. Ait ergo: Vnde ememus panes, vt manducent hi?

Sic & in veteri testamento, non prius signum fecit deus
 quā Mosē interrogaret: Quid est hoc, quod tenes Exod. 4. a
 in manu tua? Nam cum admirabile aliquid & repenti-
 num priorum nonnunquam obliuionem facere soleat,
 prium eum propria cōfessione alligari voluit, vt nul-
 lo stupore obliuisci iam possit. Vult præterea compara-
 tione signi magnitudinem intelligi. quod sanē & hic
 fit. Et interrogatus ille ait: Ducentorum denariorum panes,
 inquit, non sufficiunt his, vt vnusquisque modicum quid accipiat.
 Hoc autē dicebat tentans eum, ipse enim sciebat quid esset factururus.
 Quid significat, Tentans eum? Num quid esset respon-
 surus, ignorabat? Minimē. Quid igitur? Ex veteri testa-
 mento licet intelligi, vbi inquit: Quæ postquam gesta
 sunt, tentauit deus Abraham. † Ille respondit, Adsum. † & dixit.]
 Ait illi: † Tolle filium tuum † vnigenitum] quem dili-
 gis Isaac. Non dixit hoc, vt an parēret experiretur, cum
 omnia deus videat priusquam fiant: sed hominis more
 vtrunque dictum est. Sicut enim cum dicit, Scrutatur
 corda hominum: non ignorationis est, sed certissimæ
 cognitionis: ita tentauit, nihil aliud quā certam sciē-
 tiam significat, vel quod probatiorem ipsum fecit. Vt
 ergo Abraham, ita & Philippum interrogando admo-
 net, vt miraculum diligentius consideret. Ideo euange-
 lista ne quid his verbis absurdum de Christo suspicari-
 ris, & in magnum prolabereris errorem, Ipse (inquit)
 sciebat quid esset factururus. Cæterum illud maxime ob-
 seruandum est, quod quando praua subest suspicio, il-
 lam protinus euangelista studiose amolitur. Vt igitur
 hoc loco ne quid tale suspicarentur auditores, corre-
 ctionem addidit, dicens: Ipse enim sciebat quid esset fa-
 cturus. sic & illic, cum inquit, Propterea magis quære-
 bant eum Iudæi interficere, quia non solū soluebat sab-
 batum, sed & patrem suum dicebat deum, æqualem se
 faciens deo: Nisi ea esset Christi operibus confirmata
 sententia, eam quoque correxisset suspensionem. Nam si
 in Iesu verbis timet euangelista, ne quid perperam suspi-
 cemur: multo magis in aliorum sermonibus, si non ve-
 rum id eos opinari intelligeret. Sed nihil dixit. norat
 enim eam fuisse Christi sententiam, quod esset æqualis
 deo, nec eos perperam opinatos. Cum igitur interrogas-
 set Philippum, dixit Andreas frater Simonis: Est puer vnus hęc,
 qui habet quinque panes ordeaceos, & duos pisces: sed hæc quid
 sunt inter tantos? Prudentior quā Philippus Andreas,
 non tamen penitus rem intellexit. Puto autem eum ad-
 ductum prophetarum miraculis: vt Helisæi ex panibus.
 præcessit ergo Andreas Philippum, non tamen in ip-
 sum cacumen euasit. Hinc deliciis dediti intelligant,
 quid magni illi viri & admirabiles comederint, quā
 vilis & modica eorum mensa fuerit. Intueamur eorum
 in omnibus abstinentiam & imitemur. Sequētia etiam
 multam declarant imbecillitatem. Cum enim dixisset,
 Habet quinque panes ordeaceos: subdidit, Sed quid
 hæc inter tantos? Putabat enim ex paucioribus paucio-
 ra, ex pluribus plura facturum miraculorum authorem,
 in quo decipiebatur. Similiter enim & ex pluribus, &
 paucioribus panes multiplicare poterat: neq; enim sub-
 iecta materia indiget deus. Sed ne creatura ab ipsius sa-
 pientia aliena videretur, vt secuti homines Marcionis
 opinione infecti calumniati sunt, ipsa vsus est creatura
 in miraculorum subiectum. Et cum ambo discipuli ni-
 hil sperarent, signum ostēdit: ita prius rei difficultate
 confessa, maius lucrum consequitur. Diuina enim de-
 monstrabatur potentia. Cum enim signum superiori
 tempore à prophetis factum, licet non eodem modo
 facturum esset, & gratias prius acturus, ne stultē eius im-
 becillitatem

† Vnde au-
 tem constat
 quod alteri
 sint creditu
 ri? Ex eo
 quod Chri-
 sti oderint.
 Qui enim]

† in eos qui
 miserāt re-
 mittuntur.]
 Matt. 7. d
 Luca. 6. b
 Psal. 37. b
 Eccl. 1. b
 1. Cor. 6. b
 Matt. 14.
 & Luc. 9. b
 Infra. 14. a

Gene. 22. a
 † & dixit.]
 † dilecti.]
 Roma. 8. e
 Supra. 5. c
 4. Reg. 4. g

Roma. 4. c

becillitatem opinarentur, considera quò nam pacto ex omnibus mentes erigit, & differentiam demonstrat. Si quidem nondum vitis panibus, vt intelligas quæ non sunt, sicut ea quæ sunt, ei subdita esse: vt Paulus testatur, Vocans quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt, tanquam paratis epulis præcepit illos statim discumbere, vt hinc discipulorum animos excitaret. Cum enim ex sermone illo lucrati essent, continuo paruerunt, neque perturbati sunt, dicentes: Quid hoc est? quid iubes discumbere? nihil est paratum. Sed antè miraculum credere cœperunt. Et qui paulò ante aded diffidebant, vt vnde emerent panes nescirent, iam fidenter discumbere turbam faciunt. Sed quid tandem cum sanaturus esset paralyticum, cum suscitaturus mortuum, cum maris sedaturus tempestatem, nõ agit gratias, hinc agit: vt ostendat ante cibum gratias deo agendas. Accedit ad hoc, quòd in minoribus maxime gratias agit, vt non indigentiam intelligas. Nam si indignisset, longè magis id in maioribus fecisset: quæ si auctoritate & virtute propria operabatur, & illa operatum constat. Præterea & multitudo magna aderat, quam persuaderi oportebat diuina id fieri voluntate. Quam ob rem cum solus facit signa, nihil eiusmodi dicit: præsertim autem multitudine ne deo & patri aduersari putaretur, gratias agendo omnem penitus aufert suspicionem. Et dedit discumbentibus, & impleti sunt. Ecce inter dominum & seruum differentia. Illi enim ad mensuram habentes gratiam, dimensa faciebant miracula: deus autem absoluta potestate per quàm abundè operatur. Et superfuerunt, inquit, fragmenta, quæ non fuerunt ad superfluam ostentationem: sed hoc ideo factum ne imaginatio quædam existimaretur. Et idcirco ex subiecta quoque materia operatus est. Sed quæ nam gratia non dedit turbæ, vt ferrent, sed discipulis? Quoniam hos magis erudiri volebat, qui totius orbis magistri erant futuri. Multitudo enim parum emolumentum è miraculis erat consecutura: mox nanque obliuisci sunt, & petunt aliud signum. Discipuli vero plurimam consecuti sunt vtilitatem. Erat autem & hoc non parum ad ludæ damnationem, qui cophinum portabat. Sed quòd eorum eruditionis gratia id fecerit, in sequentibus in memoriam his verbis reducens, significat. Nondum scitis quot cophinos accepistis? & quòd æquali numero discipulis fuerint cophini fragmentorum: aliàs verò cum non amplius admonendi essent, non duodecim cophini, sed septem sportæ superfuerunt. Ego autem non panis modo copiam & multiplicationem admiror, sed quòd tantum quæ duodecim sportulæ caperent fragmenta superfuerunt, quòd nec plus nec minus superesse fecerit, quòd præuideret quantum essent consumpturi: tantum enim superesse voluit, quòd profectò ineffabilis potentia est. Confirmarunt igitur fragmenta miraculum vtrunque indicantia, neque imaginationem esse, & ex illis quæ comederant superasse. Piscium reliquæ nullæ superfuerunt, sed post resurrectionem non amplius est subiecta materia: quam ob rem? Vt intelligas nunc materia vsum, non propter necessitatem: neque quòd ea pro fundamento indigeret, sed vt hæreticis silentium imponeret. Turba autem dicebant: Quia hic est verè propheta. O gula incredibilem auiditatem. Maiora his miracula, & quidem innumera operatus est Iesus, neque hoc vnquam confelsi sunt, nisi nunc exaturati. Vnde constat quòd prophetam aliquem eximium expectabant. Etenim illi dicebant, Tu es propheta. Et hi, Hic est verè propheta, qui venturus est in mundum. Iesus autem cum cognouisset, quia venturus

erant, vt raperent eum, & facerent regem: secessit iterum in montem ipse solus. Proh quanta gula vis, quàm mutabilis sententia, iam non amplius calumniantur, nec sabbati transgressionem curant, neque dei zelo mouentur: omnes has curas pleno ventre abiecerunt; propheta erat, regem volebant: Christus autem fugit. Quid tandem? vt humanarum dignitatum contemptus nos admoneat, vt ostenderet nullis secularibus rebus indigere. Qui enim vilia elegerat, matrem, domum, patriam, victum, vestimenta, quid terrena appeteret: cælestia industria erant & magna, angeli, stella, pater & spiritus, testimonium perhibentes, propheta ipsum iam pridem annunciantes: terrena omnia ei vilia erant, vt hoc pacto clarius eius potestas appareret. Secessit igitur in montem Ieruditurus nos, vt secularia contempnentes, neque huius vitæ claritudinem admiraremur: sed contemptis his omnibus futura optaremus, complecteremur, amaremus. Qui enim humana admiratur, nulli erit in cælis admirationi. Quocirca, inquit Pilato, Regnum meum non est de hoc mundo: ne videretur humano metu, & viribus ad persuasionem vti. Quare ergo inquit propheta: Ecce rex tuus venit mansuetus, & sedens super asinam? Regnum suum illic non huius seculi, sed cæli dicit: propterea inquit, Gloriam ab hominibus non accipio. Asuescamus igitur dilectissimi, huius seculi honorem contempnere, neque cum desideremus, honorati sumus honore maximo: cui hic comparatus, infamia, nugæ, ignominia est: sicut mundi diuitiæ supernis illis collata, paupertas: & vita hæc illi illa mors est. Dimitte, inquit, mortuos sepelire mortuos suos: Sic & gloria hæc si ad illam conferatur, pudor est & risus. Hæc igitur gloriam aucupari nolimus, quam qui exhibent, vmbra sunt, & somnium, & longè magis hæc ipsa gloria. Gloria enim hominis tanquam flos fœni. Quid autè flore fœni corruptibilis? Sed esto sit diuturna, quid animæ conferret? Nihil sanè, verum maiorem in modum officit, quippe quæ seruos efficiat, & quidem emptis viliores seruos nõ vni addictos domino, sed duobus, tribus, innumeris, quibus diuersa imperantibus parent: quanto melior libertatis conditio est quàm seruitutis, dei seruum ab hominum seruitio liberemus: at si omnino gloriam quæris, immortalem aucupare, quæ longè vtilior est, & magis expetenda. Seculi homines damno tuo suam querunt vtilitatem: Christus contra centuplum reddit quàm dederis, & tædem vitam æternam elargitur. Quid ergo satius, quid expetibilis, in terra an cælo, hominibus an deo admirabilem apparere? damnũ an lucrum consequi, ad vnã diem, an ad sempiternam secula coronari? Da indigenti, non histrioni, ne cum tuis pecuniis & animam illius perdas. Tu enim stulta ambitione perditionis eius causa es. Siquidem qui se in orchestra exercent, si artem suam sine lucro futuram scirent, iam pridem destitissent: verum cum te plaudentem, accurrentem, multa largientem videant, etiam si artis pigeret, lucri cupiditate adducuntur. Si verò sciret neminem laudaturum, non amplius irritos labores subirent: verum cum omnibus se admirationi esse intelligant, multitudinis laude alliciuntur. Abstineamus dilectissimi his impensis, quæ nullam afferunt vtilitatem: discamus in quibus & quando consumere oporteat, ne vtrinque deum ad iram prouocemus, & congregando vnde non licet, & dispergendo in quæ non licet. Qua enim in te ira, qua vindicta indignus sis, cum in meretricem eroges, mercedum expellas: nam etiam si iusti laboris mercedem solueres,

Roma. 1. c
hæc faciunt, sed etiam facientibus assentuntur.

legem v. c. c. c. c. c.

venit autem etiam.

Infr. 18. g

Zach. 9. b

Supr. 5. g

ad illa parata. d. l. 1. 3. c

1. Pet. 1. d

Supr. 4. c

ueres, nõne crimini tibi ascribendum esset, mercedem sceleri, & pro merita pœna honorem impendere? Cum autem spoliatis orphanis & viduis impiorum luxuriam foues, considera qui ignis, quod te supplicium maneat. Audisti Paulum, Non tantum qui hæc faciunt, sed laudant facientes. Fortasse acius vos arguimus, quòd si non argueremus: operum tamen supplicia manent eos, qui nunquam emendantur. Quid vtilitatis, si ad vestram loquerer voluntatem, cum punienda sint scelera? probas saltantem, laudas, admiraris: nõne illo peior efficeris? Siquidem eum inopia excusat, cui omnia videntur licere: tu hac cares excusatione: ille rogatus cur aliis omnis artibus huic se dederit, non negabit turpem, & iniustam esse, sed multa paruo labore lucrari dicit: tu rogatus, quare luxuriosum, sordidum, multorum perniciem admiraris, nõ itidem poteris excusari, sed opus erit, vt deiecto vultu erubescas. Quòd si nobis quam reddas rationem non habes, quo modo apud horrendum illud tribunal, & iudicium inexcusabile, vbi cogitationum, verborum, operum omnium reddituri sumus rationem, constabimus? quibus oculis iudicem intuebitur? quid dicemus: quam causam, quam excusationem aptam, aut ineptam saltem excogitabimus: quam inutilis impensæ, quam voluptatis, quæ proximorum quos illa arte perdidimus? Nihil te defendet, punieris sine dubio, & quidem quod omni caret sine supplicio. Quod ne accidat, summo studio caueamus, vt spe firma hinc migrantes, sempiterna bona consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

Homilia xlii. ex cap. sexto.

VT autem sero factum est, descenderunt discipuli eius ad mare. Et cum ascendissent nauim, venerunt trans mare in Capernaum. Et tenebræ iam factæ erant, & non venerat ad illos Iesus, &c. Non præsens tantum discipulis suis Iesus, sed & longè absens, eorum studet vtilitati: etenim cum vbique affluere & operari posset, & contrariis idem effecit. Contemplare igitur, dimissis discipulis Iesus ascendit in montem. Vt autem sero factum est, descenderunt discipuli eius ad mare, & ad vesperum vsque Iesu reditum expectarunt, fore sperantes vt ad ipsos rediret. Cum autem aduenisset vespera, diutius ferre non poterant quin magistrum ob immensum in ipsum amorem quærerent. Nec dicunt, Vesper est, tenebræ nos comprehendent. Quòd ibimus? loca periculosa sunt, periculosum tempus: sed magistri desiderio nauem ascendunt. Neque ab re euangelista tempus significauit, vt ex eo vehementissimam eorum dilectionem ostenderet. Quam ob rem autem dimisit discipulos Iesus, & rursus apparet solus super mare ambulans? Vt eos erudiret, quàm graue ipsis esset solos relinqui, & maius sui faceret desiderium, necnon & suam demonstraret potestatem. Sicut enim nõ omnem doctrinam eis cum multitudine communicauit, ita neque signa. Oportuit enim eos aliter initiari, quibus committenda erat cura orbis terrarum, vt aliquid amplius haberent. Priuatim ergo ipsi transfigurationem in monte, nunc super mare ambulantem, multa & miranda post resurrectionem viderunt, & alia præterea arbitrò. Iuerunt autem in Capernaum, non quòd ibi eum esse scirent, sed inuenire vel inter nauigandum opinati. Timuisse autè eos significat euangelista, & à tempore, tenebræ enim iam factæ erant: & à tempestate, quia mare magno flatu ex-

urgebat: & à loco, quia longè à terra recesserant. Cum remigassent quasi stadia vigintiquinque, aut triginta: Et à re incredibili. Vident enim Iesum ambulantem super mare, & perturbatis eis dixit: Ego sum, nolite timere. Sed qua gratia ita apparuit? vt componendæ tempestatis authorem se esse ostenderet. Hoc significat euangelista, cum inquit: Voluerunt ergo accipere eum in nauem, & statim fuit nauis ad terram quam ibant. Non enim tutum duntaxat, sed & secundum vêtum præstitit. Multitudini autem super mare non apparuit: nam maius signum erat, quàm eorum imbecillitas pateretur: sed neque discipulis diutius se ita videndum præbuit, sed simul & visus est, & euauit. Quod autem apud Matthæum signum est, alterum fuisse arbitror, quòd multipliciter constat. Sæpe etenim similia fecit signa, non tantum vt admiraretur, sed tanquam non nimium inusitata spectantes firmiter crederent. Ego sum, nolite timere. Verbo timorem pellit. nõ ita aliàs cum dixit Petrus: Si tu es, iube me venire ad te. Sed vnde tunc non statim crediderunt, nunc crediderunt? Quoniam tunc tempestatem manebat, & agitabat nauem, nunc vnà cum voce sedata est. Vel illud prius signum ostendit, cuius exemplo hoc facilius crediderunt. Quid autem nauem non ascendit? Vt maius appareret miraculum, & suam apertius reuelaret diuinitatem: neve videretur necessitate, sed benignitate, & gratia ad eos venisse. Et permisit tempestatem oriri, vt ab eis inquireretur: sed ait, vt virtus & potestas cognosceretur: non ascendit nauem, vt clarius esset miraculum. Altera autem die turba quæ sabat trans mare, vidit quia nauicula alia non erat ibi nisi vna, & quia non introisset cum discipulis suis Iesus in nauem, sed soli discipuli eius abissent. Qua de causa tanta in hoc narrando diligentia vitur Ioannes? quare nõ dixit. Altera autem die turba traiecto mari abiit? Vt licet non tam manifestè, admoneat tamen turbam miraculum intelligere potuisse. Vidit, inquit, vnã duntaxat nauiculam, qua discipuli traiecerat, & Iesum cum discipulis non fuisse, & abeuntes inuenerunt eum in Capernaum. Quid aliud hinc erat existimandum, quàm quòd mare pedibus vadauerat: nõ enim alia naui traiecisse poterat, cum vnã tum discipulorum appulisset. Verum nihil de tanto miraculo percontati sunt, Quo modo huc venisti? sed tantum quando venerit, rogarunt: nisi quando, pro quo modo, quis velit intelligi. Operæ precium autem hoc in loco considerare instabile multitudinis voluntatem: qui enim paulò antè dixerant, Hic est verè propheta: qui eum rapere, & facere regem volebant, iam refrigerant, & obliuisci miraculi non amplius admirabantur, sed quærerent arbitrò, aliàs cibum accipere. Trâsierunt quidem duce Mose mare rubrum Iudæi, sed magna hic differentia: ille tanquam seruus supplicando, Iesus propria & absoluta potestate transfudit: illi Austro tunc spirante paruit aqua, & aridam præbuit transeuntibus, Iesum nihil à sua natura motum mare, vt dominum admirabilius pertulit, illud testatum reddens, Ambulans super mare tanquã super pavimentum. Iure autem venturus in Capernaum gentem duram & minimè persuasibilem, signum panis operatus est, non solum incolis, sed peregrinis admirantibus, vt eorum moliret incredulitatem, Siquidem cum tanta turba tanto feruore & studio conuenisset, nõne vel lapis moueri debuisset? nõ tamè moti sunt, iterũ cibum carnalem quærabant, ideo à Iesu reprehenduntur. Nos autem his cognitis, tum sensibilem, tum etiam ac multo magis spiritualium gratia munerum gratias deo agamus. Sic enim ipse vult, & propter hæc illa dat. Imperfectiores

Matth. 14. c
et Mar. 6. g

Matth. 14. d

Hic sup. b.

Exod. 13.
& 14. d. c

Atiores sensibilibus allicit, & pramonet cum his admodum adhuc inhiet, quibus acceptis, cum altius erigi negligunt, grauer accufantur. Nam & paralytico illud primum dare voluit, sed non pafsi sunt qui tum aderat praefentes. Siquidem cum diceret, Remittuntur tibi peccata tua, blasphemiam calumniabantur. Idem nos sentire nolumus, spiritualium nobis potior ratio fit. Nam si spiritalia assequimur, amiffis corporeis nullum patimur detrimentum: sine illis autem quae nobis reliqua spes est: quod folatium? Quocirca spiritalia nobis a deo petenda & optanda sunt. Hae nos postulanda docuit, & si explicemus, in ea oratione quam nobis instituit, nihil ad carniem, omnia ad spiritum pertinentia inuenimus, & si quid in ea sensibile est, id quodam modo fit spiritale. Nam si nihil amplius quærimus quam panem * cõsubstantialem, hoc est quotidianum, spiritalis animi, & sapientis est. Priora autem, Sanctificetur nomen tuum, B adueniat regnum tuum, Fiat voluntas tua sicut in caelo & in terra: omnia ad spiritum referuntur. Et post illam particulam, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: ad spiritum redit, Dimitte, inquit, nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Non principatum, non diuitias, non gloriam, non potentiam, sed animam tantum vtilitatem postulandam: non terrena, sed caelestia petenda mandauit. Nam si secularibus abstinere iubemur, quae miseria, quae amentia est ea a domino postulare, quae habita abiicienda: desiderare, in quibus nullam omnino curam adhibendam præcipit: * Iniusta petimus, ideo nihil proficimus. Et quomodo, inquis, mali, iniusti, raptatores, auari ditescunt? Non deus id exhibet, Absit: sed rapina & cupiditate diuites efficiuntur. Cur deus permittit? Quoniam permittit & diuiti, vt ad maius eum reseruaret supplicium. Audi quid ei dicatur: Fili accepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu autem cruciaris. Quod nos in deliciis & peccatis seculi lasciuientes, ne subeamus supplicium, veras nobis comparamus diuitias, & veram sapientiam complectamur, vt promissa bona consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

Homilia xliij. ex cap. sexto.

Respondit eis Iesus, & dixit: Amen amen dico vobis, quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducaastis ex panibus & saturati estis. Operemini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam. Non semper clementia vtendum est, & lenitate: sed ignauus discipulus, & ingenio pinguior, acrioribus magistri stimulis ab ignauia excitandus est: quem morem & hic, & alibi sapenúmero dei filius seruauit. Accedetibus enim turbis, & applaudentibus. Rabbi quando huc venisti? Vt humanam se gloriam contemnere, & eorum tantum salutis curam habere ostendat, asperius respondet, neque tunc quam eorum animi detegendi gratia, vt pateret omnibus. Amen, inquit, amen dico vobis, quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducaastis ex panibus, & saturati estis. Modestius coarguit, non gula & ventris seruos appellauit: non tot miracula, quae neque secuti erant neque admirati, exprobrauit: non tam alia quam paulo ante factum miraculum meminit, quod non admirabantur: sed quia saturati erant, sequebantur, vt iterum saturarentur, & ea gratia reuertebantur. Propterea dixerunt: Patres nostri comederunt manna in deserto. Quod eos corporeo cibo inhiare indica-

bat, rem sane maximè reprehendendam. Iesus autè non reprehensionem tantum immoratur, sed doctrinam incumbit. Operemini, inquit, non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem filius hominis dat vobis. Hunc enim pater signauit deus. Hoc est, nolite corporis cibum curare, sed spiritus. Nonnulli autem ignauia & desidia dediti, his verbis abutuntur, ac si Christus laborum opera tolleret. quibus necessario respondendum est. Totam enim, vt sicut dicam, Christianam calumniatur religionem, vt suam locordiam tueantur. Sed audiant Paulum, Recordamini domini dicentis, Beatus est dare quam accipere. Atqui vnde potest dare, qui non habet? Quo modo igitur Marta, inquit Iesus, Sollicita es, & turbaris erga plurima, porro vnum est necessarium, Maria optimam partem elegit: & iterum, Nolite curare de crastino: Hæc omnia soluenda sunt, non solum vt pigros excitemus, sed ne pugnare videatur diuina scriptura. Etenim alibi, inquit Paulus. Rogamus autem vos fratres, vt abundetis magis, & operam detis, vt quieti sitis, & vt vestrum negocium agatis, & operemini manibus vestris, sicut præcepimus vobis, vt honestè ambuletis, ad eos qui foris sunt. Et iterum: Qui furabatur, iam non furetur: magis autem laboret operando manibus suis quod bonum est, vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti. Hic Paulus non simpliciter præcipit operari, sed ita, vt indigenti subueniat. Et alibi: Et necessitatibus meis, & eorum qui mecum sunt, ministrauerunt manus istæ. Et ad Corinthios: Quæ est ergo merces mea: vt euangelium prædicans, sine sumptu ponam euangelium: & in ciuitatem illam veniens mansit apud Aquilam & Priscillam, & operabatur, erant enim scenofactoria artis. Hæc omnia, quantum ad verba, pugnare maximè videntur. Sunt ergo exponenda. Sed quid dicemus? Non curare & non operari intelligendum est: ne toto animo secularibus rebus inhiemus, neque de quiete crastina, tanquam superuacua cogitemus. fieri enim potest vt quis operetur & non thesaurizat in crastinum: potest vt operando non esse sollicitus. Neque enim idem est cura & operatio. Neque vt operi confidat quisquam operetur, sed vt communicet indigenti. Quod autem ad Martam locutus est Iesus, non in operando reprehensionem dixit, sed quod tempus considerandum sit, & distribuendum, ne audiendi verbi dei occasio in carnalium rerum cura consumatur. Non ergo desidiam laudat Iesus, sed ad audiendum allicit. Veni inquit, vt vos necessaria docerem, tu autem circa prandinum occuparis. Variis ciborum generibus me vis accipere, alium cibum para. Sermonibus meis attende, fororis desiderium imitare. Neque coarguebat Iesus hospitalitatem. Absit, sed doctrinæ tempore aliis non esse vacandum negociis admonebat. Illa autem particula, Operemini non cibum qui perit. Non in desidia viuendum significat: hic enim cibum est qui maximè perit, si quidem omnis malicia fomes est desidia: sed operandum & erogandum indigentibus, qui cibum minimè perit. Qui pigricia deditus, ventri vinit, deliciis vacat, is cibum operatur qui perit: qui verò ex labore suo Christum nutrit, potum dat, vestit: quis adeo sensu caret, vt eum cibum pereuntem dicat operari, per quem & caeleste regnum, & illius bona nobis promittuntur? Hic enim cibum perpetuo manet. At cum Iudæi nullam fidei rationem haberent, cum nihil cogitarent, vnde, & qua virtute ille cibum venisset: sed tantum nihil operando satietatem quærerent, merito huiusmodi qui perit cibum, appellauit. Paui vos, inquit, vt inde permanentem cibum quæreretis, quo

reretis, quo nutrire animus, vos terreno atteditis. Ideo hunc vobis vilem dare nolo, qui caducam & fluxam vitam, sed qui sempiternam præbeat: qui non corpus, sed animam pascit. Sed cum magnificè de se locutus esset daturum se cibum pollicendo, ne iterum calumniandi illis materiam præberet, vt sibi fidem faceret, in patrem id refert. Nam cum dixisset, Quem filius hominis vobis dabit: subdidit, Hunc enim pater signauit deus. Hoc est: Propterea misit qui huc vobis cibum ferret. Quod & aliter potest interpretari. Alibi inquit Christus, Qui audit sermones meos, signauit quod deus verax est: hoc est, manifestè ostendit. Quam mihi significatione & in hoc loco habere videtur hæc particula, Signauit pater: hoc est, ostendit, & suo reuelauit testimonio. Etenim ipse se ostendit, & Iudæos affatus patris in medium protulit testimonium. Ea igitur dilectissimi dominum postulemus, ea oremus, quæ iure nobis ab eo negari nequeant. Secularia enim, vt cunque acciderit, nihil habent ponderis. siue enim ditabimur, hic tantum deliciis fruemur: siue pauperes erimus, nihil officiet. Siquidem neque quæ aut optanda in hac vita, aut molesta videntur, ad voluptatem aut tristitiam vim ullam habere debent, sed vtraque cõtemnenda. Defluunt enim quam celerrimè: quare viæ appellantur a deo, altera lata & facilis, altera angusta & aspera. Futura verò vtraque immortalia persistunt, siue supplicium sit siue regnum. Vt ergo alterum vitemus, alterum verò assequamur, summam adhibeamus diligentiam. Quæ nam secularium, quæso, voluptatum vtilitas? Hodie sunt, cras elabuntur: hodie flos pulcherrimus, cras aridus puluis: hodie ignis ardens, cras cinis extinctus: spiritalia autem perpetuo clara, floridaque, & indies splendidiora permanent. Nunquam illæ cessant diuitiæ, nunquam transferuntur, nunquam desinunt, nunquam sollicitudinem, inuidiam, calumnias afferunt. Non perdunt corpus, non corrumpunt animum: quæ omnia in his reperiuntur diuitiis. Gloria illa non in superbia stulticiam tollitur, non tumet, nunquam cessat, nunquam fit obscurior. In caelo voluptas & delicia sempiternæ, immortales, nullo fine, nullo termino comprehendendæ. Has desiderio prosequamur, præsentia omnia præ futuræ beatitudinis spe, vt ridicula, etiam in regum aulis & familiaritatem acciti, contemnamus. Quibus licet nihil beatus videatur, parua tamè & vilia, & nullius momèti ducunt, qui caelestia animo complectuntur. Quicquid finem habet, non admodum preciosum est: quicquid cessat, & hodie est, cras desinit, etiam maximum, quam vilissimum est existimandum. Non igitur quæ fugiunt & elabuntur, sed quæ permanent & nunquam mutantur, bona prosequamur. Vt omnes ea consequi mereamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

Homilia xliij. ex cap. sexto.

Dixerunt ergo ad eum: Quid faciemus, vt operemur opera dei? Respondit Iesus & dixit eis: Hoc est opus dei, vt credatis in eum quem misit ille. Dixerunt ergo ei: Quod ergo tu facis signum, vt videamus & credamus tibi? Quid operaris? Nihil gula perniciosius, nihil ignominiosius est: hæc obtusum & crassum ingenium, hæc carnalem animam reddit, hæc cæcat intellectum, nec sinit, vt quicquam perspiciat: quod vt in Iudæis vsuenerit, intueri quæso. Cum enim gulæ inhiarent, cum secularibus affixi, nihil spiritale contemplarentur, multis eos verbis & aculeis impellit, multum suadet, neque tamen excitantur,

Gula viciu exccat valde.

sed adhuc humi iacent. Dixerat enim, Quæritis me, non quia vidistis signa: sed quia manducaastis ex panibus, & saturati estis: reprehensione eos perterrit, qui nam quærendus esset: cibum ostendit. Nam dicendo, operamini non cibum qui perit: addidit præmium, Sed qui permanet in vitam æternam: & ad id quod eis obstabat occurrit, quod a patre missus sit. Quid illi? Tanquam nihil audissent: quid faciemus, inquit, vt operemur opera dei: Quod dicebant, non vt discerent & facerent, sed vt iterum saturarentur, vt ex sequentibus apparet. Quid ad hæc Christus? Hoc est opus dei, vt credatis in eum, quem misit ille. Ad hæc illi: Quod signum facis, vt videamus & credamus? Patres nostri manducauerunt manna in deserto. Nihil his stultius, nihil insipientius, cum signum in manibus haberent, tanquam nullum fecerit rogant, quod signum facis: neque in eius potestate signum relinquunt, sed necessario ei præscribunt, vt nullum aliud faciat, quam quod maiorum suorum temporibus factum est. Patres nostri manducauerunt manna in deserto. Hoc exemplo moueri Christum arbitrati, vt idem faceret, quo carnaliter pasceretur. Sed quid nam nullum aliud ex prioribus signis meminerunt, cum plurima tunc temporis in Aegypto, in mari, in deserto facta essent, sed hoc duntaxat? Quia hoc maximè impulsu ventris desiderabant. Quid autem qui prophetam eum appellastis, & regem facere voluistis, post visum signum, ac si nil fecerit, ingrati & perfidi facti estis, & signum quæritis, parasitorum & famelicorum more loquentes? Nunc vobis manna admirationi est: non adhuc anima vestra debilitata est: Et aduerte irrisionem. Non dixerunt, Moses signum fecit, tu quid facis: * perturbari eum arbitrabantur: sed adhuc honorificè loquuntur, cibi expectatione: neque dixerunt, deus hoc fecit, ne huic æqualem, illo humiliorem facere viderentur, sed medium quoddam tenuerunt, Patres nostri manducauerunt manna in deserto. Et profectò ad hæc Christus dicere potuisset, se maius fecisse miraculum, non virga, non præcibus eguisse, sed propria omnia fecisse virtute: quod si manna meministis, ecce panem vobis præbui. Verum non erat nunc his verbis locus, sed vnum curabat, vt ad spiritalem cibum eos adduceret: & considera immensam Christi prudentiam, quo pacto respondere: Non Moses dedit vobis panem de caelo, sed pater meus dat vobis panem de caelo verum. Sed quid non dixit, non Moses dedit, sed ego: sed pro Mose deum, pro manna se ipsum posuit: quia magna erat auditorum imbecillitas, vt ex sequentibus constat. Etenim ita dicendo, non tamen cohibuit. Atqui primum dixit: Quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducaastis ex panibus, & saturati estis: non tamen illi reprehensi destiterunt. Verum cum Samaritanæ se aquam daturum pollicitus est, patris non meminit: sed, Si scires, inquit, donum dei, & quis est qui dicit tibi, Da mihi bibere: tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam: & iterum, Aqua quam ego dabo: & non refert ad patrem. Hoc autem in loco patris meminit, vt quanta fuerit Samaritanæ fides, quanta Iudæorum imbecillitas, intelligeres. Non de caelo erat manna, quo modo ergo de caelo dicitur? quemadmodum, Volucres caeli: & Tonuit de caelo deus. Panem autem simpliciter, & non verum illum appellat, non quod falsum esset in manna miraculum, sed quod figura esset, non veritas. Et cum Mose meminisset, se illi non contulit, neque se adhuc illi præponit, cum maiorem adhuc de illo haberent opinionem. Ideo inquit, Non Moses dedit:

* hic locus ex Euty-mio intelligi poterit. Veru quomani in hac homilia græco codice destitueretur, nihil aus sumus immutare.

Supra. 4. b Ibidem.

Cælum pro aere. Psal. 8. b Ibid. 17. b

dedit: non se, sed patrem dedisse testatus est. *Tam illi, Da nobis panem hunc.* Adhuc enim sensibile quiddam suspicabantur, adhuc ventrem implere expectabant: ideo quamprimum obuiam facti sunt. Quid Christus? Alliciens eos paulatim, inquit, Panis dei est, qui descendit de caelo, & dat vitam mundo: non ludæis tantum, sed vniuerso orbi: neque simpliciter cibum, sed alteram quandam vitam, & legem diuersam. Vitam autem dicit, quoniam omnes mortui erant: illi humi incumbentes, Da nobis inquit, hunc panem. Cum autem intelligeret Christus, quod donec sensu perceptibilem mensam arbitrarentur, concurrerent: cum spiritalem, discederent: *Ego, inquit, sum panis vita, qui venit ad me, non esurier: & qui credit in me, non sitiet vnquam. Sed dixi vobis, quia & vidistis me, & non credidistis.* Hoc & Ioannes superius prædixit: Quod nouit loquitur, & quod vidit testatur, & testimonium eius nemo accipit. Et ipse iterum: Quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur, & non creditis mihi. Quod facit, præoccupas eos, & ostendens non propterea perturbari, neque gloriam desiderare, neque cordis arcana ignorare, neque præsentia, neque futura. Ego sum panis vitæ. Iam in mysterium traditionem deuenturus est, & primum de diuinitate sua sic disputat: Ego sum panis vitæ. Neque enim de corpore hoc dictum est, de quo circa finem, inquit, Panis quem ego dabo, caro mea est: sed adhuc de diuinitate. Etenim illa propter deum verbum panis est, quemadmodum hic panis propter aduenientem ei spiritum, panis cælestis efficitur: hic autem non vititur testibus, quemadmodum in priori disputatione: habebat enim ipsum panem opus in testimonium, quanuis credere dissimularent: illic contradicebant & arguebant, ideo hoc in loco suam decernit sententiam: illi verò cum corporis cibum sperarent, non sunt perturbati, quoad spe deciderunt: neque tamen tacuit, sed arguit vehementer. Qui enim cum panem comederent, prophetam appellabant, & regem facere volebant, hoc in loco indignati, fabri filium dicunt: & quidem videbantur indignari, quod de cælis descendisse diceret: non tamen hæc erat causa, sed quod corpus non pasceret: quod si verè indignabantur, rogare eos oportebat, quo modo panis vitæ esset, quo modo de cælo descendisset. Nunc autem minimè hoc rogant, sed murmurant, & quod hoc eos non perturbasset, inde perspicuum est. Dicente enim Iesu, Pater meus dat vobis panem: non dixerunt, roga vt det: sed da nobis panem. Atqui non dixerat, ego do: sed, pater meus dat. Ea enim erat cupiditas cibi, vt inde se saturari posse arbitrarentur. Quo dato, quo modo postmodum scandalizari debebant, & maximè cum patrem dare intelligerent: quæ nam ergo causa? Cum audirent non amplius edendum, incredulitatis prætextum inuenerunt, quod alius loqueretur. Propterea dixit: Et vidistis me, & non creditis: Cum signa, tum scripturarum testimonia significant: Illæ enim sunt, inquit, quæ testimonium perhibent de me: & quod veni in nomine patris mei, & non accipitis me: & quo modo potestis credere, qui ab hominibus gloriam accipitis? *Omne quod dat mihi pater, ad me venit: & eum qui venit ad me, non eiiciam foras.* Vide quo modo omnia ad hominum salutem conatur. Propterea enim hoc addidit, ne curiosus esse, & frustra hæc dicere videretur. Sed quid hoc significat, Omne quod dat mihi pater, ad me venit, vt resuscitem illud in nouissimo die? Qua gratia communis resurrectionis, cuius & impij participes sunt, vt præcipui cre-

Supra. 3. b
Ibidem.

Hic infra. f

Hic supra. b

Supra. 5. f
Ibidem. g
Ibidem.

dentium in se muneris meminit: quoniam non simpliciter resurrectionis, sed talis meminit. Nam cum prius dixisset: non eiiciam, & non perdam ex eo, mox subdidit resurrectionem. In resurrectione enim alij eiiciuntur: vt inquit, Tollite eum, & mittite in tenebras exteriores. Alij perduntur, Timete, inquit, magis eum, qui potest animam & corpus in gehennam perdere: & illud, Vitam æternam do, hoc significat. Ibunt enim qui mala egerunt, in resurrectionem iudicij: qui verò bona, in resurrectionem vitæ. Hanc hoc in loco resurrectionem ostendit, quæ est bonorum. Sed quid sibi vult ea particula, Omne quod dat mihi pater, ad me venit? Eorum tangit incredulitatem, ostendens quod qui non credunt, non se tantum, sed & patrem offendunt, & eius transgrediuntur voluntatem: non tamen tam apertè id dicit, vt semper facit: quod si hæc eius voluntas est, & propterea venit, vt saluum hominem faceret: qui non credunt, eum oppugnant. Cum enim pater, inquit, aliquem dirigit, nihil prohibet eum ad me venire: & alibi, Nemo potest venire ad me, nisi pater traxerit eum. Et Paulus, Ipse tradidit eos patri. Cum enim tradet regnum deo, & patri: & quemadmodum pater dando non se priuat, ita & filius tradendo. Dicitur autem tradidisse, quod per ipsum accessum habuimus. Illa autem particula, Per quem, etiam de patre dicitur: vt illic, Per quem vocati estis in communicationem filij eius, & per voluntatem patris: * & hic quæ iterum: Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi. Quod significat non paruam rem esse fidem, sed superno indigere auxilio: quod per totum euangelium generosæ cuiusdam animæ, & inspiratio- nis diuinæ esse contendit. Sed dicit fortasse quispiam, Si omne quod dat pater venit ad me, & quoscunque traxerit: & nemo potest venire ad te, nisi datum sit ei desuper quibus pater non dat, hi nullo crimine tenentur. Verba hæc inania & friuola: opus est enim voluntate nostra. Doceri enim credere voluntatis est: hic autem nihil aliud ostendit his verbis, Quod dat mihi pater, quàm non paruam quiddam esse credere, atque humanam cogitationem superna indigere reuelatione, & anima quæ eam fideliter accipiat. Et illud, Qui venit ad me saluus fiet: hoc est, multam adhibebit diligentiam. Pro his veni, & carnem & serui formam accepi. Deinde subdit: *Descendi de caelo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me.* Quid dicis? Aliane tua, alia illius voluntas est? Ne igitur hoc quispiam suspicaretur, addidit: Hæc est autem voluntas eius qui misit me, vt omnis qui videt filium, & credit in eum, habeat vitam æternam. Hæc nunquid voluntas tua est? Et cur alibi dicis, ignem veni mittere in terram, & quid volui nisi vt iam ardeat? Quod si tu hoc vis, constat vnam esse voluntatem. Etenim alio in loco, Sicut pater, inquit, suscitatur mortuos & viuificat: sic & filius quos vult viuificat. Quæ est voluntas patris? ne perdam ex eo quemquam: hoc & tu vis. Non est igitur alia voluntas & alia. Etenim alibi: Sæpe volui congregare filios tuos, & noluiisti. Quæ ergo hæc est sententia? Hoc est, non veni vt aliud facerem, quàm patris voluntatem, neque ego aliud sentio. Omnia enim quæ patris sunt, mea sunt: & quæ mea, patris. Si igitur patris & filij omnia communia sunt, non immeritò inquit, Non vt faciam voluntatem meam. Sed hoc in loco non ita inquit, sed in finem remittit. Alta enim & sublimia, vt dixi, adhuc tegit, & obumbrat. Nam si dixisset, voluntas mea hæc est, contempissent illi. dicit itaque se operam eius

Matt. 22. b
Luc. 12. d

Hic infra. c
1. Cor. 15. c

1. Cor. 1. b
de patre dicitur: vt illic, Per quem vocati estis in com-

Matt. 16. c
Mittitur: Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi. Quod significat non paruam rem esse fidem, sed superno indigere auxilio: quod per totum euangelium generosæ cuiusdam animæ, & inspiratio- nis diuinæ esse contendit. Sed dicit fortasse quispiam, Si omne quod dat pater venit ad me, & quoscunque traxerit: & nemo potest venire ad te, nisi datum sit ei desuper quibus pater non dat, hi nullo crimine tenentur. Verba hæc inania & friuola: opus est enim voluntate nostra. Doceri enim credere voluntatis est: hic autem nihil aliud ostendit his verbis, Quod dat mihi pater, quàm non paruam quiddam esse credere, atque humanam cogitationem superna indigere reuelatione, & anima quæ eam fideliter accipiat. Et illud, Qui venit ad me saluus fiet: hoc est, multam adhibebit diligentiam. Pro his veni, & carnem & serui formam accepi. Deinde subdit: *Descendi de caelo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me.* Quid dicis? Aliane tua, alia illius voluntas est? Ne igitur hoc quispiam suspicaretur, addidit: Hæc est autem voluntas eius qui misit me, vt omnis qui videt filium, & credit in eum, habeat vitam æternam. Hæc nunquid voluntas tua est? Et cur alibi dicis, ignem veni mittere in terram, & quid volui nisi vt iam ardeat? Quod si tu hoc vis, constat vnam esse voluntatem. Etenim alio in loco, Sicut pater, inquit, suscitatur mortuos & viuificat: sic & filius quos vult viuificat. Quæ est voluntas patris? ne perdam ex eo quemquam: hoc & tu vis. Non est igitur alia voluntas & alia. Etenim alibi: Sæpe volui congregare filios tuos, & noluiisti. Quæ ergo hæc est sententia? Hoc est, non veni vt aliud facerem, quàm patris voluntatem, neque ego aliud sentio. Omnia enim quæ patris sunt, mea sunt: & quæ mea, patris. Si igitur patris & filij omnia communia sunt, non immeritò inquit, Non vt faciam voluntatem meam. Sed hoc in loco non ita inquit, sed in finem remittit. Alta enim & sublimia, vt dixi, adhuc tegit, & obumbrat. Nam si dixisset, voluntas mea hæc est, contempissent illi. dicit itaque se operam eius

1. Cor. 1. b
de patre dicitur: vt illic, Per quem vocati estis in com-

Matt. 16. c
Mittitur: Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi. Quod significat non paruam rem esse fidem, sed superno indigere auxilio: quod per totum euangelium generosæ cuiusdam animæ, & inspiratio- nis diuinæ esse contendit. Sed dicit fortasse quispiam, Si omne quod dat pater venit ad me, & quoscunque traxerit: & nemo potest venire ad te, nisi datum sit ei desuper quibus pater non dat, hi nullo crimine tenentur. Verba hæc inania & friuola: opus est enim voluntate nostra. Doceri enim credere voluntatis est: hic autem nihil aliud ostendit his verbis, Quod dat mihi pater, quàm non paruam quiddam esse credere, atque humanam cogitationem superna indigere reuelatione, & anima quæ eam fideliter accipiat. Et illud, Qui venit ad me saluus fiet: hoc est, multam adhibebit diligentiam. Pro his veni, & carnem & serui formam accepi. Deinde subdit: *Descendi de caelo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me.* Quid dicis? Aliane tua, alia illius voluntas est? Ne igitur hoc quispiam suspicaretur, addidit: Hæc est autem voluntas eius qui misit me, vt omnis qui videt filium, & credit in eum, habeat vitam æternam. Hæc nunquid voluntas tua est? Et cur alibi dicis, ignem veni mittere in terram, & quid volui nisi vt iam ardeat? Quod si tu hoc vis, constat vnam esse voluntatem. Etenim alio in loco, Sicut pater, inquit, suscitatur mortuos & viuificat: sic & filius quos vult viuificat. Quæ est voluntas patris? ne perdam ex eo quemquam: hoc & tu vis. Non est igitur alia voluntas & alia. Etenim alibi: Sæpe volui congregare filios tuos, & noluiisti. Quæ ergo hæc est sententia? Hoc est, non veni vt aliud facerem, quàm patris voluntatem, neque ego aliud sentio. Omnia enim quæ patris sunt, mea sunt: & quæ mea, patris. Si igitur patris & filij omnia communia sunt, non immeritò inquit, Non vt faciam voluntatem meam. Sed hoc in loco non ita inquit, sed in finem remittit. Alta enim & sublimia, vt dixi, adhuc tegit, & obumbrat. Nam si dixisset, voluntas mea hæc est, contempissent illi. dicit itaque se operam eius

Hebr. 10. g
2. Cor. 5. b

Fatu negat
Chrysolomus.

Supra. 5. d
Matt. 23. d
& Luc. 13. g

Infra. 17. b

Gene. 19.

eius voluntati præstare, vt eos magis perterreret: quasi dicat, Quid putatis: an quod me irritatis? Nisi crederis, patrem meum in indignationem mouetis. Hoc enim significat voluntatem eius qui misit me. *Vt omne quod dedit mihi pater, non perdam ex eo.* Vbi se eorum non indigere obsequio, neque vt sibi ministraretur aduenisse signat, sed propter eorum salutem, quod in superiore dixit disputatione, Gloriam ab hominibus non accipio. Et iterum: hæc dico, vt vos salui sitis. Hoc enim omnibus modis contendit persuadere, quod eorum salutis gratia aduenerit, quod patris gloriam quærat, vt nulla de se oboriatur suspicio: & quod hoc dicat, in sequentibus manifestius indicauit. Qui voluntatem suam quærit, gloriam propriam quærit: qui autem quærit gloriã eius qui misit illum, hic verax est, & iniusticia in illo nõ est. *Hæc est enim voluntas patris mei, vt omnis qui videt filium, & credit in eum, habeat vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die.* Frequenter resurrectionis meminit, ne presentibus tantum rebus diuinam præscribant prouidentiam: vt si his non fruuntur, non propterea pigriores fiant: neque quod in hac vita non puniuntur, ideo contemnant, sed futuram expectent. Verum illi nihil lucrati sunt, nos verò lucratur, cum frequenter nostris auribus resurrectio insonat: & si dicescere, si rapere, si absurdum aliquid facere vouerimus, è vestigio dies illa & iudicium animo inscribatur, & omni fræno vehementius absurdos affectus cogitatio hæc cohibebit. Atque inuicem, & nobiscum semper dicamus: Resurrectio est, & horredum illud nos iudicium manet. Et si quem gestientem viderimus, & presentibus bonis inflatum, idem dicamus, & reducamus in memoriam omnia hic remansura: & si alius dolore & calamitatibus affectus occurrerit, ad eum quoque iisdem verbis vtamur, doceamusque has miseras finem aliquando habituras. Inertis autem & pigri auribus insonemus desidia suæ penas daturum. Sufficiens hoc verbum, quod omni medicina nostram animam vehementius curet. Est enim resurrectio non longè, sed in portis. Adhuc modicum, iamiam venit, & non tardabit. Et, omnes oportet nos manifestari ante tribunal Christi, & malos & bonos: illos, vt merito ignominia afficiantur: hos, vt in gloria effulgeant. Quemadmodum enim in hac vita iudices, malos supplicio, bonos honore publicè afficiunt: ita & illic, vt malos maior ignominia, bonos clarior gloria consequatur. Hæc nos singulis diebus nostris mentibus subscribamus, hæc semper animo versemus. Hoc pacto nulla nos presentium cura poterit perturbare: nam que videntur, caduca sunt: quæ non videntur, æterna. Hæc inquam frequenter nobiscum loquamur, & cum aliis: Resurrectio est, & iudicium & operum examina. Et quicumque fatum esse arbitrantur, hoc dicant, & mox huius morbi tabe curabuntur. Nam si resurrectio est & iudicium, non est fatum, quanuis plurimi id contendunt. Atqui Christianos resurrectionis admonere erubescit. Qui enim docendus est esse resurrectionem, & sibi non omnino persuadet, quod non necessariò, & simpliciter & vtcunque contigerit, resferantur: is profectò non est Christianus. Quamobrem hortor vos, & oro, omni nos malicia mundos reddamus, & omnia faciamus, vt veniam consequamur, & excusatio nostra admittatur in illa die. Sed dicit fortasse quispiam, Et quando finis? Quando erit resurrectio? Ecce quantum temporis præterit, & nihil tale contigit. Sed erit, credite. Etenim ante diluuium & hos incredulos reprehendit: qui credidit, is solus liberatus est. Et temporibus Loth

diram illam plagã non expectabant, donec fulgura illa & fulmina delata omnes perdiderunt. Neque his, neque temporibus Noë ne minima quidem futurorum malorum particula contigit: sed quemadmodum tum delictis & ebrietati indulgentes, meritum repente supplicium oppressit: ita & resurrectio non in principio, sed in medio felicitatis superueniet. Ideo Paulus inquit, Cum enim dicent pacem & securitatem, tunc repentinus eis superuenit interitus: sicut & dolor in vtero habentis, & non effugiet. Hoc autem fit, vt semper simus in timore, & nunquam confidamus. Quid dicis non expectandam futuram resurrectionem & iudicium? Demones hæc confitentur, & tu confiteri erubescis? Venisti, inquit, huc vt nos cruciaries ante tempus? Qui futurum cruciatum dicunt, & iudicium, & examen, & supplicium futurum intelligunt. Nolumus ergo prouocare deum stulta audendo, resurrectioni diffidentes: quemadmodum in aliis nobis principium fuit Christus, ita & in hoc. Siquidem primogenitus idcirco dicitur ex mortuis. Quod si resurrectio non est, quo modo primogenitus esset mortuorum, cum nemo post ipsum resurgeret? Quo modo dei iusticia seruaretur, tot malis in felicitate, tot bonis in miseria vitam degentibus, vbi quisque secundum merita remunerabitur? Nemo rectè viuentium resurrectioni diffidit, sed quotidie precantur, sanctam illam vocem proferentes: Adueniat regnum tuum. Qui sunt igitur qui resurrectioni non credunt? qui cælesti, inquinatam vitam & impurã viuunt, vt Propheta inquit, Inquinatæ sunt viæ eius in omni tempore, auferuntur iudicia tua à facie eius. Non potest, non potest inquam homo purè viuere, qui non credit resurrectione, vt qui nullius sibi conscij sunt criminis, eam non modò profitentur, sed & volūt & credūt, vt remuneratione accipiant. Nolumus ergo deum prouocare, sed & audiamus dicentem: Timete eum qui potest animam & corpus perdere in gehennam: vt metu meliores & hoc malo liberati, regno cælorum digni efficiamur: quod vtinam omnes consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo patri gloria, simul & sempiterno viuificantiq; spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

Homilia xlv. ex cap. sexto.



Murmurabant ergo Iudæi de illo quis dixisset: Ego sum panis viuus qui de caelo descendi, & dicebant: Nonne hic est Iesus filius Ioseph? etc. Quorum deus ventus est, & gloria in ignominia eorum, inquit Paulus de Iudæis: quod ex prædictis constat, & ex sermone quem ad Christum accedentes habuerunt. Nam cum pane saturati sunt, prophetam appellabant, & regem facere cogitabant: cum verò spiritalem cibum, & vitam æternam edocti, & à rebus sensibilibus abducti, resurrectionem & altiora acceperunt: cumque maximè admirari eos oportuerat, tunc murmurabant & resiliabant. Atqui si hic est propheta, vt dicebatis: Hic est, de quo, inquit Moses: Prophetam vobis suscitabit dominus deus de fratribus vestris tanquam me, ipsum audite: oportuit ipsum audire dicentem, De caelo descendi: non tamen audiebant, sed murmurabant: adhuc enim eum verebantur propter nouum panis signũ, ideo non manifestè contradixerunt, sed murmurando indignationem præ se tulerunt, quod cibum non accepissent, quem cupiebant. Murmurabãt ergo & dicebant: Nonne hic est filius Ioseph? Ex quo perspicuum est, quod nõdum admirabilem eius norant generationem, idcirco adhuc

Philip. 3. d

Deut. 18. d

adhuc Ioseph eum filium dicunt. Nec increpantur, neque negat se filium Ioseph esse, nō qua filius ipsius esset, sed quia nondum illi tantam rem audire poterant, neque secūdam carnem quidem. Quōd si non hanc, longē minus supernam illam & ineffabilem generationē. Si rem humiliorem nō aperuit, multo minus illam. Atqui hoc eos maxime perturbabat, quōd vili patre, & fabro natus esset. Attamen Christus rem ipsam subtrahit, ne alio sublato, aliud scandalum excitasset: sed quid murmurantibus illis Christus? *Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum.* Hic insurgunt Manichæi nihil nos ex nobis ipsis posse, huius particulae testimonio contententes. Sed planē nos posse quæ volumus per hoc ostenditur: inquit enim, Si quis venit ad eum, quid opus est vt trahatur? Verū hoc nostrum non tollit arbitrium, sed diuino egere auxilio ostēdit: & non inuitum, sed omni conatu contententem venire. Inde quo pacto trahat, ne quid sensibile de eo suspicarentur, his verbis prosequitur. *Non quia patrem vidit quisquam, nisi is qui est à deo, hic vidit patrem.* Quo modo trahat, inquit, hoc propheta prædixerat, quōd erūt omnes docibiles dei. Vides fidei dignitatem, quōd non ab hominibus, neque per hominem, sed per ipsum deum ea imbuendi sunt: Idcirco vt fidem verbis suis compareret, eos ad prophetas relegat. Nam si erunt omnes docibiles dei, quare aliqui non credunt? Quoniam hoc de pluribus dictum est. Et præterea illud propheticū omnes volentes significat. Magister enim omnibus proponitur paratus ad docendum & communicandum doctrinā suam. *Et ego resuscitabo eum, in nouissimo die.* Non parua hoc in loco filij dignitas. Siquidem pater trahit, & hic resuscitat. Neque diuidit patris & filij opera. Quōnam enim pacto? sed potestatis æqualitatem ostēdit: vt in illo loco: Et qui misit me pater, testimonium perhibet de me. Quod ne rogando insisterent, ad scripturas relegauit: ita hoc in loco, ne quid suspicarentur, ad prophetas eos relegat: prophetarum subinde adducens testimonia ostēdit se patri non esse contrarium. Quid autem qui antehac fuerunt: nunquid docibiles erant dei? Quid hoc in loco eximium est? Quōd tūc per homines res diuinas discabant, nunc per vniuersum & spiritum sanctū: deinde inquit, *Nō quia patrem vidit quisquam, nisi is qui est à deo est.* Non secundum causā rationem hic loquitur, sed secundum modum substantiæ. Nam si id diceret, Omnes à deo sumus: vbi præstantia & differentia filij: Sed quare non apertius dixit? Propter illorum imbecillitatem. Etenim si dicendo, de cælo descendi, tantum scandalizati sunt: quidnam fecissent si id addidisset? Panem autem vitæ seipsum appellat, quoniam vitam nostram & hanc & futuram corroborat. Et inquit: *Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.* Panem verò siue doctrinam hoc in loco & salutem & fidem in se, siue corpus suum dicit. Vtrūque enim animam fortiolem reddit. Atqui alibi dixit: Si quis sermonem meum audierit, mortem non gustabit, & perturbati sunt: hic non itidem, quia iam ob panis miraculum eum reuerentur. Animaduerte autem quam faciat huius panis & mannae differentiam, ab vtriusque scilicet fine. Quōd enim manna nihil magnum præberet, addidit: *Patres vestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt.* Inde subdit maximam persuasionem, quōd longē pluris, maioribus illis patribus Moise, & claris illorum temporum viris ipsi habiti sunt. Cum enim dixisset mortuos qui manna comedisent, prosecutus est: *Hic est panis de cælo descendens, vsq̃*

quis ex ipso manducauerit, non moriatur. Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi, qui manducat ex hoc pane, viuet in æternum. Illa præterea particula, In deserto: manna non diu durasse, neque in terram promissionis venisse significat. Hic autem panis non est eiusmodi. *Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita.* Merito hoc in loco dubitare quispiam posset, cur hæc nunc Christus loqueretur, cum nihil proficeret, nihil adificaret, imō esset adificatis nocumento? Ex hoc enim, inquit, multi ex discipulis suis retrō abierunt: *† & †* Durus est hic sermo, quis potest eum audire: Erant igitur hæc solis discipulis communicanda, vt Matthæus priuatim cum ipsis loqui testatur. Quid ad hoc dicemus? Quæ nam horum verborum utilitas? Magna quidem & necessaria. Cum enim in petendo cibo instarent: & patribus suis datum memorarent, & manna tanquam magnum quiddam laudarent, omnia illa figuram & vmbra fuisse, rerum autem veritatem præsentem ostēdit: Ideo spiritalis cibi meminit. Sed erat, inquit, dicendum: Patres vestri manducauerunt manna in deserto, ego autem vobis panem præbui. Sed magna sanē differentia: minus enim hoc quam illud visum esset. *†* Manna miraculum extulisset, suum de panibus depressisset. Cum ergo de cælo cibum quærent, ideo frequenter de cælo se descendisse testatur. Quōd si quis percontaretur, cur mysteriorum sermonem adduxerit: Respondimus quōd horum nunc maxime tempus erat. Obscurius enim dictum semper auditorem erigit, & attentiolem reddit. Non ergo perturbari debebant, sed interrogare & quærare, Sed abierunt. Quōd si prophetam eum arbitrabantur, credere eius verbis oportebat. Itaque stulticia sua, non sermonis Christi obscuritate perturbabantur: tu autem considera, quo modo eos ad se paulatim trahit. Nam se, nō patrem dare dicit: & panis quem ego dabo, caro mea est *†* pro mundi vita. Sed aliena quædam doctrina erat, inquit, & diuersa. Atqui Ioannes superius hoc significarat, agnum ipsum appellans, sed non intellexerunt. Non me latet, non tamen discipuli diffidebant. Nam si de resurrectione nondum quicquam norant, & propterea ignorabant quid sibi vellet, Soluite templum hoc, & in tribus diebus suscitabo illud: multo magis quæ hic dicuntur, quæ obscuriora sunt. Quōd enim propheta suscitasset, norant, quauis non tam manifeste locuta sint scripturæ: quōd autem carnem quis comederit, nunquā quisquam illorum dixerat. Veruntamen persuasi sunt, & sequebantur, & habere eum verba vitæ confitebantur. Hoc discipuli est, quæ magister asserit, nō curiosius inuestigare, sed audire & credere, & idoneum solutionis tempus expectare. Quid igitur, aient, cōtrarium accidit, & abierunt retrō: hoc propter eorum stulticiam. Quando enim subit quæstio quo modo aliquid fiat, simul subit & incredulitas. Ita & Nicodemus perturbatus est inquit: Quo modo potest homo in ventrē matris suæ iteratō introire? Itidē & hi nunc perturbantur dicentes: Quo modo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? Nam si hoc inquiris, cur non idem in quinq; panum miraculo dixisti, quo modo eos in tantū auxit: Quia tunc tantum saturari curabant, nō considerare miraculum: sed res ipsa tunc docuit, inquit. Ergo ex eo & hæc credere oportuit ei facilia factū esse. Propterea id prius fecit miraculum, vt per illud non essent amplius increduli, his quæ postmodum diceret. Illi quidem tunc temporis nihil ex his dictis, nos ipsius beneficii utilitatem cepimus. Quare necessario descendunt quam

Liberū arbitrium nō tollitur.

Esai. 54. d

Supra. 5. f

Infra. 8. g

Infra. 9.

† dicemus

Mat. 26.

† propter

quod me

na ex a

laberem

panis a

miraculo

infertur

stus esse

† quærit

dabo. p. m

di. v. i. i.

Supra. 2. d

† sed neq̃

discipuli

sciebant.

Supra. 2. d

Supra. 3.

Infra. 8. g

†

†

†

†

†

†

†

quā admirāda mysteria, & cur data sint, & quæ nam eorum utilitas. Vnum corpus sumus, & mēbra ex carne, & ossibus eius. *†* Quare initiati ei? præceptis parere debent. Vt autē non solum per dilectionem, sed re ipsa in illam carnem conuertamur: per cibum id efficitur, quē nobis largitus est. Cum enim suū in nos amorem indicare vellet, per corpus suum se nobis commiscuit, & in vnū nobiscum redegit, vt corpus cum capite vniretur. Hoc enim amantium maxime est. Hoc Iob significabat de seruis, à quibus maxime amabatur, qui suum amorem præ se ferentes dicebant: Quis daret nobis vt eius carnibus implemur? Quod Christus fecit, vt maiori nos charitate adstringeret, & vt suū in nos ostenderet desiderium, non se tantum videri permittere desiderantibus, sed & tāgi, & manducari, & dentes carni suæ infigi, & desiderio sui omnes impleri. Ab illa igitur mensa tanquam leones ignem spirantes, surgamus diabolo formidolosi, & caput nostrū intelligamus, & quam in nos præ se tulit charitatē. Parentes sapennero liberos suos aliis alendos dederūt, ego autē mea carne alo, me vobis exhibeo, omnibus faueo, omnibus optimam de futuris spem præbeo. Qui in hac vita ita se nobis exhibet, multo magis in futura. Vester ego frater esse volui, & communicavi carnem propter vos & sanguinem: & per quæ vobis coniunctus sum, ea rursum vobis exhibui. Hic sanguis pulchritudinem atq; nobilitatē animæ, quam semper irrigat & nutrit, languescere non sinit. Sanguis enim à cibo nō fit repente, sed prius aliud quiddā: hic quamprimū irrigat animā, eamq; vi quadā magna imbuat. Hic mysticus sanguis dæmones procul pellit, angelos & angelorum dominum ad nos allicit. Dæmones enim cum dominicum sanguinem in nobis vidēt, in fugam vertuntur, angeli autem concurrunt. Hic sanguis effusus, vniuersum abluit orbem terrarum, de quo multa Paulus ad Hebræos profequutus est. Hic sanguis abdita & sancta sanctorū purgabat. Quōd si eius figura tantam habuit vim in tēplo Hebræorū, in medio Aegypto liminibus aspersus, Iogē magis veritas. Hic sanguis aureū altare sanctificauit. Sine hoc princeps sacerdotum in penetralia ingredi nō audebat. Hic sanguis sacerdotes faciebat, hic sanguis in figura peccata purgabat, in qua si tantam habuit vim, si vmbra ita mors horruit, quā opere quæso ipsam formidabit veritatem? Hic nostrarū animarum salus est, hoc lauatur anima, hoc ornatur, hoc incenditur, hic igne clariorem nostram mentem reddit, & auro splendidiore. Huius sanguinis effusio, cælum peruium fecit. Admiranda sanē ecclesiæ mysteria, admirabile sacrarium. Ex paradiso fons scaturit, à quo sensibiles fluuij emanarent. A mensa hac prodiit fons, qui fluuios spirituales diffundit: iuxta hunc fontem non steriles salices germināt, sed arbores cælum ipsum attingentes, quæ fructus tempestiuos & solidos semper producant: si quis æstuat, ad hunc fontem se conferat, & recreabitur. Mundat squalorem & sordes, æstus mitigat, non solares, sed quos ignitæ sagittæ imprimunt. Etenim ortum suum supernē habet, inde radicem unde & irrigatur. Multi huius fontis riuū, quos paracletus diffundit, & filius arboriter est, neque bidente, aut ligone viam facit: sed animos nostros aperit. Hic fons lucis est, fons diffundens radios veritatis, huic supernæ adstiterunt virtutes fluuium eius pulchritudinem inspicientes. Nam manifestius quā nos illa propositorum virtutem & fulgorem inaccessibilem intuentur. Quem-

Initiati sunt ea quæ dicuntur diligenter cōsiderent & sequantur.

Job 31.

Exod. 12. d

admodum enim si quis liquefacto auro manū, vel linguam iniiciat, quamprimū deauratur: ita hæc nobis proposita animam auream reddūt. Resurgit enim vehementius igne fluuius, neq; incēdit, sed abluat tantum quicquid comprehenderit. Hic sanguis præfiguratus est semper in altaribus, in iustorum cædibus: hic orbis terrarum deus est, hic est quo Christus emit, quo vniuersam ornavit ecclesiam. Vt enim homo seruos auro emit, & ornat: ita nos sanguine suo Christus. Qui huius sanguinis sunt participes, cum angelis & archangelis, & supernis virtutibus commoratur: ipsam regiā Christi stolam induti, spiritalibus armis muniti. Sed nihil dixi, imō ipsum induti sunt regem. Sed sicut magnum est, & admirabile: ita si purē accesseris, ad salutē accessisti: sin praua conscientia, ad pœnā & supplicium. Qui enim manducat & bibit indignē sanguinem domini, iudicium sibi māducat, & bibit. Nam si qui regiā purpuram coinquināt, haud secus, quā qui scindunt, puniuntur: quid mirū si qui immunda conscientia Christi corpus accipiunt, idem supplicium subeant, quod qui eum clausi cruci affixerunt: Vide quā formidandam pœnam his minetur Paulus: Irritam quis faciēs legem moritur: quāto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est? Consideremus igitur rem nostram dilectissimi, cum tantis fruamur bonis, & cdm turpe aliquod animum subit, cū ira, vel re, vel verbis rapimur: *†* quid mereamur, quem spiritum acceperimus nobiscum reputemus, & irratiōnabiles nostros cohibeam? affectus. Hæc cogitatio nostra sit, Quousq; rebus presentibus incumbemus: Quousq; non excitabimur? Quousq; nullā salutē nostræ curam adhibebimus? Intelligamus quot in nos beneficia contulit Christus. Gratias habeamus, glorificemus, nō fide tantum, sed & operibus, vt futura bona consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem & cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

1. Cor. 11. g

Deute. 17. b

& Hebr.

10. e

† quib; nos

digni sum;

habiti. †

Homilia. xlvi. ex cap. sexto.

Dixit ergo eis Iesus: Amen amen dico vobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis, &c. Cum de rebus spiritalibus disputamus, nihil seculare sit in animis nostris, nihil terrenū: sed omnia huiusmodi abeat, omnia reagentur. Diuinos duntaxat sermones audiamus. Nam si adueniēte rege omnis sedatur tumultus, multo magis spiritu nos alloquente, multo nobis silentio, multa admiratione opus est. Admiratione nāq; digna sunt, quæ hodie exponuntur. *†* Amē, inquit, amē dico vobis, nisi māducaueritis carnem meam, & biberitis sanguinem meum, non habebitis vitam in vobis. *†* Etenim cum id fieri posse negarent, non solum non impossibile, sed & necessarium asserit. Qui māducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, habet vitam æternam, & ego resuscitabo eū in nouissimo die. Nā cum dixisset: Si quis māducauerit ex hoc pane, non morietur in æternum: & credibile esset eos dicturos quemadmodū superius: Abraham mortuus est, & propheta mortui sunt: & quo modo tu dicis, non gustabit mortē? Resurrectionem ponit, per quam soluit quæstionē, quōd nō morietur in fine. Frequēter autē in mysteriis versatur, & omnino id fieri oportere demonstrat. Quid autē signat, Caro mea* verē est cib*, & sanguis me* verē est potus?

† habebitis. †

† Amē enī,

inquit, dico

vobis: Nisi

quis man-

ducauerit

carnē meā,

& biberit

sanguinem

meū nō ha-

berit vitam

æternam. †

Infra. 3. g

* εἰς τέλος

dixisset: Si

quis māduca-

uerit ex hoc

pane, non mor-

ietur in fine.

Frequēter autē

in mysteriis

versatur, &

omnino id fieri

potus: Aut quod is est verus cibus, qui saluat animā, aut ut eos in prädicitis confirmet, ne obscure locutū in parabolis arbitrareretur, sed sciret omnino necessariū esse vt corpus comederent. Deinde inquit: Qui manducat carnē meā, & bibit sanguinē meū, in me manet: quod dicit, vt cum ipso se admisceri ostēdat. Quod autē sequitur, nō bene superioribus iungi videtur. Queramus igitur quā nam hęc sit consequētia. Cū dixisset, Qui manducat carnem meam & bibit sanguinem meū, in me manet: nō absurdē prosequitur, Sicut misit me viuens pater, & ego viuo propter patrem. Nam cum sepe repetisset vitam æternam, ad id confirmādum addit, In me manet. Si enī in me manet, & ego viuo: qui me fuit, & victurum perspicuū est. Inde inquit, Sicut misit me viuens pater, & ego viuo propter patrem. Hęc comparatio est & similitudo, hoc est, viuo ego sicut & pater. Et ne ingenitū arbitrareris, addidit, Propter patrem: non quod operationis alicuius necessitatē ad vitam habeat, superius enim eam amouit suspiciōnē. Sicut pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in semetipso. Quod si operatione indigeret, inuenietur aut pater non ita dedisse, & falsa esset oratio: aut si ita dedit, nullo alio idigebat auxilio. Quid ergo signat, propter patrē causam tantū. Quod autē dicit, tale est: Sicut viuit pater, ita & ego. Et qui māducat me, & ille viuit propter me. Vitam autē in hoc loco non qualemcumq; sed probatam dicit: quod inde constat, quod & infideles omnes, & non initiati, & qui eius carnem non manducant, viuunt tamē. Quare minimē dubium est, quin illam intelligit. Dicit ergo, qui manducat carnem meā, in morte nō peribit, neq; dānabitur. Sed neq; de cōmuni dicit resurrectione (siquidem omnes resurgēt) sed de clara illa & gloriosa, quæ prāmium meretur. *Patres vestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt: qui manducat hunc panem, viuet in æternum.* Frequenter idem repetit, vt auditorū animis imprimatur. Vltima enim hęc erat doctrina, vt resurrectionis & æternæ vitæ fidē cōfirmaret. Quocirca post vitæ æternæ promissionem, resurrectionem proponit, postquam illam futuram ostendit. Et vnde hoc constat: A scripturis ad quas eos semper relegat, vt inde erudiantur. Cū autem dare vitam mundo dicit, in æmulationem eos adducit, vt si aliorū bono mouentur, nolint ipsi excludi. Frequenter autem mānā meminit, & differentiam conferendo, ad fidē allicit. Nam si possibile fuit, vt quadraginta annos sine melsib^o & frumēto, & alius ad victum necessariis viuerent: longē magis nunc cū ad maiora venerint. Nam si in illis figuris sine labore expositum colligebant: nunc profectō magis, vbi nulla mors, & veræ vitæ fructio. Vitæ autem vbiq; meminit, nam eius trahimur cupiditate, & nihil suauius quā non mori. Etenim in veteri testamento longa vita & multi dies promittebātur: nunc verō nō simpliciter vitæ longitudo, sed vita sine fine promittitur. Simul & ostendere vult, quod suppliciu ex peccato inductum nūc reuocat, sententiā illam mortis soluedo, & vitæ sempiternę in ducendo, contra superiorum temporum institutionem. *Hęc dixit in synagoga do. es in Capernam.* Vbi multa miracula fecerat, quare maximē audiēdus erat, Quā nā autē gratia in synagoga docuit & in templo: Cū vt multitudinē traheret, tum vt patri se non esse contrarium ostenderet. *Multi ergo ex discipulis eius audientes, dixerunt: Durus est sermo hic: hoc est, laborios^o, asper, & difficilis intellectu.* Atqui nihil tale dicebat. Neq; enim de vita, sed de doctrina diserebat, vt in sui

Supra 5. d

laborios^o, asper, & difficilis intellectu. Atqui nihil tale dicebat. Neq; enim de vita, sed de doctrina diserebat, vt in sui

fidem traheret. Quid ergo, durus est hic sermo? Num quod vitā annunciat & resurrectionē? Quod ex cælo se dixerit descēdisse, an quod saluus fieri nemo posset, qui eius carnem non māducaret? Num hęc dura sunt? Et quis dixerit? Quid ergo est, durus? Difficilis intellectu, & quem capere eorum non posset imbecillitas, plenus formidinis. Putabant enim eum supra vires suas loqui: & dicebant: *Quis potest eum audire?* pro se respondentes, cū essent discēssuri. *Sciens autem Iesus 1 apud semetipsum quia murmurabant] de hoc discipuli eius:* Hoc enim eius erat diuinitatis argumentum, quod cordis secreta reuelaret, *dixit eis: Hoc vos scandalizat? Si ergo videritis filiu ipsius hominis ascendentem, vbi erat prius.* Idem & ad Nathanaēlem, *Quia dixi tibi, inquit, vidi te sub ficu, credis: maio ra his videbis.* Et ad Nicodemū: Nemo ascendit in cælum, nisi filius hominis, qui in cælis est. Quid igitur dubitationes dubitationib^o annectit? Minimē, absit hoc, sed doctrinæ magnitudine & copia eos allicere conatur. Si enim simpliciter dixisset, de cælo descendi, neq; aliud addidisset, magis perturbasset auditores: cū autem addidit suum corpus mundi vitam esse: & Sicut misit me viuens pater, & ego viuo propter patrem: omnem soluit dubitationem. Nam qui magnum aliquod vnum de se prædicat, & fingendi suspicio subeat: tollitur tamen si plura ad eius confirmationem colligantur. Omnia autem & facit & dicit, ne Ioseph filius existimetur, non vt scandalum augeat, sed vt tollat. Nam si Ioseph filium putassent, nullam eius verbis fidem adhibuissent: si verō de cælo descēdisse, & illuc ascensurum, audissent attentius. Inde aliam adducit solutionem: *Spiritus, inquit, est qui viuificat, caro non prodest quicquam.* hoc est, secundū spiritum verba mea audienda sunt. Qui secundū carnē audit, nihil lucratur, nihil vtilitatis accipit. Carnale est dubitare quo modo de cælo descendit, & Ioseph filium arbitrari, & quo modo possit nobis carnem suā dare ad manducandum. Hęc inquam omnia carnalia, quæ mysticē & spiritualiter intelligēda sunt. Et quo modo potuerūt intelligere quid esset carnem manducare? Expectare igitur tēporis opportunitatem eos oportuit, nō discedere: interrogare, non desperare. *Verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt.* Spiritus, hoc est spiritualia, nihil carnale, nullam naturalē consequentiam habentia, sed omni hac terrena necessitate, & huius vitæ legibus libera. Est & alius sensus: Sicut in hoc loco spirit^o pro spiritualibus posuit, ita cū carnē dicit, nō pro carnalibus, sed pro carnaliter audire: eos significās, qui semper carnalia desiderabant, cū spiritualia desiderari oporteat. Nā si carnaliter ea quis acciperet, nihil sanē lucraretur. Quid igit? an caro non est caro: maxime certe. Quo modo igitur ait, Caro non prodest quicquā? Nō de sua carne dicit, Absit: sed de his qui carnaliter accipiunt quæ dicuntur. Quid autē est carnaliter intelligere? Simpliciter vt res dicuntur, neq; aliud quippiam excogitare. Non enim ita iudicanda sunt t quæ videtur, sed mysteria omnia interioribus oculis consideranda, hoc est spiritualiter. Qui non manducat carnem meā, & bibit meum sanguinē, non habet vitā in semetipso. Quo modo igitur nihil prodest caro, sine qua nemo potest viuere? Vides quod ea particula, Caro non prodest quicquā: non de ipsa carne, sed de carnali auditione dictū est. *Sed sunt quidam ex vobis qui non credunt.* Iterum pro sua (vt solet) dignitate loquitur, & futura prædicat, ostenditq; nō illorum gloriæ desiderio hęc dicere, sed quod eorū curam haberet. Dicēdo autem, *Quidam, discipulos sub-*

traxit. Superius enim dixerat, Et vidistis me & nō credidistis mihi, hic vero. *Sed sunt quidam ex vobis qui nō credunt. Sciebat enim ab initio Iesus qui essent non credentes, & quis traditurus esset eū. Et dicebat: Propterea dixi vobis, nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum à patre meo.* Spontaneam dispensationem hoc in loco euangelista, & eius patientiā significat. Et illa particula, Ab initio, nō simpliciter hic ponitur, sed vt eius præscientiā intelligas, & quod ante hęc verba, non possit eorum murmurationem & scandalum, proditorum norat: quod diuinitatis erat. Inde inquit, Nisi fuerit ei datum * à patre meo: suadēs eis vt suum patrem deum, non Ioseph arbitrarentur: & in se ostendens nihil sua interesse, si non crederent: quasi dicat non mouent me, neq; perturbant, qui mihi non credunt, noui ea omnia antequam fierēt, noui quibus dedit pater. Cū autem audieris dedisse patrē, noli simpliciter priuilegium arbitrari, sed illud crede, quod qui se accipiendi dignum exhibet, ipse accipit. *Ex hoc multi discipulorum eius abierunt retrō, & iam non cum illo ambulabant.* Rectē euangelista non dixit, discesserunt: sed, abierunt retrō: hoc est, non proficiebant in virtute, & quam iam habebant fidem perdiderūt, cū se scinderent, sed nō duodecim. Quid ergo dicit ad eos? *Nunquid & vos vultis abire?* vt iterum se eorū ministerio nō egere ostēdat. Neq; eos laudauit. Quam ob rem? Cū vt magistri dignitatē seruaret, tum quod ita contineri magis oportebat: nam si laudasset, arbitrati se ei rē gratam facere aliquo saltem humano affectu moti essent: cū verō se eorum ministerio egere minimē ostēderet, magis eos continuit. Et animaduerte quā prudēt locutus est. Non dixit, abite, ne expellere videretur: sed rogauit, num vellent abire: vt & vim omnē & necessitatem auferret, & ne pudore quodam nutarēt, sed etiam gratiam haberēt. Neq; apertē eos accusauit, sed modestē tetigit, vt quid faciendum esset, intelligerēt. Nobis autem contrarium accidit, nec immeritō: quoniam propriæ gloriæ causa omnia facimus, ideo familiarium habitu nos & nostra minui arbitramur. Iesus verō neq; adulatus est, neq; expulit, sed interrogauit, non vt eos contemneret, sed ne vi teneri viderentur: nam si inuiti māssissent, haud secus ac si abissent fuisset. Quid ad hoc Petrus? *Domine ad quem ibimus? verba vite æternæ habes. Et nos credimus & cognouimus, quia tu es Christus filius dei viui.* Vides non verba, sed temeritatem & perfidiam auditorum, scandalū peperisse: Nisi enim ita dixisset; non destitissent cibum corporeum efflagitare: & cū duodecim vnā cum illis eadem verba audissent, contrariē tamen affecti sunt, dicentes: Ad quem ibimus? Quanti amoris verbum? quo & patribus & matribus, & omnibus rebus Christus preciosior ostēditur: quod que qui ab eo discedunt, non habent amplius quod con fugiant. Sed ne propterea, ad quem ibimus: dixisse videretur, quod non habent, qui se acciperent: subdidit, Verba vitæ æternæ habes: quæ illi carnaliter, & secundum humanam rationem, hi secundum spiritum & fidem intellexerunt, idcirco dicebat: Verba quæ locutus sum vobis, spiritus sunt. Doctrinam meam rerū consequentia, & necessitati subiaccere ne arbitramini. Spiritualia terrenis legibus seruire non patiuntur, quod & Paulus inquit: Ne dicas in corde tuo, quis ascendit in cælum: hoc est Christum deducere. Vel quis descēdet in abyssum: hoc est Christū ex mortuis reuocare. Verba vitæ æternæ habes. Iam resurrectionem acceperāt, t in qua quiescebant. Et vide, quāso, fratrum amator & studiosum, pro omnibus respondet. Non dixit, co-

* Vocatur enim τὸ πᾶν τὸ πρὸς τὸν πατέρα. Superne à patre meo. Sic & paulo ante in textu cetero deper addatur.

Rom. 10. b

† & illius quietem.]

traxit. Superius enim dixerat, Et vidistis me & nō credidistis mihi, hic vero. *Sed sunt quidam ex vobis qui nō credunt. Sciebat enim ab initio Iesus qui essent non credentes, & quis traditurus esset eū. Et dicebat: Propterea dixi vobis, nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum à patre meo.* Spontaneam dispensationem hoc in loco euangelista, & eius patientiā significat. Et illa particula, Ab initio, nō simpliciter hic ponitur, sed vt eius præscientiā intelligas, & quod ante hęc verba, non possit eorum murmurationem & scandalum, proditorum norat: quod diuinitatis erat. Inde inquit, Nisi fuerit ei datum * à patre meo: suadēs eis vt suum patrem deum, non Ioseph arbitrarentur: & in se ostendens nihil sua interesse, si non crederent: quasi dicat non mouent me, neq; perturbant, qui mihi non credunt, noui ea omnia antequam fierēt, noui quibus dedit pater. Cū autem audieris dedisse patrē, noli simpliciter priuilegium arbitrari, sed illud crede, quod qui se accipiendi dignum exhibet, ipse accipit. *Ex hoc multi discipulorum eius abierunt retrō, & iam non cum illo ambulabant.* Rectē euangelista non dixit, discesserunt: sed, abierunt retrō: hoc est, non proficiebant in virtute, & quam iam habebant fidem perdiderūt, cū se scinderent, sed nō duodecim. Quid ergo dicit ad eos? *Nunquid & vos vultis abire?* vt iterum se eorū ministerio nō egere ostēdat. Neq; eos laudauit. Quam ob rem? Cū vt magistri dignitatē seruaret, tum quod ita contineri magis oportebat: nam si laudasset, arbitrati se ei rē gratam facere aliquo saltem humano affectu moti essent: cū verō se eorum ministerio egere minimē ostēderet, magis eos continuit. Et animaduerte quā prudēt locutus est. Non dixit, abite, ne expellere videretur: sed rogauit, num vellent abire: vt & vim omnē & necessitatem auferret, & ne pudore quodam nutarēt, sed etiam gratiam haberēt. Neq; apertē eos accusauit, sed modestē tetigit, vt quid faciendum esset, intelligerēt. Nobis autem contrarium accidit, nec immeritō: quoniam propriæ gloriæ causa omnia facimus, ideo familiarium habitu nos & nostra minui arbitramur. Iesus verō neq; adulatus est, neq; expulit, sed interrogauit, non vt eos contemneret, sed ne vi teneri viderentur: nam si inuiti māssissent, haud secus ac si abissent fuisset. Quid ad hoc Petrus? *Domine ad quem ibimus? verba vite æternæ habes. Et nos credimus & cognouimus, quia tu es Christus filius dei viui.* Vides non verba, sed temeritatem & perfidiam auditorum, scandalū peperisse: Nisi enim ita dixisset; non destitissent cibum corporeum efflagitare: & cū duodecim vnā cum illis eadem verba audissent, contrariē tamen affecti sunt, dicentes: Ad quem ibimus? Quanti amoris verbum? quo & patribus & matribus, & omnibus rebus Christus preciosior ostēditur: quod que qui ab eo discedunt, non habent amplius quod con fugiant. Sed ne propterea, ad quem ibimus: dixisse videretur, quod non habent, qui se acciperent: subdidit, Verba vitæ æternæ habes: quæ illi carnaliter, & secundum humanam rationem, hi secundum spiritum & fidem intellexerunt, idcirco dicebat: Verba quæ locutus sum vobis, spiritus sunt. Doctrinam meam rerū consequentia, & necessitati subiaccere ne arbitramini. Spiritualia terrenis legibus seruire non patiuntur, quod & Paulus inquit: Ne dicas in corde tuo, quis ascendit in cælum: hoc est Christum deducere. Vel quis descēdet in abyssum: hoc est Christū ex mortuis reuocare. Verba vitæ æternæ habes. Iam resurrectionem acceperāt, t in qua quiescebant. Et vide, quāso, fratrum amator & studiosum, pro omnibus respondet. Non dixit, co-

gnoui, sed cognouimus. Et cōsidera eum de magistro, non vt Iudeos locutum: siquidem illi dicebant, Hic est filius Ioseph: hic autē, Tu es Christus filius dei viui: & Verba vitæ æternæ habes, quia audierat magistrum dicentem, resuscitabo eum, & habebit vitam æternā. Ex quo præfert attentionē, qua eius verba acceperit, cū ea meminerit. Quid Christus? Neq; laudauit Petrum, neque admiratus est, quauis id alio in loco fecisset: sed, *Nonne ego, inquit, vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est?* Cū enim dixisset Petrus, & nos credidimus, eximit è numero Iudam. Alibi enim nihil de discipulis dixit, sed cū Christus diceret: vos autem quē me dicitis? respondit, Tu es Christus filius dei viui: hic autem dicente eo, Et nos credidimus: meritō ex ipsorū numero Iudam eximit: hoc autem dixit, vt lōgē proditoris maliciam propulsaret, & cū nihil ei proficere videret, t ei tamen consulebat. Et intuere Christi sapientiam. Neque eum manifestaui, neque latere voluit. Illud, ne impudentius contenderet: hoc, ne latere arbitratus, licentius auderet: quare in sequētib; apertius reprehendet. Prius ergo eum aliis annumerauit, cū diceret: Sunt quidam ex vobis qui non credunt: quod his verbis confirmat euangelista, Sciebat enim ab initio Iesus qui essent credētes, & quis traditurus esset eum. Cū autem in malicia perseveraret, vehementius eum arguit, Vnus, inquit, ex vobis diabolus est, quē tamen vt teget, omnibus metum incussit. Hoc autē in loco non immeritō dubitandum, cur nihil dicant discipuli, aliās autem timent & dubitant, & inuicem se aspiciunt rogantes, Nunquid ego sum domine? Et Iohanni petrus innuit, vt magistrum percontaretur quis esset proditor. Quæ nam causa est? Nondum audierat Petrus, Vade post me satana, ideo non timuit: postquā autem increpatus est, & inde audisset, Vnus ex vobis me tradet: meritō formidauit. Neque hoc in loco dicit, vnus tradet me: sed, vnus est diabolus: quare non intelligebāt quid diceret, sed tantum maliciam suam reprehendi arbitrātur. Quid autem significat, *Nōne ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est?* Vt omni assentationis suspicione careret. Nam cū omnes eum præter duodecim reliquissent, t & Petrus eū confessus esset: ne quis assentationem suspicaretur, ita locutus est: quasi dicat, J nihil mihi persuadet ne malos arguam. Nolite putare me laudum vestrarū gratia vobis adulatorum, vel vt me sequamini malos non reprehensurum. Quod enim multo magis est ad persuadendū, id mihi non persuadet. Qui enim in amore perstiterit, ipse sui amoris præbebit argumentum. Electus vero à magistro t gloriā, reprobis stulticiæ apud stultos opinionem accipiet. J Veruntamē neq; hoc me à reprehensionibus abducit. Hoc nunc reprehendunt in Christo Gentiles frigidē & stultē. Nō enim vi & necessitate quadam deus bonos facere consuevit, neq; electio eius violenta est, sed suaforia. Vt enim intelligas, inquit, nō cogere vocationem, multos vocatos perire cōtinget. Quamobrem constat, in nostro esse arbitrio, an saluemur, an perdamur. His igitur admonitionibus & sobrijs esse, & vigilare contendamus. Nam si is qui in sanctum illum chorū connumeratus erat, qui tantū donum consecutus, qui signa fecerat (etenim ipse Iudas cum aliis ad fuscitandos mortuos, & mundandam lepram mittebatur) ex quo grauissimo auariciæ morbo captus est, nihil ei neque beneficia, neque dona, neque Christi consuetudo, non obsequium, non lotio pedum, non mensæ participatio, nō loculorum custodia

Matt. 16. b & Marc. 8. c.

† Attamen quod suum erat faciebat.]

Matt. 26. b

Math. 16. & Marci. 8. d

Matt. 26. b

† & ipse Petrus eum Christū esse cōfiteretur, ne existimarent quod ipse asseratū esset, ab ea suspicione abducit, tale quid dicit.]

† stulticiæ opinionē acquiri, dum apud stultos reprobus habetur.] Liberum arbitrium.

profuit, sed omnia hæc aditus ei ad supplicium fuerunt. Timeamus & nos, nequando per auariciã ludam imitemur. Non prodis Christum? sed qui pauperem fame confectum vel frigore contēnit, eiusde reus erit supplicij: & cum indignè mysteria participamus, eodē modo quo Christi interfectores puniemur. Quando rapimus, quando opprimimus inferiores, maximum nobis supplicium adiscimus: & merito sanè. Quousq; enim terrenorum amor nos detinet, quæ superflua sunt & vana: Diuitiæ enim superflua sunt & inutiles. Quousque huius mudi ineptis inhiabimus? Quousque ita grauari erimus, ne cœlum suspiciamus? Quousque non sapiemus, neq; terrenarum rerum, atque fluxarum fatietatem capiemus, neq; experientia earum vilitatem intelligemus? Consideremus qui ante nos diuites fuerunt: nonne omnia somniũ? nonne vmbra & flos? nonne verba & fabulæ? Ille locuples, vbi nunc diuitiæ perierunt: peccata autem quæ in his comparandis patrauit, remanēt, & propter peccata supplicium. Imò si nõ esset supplicium, non proponeretur & regnum, quod idem genus & naturam comunicat, reuereri oportuit. Nunc autem canes quidem educamus, multi & onagros, & vrsos, & alia ferarum genera, hominem autem fame confectum negligimus: & pluris* alienum facimus, quàm cognatum: & indigniorem domesticum, quàm incognitum ducimus. Sed splendas domos edificare, & familiarũ caterua stipari, & aurea laquearia iacentes spectare, quàm pulcherrimum est, imò superfluum & inutile. Sunt splendidiores eedes, & longè his clariores: in his oblectare, & oculos pasce, nemo prohibebit. Vis tectum quàm pulcherrimũ intueri? Vespere adueniente cœlũ stellis rutilans suspicias. Sed nõ est meum, in quies. Imò magis tuũ quàm illud. Siquidem propter te factum est, & commune cum fratribus est: hoc autem tectum non est tuum, sed post mortem tuã hæredes occupabunt. Et cœlum quidem multum tibi vtilitatis afferre poterit, cum per eius pulchritudinem ad opificis contemplationem ascenderis: illud autem tectum plurimum oberit, & te maximè in die iudicij accusabit, cum ipsum auro vndique fulgeat, Christus ne [minimum] quidem habeat vestimentum. Ne igitur tantæ stulticiæ arguamur, neq; fugientia prosequamur, neq; permanētia fugiamus, neq; nostrã prodamus salutē: sed futura speremus, siue senes, vt pote qui planè nos breui victuros intelligamus: siue iuvenes, tanquã planè persuasi, quod nõ multũ nobis tēporis relinquatur. Vt enim fur in nocte, ita dies ille adueniet. Et mulieres viros, viri mulieres hortētur: castigemus & iuuenes, & virgines admoneamus: Ita alter alterũ erudiamus, vt contēptis præsentibus futura desideremus, eaq; cõsequi possimus, gratia & benignitate domini nostri Iesũ Christi, per quem, & cũ quo patri gloria simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

Homilia xlvij. ex cap. septimo.

Dicitur autem ambulabat Iesus in Galilæa: non enim volebat in Iudæam ambulare, quia quærebant eum Iudæi interficere. Erat autē in proximo dies festus Iudæorum scenopegia. Nihil liuore, nihil inuidia grauius, per dum Chry ea mors in mundum venit. Nam cum hominē honorari diabolus conspexisset, eius boni impatiens, omnia molitus est, vt eũ perderet: semperq; ex hac radice hũc fructum erupisse videre licet. Propter hanc Abel interemptus est, propter hanc Dauid cedis periculum subiit, propter hanc & alij multi perempti sunt iusti. Hinc

Iudæi Christum interfecerunt. Quod his verbis euāgelista significat, Post hæc ambulabat Iesus in Galilæa: non enim habebat potestatem in Iudæam ambulare, quia quærebant eum Iudæi interficere. Quid dicis beate Ioannes? Non habebat potestatem in Iudæam ambulare, qui potest omnia quæ vult: qui cum diceret, quem quæritis, repulit eos retrò: qui præstò est & nõ videtur, is non habet potestatem? Quo modo autem postmodum per medium eorum in medio templo, & die festo transibat; cum plurimi conuenissent, & presentibus illis qui interficere cupiebant, disputabat, quæ magis eos irritarent, quæ illi admirabantur, dicentes: Nonne hic est quem quæritis interficere? Et ecce palam loquitur, & nil ei faciunt. Quæ nam hæc sunt ænigmata? Absit, sed illud dicendum est, partim diuinitatis, partim humanitatis opera demonstrari. Cum enim non habere eum potestatem dicit, tanquam de homine qui humanè operaretur dicit: cum autem in medio eorum stetit, neque comprehensum narrat, diuinitatis nobis potentia indicatur. Fugit tanquã homo, apparuit tanquam deus. Vtrunque verè narratum est. Quod enim in medio insidiantium non esset comprehensus, inuincibilem se, atque inexpugnabilem significauit: & quod delituerit, incarnationem certò cõfirmavit. Vt neque Paulus Samosatensis, neque Marcion cum aliis eodem morbo laborantibus haberent, quid dicerent, quorum vtriusque os obstruit. *[Erat autē in proximo] dies festus Iudæorum scenopegia.* Particula ista, Post hæc, nihil aliud significat, quàm multum interea temporis processisse: quod inde constat. Cum subiit Iesus in montē inquit, Erat proximum pascha dies festus Iudæorum. Hic autē scenopegia meminit, & in quinq; mensibus nihil aliud nobis narratur, neq; nos aliud docuit, quàm quinq; panum miraculum, & habitũ cum illis qui panes ederat, sermonem. Quod autem neque signa facere, neq; vnamquam disputare die, vespere sæpe etiã noctu omiserit, ita discipulis saltem constat, vt omnes euangelistę testentur. Quid tandem id omiserunt? Quoniã non omnia dici poterant. Præterea ea dicere properabant, in quibus vel accusabatur, vel respondebat Iudæis. Multa enim prioribus similia fecit. Quod enim egrotos curauerit, & mortuos suscitauerit, & miracula fecerit, sæpe audiuimus. Cum autem aliquod nouum dicit, vel aliquid quod cõtra ipsum fore videatur occurrit, ea prosequuntur: quale nunc est, quod fratres eius in eum nõ credebant. Neque enim parum hoc reprehendi posse videtur, & dignum sanè est admiratione, quod tam apertè, tam verè loquantur, vt neque pudeat dicere, quæ magistro contumeliosa esse viderentur. Verũ omnium maximè ea narrare festinarunt. Et nunc multis signis & miraculis ac cõcionibus omisis, ad hoc quãprimũ venit euangelista. *Dixerunt, inquit, ad eum fratres eius, Transi hinc, & vade in Iudæam, vt & discipuli tui videant opera tua, quæ facis. Nemo quippe in occulto aliquid facit, & quærūt ipse palam esse. Si hæc facis, manifesta te ipsum mundo. Neque enim fratres eius credebant in eum.* Et quod nam verbum incredulitatis protulerunt, si rogabãt vt signa faceret? Maxima quidem & aspera & intempestiua quadam confidentia locuti sunt: putabãt enim cognationis gratia oportere se fidenter loqui. Et videtur quidẽ principium amicorum esse: verũ asperrimè dicunt. Nam & formidinis & inanis gloriæ eum insimulant. Siquidem cum dicunt, Nemo in occulto aliquid facit: & formidinis arguere, & suspicari videntur, an quæ faceret Iesus, verè faceret. Illa autem particula, Et quærūt ipse

* ἀλλότριον. alienū, extra neū, & aliterius generis animal hic intelligitur, vt feras &c.

† necessarium.]

* ἠθέλει. volebat, hoc quidẽ loco scribitur: sed planè persuasi, quod nõ multũ nobis tēporis relinquatur. Vt enim fur in nocte, ita dies ille adueniet. Et mulieres viros, viri mulieres hortētur: castigemus & iuuenes, & virgines admoneamus: Ita alter alterũ erudiamus, vt contēptis præsentibus futura desideremus, eaq; cõsequi possimus, gratia & benignitate domini nostri Iesũ Christi, per quem, & cũ quo patri gloria simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

Infra.]

Luce.]

Infra.]

† Pauli.]

Supra.]

† corā. pulis.]

Galat. d.

ipse palam esse: habet inanis gloriæ suspensionem. Tu autem Christi virtutem considera. Ex his qui hæc dixerant, Iacobus primus Hierosolymorum episcopus ordinatus est, de quo Paulus ait: Alium autem apostolorum vidi neminem, nisi Iacobum fratrem domini. Dicitur & Iudas mirabilis fuisse. Atqui hi in Cana affuerant, cum aquam in vinum conuertit: sed nihil adhuc profecerunt. Vnde igitur eis tanta incredulitas? A voluntate & inuidia. Consanguinitas enim solet quodã modo inuidiæ haberi. Sed quos nam hoc in loco discipulos appellat? Turbam sequentem, non duodecim. Quid Christus? vide quàm accommodatè, non dixit, qui estis vos qui mihi consulitis & me docetis? sed, *Tempus meum nondum aduenit.* Hic & aliud quiddam videtur posse significari. Fortasse enim eum tradere Iudæis consultabant, & ob hoc respõdit: Tempus meum nondum aduenit, hoc est, crucis & mortis. Quid ante tempus, vt moriar, proferatis? *Tempus autem vestrum semper paratum est.* Vos etiã semper cum Iudæis versimini, non interficient vos, qui eiusdẽ estis sententiæ: mihi autem non quamprimũ mortem machinabũtur. Itaq; vobis quidem semper tempus est, cum non impedeat periculum: mihi autem tunc tempus erit, cum ero crucifigendus, & moriturus. Et quod hoc intelligat, ex sequentibus perspicuum est. *Non potest mundus odisse vos.* Quo modo enim qui eadem vultis & ad idem tenditis? Me autem odit, quia reprehendo eum, quod mala sint opera eius. Hoc est tangere, & benignè reprehendere. Hinc iram vincere, & non indignari, etiam si abiecti sint, qui nobis consulant, erudimur. Nam si non credentium, & iniquum, & a charitate abhorrens consilium a quo animo tulit: quam nos consequemur veniam, qui terra sumus & puluis, cum consulentes iniquo animo ferimus, maximè si paulò abiectiores sint, tanquam indignum arbitantes? Considera hinc quæso, quàm benignè illatam confutat contumeliam. Dicentibus illis, *Manifesta te ipsum mundo, respondit, Me mundus odit.* Tantũ enim abest inquit, vt quæram ab hominibus gloriam, vt non desistam eos reprehendere: & cum sciam & odium ex hoc mihi & mortem comparari. Et vbi reprehendit, inquit: imò quando cessauit? Nonne dixit, nolite putare, quia ego accusaturus sum vos apud patrem, est qui accusat vos Moses? & Ego cognoui vos, quia dilectionem dei non habetis: & Quomodo potestis vos credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam quæ a solo deo est non quæritis? Ex his & aliud innuitur, quod ex libera Christi reprehensione, non ex solutione sabbati Iudæorum odium in eum oriebatur. Sed quid eos ad diem festum mittit, cum dixit: *Vos ascendite ad diem festum hunc, ego non ascendam adhuc.* Vt ea se dixisse ostenderet non rogãdi*, aut adulãdi gratia, sed vt eis Iudæorum ceremonias permitteret. Sed cur ascendit, cum se ascensurum negasset? Non dixit ipsis, vt esset simpliciter, Non ascẽdam: sed adhuc, id est vobiscum, dat se ipsa quia tempus meum nondum impletum est. Atqui in futuro paschate crucifigendus erat. Cur ergo non ascendit? Et si quia tempus non erat non ascendit, nullo pacto erat ascendendum. Sed non propterea ascendit & posterior vt pateretur, sed vt doceret. Cur clam, cum apertè posset in medio eorum esse, & iram & furorẽ sedare, quod saepe fecit? Noluit frequenter hoc facere, fuisse sanè maius diuinitatis argumentum, sed cum metu remansisse putaretur, & incarnationem & fiduciam confirmauit: quod cum passionis tempus præuideret, id maximè eligeret, vt ascenderet Hierosolymam. dicens autem

Supra. & Ibidem. Ibidem. † ab hominibus.]

* ἀεὶ με. vos & vtrũque rogans eos, vel indigēs ipsis, vt esset simpliciter, dat se ipsa quia tempus meum nondum impletum est. Atqui in futuro paschate crucifigendus erat. Cur ergo non ascendit? Et si quia tempus non erat non ascendit, nullo pacto erat ascendendum. Sed non propterea ascendit & posterior vt pateretur, sed vt doceret. Cur clam, cum apertè posset in medio eorum esse, & iram & furorẽ sedare, quod saepe fecit? Noluit frequenter hoc facere, fuisse sanè maius diuinitatis argumentum, sed cum metu remansisse putaretur, & incarnationem & fiduciam confirmauit: quod cum passionis tempus præuideret, id maximè eligeret, vt ascenderet Hierosolymam. dicens autem

tem, Ascendite ad diem festum: id dicit, nolim arbitramini, quod nolentes cogere velim mecum maneat. Ea autem particula, *Quia nondum impletum est tempus meum,* significantis est oportere adhuc & signa fieri, & conciones haberi, vt per audientiam & passionem eius plures crederent, & discipuli magis confirmarentur. Hinc nos benignitatem, hinc mansuetudinem erudiamur dilectissimi. Discite, inquit, a me, quia mitis sum & humilis corde: & omnem molestiam abscindamus: & si quis nobis insultauerit, humiliemur: si quis exasperatur, mitigemus: si quis mordet & lacerat, & contumelias profectur, nolimus commoueri, neq; victi ipsos perdamus. Etenim ira fera est vehemens, & furibunda. Incantemus eam diuinæ scripture carminibus: dicentes, terra & puluis es, & quid superbit terra & puluis? Et impetus iræ eius casus ei. Et vir iratus immodestus est. Nihil turpius aspectu irati, nihil visu grauius. Quod si aspectus, multo magis anima. Quemadmodum enim cœnum, si contrectetur grauius olet: ita & anima cum perturbata est, & multis intrinsecus fluctibus agitata. Sed non possum, inquis, inimicorum contumelias tolerare. Qua gratia? Nam si verè accusaris, etiam coram compungi deberes, & gratiam ei habere. Si falsò, deride: dixit pauperem, ride: dixit mendicum, ride: dixit degenerem vel stultum, iam illum desce. Nã qui dicit fratri suo, fatue: reus est gehennæ ignis. Iniuria ergo affectus, in mentem veniat, quod illi supplicium maneat: & non modo nulla in proximum ira fereris, sed deplorabis vicem eius. Neque enim febrilis laboranti, aut graui inflammatione quisquã irascitur, sed his morbis affecti sui misericordiam & lachrymas mouet: huiusmodi est irati animus, qui si in te proliet, tace & opportunam ei plagam infliges. Si contumeliam contumelia prosequeris, ignem excitabis. Sed pusilli animi arguemur in quies, si tacebimus, imò tuam admirabuntur sapientiam. Quod si cõtra contumeliosè responderis, materiã dabis vt vera putetur, quorũ argueris. Quare enim diues, si pauper appellatur, ridet: quoniam falsum id nouit. Itidẽ si nos iniurias ridebimus, magnum erit argumentũ, quod falsò reprehẽdamur. Ad hæc, quousque hominũ iudicia formidabimus? Quousque communẽ dominũ despiciemus, & carni vacabimus? Cum enim inter vos contetio est, & æmulatio, & seditiones, nonne carnales estis? Fiamus igitur spirituales, & sanissimã hanc beluam frãno cohibeamus. Inter irã & insaniam nihil differt, sed tēporarius quidẽ dãmõ est, imò quàm qui demonio vexatur grauior. Ille enim venia dignus est, iratus nulla, sed supplicij innumeris, qui sponte sua in profundum perditionis defertur, & etiam ante futuram gehennam pœnas dat. Tumultu enim quodã & astu intolerabili, die noctuq; variis cogitationibus anxius iactatur. Vt igitur & presentis supplicio & futuro liberemur, abiectio penitus hoc affectu omnes mansuetudinem induamus, & modestiã, vt & in hac vita, & in regno cœlorum tandem animis nostris requiem inueniamus. Quam vtinam omnes cõsequi possimus, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

Homilia. xlvij. ex cap. septimo.

Hic cum dixisset illis, ipse mansit in Galilæa. Vt autem ascenderant fratres eius, tunc & ipse ascendit ad diem festum: non manifestè, sed quasi in occulto. Quæ secũdũ humanã imbecillitatẽ a Christo facta sunt, non tãg iij tum

† libertatẽ loquẽdi, & patientiam eius.]

† nos ipsos videntētes.]

Mat. 3. d.

1. Cor. 3. d.

tum incarnationem confirmant, sed etiam ad virtutē instituant. Nam si omnia tanquam deus fecisset, quid scire potuissent in humanis rebus incidentes, quid facere nos oporteret? Vt exēpli gratia, Si hoc in loco homicidis Iudæis obuius iram sedasset, & hoc frequenter fecisset, nos autem idem non potentes, offenderemus: Vnde nobis constaret quid esset faciendum, vtrum interire eos, an moderatione vti vt sermo procederet: Hoc nos Christus docet, cum inquit: Hæc cum dixisset Iesus, mansit in Galilæa. Vt autem ascenderūt fratres eius, tunc & ipse ascendit ad diem festum, non manifeste, sed quasi in abscondito. Hæc particula, Vt ascenderunt fratres eius: ostendit noluisse se cum illis ascendere, & ideo mansisse. Neque palam cum eis versatus est, vt volebant, sed cum liberè semper aliàs versatus, hic quasi in occulto ascēdit. Non dixit, occulte: sed, quasi in occulto. Ita enim videbatur, quæ admodum dixi, vt nos doceret in huiusmodi rebus moderatione vti. Præterea non erat par, iratis illis, & excādescētibus se ita exponere. *Finito autem festo, Iudæi quærebant ipsum, & dicebant: Vbi est ille? Bona quidē eorum opera. In die festo in cædem semper ferebantur, & festis eū diebus capere tentabant. Nam & alibi dicūt. Quid putatis quia nō venit ad diem festum? Et dicebant, Vbi est ille? Ex nimio odio eum nominatim appellare non patiebantur. Diem festū maximè reuerēbatur, & tamen capere conabātur. Et murmur multū erat de eo in turba. Ego autē loci gratia, vbi miraculū fecerat, Iudæos maximè irritatos timuisse arbitror, non tam iratos transeunti, quam veritos ne aliud signum faceret. De eo autē vel inuiti prædicabant, & clarū reddebāt. Quidam dicebant, quia bonus est: alij autem dicebant, Non, sed seducit turbas. Illam puto multitudinis opinionem, hanc principum & sacerdotum fuisse. Illud enim verbum, Non, sed seducit turbas: hoc indicat. Sed quo modo seducit, quæso? Nūquid præstringit aciem, vt signa facere videatur, re autem nulla sint? Verūm contrarium experiētia deprehenditur. Nemo tamen palam loquebatur de illo propter metum Iudæorum. Vides vbique optimates quidem corrupto, turbam verò sano fuisse iudicio: non tamen fortes, vt decebat, quod maximè multitudinis est. Iam autem die festo mediante, ascendit Iesus in templum, & docebat. Ob dilationem attentiores reddidit. Nam qui primis eum diebus quærebant, repente præsentem alij bonum, alij malum iudicabant, illi vt aliquid lucrarentur, hi vt comprehenderent. Illud autem verbum, Seducit turbas: propter eius doctrinam dicebant, cum eam non intelligerent. Illud autem, Quia bonus: propter signa. Eorum igitur iram molliens, ita institit, vt verba sua diligenter audirent, neque amplius indignati, aures obstruerent. Quid doceret, silentio præterit euangelista. Quod autem tam mirabiliter, vt eos mouerit, & vi orationis eorum mutarit sententiam, id tantum dicit. Nam qui turbas seducere dixerant, iam mirabantur quo modo literas sciret, qui non dicerit. Vides eorum plenam maliciæ admirationem: Non enim doctrinam admirabantur, neque capiebant. Sed alia eos mouebat admiratio, vnde id sciret: cum potius hinc cognoscere debuissent, nihil humani in eo esse: sed cum nollent hoc confiteri, sed tantum admirarentur, audi quid Christus dixerit: *Mea doctrina non est mea. Ad eorum respondet suspensionem, ad patrem id referens, vt eis silentium imponeret. Qui facit voluntatem eius, is cognoscet de doctrina, verum ex deo sit, an ego à meipso loquar. Ac si dicat, hanc amouete dubitatio-**

† seipsum manifestū effecit, vt illi volebāt

Infra. 11. g

nem, & iram, & inuidiam, & inane contra me odium, & nihil vos impedit, quin cognoscatis dei verè verba mea esse. Nunc hæc vobis tenebras & offundunt, & rectum verumq; iudicium corrumpunt: quæ si reiceretis, non in hac essetis sententia. Verūm non his verbis vsus est, ne vehementius eos irritaret, sed hoc totū significauit, cum inquit: Qui facit voluntatem eius, cognoscet de doctrina, vtrum ex deo sit, an ego à meipso loquar: hoc est, an alienum aliquid, & ei contrarium, dicam. A meipso autem, semper ad hoc refertur, quod nihil præter dei voluntatem loquitur, sed quæ pater vult. Qui autem facit voluntatem eius, cognoscet de doctrina: hoc est, si quis sit amator virtutis, verborum meorum vim intelliget: si quis voluerit prophetias per scrutari, in secundum eas loquar, cognoscere poterit. Et quoniam pacto sua est, & non sua? Non enim dixit, doctrina ipsa non est mea: sed cum sibi eam tribuisset dicēdo, Doctrina mea: addidit, nō est mea. Quo modo idem eiusdem potest esse & non esse: Eisse, quia à nullo doctus loquebatur: non esse, quia patris doctrina erat. Quo modo igitur dicit: Omnia quæ sunt patris, mea sunt: & quæ mea, patris? Si quia patris doctrina est propterea nō est tua, falsum illud est. Ideo enim tua esse debuit. At hoc verbum, Non est mea: maiorē in modum patris, & suam vnam esse doctrinā indicat: quasi dicat, nihil habet diuersum tanquam alterius. Quod si persona alia sum, idē tamen & dico, & facio: vt non existimetis aliud à patre, sed idem me & dicere & facere. Inde aliam adducit rationem, cui contradici non potest, humana quadam vtens consuetudine. Qui propriam quandam doctrinam instituere vult, nulla alia ratione se velle dicit, quam vt gloriam sibi comparet. † Nam si ego gloriam meam quæro, quare propriam quandam doctrinam non constituo? *Si autē ego gloriā meā non quæro, quare propriā quandā doctrinam constituo?* Qui à seipso loquitur. Hoc est, proprium quiddam, & separatim loquitur, idcirco loquitur, vt gloriam ipse aucupetur: sed quia mittentis gloriam quæro, ideo eius doctrinam doceo. Vides causam cur nihil à semetipso facere dicat: Vt neque gloriam, neque principatum desiderare credatur, propterea cum humiliter loquitur. *Ego patris gloriam quæro, inquit, Vt persuadeat se gloriā nullam quære. Sūt & aliæ causæ, ne ingenuus, ne deo contrarius, ne carnem nostram non accepisse putaretur: vt auditorum imbecillitati consuleret, vt denique eos modestiam seruare, & minimè se iactando extollere doceret. Se verò efferendi vna duntaxat causa inueniri potest, natura præstantia. Nam si dicendo se ante Abraham fuisse, scandalizati sunt: quidnam fecissent, si semper magna audissent: Nonne Moyses dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit legem: Quid me queritis interficere? Quā habet hoc à superioribus consequentiam? Quid cum his communicat? Duo Iudæi in Iesu reprehendebant: vnum, quod sabbatum solueret: alterum, quod patrem deum diceret, & ei se æqualem faceret, non ipsorum suspitione, sed propria Christi sententia. Quod autem non vt multi solent, sed eximie & proprie patrem appellaret, inde constat. Multi sepe deum patrem suum dixerunt, quale est: Deus vnus creauit nos, & pater vnus omnium nostrum, non tamen propterea æqualis est populus deo. Quare non fuissent scandalizati. Et quemadmodum cum dicebant eum ex deo non esse, & sabbatum transgredi, sæpenumero eorum respōdit suspitioni: ita si hoc illi essent suspicati, ipse autem id non sentiret, eos falsò id opinari profectò docuisset, dixissetq;: Quid me deo æqualem arbitramini? non sum*

Infra. 17. b

† Si autē ego gloriā meā non quæro, quare propriā quandā doctrinam constituo?

Malac. 2. b

sum æqualis. Sed nihil tale dixit, imò se omnino æqualem professus est ex sequentibus. Illa enim particula, Sicut pater suscitatur mortuos & viuificat, sic & filius viuificat: & illa, Vt omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem: & Opera quæ ille facit, hæc & filius similiter facit. Hæc omnia æqualitatē constituunt. Et de lege ait: Nolite putare quia veni soluere legē, aut prophetas. Hoc pacto malas ē mentibus suspiciones norat euellere. Hic cum patre æqualitatē non solū non tollit, sed etiā confirmat. Quare alibi cum illi dicerent, quia te deum facis: minimè se purgauit, sed id esse asseuerauit inquit: Vt autem sciatis, quod potestatem habet filius hominis dimittendi peccata in terra, dicit paralytico: Tolle grabbatum tuum, & ambula. Illud igitur primū intendit, vt æqualem se deo faciat: & quod nō sit cōtrarius, sed idem quod ille & dicat & doceat. Inde circa sabbati transgressionem instat, dicens: Nonne Moyses dedit vobis legem, & nemo ex vobis seruat legem: quasi dicat, sancit lex, nō occides: vos occiditis, & me tanquam legis transgressore accusatis. Quare autē dixit, nemo: Quoniam omnes quærebant eū interimere. Ego si solui legem, inquit: hominem tamē liberavi, vos ad malum soluitis. Ego si transgredior, saluti consulto. Neque à vobis qui in grauibus rebus legem soluitis, me accusari oportuit, vos omnino legem evertitis. Deinde etiam certat: atq; cum multa & diu disputauerit, sed tunc quidem altius & secundum dignitatē suā, nunc autem humiliter. Quid tandē? Noluit frequentius eos irritare. Nunc ira incanduerat, & in eadē processissent. quare remissius loquitur, & duobus his eos sedat: arguendo audaciam, cur ipsum vellent interficere: & mansuetè loquendo quod homo esset qui veritatē locutus esset, ac ostendēdo homicidas indignos esse, qui alios iudicent. Tu autem humilem Christi interrogationem, & asperum eorum responsum animaduerte. *Dæmonium habes, quis te querit interficere? Verbum iræ, & furoris, & impudentiæ plenum, cum præter opinionem reprehenderentur, & ipsum se perterere existimarent. Vt enim latrones in insidiis, ne insidiari videātur, cōcinunt vt incustoditum aggrediātur: ita & hoc in loco Iudæi. Ipse autē omnia reprehensione, ne impudentiores eos faceret, iterū de sabbato se excusat, à lege eos arguens. Et intueri prudentiam. Non mirum, inquit, si mihi non auditis, cum ne legi quidem, quam à Mose latam arbitramini, audiatis. Quid ergo nouum, si verbis meis nō acquiescitis: Cum enim dixisset, Mose locutus est deus, hunc autem nescimus vnde sit: ostendit, quod illi etiam contumeliam inferunt, etenim legē ille dedit, & non audistis. Vnum opus feci, & omnes miramini.* Propterea vbi me excusari oporteret, etiam vicio datus. Quod enim pater fecerit, non meminit, sed suam inducit personam. Vnum opus feci, quo innuit, si non fecisset, se legem soluisse, & multa esse magis propria quàm lex, & contra legem Mosē mandatum magis proprium accepisse. Siquidem circūcisio, quàm sabbatum, magis propria est, quāuis non legis sit, sed patrū. Ego autē magis proprium feci, & melius quàm sit circūcisio. Inde legalis mandati non meminit, videlicet quod sacerdotes sabbatum coinquinarent, vt iam dixit, sed ex maiori abundantia locutus est. Miramini autē, hoc est, perturbamini. Nam si legem firmam esse oportebat, non sanè circūcisio magis propria fuisset, neque se circūcisione maius quiddam fecisse dixit, sed significauit his verbis: *Si circūcisionem accipit homo in sabbato.* Vides quo pacto tunc maximè stat lex, Tomus tertius.

Supra. 5. d
Ibidem.
Ibidem.
Matth. 5. b
Infra. 10. f
Matth. 9. a
& Mar. 2.
& Ioh. 5. b
Supra. 6. d

cum soluitur: & sabbati solutio, legis seruatio est, vt nisi sabbatum soluitur, necessarium sit legem solui: Itaq; ego quoque eam confirmaui. Et non dixit, mihi irascimini, quod circūcisione maius quiddam feci: sed rem tantum ostendit, illisq; iudicium reliquit, an magis necessaria sit totius hominis sanitas, quàm circūcisio: vt intelligat homo nihil ad sanitatem conferre, soluitur lex: an quod tanto morbo liberatus sit, indignamini. *Nolite iudicare secundum faciē.* Hoc est, nō propterea quod Moyses apud vos maioris est authoritatis, feratis sententiam, sed à rerum natura: hoc est enim verum iudicium. Quare nemo accusauit Mosē, quare nemo non credidit iubenti, vt sabbatū addito extrinsecus legi mandato solueretur: Verūm ille mandatum non sub lege, sed extrinsecus inductū propria lege firmius ducit, quod permirum est: vos autem qui non legislatores estis, præter modum legē defenditis: sed maioris quàm vos authoritatis est Moyses, qui solui legem per mandatum non legitimum iubet. Illa autem particula, Totum hominem: particularem sanitatem circūcisionem afferre ostendit. Et quæ nam circūcisionem sanitas: Anima, inquit, hominis sine circūcisione peribit. Ego autem non ex parte, sed totum corruptū sanitati restitui. Nolite igitur secundum faciē iudicare. Hoc autem non illius seculi hominibus tantum dictum est, sed & nobis, vt nullo pacto iusticiam oppugnemus, sed totis viribus eam defendere contēdamus. Nullus sit nobis respectus, an pauper quis sit, an diues. Rem ipsam inuestigemus. Non misereberis, inquit, pauperis in iudicio: hoc est, noli flecti, noli moueri inquit, si pauperem iniustum iudicaturus es, cui si nō est ignoscendum, longè minus diuiti. Hanc ego non ad iudices tantum, sed ad omnes homines orationem habeo, ne quis iusticiam transgrediatur, sed integram seruet. Diligit enim iusticiam dominus. Qui autē diligit iniusticiam, odit animam suam. Nolumus, quæso, odio habere animas nostras, nolimus diligere iniusticiam: cui quantum lucri est: parum, imò nihil: nam paulopost malè peribimus, vel potius in hac vita minimè iniusticia nostra fruimur. Nonne si malè nobis cōsici sumus, omnes deliciæ pœna sunt, & supplicij? Amplectamur ergo iusticiam, cuius legem nullo pacto transgrediamur. Quem enim ex præsentī vita fructum reportabimus, nisi hinc virtute præditi migrauerimus: Quid illiē amicitia, quid necessitudines, quid clarorum virorū gratia nobis proderit: Et quid ego cuiuspiam gratiam memoro: si Noë, si Iob, si Daniël nobis pater esset, nihil conferrēt, si propriis meritis vacui reperiemur: sed sola animæ virtute opus est, ipsa nos saluos facere, & sempiterno igni liberare sola poterit, ipsa nos ad cælorum regnū transmittet. Quod vt omnes consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem & cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

† vt signū accipiat homo nihil ad sanitatem conferens, soluitur lex, vt à tanto morbo liberet, indignamini

Exod. 23. a

psal. 10. b

Homilia xlix. ex cap. septimo.

Dicebat ergo quidam ex Hierosolymitanis: Nonne hic est quem querunt interficere? Et ecce palam loquitur, & nihil ei dicunt. Nunquid verè cognouerunt principes, quia hic est verè Christus? sed hunc scimus vnde sit. Nihil in diuinis scripturis temerè positū est, quippe quæ spiritu sancto prolatae sunt. Quam ob rem omnia diligēt inuestigemus: etenim ex vna particula, totam possumus inuenire sententiam, quale etiam vtique est quod nobis in præsentia proponitur. Multi enim ex Hiero- g iiii solymi-

folymitanis dicebant: Nonne hic est quem quærunt interficere: & ecce palam loquitur, & nihil ei dicunt. Cur ex Hierosolymitanis dixit? Ut ostenderet euangelista, quod qui multa & magna viderant miracula, hi miserabiles erant. Qui maximum diuinitatis signum acceperant, perditorum principum iudicium sequebantur: nonne maximum fuit signum, insanientium homicidarum, & insidiantium, & quarentium se interimere, & iam comprehendentium furorẽ repente sedare? Quis hoc fecisset? Quis tantã tam facillẽ extinxisset insaniam? Tamen post tot signa stulticiam eorum, atque insaniam intueri. Nonne hic est quem quærunt interficere? Vide quo pacto seipsum accusant. Quærunt interficere, & nihil ei dicunt. Ecce palam loquitur. Quæ loquedi libertas magis eos irritabat, sed nihil faciebant. Nunquid verè cognouerunt principes, quia hic est verè Christus? Vobis autè quid videtur? quam de eo fertis sententiã? Contrariam inquit, propterea dicebant: Sed hunc scimus vnde sit. O maliciã, & pertinaciã, non sequuntur principum sententiã, sed aliam corruptam afferunt propriæ stulticiæ consentaneam. Scimus hũc, inquit, vnde sit, Christus autem cum venerit, nemo scit vnde sit. Atqui principes vestri interrogati, dicebant in Bethlehem nasciturum. Et iterum quidam alij: Nos scimus quod Mosi locutus est deus, hũc autem, nescimus vnde sit. Scimus vnde est, & nescimus inquiunt: verba profectò ebriosorum: & iterum, Nunquid ex Galilæa venit Christus: nonne de Bethlehẽ castello? Ecce insanorum sententiã. Scimus & nescimus. A Bethlehẽ venit Christus. Et cum veniet Christus, nemo nouit vnde sit. Quid hoc magis contrarium? Id enim tantum sibi persuaserant, ne crederent. Quid ergo ad hoc Christus? *Et me scitis, & vnde sum scitis: & a meipso non veni, sed est verus qui misit me, quem vos nescitis.* Et alio in loco: Si me sciretis, & patrem meum sciretis. Quo modo ergo dicit, à ludæis sciri vnde sit: & iterum: neque se, neque patrem ab eisdem sciri: nam contraria loquitur. Absit, sed valde sibi cõstat, alteram autem dicit scientiam, dicendo: Nescitis, quemadmodum cum dicit: Filij Heli, filij Belial nescientes dominum: & iterum, Israël autè me non cognouit. Et Paulus: Confitentur se nosse deum, factis autem negant. Stat igitur, ut qui sciat, nesciat. Inquit ergo, Si me scitis, scitis quia dei filius sum. Illa autem particula, Vnde sum: locum non denotat, ut ex sequentibus constat. Et à meipso non veni, sed verus est qui misit me, quem vos nescitis. Ex quo notat operũ inscitiam, sicut & Paulus inquit: Confitentur se nosse deum, factis autem negant. Neque enim inscitia peccatum erat, sed prauis animi, qui cum scirent, scire nollent. Sed quæ nam hæc consequentia? Quo modo enim reprehendendo eorum dicta confirmat? Nam cum illi diceret, Hunc autem scimus vnde est: addidit, Et me scitis. Quid enim dixerunt illi: quod nescirent? Minimè, sed se quoque scire profitebantur, verum ea sententiã, quod solum è terra esset, & fabri filius filius: ipse autè in cælum eos erexit, inquiens: Scitis vnde sum, hoc est, non ex hoc mundo, ut suspicamini, sed vnde ille qui misit me. Dicendo enim, A meipso non veni: significat eos scisse à patre missum, licet non confiterentur. Dupliciter ergo eos reprehedit. Et primum quidem quæ secretè loquebantur in medium adducit, apertè eos confundens. Deinde etiam mentem eorum aperit: quasi dicat, Non sum vilis, non sum abiectus, nec temere veni: sed verus est qui misit me, quæ vos nescitis: hoc est, si verus est, in veritate misit. Si verus est qui

misit, verum esse & qui mittitur, nõ est ambigendum. Præterea & propriis eos conuincit rationibus. Cum enim diceret, Christus cum venerit, nemo scit vnde sit: hinc ostendit se esse Christum. Etenim illi hanc particulam, Nemo scit: ad distantiam localis cuiusdam definitionis dicebant. Vnde se Christum esse, & à patre venisse profiteretur, & semper sibi duntaxat patris cognitionem esse testatur, dicens: Nõ quod patrem quis vidit, nisi qui est à patre, quibus verbis irritati sunt. Dicendo enim, Nescitis eum, & sciẽtes, scire dissimulatis: nõ immeritò eos tangebatur & irritabat. *Quærebant ergo eum apprehendere, & nemo misit in illum manum, quia nondum venerat hora eius.* Vidēsne eos inuisibiliter detentos, & furorẽ eorũ cohibitum? Cur autè nõ apertè dixit, quod inuisibiliter eos detinebat, sed tantũ, Nondũ venerat hora eius? Humilius loqui voluit, ut homo crederetur. Cum enim frequẽter sublimia de se loquatur, hæc gratia hæc nonnunquã interserit. Cum autè dicit, Ab ipso sum: non ut propheta qui ab eo discit, sed ut qui eũ vidit, & cũ eo fuerit loquitur. Noui eũ, inquit, quia ab ipso sum. Vides quo pacto vndique id dictum confirmat? A meipso nõ veni: & illud, Qui misit me, verò est. Id contendens, ne deo alienus putaretur. Et considera quantum in hac verborũ humilitate existat vtilitatis. Post hæc multi, inquit, dicebant: *Christus cum venerit, nõ quid plura signa faciet, quàm quæ hic facit? Quæ nã signa?* Atqui tria tantum ab euangelista memoratur, vini, paralytici, & filij reguli. Ex quo constat, quod sæpe aliàs dixi, multa prætermissa ab euangelistis, & principũ maledicta pluribus verbis enarrata. Quærebant ergo eum apprehendere & interimere: Qui nam? nõ multitudo, quæ non affectabat principatum, neque capiebatur inuidia, sed sacerdotes. Multitudinis ea erant verba, Christus cum venerit, nunquid plura signa faciet? Veruntamen non firma eorũ fides, sed qualis abiectæ solet esse multitudinis. Illa enim particula, Cum venerit: non multum credentium erat quod esset Christus: aut ergo hac sententiã, aut per concessionem dictum est à turba, ac si conatibus principibus semper persuaderet eum non esse Christum, ipsa diceret: Esto non sit Christus, at cum venerit, num melior erit? Nam ut frequẽter dico, qui crasiori sunt ingenio, non doctrina & oratione, sed signis alliciuntur. *Audierunt ergo pharisæi turbam murmurantem, & miserunt ministros, ut apprehenderet eum.* Vides quod sabbati solutionem causabantur, sed quod maximè eos angeret, hoc erat? Nunc enim nihil habebant quod accusarent neque re, neque verbis, propter turbam, tamen eum apprehendere voluerunt. Ipsi autè propter periculum non sunt ausi, sed miserunt ministros. O violentiam, & stulticiã, vel insaniam potius! Cum sæpe conati eum apprehendere non potuerint, ministris mandarunt temere animo suo indulgentes. Atqui multa apud piscinã locutus est, & nihil tale moliti sunt. Quæliuerunt quidem, non tamen tentarunt: nunc non amplius perpetuantur, cum turba eum esset consecutura. Quid ergo Christus? *Adhuc modicum tempus vobiscum sum.* Cum posset & flectere, & perterre audientes, quãtauis loquitur humilitate: quasi dicat, Quid me interficere quæritis? quid me persequimini? Modicũ expectate, & nõ quæretibus vobis me vobis capiendum exponam. Inde ne quis communem mortẽ arbitraretur, cum dixisset, Adhuc modicũ tempus vobiscum sum, ita enim arbitrabantur: ut hanc tollerent opinionem, quia nemo post finem prohibet: subdit, *Et vbi sum ego, vos non potestis venire.* Nam si perman-

1. cor. 2. d. 1. Thim. 1.

Hic infra f. infra 9. f.

Michea. 5. & infra f.

Infra 14. a.

1. Reg. 2. b. 1. p. silites. E. i. a. 1. a. ad Tit. 1. d.

Mat. 13. g.

1. videtur, cum eo sit.

1. in sanis, vel stulticiã potius. supra 4. a.

Luc. 23. d.

Psal. 38. a.

Infra 17. d.

surus fuisset in morte, ire sanè potuissent, eò nanq; omnes proficiscimur. Simplicior autè multitudo his verbis mouebatur, audacior timebat, studiosior festinabat ad audiendum, ac si breue sibi tempus relinqueretur ad eius doctrinam percipiendam. Et non dixit, hic sum: sed, vobiscum: hoc est, quãuis me persequamini, quãuis exagitetis, non cessabo tamen quin vos edificem, & quæ saluti vobis sunt prædicem, & admoneam. *Et vado ad eum qui misit me.* Hæc particula sufficiens erat, quæ terrorẽ incuteret, & sollicitudinem. Quod enim se indigerent, ostendit. *Quæretis enim me, inquit, nõ solum obliuioni non mandabitis, sed quæretis me, Et non inuenietis.* Et vbi nam quæserunt eum ludæi? Dicit Lucas, quod plangebant mulieres super eo, ita & alios multos credibile est, & statim captis Hierosolymis, Christi & miraculorũ eius meminisse, & eum desiderasse consentaneum est. Hæc autem ait Iesus, ut eos alliceret. Quod enim modicum tempus relinqueretur, & post abitum suum desideraretur: neque tamen posset amplius inueniri, satis eos allicere debuisset. Nam si nõ erat futurum ut desideraretur, nihil admiratione dignum dixisset: si verò desiderandus erat, & tamen potuisset inueniri, nõ multum eos mouisset. Ad hæc, si diutius cũ his permanfurus fuisset, hoc etiam eos negligẽtiores reddidisset: his autè verbis plurimum eos excitat, & perterret. Hæc autem particula, Vado ad eum qui misit me: nihil sibi detrimenti eorũ insidias allaturas, & sponte sua se passionem subiturum significat. Duo ergo prædixit, & se paulopost abiturum, & illos ad ipsum non venturos, quod non fuit humanitatis ut finem suum prædiceret. Quare David: Notum mihi fac, inquit, finem meum, & numerum dierum meorum quis est, ut sciam quid desit mihi: & profectò nemo hoc nouit. Ex vno autem & alterum confirmatur. Ego autem hæc verba ad ministros dicta arbitror, ut eos maximè alliceret, ostendendo se aduentus eorũ causam intelligere: quasi diceret, Expectate paululum, & abibo. *Dicebãt ergo Iudæi ad semetipsos, Quò hic iturus est?* Atqui illi desiderabãt, & totis viribus nitebãtur, ut abiret, ne eum videret. Quamobrem non erat eis quærendum, quo esset iturus, sed præferenda læticia, & rogandum quãdo abiret. Verum mouentur his verbis, & secum stultè suspicantur, quò abiturus sit. *Nunquid in dispersionem gentium?* Quid autem est, dispersionem gentium? Sic ludæi gentes appellabant, quia vbique dispersæ essent, & promiscuò inuicem misceretur: quam ignominiam ipsi postmodum subierunt, ipsi nãque facti sunt dispersio. Antiquitus enim Iudæorum natio in sola Palaestina, & nusquam alibi inueniebatur. Propterea dispersionem Gentiles vocabant eis exprobrando, se iactando. Quod autem dicit, Quò ergo vado, vos non potestis venire: illis autem omnes tunc cõmixti erãt, & vbique terrarum erant ludæi. Nõ ergo si Gentes significaret, diceret: Quò vado, vos nõ potestis venire. Cum autem dicerent, nunquid in dispersionem gentium iturus est, non dixerunt, & perditurus eas, sed docturus: sic iam mitigata erat illorũ ira, & ipsius verbis crediderunt, neque enim aliter quæssissent inuicem, quid diceret. Verum hæc illis dicta sunt, sed timendum ne in nobis quoque ea verba locum habeant, quod vbi est, venire non possumus. Siquidẽ vita nostra scelerum plena est. De discipulis enim ait: Volo ut vbi ego sum, & illi sint mecum. De nobis contra timeo, ne dicatur, Vbi ego sum, vos nõ potestis venire. Quo modo enim poterimus, cum contraria quàm præcipiantur, operemur? Etenim inter seculi homines, si quis militum præ-

ter regis voluntatẽ facit, ad regem non admittitur, sed munere & dignitate exautoratus, vltimo afficitur supplicio. Itidem & nos cum cupiditati seruimus, cum rapimus, cum vim inferimus, cum verberamus, cum non facimus eleemosynam, illuc nullo pacto admittemur: sed id nobis, quod & virginibus, accidit, quibus ad spõsum ingredi non licuit: sed extinctis lampadibus, hoc est, gratia deficiente, abierunt. Etenim igne illum quem spiritus gratia statim accipimus, modò velimus, augebimus: sin minus, extinguetur, quo extincto solæ tenebræ animas nostras occupabunt. Ut enim ardete lampade, lux vndique diffunditur: ita extincta occupat tenebræ. Ideo inquit: Nolite spiritum extinguere. Extinguitur enim cum oleum deficit, cum vehemẽtior quædam vis venti perflat, cum comprehenditur, & arctim cogitur. Sic enim ignis extinguitur. Comprehenditur nanque à curis secularibus, extinguitur malis cupiditatibus. Nihil præterea ita eum extinguit, ut inhumanitas, rapina, crudelitas. Quando enim olei defectui, aquam etiam frigidam superaddimus, hoc est, cupiditatem, iniustorum animas perdetem: quo modo iterum poterit accendi? Cum ergo hinc migrabimus, & cinerè & puluerem referemus, atque etiam fumum densiorem, qui nos accusabit, quod lampades extinxerimus. Vbi enim fumus est, necessariò illic ignis est extinctus: sed absit, ut hanc quispiam vocẽ audiat, Nescio vos. Audiemus enim, si viso paupere, itidem ac si non videremus afficimur: si esuriẽtem Christum ignorabimus, ignorabit & ipse nos, cum misericordia indigebimus: & meritò quidem. Qui enim miserum negligit, qui de suo non opitulatur indigentibus: quo vultu aliena postulabit? Quam ob rẽ curemus quæso, adnitamur ne decidamus à misericordia, sed impleamus lampadas, ad sponsum in thalamum ingrediamur: ad quem vtinam omnes admittamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem & cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

Homilia l. ex cap. septimo.



*Nouissimo autem die magno festiuitatis, sabbat Iesus & clamabat, dicens: Si quis sitit, veniat ad me & bibat, &c. Qui ad diuinam accedunt prædicationem & fidei vacant, sitientium eos desiderium præ se ferre oportet, ac tantam in seipsis accendere cupiditatem: ita enim quam audient doctrinam, poterunt fideliter continere. Etenim qui sitient, arreptũ poculum quã cupidissimè hauriunt, & ita recreãtur: itidem & qui diuinos sermones audiunt, si sitientes acceperint, nunquam fatigabũtur, quoad totum biberint. Quod enim semper esurire & sitire oporteat: Beati, inquit, qui esuriunt & sitiunt iusticiã. Et hoc in loco: Si quis sitit, veniat ad me & bibat: Hoc est, nemini vim facio, neminem traho: sed si quis libes, & promptus accedit, si quis ardet desiderio, hunc ego aduoco. Sed quãnam gratia euãgelista nouissimum diem magnum festiuitatis fuisse admonuit? Etenim primus & vltimus magnus erat, medij autem potius in deliciis consumebantur. Cur igitur in nouissimo: quia in illo omnes cõueniebant, nõ ita in primo, & causam dixit fratribus: sed neque secundò, neque tertio quicquam tale locutus est, ne irrita verba caderet cum deliciis vacaturi essent. Nouissimò autem quoniam domũ erant redituri, præbet eis ad salutem viaticã: Et clamabat, hoc est, fidei, loquebatur, & hoc etiam propter magnam turbam. Et vt de spiritali potu loqui se ostēderet, addidit: *Qui credit in**

Mat. 25. 4

1. Thes. 5. d

1. oleũ nobis desti.]

Mat. 5. 4

1. in primo erit nõ ad- erat.]

1. Qui credit in

dit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aqua viva. Ventrem cor dicit: vt alio in loco, Et legē tuā in medio vētris mei. Et vbi nā dicit scriptura flumina de vētre eius fluent aqua viua? Nusquā. Quo modo igitur hic textus intelligitur? Hoc in loco posthac verba, qui credit in me sicut dicit scriptura, distinguendum est, vt hęc particula, Flumina de ventre eius fluent aqua viua, Christi sententia sit. Cū enim multi dicerent, Hic est Christus: Christus quādo venerit, nunquid plura signa faciet: rectam habendam cognitionem, neque ita signis, vt scripturis, credendū asserit. Nam multi cū miracula facientem viderent, Christū tamen esse non arbitrabantur. † Debebant nanque dicere] Christum à semine Dauid venire, vt frequenter dicebant: quare vult innuere eorum se non fugere assertionem. Ideoque ad scripturas iterū relegat. Superius enim dixerat, Scrutamini scripturas: & iterum: Scriptum est in prophetis, Et erunt omnes docibiles dei: & Moses vos accusat. Et hoc in loco sicut dicit scriptura, Flumina de ventre eius fluēt aqua viua. Vt abundantiam & copiam gratiæ significet: vt & alibi, Fōs aquæ salientis in vitam eternam: Hoc est, multam gratiam consequentur. Alibi vitam eternam, hic aquam viua dicit, hoc est, semper operantem. Spiritus enim gratia, cū menti illapsa est, eamq; irrigarit, omni fonte vberius scaturit, nunquam deficit, nunquam vacuatur, nunquam stat. Simul igitur & indeficientem copiam & incredibile operationem, & fontem & fluuios appellauit, & non vnum, sed innumeros. Et illic, salientis, pro inundatis, positū est: quod facile quiuis deprehendere poterit, si Stephani sapientiam, Petri linguam, Pauli vim cōsiderauerit. Quo pacto nihil eos extulit, nihil deiecit, inon populorum furor, non tyrannorum persecutiones, non dæmonū insidia, non quotidianę mortes: sed more fluminis, vehemēti lapsu delati, omnia trahentes euaserunt. Hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. Nōdum enim erat spiritus datus.* Quo modo ergo propheta prophetarunt, & innumera operati sunt miracula? Apostoli enim nō spiritu, sed eius virtute eiiciebant, vt ipse dicit: Si ego in Beelzebub eiicio dæmonia, filij vestri in quo eiiciunt: Hoc autem dicebat, vt non omnes spiritu ante crucem, sed ipsius virtute eiicisse ostenderet. Sed cum dimissurus eos esset, tunc dixit: Accipite spiritum sanctum. & iterum: Venit super eos spiritus sanctus, & tunc signa fecerunt. Cū autem misit, non dixit, Dedit eis spiritum sanctum: sed, dedit eis potestatem, dicens: Leprosos mūdare, dæmonia eiicite, mortuos suscite: gratis accepistis, gratis date. Prophetis autem ab omnibus cōfessum est, spiritum sanctum datum. Verū ipsa gratia contracta & separata erat, & à terra discesserat, ex quo dictum est: Relinquitur domus vestra deserta, & ante illam diem iam deficere cōperat. Siquidē non amplius apud eos propheta erat, neque gratia eorū sacra tuebatur. Cū igitur spiritus sanctus cohibitus esset, futurum autem erat vt deinceps largiter effunderetur, quod post crucem cōpit exordium, non tantum vt largius, sed vt maioribus gratis abundaret: etenim mirabilius donum erat, vt cū dicit: Nescitis cuius spiritus estis. & iterum: Non enim accepistis spiritum seruitutis, sed adoptionis. Nam & antiquitus spiritum habebant, sed aliis non largiebantur, apostoli autem innumeros implebāt. Cū igitur hanc essent accepturi gratiam: nondum autem erat data. Ideo dicit: Nondum enim erat spiritus sanctus. Cum igitur dominus de hac gratia loqueretur, euangelista dicebat: *Nondum enim e-*

rat spiritus sanctus, datus videlicet, quia Iesus nondum erat glorificatus. Hoc est crucifixus. Cū enim inimici & peccatores & diuino munere priuati, & odio digni essemus, gratia autē reconciliationis esset iudicium: cumq; munus non inimicis, non hostibus, nō odio habitis, sed amicis & familiaribus detur: oportuit primū pro nobis sacrificium offerri, & in carne inimicitias dissolui, & deo amicos fieri, & inde munus accipere. Nā si hoc in promissione Abraham factū est, multo magis in gratia: quod significans Paulus inquit: Si enim qui ex lege hæredes sunt, exinanita est fides. Lex enim iram operatur: hoc est, promisit deus Abraham & femini eius daturum terrā, & nepotes eius promissione indigni reperti sunt, & propriis laboribus placere nō potuerunt. Propterea accessit fides, res facilis, quæ gratiam adduceret, neque incassum caderēt promissiones. Ideo ex fide dicit, vt secundum gratiam firma esset promissio: secundum gratiam autem, quoniā labore suo non poterant. Sed quānam gratia, cū inquit secundum scripturas, non adducit earum testimonium: Quoniam corruptæ erant ipsorum sententiæ. *Alij enim dicebant, Hic est verus propheta: alij dicebant, Seducit turbam, quidam, Nunquid ex Galilæa venit Christus? Nōne scriptura dicit, quia ex semine Dauid, & de Bethleem castello?* Et varia erat sententia, vt pote in turba. Neque enim diligēter verbis eius attendebant, neque vt discerent, propterea nihil eis Christus respondit, quāuis dicerent, Nūquid ex Galilæa Christus venit? At Nathanaël contumeliosius dicentem, A Nazareth potest aliquid boni esse laudari, tanquā verum Israelitam. Siquidē hi, & illi qui ad Nicodemum dixerant: Scrutare, & vide quod ex Galilæa non surrexit propheta: non discendi gratia quærebant, sed vt Christi gloriam penitus euerterent: ille autem desiderio tantum veritatis, & diligēti veterum scripturarum scientia, id dicebat: illi verō ad id vnum spectabant, vt eorum sententiam euerterent qui Christum esse dicerēt. Quare hoc in loco nihil eis aperit, nihil exponit. Qui enim sibi ipsis contraria loquebantur, & nunc neminem vnde veniret scire, nunc ex Bethleem esse asseriebant, constat etiam si didicissent contradicētos. Esto enim locum ignorarēt, quod ex Bethleem, quoniam niam esset educatus in Nazareth, nō tamen propterea excusabatur. † Nōne enim illic natus est?] Nunquid & genus ignorabant, quod ex domo & patria Dauid? Quo modo ergo dicebant, Nunquid ex semine Dauid venit Christus? Sed hoc illo modo abscondere volebant, & versute omnia loquebantur. Sed qua gratia Christum non interrogarunt, dicentes: Cū alia quidem omnia in te admiremur, iubes autē tibi secundum scripturas credi, Dic nobis quo modo? Scripturæ enim dicunt ex Bethleem Christum venturum, tu autem ex Galilæa venisti. Verū nullis huiusmodi verbis vsi sunt, sed omnia peruersē loquuntur. Quod enim nolent quicquam discere, statim significat euangelista: quod quidam ex ipsis volebant eum apprehendere, sed nemo misit super illum manus. Nā etiā nihil aliud, hoc saltem eos compungere debuisset: verū non sunt cōpuncti, vt inquit propheta: dissipati sunt, & nō sunt cōpuncti. Eiusmodi enim malicia est, nulli vult cedere: ad vnū tantum respicit, vt eum cui insidiatur, perdat. Sed quid dicit scriptura? Qui fodit foueam proximo, in eam incidet. quod vsu tunc venit. Ipsi enim volebāt Christum interimere, vt prædicationem tollerent, sed contrā euenit. Siquidem prædicatione Christi gratia floruit, illorum verō doctrina extincta periit: patriam, libertatem,

bertatem, & licentiam, & cultum veterem perdidērūt, & omni priuati sunt fœlicitate, in seruitutem & captiuitatē adducti. Quibus admoniti, nulli insidias tendamus, scientes quod in nos ipsos ense acutius, & maiorem nobis plagā infligimus. Sed agrē tulit quispiam se offendi, & vult vlcisce: noli quæso, non vlcisendo enim, vlcisce poteris: vlcisendo verō, nō vlcisce. Nec quæ dico nugæ arbitrare, sed veritatem. Quo modo: quoniam qui non vlcisce, deo relinquit vltionem: qui vlcisce, minimē. Mihi enim, inquit, vindictam, & ego retribuam, dicit dominus. Nam si serui nostri rixantes inuicē, nulla nostri ratione habita, ipsi ad vindictam vertuntur: etiā sapius postmodum nos rogent, non solum non eos vlcisce, sed indignamur, sceleratos & flagitiosos appellamus, & nobis id cognoscendū relinqui oportuisse dicimus. Cū enim tibi vltionem præsumpsisti, nihil amplius in illū indignatur dominus: hoc longē magis deus dicet, qui nos admonet, vt sibi omnia permittamus. Quis enim non absurdum sit, vt qui à seruis & pueris nostris tantam modestiam, tantam obediētiam exigimus, eandem domino nostro nō exhibeamus? Hoc autem dico, quoniā tam promptē inuicem vlcisce cōtendimus: sed verē philosophantem ne hoc quidem facere oportet, sed ignoscere & dimittere quod in nos peccatur, etiam si illud non esset magnum præmium, veniam pro eo accipere. Sed dic quæso, si peccantem reprehēdis, cur ipse peccas? cur eadem admittis? Iniuriam tibi intulit, noli contrā inferre: te ipsum enim iniuria affeceris. † Perterruit, noli perterere, cum nullam inde assequaris vtilitatem: mœore te afficit, noli vicē reddere: nam illi similis efficeris, & tu nihil lucraris: sed si mansuetē persers, fortē ipsum corriges: ita enim pudorem incuties, ita iram sedabis. Nemo malo malum sanat, sed bono malum. Hęc apud Gētes nonnulli philosophātur: qui cū erroris stulticia tantam præ se ferant sapientiam, pudeat nos si inferiores deprehendamus. Multi iniuria affecti, æquo animo tulerunt. Multi falsō accusati, in vltionem non proruperunt. Insidiatores beneficiis profecuti sunt. Non parum verendum est, ne apud illos, qui vita nobis præstantiores sint, inueniantur, nēve nos maiori cruciatui obnoxios faciāt. Nam si qui participes sumus spiritus, qui dei regnum expectamus, qui cœlestium cognitionē habemus, qui non formidamus gehennam, qui angeli fieri iubemur, qui diuinis fruimur mysteriis, ne ea quidē qua illi virtute pollemus: quid nobis sperandum est? Quod si Iudæi nobis superandi sunt: (Nū, inquit, abundauerit iusticia vestra plus quā scribarū & Phariseorum, non intrabit in regnum cœlorum,) longē magis Gentiles: si Pharisei, multo magis infideles. Si enim nō superantibus nobis illorum vitam, cœlorum regna clauduntur: quo modo ea consequemur, si Gentilibus peiores inueniemur? Abiciamus ergo dilectissimi, omne odium, iram, indignationē. Eadē dicere mihi quidē non timolestum, vobis autem tutum. Etenim medici eadem sapie medicina vtuntur: & nos eadem vestris auribus instillare, in memoriam reducere, docere, hortari nō cessabimus. Etenim in magna secularium rerū turba, horum obliuiscimur. Quare ne incassum hic colligamus opere confirmetur, vt futura bona consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quē, & cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto in secula seculorum, Amen.

Deut. 32. f

Vere pins ne diuinā quidē vltionem exoptat.

† Percepit, noli repertere.]

Math. 5. c

† pigri] vt est ad Philip. 3. a

Rom. 4. c

Sup. 1. g

† non enim illic natus est.]

Psal. 34. c

Psal. 26. d

Venerunt ergo ministri ad pontifices & Phariseos. & dixerunt eis illi: Quare non adduxistis eum? Responderunt ministri: Nunquam sic locutus est homo. Nihil veritate clarius, nihil simplicius, nisi maligni esse velimus: Quemadmodū nihil malignis obscurus, nihil veritatis. Ecce vt Pharisei & scribæ, qui sapientia præstare videbantur, qui cum Christo semper versabatur, vt ei insidiarētur, licet miracula viderint, & scripturas legerint: non modō nihil vtilitatis, sed dāni plurimum acceperūt: ministri autem, etsi nullam eiusmodi materiam haberent, vno tantum sermone persuasi sunt: & qui ad Christum capiendum ierant, eius admiratione capti redierunt. Neque eorum tantum sapientia admiranda est, quod signis non eguerunt, sed quod sola doctrina crediderunt. Non enim dixerunt, neminem vnquam ita miracula fecisse: sed, neminē vnquam sic locutum. Non igitur ipsorum sapientia tantum, sed & audentia admiranda. Siquidem his qui se miserant, ita loquuntur, Phariseis videlicet, qui omnia faciebant & conabantur, vt caperetur. Venerūt enim, inquit, ministri ad potifices & Phariseos, & dixerūt eis illi: Quare non adduxistis eum? Quod autem venerint, longē maius fuit quā si apud Christū remansissent. Sic enim liberati fuissent eorum molestia, nunc præcones sunt sapientiæ Christi, & maiorem præ se ferūt animum: neque excusant se propter turbam non potuisse, quæ eum tanquam prophetam sequuntur: sed, Nunquam sic locutus est homo: potuissent sanē ita se excusare, sed animi ostendunt rectitudinē. Neque tantum se illum admirari, quā qui se miserant ad eum ligandum, quem audire debuissent, accusare visi sunt. Atqui breuē Christi audierunt orationem. Tanti enim veritas est, vt incorrupto animo longis sermonibus minimē opus sit. Quid ad hoc Pharisei: Cū compungi & mutare sententiam oportuisset, contrā faciunt, inuicem eos accusant, dicētes: Nunquid & vos seducti estis? Adhuc eis blādiuntur, neque in eos grauius inuehūtur, veriti ne tandem discederent: tantum indignationem præ se, & leuitatem ferunt. Sed interrogandum erat, quid admiratione dignum loqueretur: quod cauerunt, quippe qui sine dubio se captum iri intelligebant. Perquam stulta autem coniectura dicunt: Nunquid aliquis ex principibus credidit in eum? Ita Christum accusatis, & non incredulos. Sed turba hæc quæ non nouit legem, maledicti sunt. Hoc enim magis vos accusat, quod turba credidit, vos verō minimē. Etenim illi cognoscētium legem opera faciebāt. Quo modo ergo, nōne vos maledicti, qui nō seruatis legem, & non illi qui legem seruabāt? Oportebat autem non ab incredulis quæ nō credebantur, jac- t eum cui

† non credentur.]

Rom 3. a

Esai. 1. c

Thre. 4. b

Mich. 3. a

† vestri est

illorum enim hoc crimen. Quod autem aliud esse pos-

set argumentum, quod legem non cognoscitis, quā-

quod non creditis? Cū autem dixissent, quod nemo

principum credebatur in eum, sed qui legem ignorabāt:

merito eos arguit. Nicodemus inquit: Nunquid lex nostra

inducat hominem, nisi audierit ab ipso prius? Ostendit enim

eos neque scire legem, neque seruare. Nam si lex iubet

neminem interfici, nisi prius audiatur: ipsi autem ante

auditam

Psal. 39. b

† Dicitur

autē erant,

nonne scrip-

turae di-

cunt.]

Supra. 5. f

Supra. 6. e

& Esai. 54. 4.

d. & Hier.

31. f

Supra. 5. g

Supra. 4. b

† forebat

aut sustine-

bat, nihil

illorū impe-

tū cohibe-

bat.]

* & γιογ. i.

sanctus. sic

autē grati-

legunt, &

amotās sub

intelligi, &

us: vt cum

Chryso.

habēt Theo

phyl. & Eu

thy.

Mat. 12. b

Infr. 2. 0. f

Mat. 10. a

Mat. 23. d

& Luc. 13. g

Luc. 9. g

Roma. 8. c

auditam causam iudicabant, certè legis transgressores erant. Et cum dixissent neminem principum credidisse in eum, ideo innuit euangelista eum è principum numero fuisse, ostendens etiam quosdam ex principibus credidisse. Nondum autem palàm facere audebant, erant tamen Christo familiares. Vide autem quàm parè arguit. Non dixit, Vos autem vultis eum interficere, & temerè hominem vt errantem condemnatis: sed benignius, vt nimium eorum temerarium impetum, crudelè sedaret. Quam ob rem ad legem suam vertit orationem, dicens: *Nisi audierit diligenter, & cognoverit quid faciat?* Quare non solus & nudus requiritur auditus, sed diligens: quod hac particula significatur, Et cognoverit quid faciat, quid velit, & quare, & cui, an tàmquam hostis mores peruertat. Dubitantes ergo cum dixissent, neminem principum in eum credere, neque vehementer, neque remissè ad eum se contulerunt. Et que nam hæc consequentia, dic queso, dicente illo: Lex nostra non iudicat quenquam, vt respondeant: *Nunquid tu Galilæus es?* Ostendendum nanque erat nõ ab re pro eo misisse, vel si asperius, minimè ei esset respondendum.

[Surrexit.] *Scrutare & vide, quia à Galilæa propheta non surgit.* Quid enim dixit homo? Quod propheta est: immo quod nõ iudicatus non esset morti tradendus: illi verò cõtumeliosè, tanquam inscio scripturarum respõdent, ac si diceret, *Faciesce nobis!* & disce: hoc enim innuunt dicentes: *Scrutare & vide.* Quid Christus, cum multifariam de Galilæa & propheta locuti essent, vt hanc alienam tolleret suspicionem, quod vnus prophetarum, & nõ mundi dominus putaretur? *Ego, inquit, sum lux mundi.* Non Galilæa, non Palæstina, non Iudæa. Quid Iudæi? *Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum.* O insaniam, & scripturas vbique adducit, & dicunt: *Tu de te ipso testimonium perhibes.* Quod autem perhibuit testimonium? *Ego sum lux mundi.* Magnum dictum, & verè magnum, sed non nimium ipsi admirati sunt. Quoniam non se patri equiparavit, neque se eius filium dixit, neque deum, sed lucem, reprehendere tamen voluerunt: nam maius hoc erat quàm dicere. *Qui sequitur me, non ambulat in tenebris.* Lucem & tenebras intellectu perceptibiles dicit: hoc est, non manet in errore. Vbi & Nicodemum allicit, vt valde promptum & fidentem, & ministros laudat, qui id fecerint: hoc enim clamare significat, & eos ad audiendum cõfirmare vult, simul & eos dolos struere, & in tenebris & errore versari, neque lucem attingere ostendit. Nicodemo præterea in memoriam reducit, quæ antè dixerat: *Omnis qui malè operatur, odit lucem: & non vadit ad lucem, ne opera eius appareant.* Cum enim neminem ex principibus in eum credere dicerent, ideo inquit: qui malè operatur, in lucem non prodire: non ex lucis defectu, sed mentis vicio. Responderunt ei: *Tu de teipso testimonium perhibes.* ad quod ille: *Et si ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum verum est: quia scio vnde venio, & quò vado: vos autem nescitis vnde venio, aut quò vado.* Quod iam dixi, hoc Iudæi tanquam cõsulto & ex proposito dictum proponunt, quod Christus arguit, sed id dixisse asseuerat propter eorũ suspensionem, qui purum eum hominem suspicabatur. Et si ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum verum est: quia scio vnde venio. Quid istud est? *Ex deo sum, inquit, & deus, & dei filius: deus autem sibi ipsi idoneus testis, vos autè nescitis, & sponte vestra mali estis, & scientes scire dissimulatis, & omnia secundum humanam sententiam loquimini, neque quicquam amplius quàm quod ap-*

paret, intelligere vultis. Vos secundum carnem iudicatis. Et quemadmodum secundum carnem viuere, malè viuere est: ita & secundum carnem iudicare, iniuste iudicare. *Ego non iudico quenquam: & si iudico, iudicium meum verum est.* Hoc est, iniuste iudicatis: etsi iniuste iudicamus, inquit, quid nos nõ arguis: quid non cõdemnas? Quia non veni ad hoc, id enim est quod dicit, *Ego nõ iudico quenquam.* attamen si iudicem, verum est iudicium meum. nam si iudicare vellem, ex damnatorum numero essetis: hoc autè non quod iudicem dico, neque ideo non iudico, quod nõ fidam. Nam si iudicarem, vos sanè conuincerem quod iuste iudicarem: sed nunc iudicij tempus non est. Significat etiam futurum iudicium. *Quia solus non sum, sed ego & qui misit me pater.* Vbi innuit, nõ solum se iudicare, sed etiam patrem: quod subtextit in testimonium eius inducens: *In lege autem vestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium verum est.* Quid hoc in loco hæretici dicerent? Quid Christus hominibus præstaret, si hoc simpliciter acciperemus? In hominibus enim ita institutum est, quoniam nemo per se fide dignus est: in deo autem quo modo hoc esset cõsentaneum? Quo modo ergo hæc particula intelligenda est? Nunquid quoniam duo, an quoniam homines, propterea duo? Nam si quoniam duo sunt, qua gratia non confugit ad Ioannem? Non enim dixit, testimonium perhibeo ego de meipso, & de me Ioannes, cur non ad angelum, cur non ad prophetas? Inuenisset enim & alia innumera testimonia, sed voluit hoc tantum significare, non quod duo, sed quod eiusdem substantiæ. *Dicunt ei: Quis est pater tuus? Respondit Iesus: Neque me scitis, sicare vult, neque patrem meum.* Cum enim scientes tanquam insciji, & vt eum tentarent, percontarentur: indignos quibus responderetur, arbitratus est. Propterea iam omnia apertius & audentius loquitur, quippe qui à signis, & sequentium se doctrina accipiebat testimonium, & quia iam crux appropinquabat. Noui, inquit, vnde venio, quod non nimium eos offendit: quod autem addidit, *Et quò ego vado, magis eos perterritum, ac si non esset in morte permanens.* Sed cur nõ dixit, se scire deum esse: sed, vnde veniret? Quia semper humilia magnis admiscet, eaq; vicissim cohibet. Nã cum dixisset, *Ego testimonium perhibeo de meipso, idq; ostendisset: ad humilia descendit, quasi diceret, Scio à quo missus sum, & ad quem vado.* Quibus verbis nihil habebant, quod contradicerent. Nihil enim falsi locutus sum, inquit, cum inde venerim, & illuc ad verum deum vadam quem vos nescitis, ideo secundum carnem iudicatis. Nam si post tot argumenta & signa adhuc verum non esse dicitis, & Mosè de aliis, & de se testantem fide dignum iudicatis, Christum verò minimè, hoc est secundum carnem iudicare. Ego non iudico quenquam. At qui etiam patrem neminem iudicare testatur: quo modo hic dicit, *Et si iudico ego, iudicium meum verum est, quia nõ sum solus: iterum ad illorũ loquitur suspensionem, hoc est, iudicium meum patris est, neque aliter quàm ego pater iudicat: neque aliter ego quàm pater.* Sed quã nam gratia patris meminit? Quia non dignum filium cui crederetur arbitrabantur, nisi patris assumpsisset testimonium. Aliter non staret sententia. In hominibus enim, cum super alieno negotio duo testificantur, tunc testimonium est verum: hoc enim est duos testimonium perhibere, sed si quis sibi ipsi testimonium sit perhibiturus, iam nõ sunt duo. Vides nulla alia ratione hoc dictum, quàm vt patri cõsubstantialis, & alterius non egere testimonio, & nulla alia ex partè patri inferior ostendatur?

[Surrexit.]
[Vade.]
Cap. VIII.
[ad scripturas subin-
de emisit.]
Supra. 7. f
Supra. 3. c
[Veni.]

Deut. 17. 6.
19. b
† sed nõ b
tantũ sign
† sed nõ b
tantũ sign
† sed nõ b
tantũ sign

De his vide tur? Animaduerte præterea quantã cum autoritate loquitur: *Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso, & testimonium perhibet de me, qui misit me pater.* Quod, si substantia minor esset, non sanè dixisset. Nunc autem ne numeri gratia id positum arbitreris, nihilo inferiorem potestatem intueri. Testimonium perhibet homo cum fide dignus est, nõ cum testimonio indiget, & hoc in re aliena: in propria autè ab alio accipit, ipsi in re sua nõ creditur: hic autem contrã, in suo enim negotio testimonium perhibens, & ab alio se habere asserens, dignum se fide dicit, vndique suam proponens autoritatè. Sed qua gratia, cum dixit: *Nõ sum solus, sed ego & qui misit me pater,* Et duorum hominum testimonium est verum: addidit, *Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso: vt scilicet quantã esset autoritatis ostenderet, & primum quidem seipsum posuit, vt æqualitatem indicaret, & nihil eos adepturos, qui se patrè scire, ipsum autem nescire dicerent: & hanc causam dicit, quod ipsum cognoscere non velint.* Ait enim impossibile sine sui cognitione quempiam nosse patrem, vt hoc saltem pacto ad se cognoscendum eos alliciat: ipso enim contempto patrem semper quærebant, quare inquit: Non potestis nosse patrem sine me. Itaque qui filio maledicunt, non ipsi tantum, sed & patri maledicunt. Hæc nos caueamus & glorificemus filium, quippe qui nisi eiusdem esset naturæ, non ita dixisset. Quod si tantum admonuit, alterius autem non erat substantiæ, poterat etiam ignoras patrem cognoscere: neque fuisset omnino cognoscere, si patrem nosset. Neque enim qui hominem nouit, nouit & angelum: immo inquit, Etenim qui creaturam nouit, nouit & deum? minimè. multi enim, vel potius omnes homines creaturam norunt, videt enim ipsam, & deum ignorat. Glorificemus ergo dei filium, non oris tantum gloria, sed operibus, sine quibus ea nihil proficit. Vide tu, inquit, Iudæus cognominaris & requiescis in lege, & gloriaris in deo: qui ergo aliud doces, teipsum non doces: qui in lege gloriaris, per præuaricationem legis deum inhonoras: Vide ne quando & nos in reitudine fidei gloriantes, non exhibendo vitam fidei cõuenientem, deum inhonoremus, tmeudacem eum faciètes. Etenim orbis terrarum magistrum, fermentum, lucem, salem vult esse Christianum. Quid vt ipse blasphemetur. J

[Rom. 2. c]
[Matt. 25. a]
[Psal. 37. a]

qui vna non corrigitur admonitione, corrigitur fortasse altera: & quem altera præterit, non præteribit tertia. Vtinam autè omnes omnibus malis liberi, Christi suauitatem degustemus, cui gloria cum patre, simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

Homilia. li. ex cap. octauo.

[H]æc verba locutus est Iesus in Gazophylacio, docens in templo. Et nemo apprehendit eum, quia non venerat hora eius. O Iudaicam demetiam, ante Pascha Iesum quærebant, & in medio inuentum, conati, eum & per se, & per ministros frustra comprehendere, non tamen eius virtutem formidarunt, sed in malicia persistebant. Quod autem id semper tentarent, inquit. Hæc locutus est Iesus in gazophylacio, docens in templo, & nemo apprehendit eum. In templo loquebatur more magistri, quod magis eos mouere debuisset, & ad eos qui ipsum reprehendebant & calumniabatur, quod se patri æqualem faceret. Illud enim, duorum hominum testimonium verum est, hoc significat. Veruntamen hæc, inquit, locutus est in templo tãquam magister, & nemo apprehendit eum, quia nondum venerat hora eius: hoc est, nondum erat tempus idoneum in quo crucifigi voluit. Quamobrem cum passus est, nõ eorum potestati, sed diuinæ dispensationi adscribendum est: ipsi enim iam pridem voluissent, nõ tamen potuerunt: neq; tunc potuissent, nisi ipse permisisset. Iterum inquit ad eos Iesus: *Ego vado, & quæretis me.* Cur hoc frequenter repetit: Vt eorum animos commoueat, atque perterreat. Considera quantum hoc terroris incutiat: cum enim vellent eum interficere, quærun tamen quò vadat, tantam de eo opinionem conceperant. Aliud item docere eos intendit, non in eorum esse potestate, sed iam pridem præfiguratum dicit, & resurrectionem iam his sermonibus descripsit. *Dixerunt ergo Iudæi, Nunquid interficiet semetipsum? Quam mox tollit suspicionem: & ostendens malum istud esse facinus, Vos, inquit deorsum estis, ego de supernis sum. Hoc est, hæud mirum, si vos carnales homines hæc, & nihil spirituale suspicemini, ego tamen talia nõ faciam. Vos deorsum estis, ego desuper sum. Vos de mundo hoc estis. Iterum mundanas & carnales eorum aperit sententias. Vnde constat illam particulam, *Ego non sum de mundo hoc,* Non ideo dictam, quod carnem non acceperit, sed quod longè ab eorum abesset malicia. Etenim discipulos de mundo non esse dixit, habebat tamen carnem. Quemadmodum igitur Paulus, dicendo: *Non estis in carne: non sine corpore esse intelligit: sic discipulos non esse de mundo, nihil aliud quàm eorum sapientiam testatur.* Dixi ergo vobis, quia si nõ creditis, quia ego sum, moriemini in peccatis vestris. Si enim propterea venit, vt tolleret peccata mundi, neque aliter tolli poterat, nisi per lauacrum: necessarium erat eum qui nõ crederet, cum vetere homine esse moriturum. Qui enim nõ vult seipsum mortificare per fidem, & sepelire, morietur in eo, & migrabit, priorum peccatorum pœnas daturus. Propterea dicebat: *Qui non credit, iam iudicatus est: non solum quia nõ credit, sed quia in prioribus peccatis moritur.* Dicebant ergo ei: *Tu sic primũ, quis es? O demetiam, post tantum temporis, tot miracula, & tantam doctrinam, quis sit interrogat. Quibus liter. vide Christus: * Principium qui & vobis loquor. Hoc est, sanè Eras. indigni estis qui sermones meos audiat, & qui sim iquis. J intelligatis. J Vos vt me tentetis semper loquimini, mihi autem non attenditis. & in his omnibus vos reprehendere nunc possem: hoc enim significat, *Nihilo habeo discatis. de vobis***

† Et ea dicebat que il liagre feriebant & accusabant. J
Roma. 8. b
Supra. 3. c
† quia ego sum
† quia ego sum

interficere. Placide & pedetentim ab Abraham cognitione eos abscindit, admones non esse propterea superbiendum: ut enim libertas & seruitus ex operibus, ita & cognatio iudicatur. Neque continuo respondit non esse ex femine Abraham homicidas iusti, sed primum assentitur. Scio quia semen Abraham estis. Sed hoc non est quod querimus, & iam asperius inuehitur. Etenim est, ut in pluribus, obseruandum, ut qui magni aliquid facturus est, postquam fecerit magis sibi fidat, ac si operum suorum testimonium omnibus silentium imponat. Sed queritis me interficere. Quid si iuste? minime. ideo affert causam, *Quia sermo meus non capit in vobis.* Quo modo ergo inquit in ipsum credidisse? quia mutati erant, ut dixi, quam ob rem vehementius eos tetigit. Nam si illius cognitione gloriamini, etiam & vitam pre vobis feratis optret. Et non dixit, Non capitis sermonem: sed, sermo meus non capit in vobis, ad doctrinam magnitudinem significandam: sed non propterea interimendus fuit, sed potius honorandus, & colendus, ut discerent. Sed ne dicerent, a te ipso hac loqueris, ideo addidit: *Quae ego vidi apud patrem meum, hac loquor: & vos quae audistis apud patrem vestrum, facitis.* Quemadmodum, inquit, ego & tibi verbis ostendo patrem, ita & vos: non enim eiusdem tantum sum cum patre substantiae, sed & veritatis. *Dicunt ei: Nos patrem habemus Abraham: dicit eis Iesus: Si patrem habetis Abraham, opera eius facite. Nunc autem queritis me interficere.*

Frequenter hoc in loco eorum animos cedis arguit, & Abraham meminit: quod facit, ut ab eius cognatione ipsos abducat, & vanam gloriam tollat, persuadeatque non amplius in illo salutis spem esse reponendam. Non enim a natura cognatio, sed a voluntate: hoc enim ut ad Christum accederet, prohibebat, quod sufficiens sibi ad salutem cognationem illam arbitrabantur. Quam autem veritatem dicit? quod aequalis est patri, propterea quarebant eum Iudaei interficere. *Queritis me interficere, quia veritatem vobis locutus sum, quam audiui a patre meo.* Ut non contraria patri dicere videatur, iterum ad patrem confugit. *Dicunt ei: Nos ex fornicatione non sumus nati, unum patrem habemus deum.* Quid dicitis: vos patrem deum habetis, & Christum hoc dicentem persequimini? Vides prae-

cipue eum dixisse patrem suum esse deum? Cum ergo eos ab Abraham cognatione exclusisset, non habentes quid dicerent, aliud quiddam maius ausi, se ad deum referunt, a quo etiam honore excludit eos Iesus, inquit. *Si deus pater vester esset, diligeretis vique me. Ego enim ex deo processi & veni. Neque a me ipso veni, sed ille me misit. Quare loquelam meam non cognoscitis: quia non potestis audire sermonem meum. Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere. Ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit: quia non est veritas in eo.* Cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur: quia mendax est, & pater eius. Exclusit eos a cognatione Abraham: & cum inde maiora auderent, maiorem etiam plagam infligit, quod non solum Abraham filij non sunt, sed diaboli: secundum impudentiam vulnus incutiens, & testimonia reprehensionibus miscet. Interficere enim, inquit, diabolicae maliciae opus est. Neque simpliciter opera dixit: sed, desideria: ut & illum, & eos maxime cedibus delictari, authore invidia, significet. Nam cum nullam haberet praeter invidiam causam, Adam perdidit: quod id verbum significat, Et in veritate non stetit: hoc est, in vita rectitudine. Cum enim frequenter ipsum accusarent, quod ex deo non esset, hoc inde provenire dicit. Ille nanque primus mendacium peperit, inquit, In quacunque die comederitis, aperientur vobis oculi. Mendacio ergo primus usus est diabolus, homines non

tanquam proprio, sed ut alieno utitur, ille ut proprio. *Ego autem si veritatem dico, non creditis mihi.* Unde procedit, quod sine vlla causa vultis me perdere, nisi quia inimici estis veritatis: sin minus, dicite peccatum meum: ideo addidit, *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Quod autem dixerunt, Nos ex fornicatione non sumus nati. Nonne multi illicito coitu miscerantur? Tamen hoc omissio, illic insistit. Postquam enim non ex deo, sed ex diabolo eos esse ostendit: quod interficere diabolicum est, & mendacium dicere, quae utraque illi faciebant: iam contra ostendit amore, quod quis dei sit, esse argumentum. *Quare loquelam meam non cognoscitis?* Cum enim semper dubitarent, dicentes: Quid est quod dicit, Quod ego vado, vos non potestis venire? ideo inquit, Loquelam meam non cognoscitis: quia sermonem dei non habetis. Id autem vobis evenit propterea quod mens vestra humi repit, mei sermones alte eriguntur. Quid si non possunt? Non posse hoc in loco, non velle est. In parvis eruditi estis, nihil magni aggredimini. Cum enim tanquam dei amatores se Christum prosequi diceret, ideo ubique probare conatur sui persecutione dei odio, contrarii amore provenire. Vnum patrem habemus deum. Ex honoribus, non ex operibus gloriamini. Incredulitas vestra, non me alienum a deo esse, sed quod deum non cognoscitis, est argumentum. Causa autem, quod mentiri vultis, & diabolus imitari, quod pusillanimitas indicium est, ut Apostolus testatur: Cum enim sit inter vos zelus & contentio, nonne carnales estis? Quare autem non potestis? Quia desideria patris vestri vultis facere. Curatis, contenditis, adnitimini. (Ecce quod non posse, nolle est) quod Abraham non fecit. Sed quae nam sunt eius opera? mansuetudo, modestia, obsequium. Vos contra immanes & crudeles estis. Et quae nam sunt audacia ad deum confugere, qui Abraham indigni essent? Cum minus crimen evitare vellent, in maius inciderunt. Exprobrante nanque Iesu illis eadem, ad sui excusationem, ut deum defendant, id facere caventur. Quod contra deum esse demonstrat. Illud enim verbum, processi, ipsum inde esse, & ad nos venisse significat: nam cum illi dicere possent, eum aliena quadam & nova afferre, ideo se a deo venire dicit. Merito ergo non auditis eum, inquit, cum ex diabolo sitis: quia enim gratia vultis me interficere? Quid in me reprehendere potestis? si hoc non est, cur mihi non creditis? Ita ex mendacio & caede, a diabolo eos esse ostendens, infert, & ab Abraham, & a deo omnino esse alienos: & quia odio habent nihil iniuriantem, & quod eius sermonem nolunt audire: & modis omnibus deo se non esse contrarium arguit, neque propterea eos non credere, sed quia ipsi contrarii sunt deo. Etenim qui peccatum non fecit, qui se a deo venire, & a deo missum dicit, qui veritatem loquitur, & ita ut omnes in testimonium aduocet: si non creditur ei, constat auditorum vicio provenire, quod carni dediti sint. Novit enim terrenis deditam animam proclivem esse ad peccandum: idcirco inquit, Nam pigri facti estis auditionibus vestris. Quoties enim terrena nequit homo contemnere, quo modo poterit celestia contemplari? Quam ob rem adnitamur pro viribus dilectissimi, ut vitam nostram dirigamus, ut mentem expurgemus, ut nullae nos sordes impediant, augete cognitionis lucem, neque iacite semen inter spinas. Qui non intelligit malam esse avaritiam, quo modo maiora cognoscet? qui his non abstinere, quo modo illa complectetur? Bonum est rapere,

non

non ea quae pereunt, sed regnum caelorum. Quippe quod vim patitur, & violenti rapiunt illud. Non igitur desidia acquiri potest, sed cura & diligentia. Sed quid signat? *vim patitur?* *vi opus est multa: angusta est via, robusta anima opus est, & generosa, raptos praecipere adnituntur, nihil respiciunt, non accusationem, non damnationem, non supplicium, illud solum curant, ut praecurrat ceteros. Rapiamus ergo regnum caelorum: quae rapina non crimini, sed laudi datur: crimen est, si non rapimus. Non enim alterius damno ditescimus, adnitamur ergo: & licet ira, & cupiditas nos perturbet, naturae vim inferamus, mansuetudini assuefacimus, parum laboremus, ut perpetuo quiescamus. Noli aurum rapere, sed diuitias, quarum comparatione aurum lutum esse apparet. Dic quae so, plumbo tibi & auro proposito, vtrum potius raperes? nonne aurum? ubi qui rapit punitur, maius honoras: ubi qui rapit honoratur, maius prodis: quod si vtrinque puniretur, num sane ad hoc magis venisses? Hic nihil tale est, sed beatitudo. Et quo modo potest quis rapere, inquit? Disperge quae habes in manibus. Quousque enim praesentia seruas, illa rapere non poteris. Propone tibi hominem plenis argento manibus, quoad id tenuerit, nunquid aurum rapere poterit, nisi id prius proiciat, & expeditus fiat? Rapiemem bene expeditum esse oportet, ne quid eum impediatur, siquidem etiam nunc contrariae potestates sunt obviae, ut id nobis auferat. Quas fugiamus quae so, fugiamus, & nullam extrinsecus aniam relinquamus, incidamus funes, nudi a secularibus emergamus. Quis usus preciosarum vestium? Quousque tandem his ridiculis implicamur? quousque aurum defodiemus? Volebam ab his cessare admonitionibus, sed vos non permittitis, qui mihi semper admonendi occasiones & materias praebetis: sed nunc iuste a viciis desistamus, ut vitae exemplo alios erudientes, promissa bona consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem & cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.*

Homilia liij. ex cap. octavo.

Responderunt ergo Iudaei, & dixerunt ei: Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & demonium habes? Respondit Iesus & dixit: Ego demonium non habeo.

Impudens quiddam & temerarium malicia est, quae cum magis confundi deberet, magis irritatur, ut in Iudaeis vsuuenit. Oportuit enim ut Iesu verbis placarentur, eius admirati fiduciam, & verborum constantiam: sed maledicunt ei, & Samaritanum & demoniacum appellat. Nonne bene dicimus, quia Samaritanus es tu, & demonium habes? Altior enim sermo stulticia apud stultos videtur. Atqui non meminit adhuc evangelista Samaritanum Iesum antea a Iudaeis appellatum: ex hoc tamen potest intelligi etiam sapius eo in Iesum vsos vocabulo. Demonium habes, inquiunt. Quis demonium habet? num qui deum honorat, an qui honoribus deum prosequente contumelia afficit? Quid Christus? Mansuetudine & clementia summa, *Ego demonium, inquit, non habeo, sed honorifico patrem meum, qui misit me.* Nam ubi docere eos & humilitatis admonere oportuit, ne quod Abraham semel essent se iactarent, vehementer fuit: ubi autem contumeliae ferendae erant, mansuetudine vitur. Dicentes enim illis, Patre deum & Abraham habemus: in eos inuectus est vehementius: cum vero habere demonium insimulatur, lenissimum se exhibet: ad nos erudiendum, ut quae ad deum pertinent, maiorem in modum defendamus: quae ad nos, contem-

namus. *Ego non quero gloriam meam.* Hae dixi, inquit, quoniam non decet ut deum patrem appelletis, cum sitis homicide. Ob eius ergo honorem haec locutus sum, & propter illum haec audio, & me propter illum inhonoratis. Sed nihil mihi cura est haec contumelia, illi poenas debetis, cuius gratia haec audio: ego non quero gloriam meam, ideo omnia vindicta ad doctrinam vector, & consulo quae faciatis, ex quibus non modo supplicium vitabitis, sed aeternam vitam consequemini: *Amen amen dico vobis, si quis sermonem meum seruat, non videbit mortem in aeternum.* Hic non modo fides intelligenda est, sed vitae etiam puritas. Et superius ait, vitam aeternam habebit: hic, mortem non videbit: simul etiam significat, nihil se ab eis posse accipere detrimenti: Nam si qui eius sermonem seruat, non moritur, longe minus ipse. Tunc Iudaei: *Nunc cognoscimus quia demonium habes. Abraham mortuus est, & propheta mortui sunt. Hoc est, qui dei sermonem audierunt, mortui sunt: & qui tuum audierint, non morientur? Nunquid tu maior es patre nostro Abraham? O inanem gloriam, iterum ad eius confugiunt cognationem, atqui consequens erat ut dicerent, nunquid tu maior es deo? aut qui te audiunt, maiores sunt quam Abraham? Sed istud non dicunt, quantum quidem ipsum Abraham minorem esse arbitrabantur. Primum ergo eos homicidas arguit, hinc ab Abraham cognatione separavit. Et cum peristerent, alia via aggreditur, ostendens frustra eos laborare: & de morte nullum facit verbum, neque exposuit quam mortem intelligeret. Admonet autem se quam Abraham superiorem, ut reuererentur, immo & qualiscunque esset, non tamen innocuum morte esse multandum. Quod si veritatem vobis dico, & peccatum non habeo, & a deo sum missus, & melior quam Abraham, nonne iactantis? nonne frustra laboratis, cum me tentatis interficere? Quid illi? Nunc cognoscimus, quia demonium habes. Verum non ita Samaritana: Neque illi dixit, Demonium habes, sed tantum, Nunquid tu maior es patre nostro Iacob? Iudaei contumeliosi erant & superbi: illa discendi cupida, ideo dubitavit, & debita cum modestia respondit, & dominum appellat: qui enim longe maiora pollicebatur, & dignus fide erat, non erat iniuria lacerandus. Hi demonium habere dicunt: illa dubitantis, haec incredulorum & malignorum verba erant. Nunquid tu maior es patre nostro Abraham? Itaque hoc maiorem eum facit, quam Abraham. Cum autem abeuntem videritis, maiorem esse contestemini: propterea dicebat, Cum exaltaueritis, tunc cognoscetis quia ego sum, Et intueri prudentiam. Primum a cognatione eos abscindit, & se maiorem illo ostendit, ut ex multa excellentia prophetis quoque maior intelligatur: cum enim semper prophetam appellarint, ideo inquit: Sermo meus non capit in vobis. Illic nanque dicebat quod mortuos suscitaret: hic autem non visurum mortem qui credit: quod longe maius erat, quam non permittere ut a morte retinerentur: quare magis exasperati sunt, dicentes: *Quem te ipsum tu facis?* Et hoc contumeliose, tu tibi blandiris inquiunt. Quibus Christus: *Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est.* Quid hoc in loco dicunt haeretici? Interrogatus, nunquid tu maior es patre nostro Abraham: non ausus est palam affirmare, sed latenter innuit. quid igitur? Nihil est gloria eius? Ad illos nihil. Sicut enim cum dicit, Testimonium meum non est verum: secundum eorum opinionem locutus est: ita hoc in loco. *Est qui glorificat me.* Et cur non dixit, h Pater*

non ea quae pereunt, sed regnum caelorum. Quippe quod vim patitur, & violenti rapiunt illud. Non igitur desidia acquiri potest, sed cura & diligentia. Sed quid signat? *vim patitur?* *vi opus est multa: angusta est via, robusta anima opus est, & generosa, raptos praecipere adnituntur, nihil respiciunt, non accusationem, non damnationem, non supplicium, illud solum curant, ut praecurrat ceteros. Rapiamus ergo regnum caelorum: quae rapina non crimini, sed laudi datur: crimen est, si non rapimus. Non enim alterius damno ditescimus, adnitamur ergo: & licet ira, & cupiditas nos perturbet, naturae vim inferamus, mansuetudini assuefacimus, parum laboremus, ut perpetuo quiescamus. Noli aurum rapere, sed diuitias, quarum comparatione aurum lutum esse apparet. Dic quae so, plumbo tibi & auro proposito, vtrum potius raperes? nonne aurum? ubi qui rapit punitur, maius honoras: ubi qui rapit honoratur, maius prodis: quod si vtrinque puniretur, num sane ad hoc magis venisses? Hic nihil tale est, sed beatitudo. Et quo modo potest quis rapere, inquit? Disperge quae habes in manibus. Quousque enim praesentia seruas, illa rapere non poteris. Propone tibi hominem plenis argento manibus, quoad id tenuerit, nunquid aurum rapere poterit, nisi id prius proiciat, & expeditus fiat? Rapiemem bene expeditum esse oportet, ne quid eum impediatur, siquidem etiam nunc contrariae potestates sunt obviae, ut id nobis auferat. Quas fugiamus quae so, fugiamus, & nullam extrinsecus aniam relinquamus, incidamus funes, nudi a secularibus emergamus. Quis usus preciosarum vestium? Quousque tandem his ridiculis implicamur? quousque aurum defodiemus? Volebam ab his cessare admonitionibus, sed vos non permittitis, qui mihi semper admonendi occasiones & materias praebetis: sed nunc iuste a viciis desistamus, ut vitae exemplo alios erudientes, promissa bona consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem & cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.*

non ea quae pereunt, sed regnum caelorum. Quippe quod vim patitur, & violenti rapiunt illud. Non igitur desidia acquiri potest, sed cura & diligentia. Sed quid signat? *vim patitur?* *vi opus est multa: angusta est via, robusta anima opus est, & generosa, raptos praecipere adnituntur, nihil respiciunt, non accusationem, non damnationem, non supplicium, illud solum curant, ut praecurrat ceteros. Rapiamus ergo regnum caelorum: quae rapina non crimini, sed laudi datur: crimen est, si non rapimus. Non enim alterius damno ditescimus, adnitamur ergo: & licet ira, & cupiditas nos perturbet, naturae vim inferamus, mansuetudini assuefacimus, parum laboremus, ut perpetuo quiescamus. Noli aurum rapere, sed diuitias, quarum comparatione aurum lutum esse apparet. Dic quae so, plumbo tibi & auro proposito, vtrum potius raperes? nonne aurum? ubi qui rapit punitur, maius honoras: ubi qui rapit honoratur, maius prodis: quod si vtrinque puniretur, num sane ad hoc magis venisses? Hic nihil tale est, sed beatitudo. Et quo modo potest quis rapere, inquit? Disperge quae habes in manibus. Quousque enim praesentia seruas, illa rapere non poteris. Propone tibi hominem plenis argento manibus, quoad id tenuerit, nunquid aurum rapere poterit, nisi id prius proiciat, & expeditus fiat? Rapiemem bene expeditum esse oportet, ne quid eum impediatur, siquidem etiam nunc contrariae potestates sunt obviae, ut id nobis auferat. Quas fugiamus quae so, fugiamus, & nullam extrinsecus aniam relinquamus, incidamus funes, nudi a secularibus emergamus. Quis usus preciosarum vestium? Quousque tandem his ridiculis implicamur? quousque aurum defodiemus? Volebam ab his cessare admonitionibus, sed vos non permittitis, qui mihi semper admonendi occasiones & materias praebetis: sed nunc iuste a viciis desistamus, ut vitae exemplo alios erudientes, promissa bona consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem & cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.*

* Xopē. i. capit. locū habet.

† verbis ostendo patrem, ita & vos facitis.

* Excep. i. praecipue, eximie, peculiariter.

Gene. 3. n

† quia.

1. Cor. 3. 4

† cum igitur hoc vellent emulare, ad id quod maius est, ascenderunt.

† Quoniam imbecilles facti estis ad audiendum. J ad Hebr. 5. d. vel, Segens auribus facti estis.

Supr. 6. d. 6

Supra. 4. 6

Hic sup. d

Supra. 5. e

Pater qui misit me, ut prius dicebat, sed quem vos dicite, quia deus vester est, & non cognouistis eum? Voluit ostendere, quod non solum patrem ipsum ignorarent, verum etiam deum. Ego autem noui eum. Itaque si me scire dicerem, non superbus essem: si nescire, mendax: vos autem qui eum scire profiteremini, mendaces estis:

Et in idem ego mendax essem, si eum me nescire dicerem. Si ego glorifico me ipsum. Cum dixissent, Quem te ipsum facis? inquit: Si quem me ego facerem, gloria mea nihil est: quem admodum ego eum certe noui, ita vos ignoratis. Et ut non omnino eos ab Abraham separauit, sed inquit, Scio quod semen Abraham estis: ut magis in ipsos inueheretur: ita hic non totum abstulit, sed inquit, Quem vos dicitis: & verbis gloriam tribuens, grauius crimen reddidit. Quo modo autem eum ignoratis? quoniam eum qui pro ipso omnia & facit & dicit, ut gloriosum reddat, contumelia afficitis, cum ab ipso sit missus. hoc autem probatum non est, probabitur autem in sequentibus: *Et sermonem eius seruo.* Hoc, si quid habebant, poterant reprehendere: magnum namque erat argumentum, ab eo missum. *Abraham pater vester exultauit, ut videret diem meum: vidit, & gauisus est. Ite- rum illos Abraham alienos probat, si quidem ex his, quibus ille gauisus est, tristantur. Diem autem meum, hoc in loco crucem mihi significare videtur, quem in arietis oblatione & in Isaac prafigurauit.* *Ad haec illi: Gene. 22. c. * Εως ας εδουα, id * Quadragesima annos nondum habes, & Abraham vidisti? Ac est, quadragesima si prope iam ad quadraginta annorum accederet attingat, et mox tem. Dicit eis Iesus: Priusquam Abraham fieret, ego sum. Et ac- eundem reperiunt lapides, ut iacerent in eum.* Animaduerte quo mo- tit numer. do se maiorem Abraham confirmat. Si enim gauisus quin & En est videre diem eius, idque operaprecium duxit, prop- thymius sic ter beneficium inde proueniens, gauisum constat, & que dicitur ex- quod longè maior esset. Nam cum Iudaei fabri filium plaria ha- eum appellarent, neque amplius quicquam de eo im- bere dicit. ginaretur, paulatim eos ad maiorem sui cognitionem Alij tamè erigit. Cum ergo audierunt se deum nescire, non ægre legunt, quin- tulerunt: cum autem, priusquam Abraham fieret, ego sum, perinde ac si ipsorum nobilitas degeneraret, ex- quaginta. perarunt, & lapides iaciunt in Iesum. Vidit diem meum, et Matt. 13. g & gauisus est: significans non inuitum se ad passionem et Mar. 6. a venire, siquidè laudat eum qui in cruce delectatus est, quæ salus mundi erat. Illi autem lapides iecerunt, adeò prouenerunt in cædes, & veritatem cognoscere negli- gebant. Sed cur non dixit, Priusquam Abraham fieret, ego eram: sed, sum? Quem admodum pater hoc ver- bo, sum, utitur, ita & Iesus: significat enim perpetuò esse ab omni liberum tempore, propterea blasphemum eis verbum videtur. Quod si ad Abraham comparatio- nem, quauis paruum non tulerunt, quo modo tulissent ad patrem? Fugit ergo iterum Iesus, ut hominem præ- stare, Et absconditur, Cum satis eos admonuisset: & impleto officio suo, Exiit de templo. Et se ad sanan- dum cæcum contulit, per opera se ante Abraham esse confirmans. Sed dicit fortasse aliquis, Quia gratia eorum conatus non cohibuit: ita enim credidissent. Para- lyticum sanauit, & non crediderunt, innumera opera- tus est, & in ipsa passione stravit eos supinos, & visum abstulit, & non crediderunt: & quo modo si id fecisset, credidissent: Animo enim desperato nihil peius, quan- uis signa, quauis miracula videat, in eadem perstat per- tinacia. Etenim Pharaeo multis acceptis plagis, dum af- flicteretur, tantum sapiebat, ad vltimum tamen diem ad 15. idem persistit, persecutus quos dimiserat. Quare Pau- lus, ut non obduretur quis, inquit, ex vobis fallacia pec-

cati. Sicut enim vires corporis moriuntur, & omnem sensum amittunt: ita & anima cum multis detinetur af- fectibus, virtuti moritur: etsi quid attuleris, non sentit, sed siue supplicium, siue quodcunque aliud minaberis, nullo sane sensu mouetur. Quamobrem dum habemus salutis spem, dilectissimi, dum conuerti possumus, omnia faciamus. Qui enim non dolent, tanquam desperantes gubernatores nauis ventis commissa, nihil sibi opi- tulentur. Cum enim inuidus, ut cupiditatem suam ex- pleat, tantum intuetur, etsi pœna impendat, si interne- cio, eo duntaxat affectu possidet: itidem & impudico & avaro vsuenerit. Quod si affectuum tanta vis est, lon- gè maior virtutis: si propter illos mortem contemni- mus, longè magis propter hanc: si illi animam suam cõ- temnant, quid nos pro salute nostra facere oportet? quæ nobis erit excusatio, si cum perditis homines tanto- pere perditioni suæ incumbant, nos pro salute nostra nullam adhibebimus diligentiam, sed inuidia consu-

memur, qua nihil peius: Inuidus enim ut proximum perdat, perdit & seipsum. Inuidi oculus contumitur do- lore, morte viuunt perpetua, omnes inimicos existimat, etiam nihil iniuriatos, dolet quod deus honoratur: his lætatur, quibus & diabolus: honoratur aliquis apud ho- mines: (sed hic non honor est) noli inuidere, si apud deum honoratur, emulare: illi & simili efficiaris, an nõ vis quid ergo & teipsum perdis? cur etiam quod habes proicis? non potes similis illi fieri, neque virtuti va- care. Cur malicia imbueris? Congratulandum est pro- ximo, ut etiam in bonis operibus pariter laborare non possis, ex congratulatione saltem merearis. Sufficit nõ- nunquam volútas ad magnum bonum: ideo Ezechiel propterea Moabitas punitos dicit, quod lætati sunt su- per Israëlitis: & alios quosdam salutem consecutos, quod alienis malis condolerunt. Quod si miserantibus alio- rum malis est aliquod meritum, multò magis aliorum honoribus congratulantibus. Reprehendit Moabitas, quod super Israëlitis lætati sunt, quos deus vltus est: & quauis ipse puniat, non tamen vult ut eorum supplicio lætetur, neque enim vult eos vlcisci: quod si condolendum est vltorum supplicio, multò magis hono- ratis non inuidendum. Sic enim Chore & Dathan pe- rierunt: quibus inuidet clariores reddunt, seipfos tor- quent. Fera enim venenosa inuidia est, fera immunda & morbus voluntatis, omni venia & excusatione indi- gna, omnium malorum & mater, & author: quamobrem radicibus eam euellamus, ut & presentibus malis liberemur, & futura bona consequamur, gratia & be- nignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

Homilia lv. ex cap. nono.

ET prateriens Iesus, vidit hominem cæcum à natiuitate, & interrogauit eum discipuli eius, dicentes: Rabbi, & nihil quod quis peccauit, hic, an parentes eius, ut cæcus nasceretur? ad se autem Humanissimus dei filius, & nostræ cupidus salutis, & vt neq; omittat ingratorum ora obstrueret, & neminem obuium omit- tit: quauis nemo ei attenderet. Quod propheta intel- ligens, dicebat: Ut iustificeris in sermonibus tuis, & vin- cas cum iudicaris. Propterea hoc in loco, cum sermo- num ipsius altitudinem non acciperent, sed demoni- um habere dicerent, & interficere conarentur, egressus è templo cæcum sanauit, cum vt absentia sua eorum iram sedaret, tum vt miraculi beneficio eorum duri- ciem & immanitatem placaret, tum vt suam cõfirma- ret orationem.

ret orationem: Neque paruū operatur miraculum, sed quod tunc primum contigit. A seculo enim non est au- ditum, inquit, quod aperuit quis oculos cæci nati. Cæ- ci enim fortasse quispiam oculos aperuit, sed cæci nati adhuc nemo. Et quod egressus è templo ad illud dedita opera venerit, inde perspicuum est. Ipse vidit cæcum, non ad ipsum cæcus accessit, & tam diligenter eum int- uitus est, vt discipulos ad interrogandum conuertere- ret. Viso enim Iesu ad eum illum conuerso, interroga- runt: Quis peccauit, hic, an parentes eius? Absurda inter- rogatio. Quo modo enim peccauit antequam natus es- set? Quo modo parentum peccatis punitus est? Quo mo- do ergo ad hanc venerunt interrogationem? Antea sa- nato paralytico, dixit: Ecce sanus factus es, noli ampliò peccare. Cognoscentes itaque discipuli illum propter peccatum in paralyticum incidisse, dicunt, concedatur il- lum propter peccatum paralyticum fuisse: de hoc quid dicis? hic peccauit? quod est absurdum, eum esset à natiuitate cæcus: an parentes eius? sed neque hoc, siquidem pro patre filius non punitur. Quemadmodum igitur puerum aliquo morbo affectum videtes, dicimus: Quid de hoc dicendum est? quid commisit puer? non rogan- do, sed dubitando: ita nunc discipuli dubitant potius quàm percontantur: quid Christus? Neque hic pecca- uit, neque parentes eius. Hoc non absoluunt eos à peccato. Non enim simpliciter dixit, Neque hic peccauit, neque parentes eius: sed addidit, *Ut cæcus nasceretur, ut glorifi- cetur filius dei.* Peccauit namque hic, & parentes eius, sed non propterea cæcus est. Hæc autem dixit, non quod hic propterea cæcus non esset, alij autem nonnulli propter has causas, propter parentum peccata visum amiserint. Neque enim est peccante alio alium puniri: nam si hoc concesserimus, concedemus & ante natiuitatem peccasse. Ut ergo dicendo, Neque hic peccauit: non intelligit à natiuitate peccare quempiam, & puniri: Ita dicendo, neque parentes eius: non est intelligendum, quod propter parentes aliqui puniendi sint filij. Nam Ezechielis testimonio hanc tollit dubitationem, *Viuo ego dicit dominus, si erit parabola hæc qua dicitur, Pa- tres comederunt vram acerbam, & dentes filiorum obstupescunt.* Et Moses inquit, Non morietur pater pro filio. Et de quodam rege inquit, quod propterea id non fecit, seruans legem Mosi: quod si quis diceret, Et quo modo scribitur, qui reddit peccata parentum in filios, in tertiam & quartam generationem? Illud res- pondebimus, non esse communem omnibus senten- tiam, sed in quosdam qui ex Aegypto egressi sunt: hoc est, ex quo ex Aegypto egressi, post signa & miracula parentum peiores facti sunt illis qui nihil tale viderant, eadem quæ patres sui patientur, cum eadem audeant. Et quod de his sermo habeatur, si quis diligentius le- get, certò intelliget. Quia ergo gratia cæcus natus est? Ut manifestetur gloria dei. Occurrit alia dubitatio, an non aliter poterat gloria dei manifestari? Quid nî? Ne- que enim dicit non potuisse, sed & in hoc vt manife- staretur. Ergo iniuriam propter dei gloriam accepit? Quam iniuriam, dic quarto, etiam si eum omnino non produxisset ac formasset? Ego verò etiam ex cæcitate beneficium accepisse dico. Vidit enim interioribus o- culis. Quid oculi Iudæis contulerunt? Maius supplicium, cum videndo cæci essent. Quid cæcitas huic obfuit propter quam vidit? Itaque vt mala huius vitæ mala non sunt, ita neque bona, sed peccatum duntaxat ma- lum. Cæcitas autem non est malum. Qui verò quod non erat, vt esset effecit, poterat & sic dimittere. Qui-

Hic infra. f

Supra. 5. c

Ezech. 18. a

Dent. 24. e

Exod. 20. a

dam dicunt hanc particulam, vt, non esse causalem, sed euentus: vt illud, In iudicium veni in hunc mun- dum, vt non videntes videant: & qui vident cæci fiant. Non enim venit, vt videntes fierent cæci. Et Paulus: Quia quod notum est dei, manifestum est in illis, vt Rom. 1. c. sint inexcusabiles. At non propterea manifestauit, vt priuarentur, sed vt consequerentur excusationem. Et tunc alibi: Lex autem subintravit, vt abundaret delictum. Verùm non propterea subintravit, sed vt prohibere- tur peccatum. Ecce his in locis euentus aduerbium, tan- quam enim optimus quidam domus dispensator par- tim perfecit, partim imperfectum reliquit, vt per hæc de vniuerso incredulis rationem redderet: ita & deus tanquam donum quandam ruinam minantem, cor- pus nostrum conglutinat & perficit, manum aridam sa- nat, dissoluta membra corroborat, claudos dirigit, le- prosos mundat, ægros excitat, debilia crura confir- mat, mortuos ad vitam reuocat, & lippos oculos purifi- cat, & non habentibus largitur: quæ omnia cum natura- lis sint imbecillitatis, meliora Christus efficiens, suam indicat potestatem. Hanc autem particulam, *Ut ma- nifestetur gloria dei.* De se, non de patre dicit. Patris enim gloria manifesta erat. Nam cum ex limo formatum à deo hominem audissent, ideo Christus nunc ad eum modum oculus finxit. Si enim dixisset, Ego sum qui ex terra formaui hominem, arduum visum esset auditori- bus, re autem ostensum iam negari non poterat. Quam- obrem ipse in sputo, & puluere commixto, absconditam gloriam manifestauit: neque enim paruumerat, vt crea- ture opifex putaretur. Ab hoc enim & alia aggressus est, & à parte totum est creditum. Maioris namque fides, mi- nus etiam confirmat. Vniuersa enim creaturæ homo est præstantissimus, & inter mēbra nostra oculus: pro- pterea non simpliciter, sed hoc modo oculos effinxit. Nam licet portione paruus sit, maximè tamen necessa- rius, ut inquit Paulus: Et si dixerit auris, nõ sum oculus, nõ sum de corpore: num ideo nõ est de corpore? Quæ- cunque enim in nobis sunt, diuinæ sunt sapientiæ indi- cium: multò magis oculus, qui totum corpus gubernat ac regit. Oculus ornatur, non os tantum, sed totum cor- pus. Oculus lucerna est omnium membrorum. Quod enim sol mundo, hoc oculus corpori. Extincto Sole om- nia perduntur & perturbantur: ita amissis oculis, pedes inutiles sunt, & manus & animus. Corruptitur enim cognitio, his enim deum cognouimus. Inuisibilia enim ipsius à creatura mundi, per ea quæ sunt intellecta con- spiciuntur. Non enim corporis lucerna tantum oculus est, sed animæ potius. Quare vt in regio quodam loco, in altiore corporis parte sedem sortitus est, & cateris præfertur sensibus. Hunc igitur formauit Christus, & ne materia eum nunc, neque in principio luto indiguisset arbitrareris: qui enim maiora, cum nihil essent, sine ma- teria effecit, longè magis & hæc effecisset. Ut ergo intel- ligas non necessitatis causa hoc fecisse, sed esse eorum quæ in principio facta sunt opificem, illito luto inquit: *Vade, & lauare.* Ut intelligas nihil mihi luto opus esse ad fingendos oculos, sed vt manifestetur in eo glo- ria mea. Quod autem de se dixerit, Ut manifestetur glo- ria mea, potiò in- ria dei, addidit, *Ne oportet facere opera eius qui misit me.* Hoc est, manifestare meipsum, & facere eadem quæ pa- ter: non similia, sed eadem: quod maioris est cõuenien- tiæ, neque de his etiam, quæ vel minimè differunt di- ci potest, Quis ergo contradixerit, cum eadem quæ pa- ter operatus sit? Neque enim tantum finxit oculum, aut aperuit, sed visum largitus est: quod sane argumentum

Infra. 18. a

Exod. 31. a

Num. 16. a

Hic infra. g

Excusatio. ne. j

Ibid. 5. d

clauso. cas. a

rit. j

1. Cor. 12. e

Rom. 1. c

uoce depo-

nentali.

Gene. 22. c

* Εως ας εδουα

κοντα, id * Quadragesima annos nondum habes, & Abraham vidisti?

Ac est, quadragesima si prope iam ad quadraginta annorum accederet attingat, et mox tem.

Dicit eis Iesus: Priusquam Abraham fieret, ego sum. Et ac- eundem reperiunt lapides, ut iacerent in eum.

Animaduerte quo mo- tit numer.

do se maiorem Abraham confirmat.

Si enim gauisus quin & En est

videre diem eius, idque operaprecium duxit,

prop- thymius sic ter beneficium inde proueniens,

gauisum constat, & que dicitur ex- quod longè maior esset.

Nam cum Iudaei fabri filium plaria ha- eum appellarent,

neque amplius quicquam de eo im- bere dicit.

Alj tamè erigit. Cum ergo audierunt se deum nescire,

non ægre legunt, quin- tulerunt:

cum autem, priusquam Abraham fieret, ego sum, perinde ac si ipsorum nobilitas degeneraret,

ex- quaginta. perarunt, & lapides iaciunt in Iesum.

Vidit diem meum, et Matt. 13. g & gauisus est:

significans non inuitum se ad passionem venire, siquidè laudat eum qui in cruce delectatus est,

quæ salus mundi erat. Illi autem lapides iecerunt, adeò prouenerunt in cædes,

& veritatem cognoscere negli- gebant.

Sed cur non dixit, Priusquam Abraham fieret, ego eram: sed, sum? Quem admodum pater hoc ver- bo, sum, utitur,

ita & Iesus: significat enim perpetuò esse ab omni liberum tempore,

propterea blasphemum eis verbum videtur. Quod si ad Abraham comparatio- nem, quauis paruum non tulerunt,

quo modo tulissent ad patrem? Fugit ergo iterum Iesus, ut hominem præ- stare, Et absconditur,

Cum satis eos admonuisset: & impleto officio suo, Exiit de templo.

Et se ad sanan- dum cæcum contulit, per opera se ante Abraham esse confirmans.

Sed dicit fortasse aliquis, Quia gratia eorum conatus non cohibuit: ita enim credidissent.

Paralyticum sanauit, & non crediderunt, innumera opera- tus est, & in ipsa passione stravit eos supinos, & visum abstulit, & non crediderunt:

& quo modo si id fecisset, credidissent: Animo enim desperato nihil peius, quan- uis signa, quauis miracula videat, in eadem perstat per- tinacia.

Etenim Pharaeo multis acceptis plagis, dum af- flicteretur, tantum sapiebat, ad vltimum tamen diem ad 15. idem persistit, persecutus quos dimiserat.

Quare Pau- lus, ut non obduretur quis, inquit, ex vobis fallacia pec-

est etiam animam inspirandi, qua non operante, oculi etiam perfectus minimè videre potest. Quare & anima vigorem, & membrum arteriis, nervis, venis, sanguine, & cæteris omnibus ex quibus corpus nostrum constat perfectum, largitus est. *Me oportet operari, dum dies est.* Quid hoc significat: quam habet consequentiã? Sanè magnam. tale enim est quod ait, Donec dies est, dum licet hominibus in me credere, dum hæc durat vita, laborandum est. *Venit nox.* Hoc est, futurum tempus. *Quando nemo potest operari.* Non dixit, quãdo non potero operari: sed, nemo potest operari: id est, quando non est amplius fides, neque labores, neque penitentia. Quod enim opus fidem appelleret, dicunt ei: Quid faciemus, vt operemur opera dei? Respondet, Hoc est opus dei, vt credatis in eum quem ille misit. Quo modo ergo hoc opus nemo potest tunc operari: quoniam fides non est, sed velint nolint omnes acquiescent veritati. Verùm ne quis ad ambitionem hæc referret, eorum gratia omnia facere proficitur, qui in hac tantum vita habent credendi potestatem, & non amplius ibi quicquam sibi possunt proficere. Ideo neque accedentem ad se cæcum curauit. Nam quod curari mereretur, & si vidisset, credidisset, & procurrisset ad Iesum: neque si præsentem a quoquam audisset, accedere neglexisset, ex sequentibus constat, ex eius videlicet fortitudine, & fide. Poterat enim secum cogitare, & dicere, Quid hoc? lutum fecit, & liniuit oculos meos, & dixit, Vade, laua: non potuit me prius curare, & inde ad Siloam mittere: Sepenumero illic me laui, & multi mecum, & nihil profeci. Si quid posset, coram ostendisset, quemadmodum & Naaman aduersus Helisæum dicebat. Iustus enim laua re se in Iordane non credit, cum magna esset tunc Helisæi opinio. Cæcus autem non diffidit verbis Iesu, neque contradixit, neque quicquam cogitauit huiusmodi, Quid lutum illinere oportuit? hoc potius cæcum redderet: Quis vnquam hoc pacto curatus est? Nihil tale reputauit. Ecce fides firma & præpta. Venit nox. Quod indicat post crucem, impios sibi curæ futuros, & multos alliciendos. Adhuc dies est, post quem penitus eos abscindit, vt statim significauit. *Quandiu in mundo sum, lux sum mundi.* Quod & alio in loco dixit, Credite donec lux vobiscum est. Cur ergo Paulus noctem præsentem vitam appellauit, Christus diem? idem dicit, non verbis, sed sententia: inquit enim, Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Noctem præsentem vitam appellat, quoniam in tenebris versamur, vel propter eius ad diem illam comparationem. Christus autem noctem futurum tempus appellat, quoniam peccatores nihil operari poterunt. Nox à Paulo præsentis vita appellatur, quia in tenebris sunt, qui in peccatis & incredulitate degunt. Quamobrem fideles alloquens ait: Nox præcessit, dies autem appropinquauit, ac si luce illa essent frustruri, & noctem veterem vitam intellexit. Abiciamus, inquit, opera tenebrarum. Ecce quod illis noctem esse dixit: quere prosequitur, Vt in die honestè ambulemus, vt lucè illam consequamur. Nam si huius seculi lux tam pulchra est, considera qualis illa futura sit: quantò enim solaris lux lucernæ lumen excedit, tantò, imò longè magis illa solarem, quod inde significauit: Sol obscurabitur, ad illius videlicet splendoris comparationem, vt non appareat. Quod si in hac vita vt splendida nobis domos, & salubres comparemus, magnam pecuniarum vim ædificando anxij consumimus: considera qui nobis subeundi sint labores, vt clarissimam nobis in cælis domum ædificemus, vbi lux illa ineffabilis. Hic enim

& pugna & contentiones de terminis & parietibus, illic minimè, nulla inuidia, nullus liuor, nulla de limitibus contentio: & hæc sine dubio relinquenda, illa perpetuò permanens: hæc tempore consumitur, & multis subiecta est periculis, illa perpetuo manet: hanc pauper sibi comparare nõ potest, illam duobus potest obolis quibus emere: vt vidua illa. Quamobrem quam iam molestissimè fero, quod tot nobis bonis propositis desidemus, animo desicimus: vt hic splendide habitemus, omnia facimus: vt autem in cælo vel paruum comparemus hospitium, nihil curamus, vel laboramus. Dic quæso, vbi hinc domum habere velles, in deserto, an in aliquo paruo oppidulo? Non puto, sed in regijs & magnis ciuitatibus, vbi & rerum copia, & maior nobilitas. Ego tibi talem ciuitatem propono, cuius opifex & author deus est, in qua domum minori quam hinc sumptu, minori labore condere atque ædificare poteris. Ac edificat eam manus pauperum, hæc optima ædificatio summa sapietia, sicut quam hinc facimus summa demencia. Etenim si quis te in Persidem visurum regionem illam, & mox reuersurum duceret, iuberetque vt illic domum strueres: nõne eius amentiam reprehenderes, ac si inutilem suaderet impensam? cur non idem in hoc mundo facis: quem paulò post relinques? Sed filiis relinquam, inquit: at illi paulò post te etiam sequentur, nonnunquam præcedet, idem & eorum posterum, quod etiam te anxium reddet, cum hæredes tuos non possessuros videas: illic autem nulla huiusmodi suspicio, sed immutabilis & tibi, & filiis, & nepotibus manet possessio, si eandem virtutem imitabuntur. Illam domum Christus ædificat, quo ædificante non opus est alium opificem accersere, neque vterius laborare. Cum deus opus faciendum suscipit, quid amplius curandum? Ille necessaria colligit, ille opus erigit: neque hoc tantum mirandum, sed quod etiam satis, superque optimum, & supra quam optare possis ædificium construit: quippe qui optimus opifex est, & maximè tuæ studet utilitati. Et si pauper es, & volueris hanc domum ædificare, nullam tibi pariet inuidiam: nemo enim inuidus illud domicilium intuetur, sed angeli tuis bonis latantur, nemo illud contemnere poterit, nemo hoc morbo laborans illic habitat. Vicinos ibi sanctos, Paulum, Petrum, prophetas, martyres, angelorum cætus & archangelorum habebis. Quibus rationibus omnia nostra in pauperes conferamus, vt illa habitacula consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto in secula seculorum, Amen.

Homilia lvi. ex cap. nono.



Per cum dixisset, expuit in terram, & fecit lutum ex sputo, & liniuit lutum super oculos cæci. Qui aliquam ex lectionibus utilitatem consequi volunt, nihil his prætermittendum est, propterea scrutari iubemur scripturas. Multa enim quauis prima facie facilia videantur, magnam tamen sententiæ profunditatem habent latetem. Considera propositum textum: Hæc cum dixisset, expuit in terram. Cur hoc? Vt manifestetur gloria dei. Et quia oportet me facere opera eius qui misit me. Non enim ab re quæ dixerat, rediit nobis in memoriam euangelista, & subdidit, expuisse: sed vt verba sua operibus confirmasse ostenderet. Et cur non aqua, sed sputo ad lutum vsus est? Missurus eum erat in Siloam, ne quid ergo fonti adscriberetur, sed ex ore eius virtutem processisse intelligeretur, quæ illius oculis &

los & sinxerit, & aperuerit, inspuit in terram, hoc euangelista significans inquit: Et fecit lutum ex sputo. Inde ne ex terra eam processisse virtutem suspicaretur, lauare iussit. Quare igitur istud illico non fecit, sed ad Siloam misit: vt cæci fides pateret, & perfidiam Iudæorum argueret. Nam credibile erat à pluribus abeuntem illitis luto oculis visum, & re insolita omnium in se oculos conuertisse. Cum enim non facile esset creditum cæcum visum recuperasse, multos viæ longitudine testes, & diligentiores spectatores rei insolentia comparat, vt attentiores facti, iam non possent an is esset dubitare. Præterea veteri legi se non repugnare ostendit, cum ad Siloam mittit. Neque illud erat suspicandum, an aquæ illius virtute visum acceperit. Multi enim sepe illic oculos lauerant, nullam gratiam consecuti, sed tunc fuit virtus Christi, quæ id operata est: ideo interpretatus est euangelista Siloam, quod est missus, vt intelligas illic à Christo curatum, vt Paulus inquit: Bibebant autem de spiritali conseqente eos petra, petra autem erat Christus. Quemadmodum ergo Christus petra erat spiritalis, ita & Siloam erat spiritalis. Mihi autem videtur *repentinam aquæ efficaciam arcanum nobis significare mysterium. Quod nam? Admirabilem, & præter omnium spem apparitionem. Sed intueri cæci animum in omnibus parentem, præbuit os, nihil sollicitus an lutum esset, an sputum, & quid sibi Siloam opus esset, et si hoc, cur illo? Non cur lutum liniret super oculos, aut cur lauare præceperit, nihil tale reputauit: illud duntaxat curauit, vt pareret in omnibus imperanti: & in nullo perturbatus est. Quod si quis rogaret, quo modo abluto luto viderit, me modum nescire profiteor: & quid mirum si nescimus? Neque enim euangelista, neque ipse qui curatus est, norat: sed factum nouit, modum deprehendere non potuit, quod interrogatus respondit:

Siloam.

1. Cor. 10. 4

* ἀποβόου ἢ ἔδαρος πύργος, id est repentinum aqua defluens sine aduentum.

Lutum imposuit oculis meis, & laui, & vidi.

eadem.]

† discedebat autē Iesus semper curans.]

Rationem dicere non potuit, licet sapius interrogatus. Itaque vicini, & qui viderant eum prius, quia mendicus erat, dicebant: Nonne hic est qui sedebat, & mendicabat? Alij dicebant, quia hic est. Magnitudo rei ad incredulitatē trahebat, licet tot modis essent ad credendum allekti. Alij autem dicebant: Nonne hic est qui sedebat, & mendicabat? Papæ quod dei descendit humanitas: Benignissimè mendicos curat, Iudæis silentium imponit, quod non claros & generosos viros, non principes, sed obscuros etiam sua dignos prouidentia ducebat. Venerat enim ad omnium salutem: & vt in paralytico, ita in hoc factum est. Neque enim ille qui se curasset norat, neque hic: quod propter Christi discessum accidit, † qui semper ad subueniendum indigentibus properabat, † vt omnis signorum modo ad gratiam loquerentur: Sic confirmabant miracula: neque enim ostiatim hic cæcus mendicabat, sed sedebat ad templi ianuam. Dubitantibus ergo omnibus de ipso, respondit: *Ego sum.* Non puduit cæcitate, neque populi furorem veritus est. Nihil dissimulauit beneficium prædicare. *Dicunt ei: Quo modo aperti sunt tibi oculi?* Respondit eis: *Ille homo, qui dicitur Iesus.* Quid dicis? huiusmodi homo operatur? Sed nihil adhuc de eo magnum opinabatur. *Fecit lutum, & unxit oculos meos.* Verax sanè, non dicit vnde fecerit, quod non viderat, sensum autem vngi. Et dixit mihi: Vade ad natatoriam Siloam. Et vnde norat Iesum locutum? Ex sermone quem ad discipulos habuerat. Et hæc omnia dicens, rem testificatur, modum ignorat. Quod si autem in his quæ sensu & tactu percipiuntur, fide opus est, longè magis in

Tomus tertius

his quæ videri non possunt. *Et dixerunt ei, Vbi est ille? ait, nescio.* Dicebant autem, Vbi est ille, clamantes iam contra ipsum. Intuere hic Christi humilitatem. Curatos dimittebat, quippe qui non gloriam, non populi plausum, non digito monstrari volebat. Et vide quoniam verè cæcus ad omnia respondet. Quærebant illi ipsum inuenire, vt eum ad sacerdotes adducerent: cum non inuenirent, illum ducunt vt melius interrogaretur. Ideo euangelista sabbatum fuisse dicit, vt prauam eorum mentem ostendat, & cur Iesum quærent, vt ansam aliquam haberent calumniandi miraculum propter legis transgressionem: & hoc constat, quod statim, quo modo oculos ipsius aperuerit, interrogarunt. Et considera eorum verba. Non dicunt, quo modo vidisti: sed, quo modo aperuit tibi oculos? vt darent ei materiam † opus illud calumniandi. Ille autem tanquã non ignaris rei, breuiter respondet, Neque enim Iesu meminit, neque quod dixerit, Vade, laua: sed tantum, *Lutum imposuit super oculos meos, & laui, & vidi.* Ac si maximo in crimine Christum deprehendissent, ita mouentur: quasi dicerent, Ecce quæ Iesus operatur in sabbato, lutum illinit. Tu autem cæci constantiam intueri. Quod enim primum ab illis interrogatus dixerit veritatem, minimè mirum est: nunc vero admirandum, quod perterritus neque negat, neque prioribus verbis contradicit. Quid Pharisæi, vel alij potius: Adduxerunt eum tanquam negaturum, sed contra euenit, manifestius quod nolabant intellexerunt: quod semper contingebat, Vt apertius in sequentibus ostendemus. Quid Pharisæi? *Quidam* (non omnes: sed pertinaciores) dicebant: *hic homo non est à deo, quia sabbatum non custodit.* Alij autem dicebant: *Quo modo potest homo peccator hæc signa facere?* Ecce quod signis alliciebatur. Nam qui antea miserant, vt adduceretur: audi quid nunc, et si non omnes, dicant. Etenim licet principes gloriæ cupiditate in incredulitate persisterent, multi tamen crediderunt, quauis non confiterentur: populus autem inglorius erat, vt potè qui nihil in synagoga poterat, principes clariore difficilius acquiescebant. Hos igitur principatus amor, illos metus continebat: quare inquit, Quo modo potestis credere, qui gloriam ab hominibus accipitis? Et ipsi quidem qui iniuste interficere conabantur, dei se esse dicebant. Qui cæcos curabat, eum ex deo esse non posse, eo quod sabbatum non seruasset, quod alij negant: quoniam peccator hæc signa facere non potest. Illi malignè omisso miraculo, quæ videbatur transgressio, adducunt in medium. Non enim dicunt, in sabbato curat: sed sabbatum non custodit. Hi infirmè subterfugunt, probandum nanque erat non soluisse sabbatum. Ex signis tantum confirmant: neque immeritò, adhuc hominem eum arbitrabantur. Quod si deum nosset, aliter eum excusare potuissent, quod videlicet sabbati dominus esset, & ipse illud fecerit: sed nõdum hoc sentiebant. Nemo tamen audebat sententiam suam palam facere, sed dubitabant, partim timore, partim ambitione. Schisma ergo erat inter eos, quod prius in populo ortum est, inde in principibus: & alij quidem bonum esse dicebant, negabant alij, quod deciperet turbam. Vides stultiore multitudinem principes etiam se sciendentes? Non tamen generosum quicquam præse tulerunt, cum Pharisæos instare intelligerent. Quod si omnino se scidissent, cognouissent fortasse veritatē: potest enim quis rectè scindi, idcirco inquit: Non veni mittere pacem in terram, sed gladium. Est & mala concordia, & discordia bona. Siquidem qui turrim ædificabant, concordantes erant in malo suo, inde etiam in-

h iij uiri, ad

Supra. 6.

4. Reg. 5. e & Luc. 4. e

Infr. 4. 12. f & aliter v. ro, diem? Rom. 13. d & process. t. 1

* πρὸ ἐνοχου, processit, siue progressa est. Rom. 13. d

† cum iam interficere conantes, interpres autē legisse videtur, & uolens.

† illi calumniandi propter operati-

Supra. 5. g

Mat. 10. d Gene. 11. a

Num. 16. uiti, ad bonum tamen disenserunt. Et socij Chore male conueniebant, [ideo bene diuisi sunt.] Et Iudas cum Iudæis prauè consensit: est ergo bona discordia, & concordia mala. **Quamobrem** ait: Si oculus tuus scandalizat te, erue eum: & si pes, abscinde. Quod si membrum male coniunctum abscindendum est, nonne longè magis prauis amici? Quare concordia non semper bona, sicut neque discordia mala. Dico hoc, vt malos fugiamus, sequamur bonos. Nam si membrum insanabile, metu ne reliqua corumpat, incidimus, non quod illud negligamus, sed vt seruemus cætera: quanto magis in his, qui malè nobis iuncti sunt, ita faciendum? Quod si eos meliores reddere possemus, & nobis non officeremus, omnia essent facienda: sin incorrigibiles sunt, & nos lædunt, abscindendi sunt à nobis. Saepe enim hoc pacto magis proficiunt: vnde Paulus, Auferre malum de medio vestrum: & vt tollatur de medio vestrum qui hoc opus fecit. Grauis etenim, grauis est cõuersatio maiorum. Non tam cito pestis attingit, & scabies corrumpit inquinatos & morbo correptos, vt prauorum hominum malicia. Corruptum enim bonos mores colloquia mala. Et propheta: Egredimini ex medio eorum, & segregamini. Nemo igitur malum amicum sibi conciliet. Nam si perditos filios emancipamus, neque veremur naturam, neque eius leges, neque vllam necessitudinem: longè magis notos, & consuetudine deuinctos fugiemus, si mali erunt. Quauis enim nullum inde nobis proueniat detrimentum, malas tamen suspensiones vitare non possumus. Alieni enim vitam nostram non perscrutantur, sed à socijs & cõsuetudinibus iudicant. **Hęc eadem** nuptas & virgines hortor. Prouidentes, inquit, bona non modò in conspectu domini, sed & hominum. Totis ergo viribus adnitamur, ne per nos scandalizetur proxim⁹. Vita etenim etsi rectissima sit, si alijs erit scandalo, totum amittit. Et quo modo potest recta vita scandalizare? Cum pessimorum consuetudo non bonam homini inurit opinionem: cum enim nobis ipsi fidentes, cum malis conuersamur, etsi nos non offendimus, alios tamen scandalizamus. Hęc viris, vxoribus, & virginibus dicta sunt, quorum conscientia, quæ inde mala proueniât, diiudicat. Ego nihil mali suspicor, neque alius fortasse perfectior⁹: si simplicior frater in tua offendatur perfectione, oportet eius consulere imbecillitati. Quod si ipse nõ offenditur, offendetur tamen Gentilis. Paulus autem iubet, vt simus sine offensione & Iudæis & Græcis, & ecclesiæ dei. Ego nihil mali de virgine suspicor, diligo virginitatem. Dilectio malum non cogitat. Maximè hanc vestram amo consuetudinem, neq; possum absurdum aliquid de ea cogitare. Sed quo modo externis id persuadebimus? Debemus eorum rationem habere. Quamobrem ita res nostras disponamus, vt nemo infidelium nostra causa iuste possit offendi. Nam sicut qui rectè viuunt, deum glorificât: ita qui prauè, occasionem præbent vt deus blasphemetur. Sed absit, vt vestrum aliquis sit eiusmodi: verum ita luceant opera vestra, vt glorificetur pater vester qui est in cœlis: & vos eius gloria perfruamini: quâ nos omnes vti nam consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

Homilia lvij. ex cap. nono.

¶ *¶* **D**icunt ergo cæci iterum: Tu quid dicis de illo, [qui] aperuit oculos tuos? Ille autem dixit: Quia propheta est. Non crediderunt ergo Iudæi. Scripturæ non simpliciter, neq; temerè, sed quàm diligentissimè legendæ sunt,

ne quis scrupulus oboriatur: etenim non immeritò hoc in loco quispiam dubitaret, cur cum dixerint, Hic homo à deo non est, quia sabbatum nõ custodit: inde eum interrogarint, Tu quid dicis de illo, [qui] aperuit tibi oculos, & non [qui] soluit sabbatum? At excusationem pro accusatione posuerunt. Quid ergo dicendum? Non sunt hi qui dicebant, Hic non est à deo: sed qui dissentiebant, dicentes, Homo peccator non potest hęc signa facere. Cum ergo magis vellent illis silentium imponere, ne Christum ipsi defendere viderentur, cum qui eius virtutem in se expertus erat, in medium adducunt, & interrogant. Tu autem intueri pauperis sapientiam, quæ cæteros superauit. Cõfessus est prophetam esse, neque prauum Iudæorum iudicium ipsum perterrere potuit, cum dicerent: Quo modo potest esse hic à deo, qui sabbatum non custodit? *Et non crediderunt Iudæi quod cæcus fuisset, & vidisset, donec vocauerunt parentes eius qui viderunt.* Tu autem considera quot modis miraculum tegere & abolere conantur. Verum huiusmodi est veritatis natura, vnde magis oppugnatur, inde magis confirmatur, & quò magis obtegitur, eò clarior euadit. Nisi enim ista facta essent, miraculum ipsum apud multos suspectum esse potuissent: nunc vero perinde ac si studiose agerent vt veritatem nudarent & manifestaret, ita omnia faciunt: nec aliter facere potuissent, si in Christi patrocinium omnia fecissent. Etenim eum etiam per modum calumniari tentarunt, dicentes: Quo modo aperuit tibi oculos? quasi dicerent, nunquid magia aliqua? quod alibi cum factum velare ac reflere non possent, sanationis modum calumniari tentarunt, dicentes, Nõ eiicit dæmonia nisi in Beelzebub. Et hic rursum cum non haberent quod dicerent, ad tempus & sabbati solutionem confugiunt, & quòd peccator est. At qui cum superius eum interficere, & opera eius arguere tentarent, audenter eos interrogauit, Quis ex vobis arguet me de peccato? & nemo respondit, nemo eum blasphemiam arguit, cum se sine peccato profiteretur. Quòd si in aliquo argui potuisset, minimè tacuissent. Nam qui dicentem se ante Abraham esse, lapidibus petierunt, & à deo non esse: & se à deo esse gloriati sunt, cum essent homicidæ: & tot miracula facientem, deo cõtrarium, & sabbatum non custodire obiecerunt: si vel vmbra aliquam criminandi habuissent, non sanè tacuissent. Quòd si propterea peccatorem vocant, quoniam sabbatum soluere videretur, friuolum profectò hoc crimen, & [multam] eorum arguit temeritatem. Quamobrem his distracti rationibus, impudētius quiddam aggrediuntur. Non do ergo accusabant, quòd sabbatū non custodiret? Certè tanquam credentes. Nonne multitudini, & vicinis qui eum cognoscebant, credidistis: sed, vt dixi, mendacium etsi oppugnare veritatem videatur, seipsum tamè detegit, & veritatem reddit clariorem, vt in presentia cõtiguit. Ne quis enim diceret, nihil certi vicinos: & qui eum viderant attulisse, sed fuisse alsimilè, aduocant parentes, & inuiti miraculum verum confirmarunt. Nam parentes maximè eum norant, & cum eum perterrere non possent, quin audenter acceptum publicaret beneficium, per parètes infirmare miraculum arbitrati sunt. Et vide interrogationis prauitatem, aduocatis in medium parentibus, vt metum incuterent, vehementia quadam & indignatione interrogant, *Hic est filius vester:* Et non dicunt, qui cæcus fuerat: sed, quem vos dicitis, quia cæcus natus est, ac si malè facerent, & opera Christi confirmarent. O scelestos, & plus quàm scelestos: &

stos: & quis nam pater ita de filio mentiri optaret? tantum non dicetes, quem vos cæcum fecistis, imò & vbi-que cæcum prædicastis, quo modo tunc videt? O demeritiam: vestra hæc malignitas, vestrum commentum. Dupliciter ergo ad negandum eos impellere cõriatur, dicendo: *Quem vos dicitis, & dicendo, quo modo nunc videt?* De tribus itaque parentes interrogati, an filius eorum esset, si cæcus fuisset, & quo modo videt. Duo tantum confitentur, tertium se nescire dicunt, vt magis veritas probaretur, vt nemo præter ipsum curatum, & maximè ad id testandum idoneum, rem ipsam confiteretur. Et quò nam modo ad gratiam locuti essent parentes, qui eorum quæ norant, aliqua conticebant propter metum Iudæorum? Quid ergo dicunt? *Quid hic est filius noster, scimus, & quòd cæcus natus sit: quo modo autem nunc videat, aut quis aperuerit eius oculos, nos nescimus. Ipse etatem habet, ipsum interrogate, ipse de se loquetur.* Dignum fide ducunt ad sui excusationem, non est puer, neque desipit, potest de se ipso testimonium perhibere: hoc autem dicebant propter metum Iudæorum. Ecce quo modo iterum euangelista eorum mentem, sententiamque exponit: Hęc dico, quia cum superius dixerunt, quòd æqualem se deo faceret: si ea non Christi, sed Iudæorum fuisset sententia, addidisset sanè euangelista ita Iudæos intellexisse. Cum ergo parètes rursum ad sanatum eos remisissent, iterum vocauerunt eum, & palam quidem ac impudenter non dicunt, nega Christum te sanasse, sed pietatis vmbra id tentant. *Da,* inquit, *gloriam deo.* Nam si parentibus dixissent, Negate filium vestrum esse, & cæcum natum, perquam ridiculum fuisset: itidem si huic negare suauissent, manifesta fuisset impudentia: quare nõ sic dicunt, sed alia id aggrediuntur via, dicentes, Da gloriam deo, confitere nihil Christum in te operatum. *Nos scimus, quia hic homo peccator est.* Quare ergo ipsum non reprehendistis, cum diceret, Quis me arguet de peccato? Vnde eum scitis peccatorem? & cum illi dixissent, Da gloriam deo, & iste responsum non dedisset, obuiam Christo factus, non propterea reprehensus est, sed rogauit eum Christus, *Credis in filium dei?* Vt intelligas ita dari gloriã deo. Quòd si non esset æqualis patri, non esset æqualis gloria: sed cum [idem] qui patrem honorat, honoret & filium [meritò] non arguitur cæcus. Cum ergo expectarent Iudæi, vt parentes miraculum negarent, nihil tale dixerunt. Cum verò nihil se ex eo confsecutos vident, iam peccatorem esse calumniantur. Respondet ille: *Si peccator est, nescio: vnum scio, quòd cum cæcus essem, nunc video.* Nunquid timuit cæcus? minimè. & quo modo qui prophetam asseruerat, nunc dicit: Si peccator est, nescio? Non ita affectus erat, neque id sibi persuaserat: sed volebat rei ipsius testimonio, non verbis suis eum à crimine liberare, & defensionem credibilem reddere, quòd beneficij testimoniū ipsos condemnaret. Nam si post multa verba dicente eo, quòd nisi esset dei cultor, non potuisset hæc signa facere: ita indignati sunt, vt dicerent, *In peccatis natus es totus, & tu doces nos?* Si hoc à principio dixisset, inquam non prorupissent insaniam? Si peccator est, nescio: quasi dicat, nihil de hoc in presentia dico, nihil pronuncio: illud quidem manifestè noui, & affirmare possum, si peccator esset, non hæc faceret. Quibus verbis neque se, neque testimonium suum suspectum reddidit, quòd ad gratiam loqueretur, sed rem ipsam testificaretur. Quum igitur quòd factum erat, euertere aut tollere non possent, iterum ad priora reuertuntur, modumque curationis diligentius perecontantur, mo-

re canum venatione sibi propõsita, tunc huc, tunc illuc discurrentes, & ad eundem redeunt locum, vt [priorè] re-alsidua percontatione eum ad suam trahant voluntatem: & aiunt, *Quid fecit tibi? quo modo aperuit tibi oculos? monem.* Ille confundens eos, acrius iam inuehitur: donèc enim miraculum disquiri & iudicari oportuit, verecundius locutus est: cum autem planè patuisset, bona causa fretus, eos audacter aggreditur, aitque: *Dixi vobis semel, & me non audistis, quid iterum vultis audire?* Considera mendicij aduersus scribas & Phariseos fiduciam: tam valida est veritas, tam imbecille mendacium: illa enim etiam imbecilles corroborat, & claros reddit, hoc etiam fortes deprimit atque debilitat: quasi dicat mendicus, Verbis meis non attenditis, ideo nihil amplius dicam, neque respondebo, cum me sapius frustra interrogaueritis: neque vt rem sciatis, velitis audire, sed vt audita calumniemini. *Nunquid & vos vultis discipuli eius fieri?* Iam se discipulis adnumerat: hoc enim significat, Nunquid & vos? eos præterea arguit, & vituperat, & merito fanè. Cum enim intelligeret hoc eos maximè lædere, ita locutus est: indicium sanè fidencis animi, & ad superna euolantis, & illorum contemnentis insaniam. Ad hæc eius maximam ostendit dignitatem, [cui] maximè fidei & [quòd] quem admirari & colere deberent, eum contumelia afficiunt: ille tamen nõ afficitur, sed quòd ipsi ad contumeliam faciunt, honoris loco accipit. *Tu discipulus illius,* inquit, *sis, nos autem Mosi sumus discipuli.* Sed non sequitur, non enim Mosi, nec Christi estis. Si Mosi essetis, essetis & Christi. Idcirco superius inquit Christus: Si crederetis Mosi, crederetis & mihi, de me enim ille scripsit. Cum enim ad hos semper sermones cõfugerent: *Nos scimus, quòd Mosi locutus est deus:* Cuius testimonio? Maiorum aiunt nostrorū: sed nõne maioris authoritatis est, qui hæc per signa confirmat, quàm maiores vestri? nam à deo venit, & cœlestia loquitur. Et non dixerunt, Nos audiuius, quòd Mosi locutus est deus: sed, scimus. Et audita vos Iudæi scire asseueratis, visa autem auditis minora arbitramini? Atqui illa quidem minimè scitis, sed audistis: hæc non audistis, sed vidistis. *Cæcus autem, in hoc enim, inquit, est mirabile, quòd vos nescitis vnde sit.* Et talia signa facit, quum non homo insignis apud vos, neque clarus, neque gloriosus hæc possit: vt sit vndique manifestum deum esse, neque vllò humano egere auxilio. *Scimus autem, quòd deus peccatores non exaudit.* Cum enim antea dixissent: Quo modo potest homo peccator hæc signa facere, eorum innititur sententiæ, & eadem verba commemorat. *Opinio mea, inquit, & vestra consentit, in ea permanete. Et intueri viri prudentiam. Semper in ore habet miraculum, quòd cum carpere non possent, ab eo ratiocinatur. Vides illa verba, Si peccator est, nescio, non esse, dubitantis? Absit. norat enim non esse peccatorem. Ecce nunc tempori quo modo respondet. *Scimus autem quòd deus peccatores non exaudit: sed si quis dei cultor est, & voluntatem eius facit.* Vbi non modò eum à peccatis absoluit, sed acceptissimum deo, & omnia dei opera facientem demonstrat. Nam eam se Iudæi dei cultores dixissent, ideo addidit, Et voluntatem eius facit: quasi dicat: non satis est deum cognoscere. Inde miraculum extollit, *A seculo non est auditum, quòd aperuit quis oculos cæci nati.* Si ergo confitemini deum non exaudire peccatores, & hic signum fecit, quale nemo vnquam alius, constat omnia virtute assecutum, quæ humanam longè exuperat. Ad quem Iudæi: *In peccatis natus es totus, & tu doces nos?**

Supra. s. c.

Supra. s. f.

¶ qui honorat filium, ipse est qui honorat patrem.]

¶ et resipit ad accipiens ordinibus ministris.]

¶ ob id quod maxime fidei & demonstrat.]

Supra. s. g.

Donec eum negaturum sperarunt, dignum cui crederent existimarunt, & semel atque iterum eum vocarunt. Quod si ei non credendum ducebatis, cur aduocastis? cur iterum interrogastis? Cum vera nihil veritus locutus est, & ideo maxima erat admiratione obseruandus, tunc accusant. Quid autem signat, In peccatis natus es totus? exprobrant ei cecitatem: ac si dicant, A prima aetate in peccatis es: quasi ideo fuisset cæcus, quod non sequebatur: quem consolatus Christus, ait: In iudicium ego veni in hunc mundum, vt non videntes, videant: & qui vident, cæci fiant. In peccatis natus es totus, & tu doces nos: Et quid dixerat? nunquid suam sententiam attulerat, & non potius comunem, cum inquit: Scimus quod deus peccatores non exaudit? *Et eiecerunt eum foras.* Ecce veritatis præconem, quo modo sapientiam non impedit paupertas. Vides quot audiuit à principio, & quot pertulit, & quo modo verbis & operibus testatus est? Hæc autem scripta sunt ad imitationem nostram. Nam si is qui mendicus erat, qui cæcus, qui Christum non viderat, ante eius hortationem tantum confirmatus est, vt in conspectu totius populi homicidæ, furentis, infami, & eius voce Christum damnare cupientis, nec assensus sit, nec acquieuerit, sed perquam fidenter eorum os obstruxerit, & expelli maluerit, quam subterfugere veritatem: quanto magis nos, qui tandiu in fide viximus, qui per fidem tot miracula intuiti sumus, qui maiora quam ille accepimus beneficia, qui interioribus oculis arcana mysteria conspiciamus? Nos igitur in tantum vocatos honorem, incredibilem pro Christo fiduciam præ nobis ferre oportet contra eos qui aliquid accusare, & loqui aduersus Christianos moluntur: eorum linguæ cohibendæ sunt, neque temere eis parcendum. Hoc autem facere poterimus, si cõsideremus, si scripturis operam dabimus, neque eas audire neglexerimus. Nam si quis attentionem huc ingressus adhibuerit, etiam sine domestica lectione, annuo spacio satis proficere poterit. Neque enim hodie vnum, cras aliud legimus, sed semper idem. Veruntamen nonnulli tam miserè affecti sunt, vt diutius audiendo ne nomina quidem librorum intelligant, nec pudet, nec verentur tam negligenter in dei concionem ingredi. Quod si citharædus, vel saltator, vel mimus aliquis ad scenam aduocaret ciuitatem, omnes frequenter concurrerent, & admoniti gratias haberent, in quo spectaculo diei dimidium consumunt, nulli alij rationis, id est negocio vacantes: Deo autem nos per prophetas & apostolos alloquente, oscitamus, desideramus, hallucinamur, & plurimum fastidimus, quare in forum egredimur: in hyeme verò cum pluuia, & lutum impeditet, domi sedemus: aut in theatris sine tecto, quò à pluuia defendamur. Maxima pars imbre, vëto, frigore, luto, viè longitudine contempta, infani perstiterunt, nulla eos causa domi continet, nulla quin ad spectacula frequentes confluant prohibet: huc sub tectum sine frigoris & pluuia iniuria, ad animæ suæ salutem nemo ea alacritate concurrat. Suntne hæc toleranda? Ideo in illis apprimè edocti, in necessariis quam pueruli imperitiores sumus. Quod si quis te aut aurigam, aut saltatorè vocaret, contumeliam id duceres, eamque pro viribus propulsares: ire autem ad eorum spectacula non recusas, & cuius artus nomen fugis, eam ferè omnem prosequeris: cuius autem & nomen, & res, hoc est, esse & vocari Christianus prosteris, quid nam sit, nõ intelligis. Quid hac demencia peius? Hæc frequenter vobis dicere statui, veruntamen veritus sum, ne frustra, & sine fructu mihi odium comparem. Video enim non iuuenes tantum, sed & fe-

* τῆς κλησεως, voca-
tionis, id est
negocio vacantes.
Deo autem nos
per prophetas &
apostolos allo-
quente, oscitamus,
desideramus, hal-
lucinamur, &
plurimum fasti-
dimus, quare in
forum egredimur:
in hyeme verò cum
pluuia, & lutum
impeditet, domi
sedemus: aut in
theatris sine tecto,
quò à pluuia
defendamur. Max-
ima pars imbre,
vëto, frigore, lu-
to, viè longi-
tudine contempta,
infani perstiterunt,
nulla eos causa
domi continet,
nulla quin ad
spectacula frequen-
tes confluant
prohibet: huc sub
tectum sine frigi-
oris & pluuia
iniuria, ad animæ
suæ salutem nemo
ea alacritate
concurrat. Suntne
hæc toleranda?
Ideo in illis
apprimè edocti,
in necessariis
quam pueruli
imperitiores
sumus. Quod si
quis te aut aurigam,
aut saltatorè
vocaret, contumeliam
id duceres, eamque
pro viribus
propulsares: ire
autem ad eorum
spectacula non
recusas, & cuius
artus nomen
fugis, eam ferè
omnem prosequeris:
cuius autem &
nomen, & res,
hoc est, esse &
vocari Christianus
prosteris, quid
nam sit, nõ
intelligis. Quid
hac demencia
peius? Hæc
frequenter vobis
dicere statui,
veruntamen
veritus sum, ne
frustra, & sine
fructu mihi
odium comparem.

nes insanire, quorum gratia maiorem in modum erubescio, cum video virum canicie venerabilem, eam labefactantem, & filium secum trahentem. Quid hoc magis ridiculum? quid indignius? filius à patre impudentiam discit, Mordent hæc vos verba: hoc & ego volo. Verba vos mœrore afficiant, vt per opera à turpitudine liberemini. Sunt enim nonnulli multo his frigidiores, quos istiusmodi verborum non pudet, sed pro re multa verba faciunt: quos si rogaueris quis Amos sit, quis Abdias, quot propheta: quid respondeant, nesciunt: de equis, aurigis, sophistis, rhetoribus, quanuis reddant rationem. Inde quæ hinc iactura, quod detrimentum sequatur, interrogant. Propterea ingemisco, quoniam quod sit damnum, quod malum, non intelligitis. Dedit tibi vitam deus, vt se coleres: tu eam incassum & inutiliter consumis. Quæris, quod sit damnum? Si vel parum argenti temere cõsumpseris, id omnino damnum appellas: sin totos dies in diaboli operibus cõsumpseris, nihil omisisse opinaris. Opus est in sacrificiis, & precibus vitam omnem impendere: tu ad clamores, perturbationes, obsecra verba, contentiones, intempestiuas voluptates, magicas vitam tuam temere consumis, & in tuum conuertis detrimentum: & cum hæc commiseris, quod damnum acceperis interrogas: neque intelligis omnia potius amittenda, quam tempus. Aurum amittis, poterit recuperari: amissum tempus difficulter. Breue nobis in præfenti vita præstatur, quo nisi in necessariis vtamur, quid illuc migrantes faciemus? Dic quæso, si cui filiorum tuorum præciperes, vt aliquam artem disceret, ille autè vel domi, vel alibi tempus frustra contereret, possetne apud magistrum excusari? Nonne diceret, conuenimus, tempus statuisti? Si tibi non curæ est, vt apud me arti incumbat filius, quo modo eum erudiemus? Hæc & vobis dicenda sunt. Nam exigit à nobis deus rationem. Vobis, inquit, tempus dedi, vt pietatè, vt rectè viuendi artem erudiremini, cur incassum & inutiliter hoc tempus consumpsistis? Cur præceptorem frequenter non petiistis, neque doctrinæ vacastis? Quod autem doctrina sit dei cultus, audi prophetam cum inquit, Venite filij audite me, timorem domini docebo vos. Et iterum: Beatus vir quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum. Cum verò tēpus inutiliter cõsumpsisti, quā habebis excusationē? Et qua gratia nobis breue tempus præscripsit deus: O stulticia, ò insipientia, pro quo maximæ gratiæ habendæ sunt: quod labores nobis, & sudores minuit, quod requiem nobis, & æternitatem largitur, id & reprehendis, & molesto fers animo. Sed nescio quo modo in tam longum sermonem venimus, qui iam finem desiderat. Nostræ nanque imbecillitati & miserix tribuendum est, quod longiusculam fastidimus orationem: in spectaculis autem à meridie ad noctem immorati, cum funabulis domum reuertimur. Sed ne semper vos accusemus, hoc nobis ac vobis ipsis impendite beneficium, vt aliis omisis omnibus, his incumbatis. Vestro enim lucro & nos lucrabimur gaudium, læticiam, laudem præterea & remunerationem. Omne autè lucrum vestrum erit, quod tam stultè antehac saltationibus dediti, propter timorem dei & cohortationem nostram, vos morbo illo liberaueritis: & vinculis solutis, ad deum festinaueritis. Neque illuc tantum mercedem, verumetiam in hac vita veram cõsequemini voluptatem. Eiusmodi nanque virtus est, vt cum futuro præmio in præfenti quoque vitam nobis suauitatem suggerat. Pareamus ergo scripturæ diuinæ præceptis, vt & præfentibus & futuris fruamur bonis, gratia

Psal. 131
& Ibid. 91

Luca 17. d

Rom. 9. g

gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

Homilia. lviij. ex cap. nono.

Et audiuit Iesus quia eiecerunt eum foras: & cum inuenisset eum, dixit ei: Tu credis in filium dei? Respondit illi, & dixit: Quis est dominus, vt credam in eum? Qui propter veritatem & Christi confessionem malo & contumelia aliqua afficiuntur, hi maxime à deo honorantur. Vt enim qui propter deum pecunias dispergit, is maxime eas inuenit: & qui odit animam suam, is vel in primis amat: ita contumelia affectus propter deum, is plurimum honoratur à deo: quod cæco vsuuenit. Eiectus est è templo à ludæis, & à templi domino inuentus est. A pestifero cõcilio liberatus, salutiferum est fontè consecutus. Contemptus à contemptoribus Christi, ab angelorū rege honoratus est. Hæc sunt veritatis præmia, ita & nos dispersis his rebus, & pecuniis nostris, illuc fidenter proficiscemur. Si hic inopi largiemur, quiescemus in cœlis. Si propter deum nobis maledicetur, & in hac & futura vita laudabimur. Eiectus è templo inuenit Christus, quem euangelista hac gratia venisse significat vt illi occurreret. Et cõsidera quibus eum præmiis remunerat, summo omnium bonorum. Se enim ei notum fecit, à quo prius ignorabatur, eumque discipulis suis annumerauit. Et intuere illius diligentiam: dicente enim Iesu: Tu credis in filium dei? respondet, Domine quis est. Nondum enim ipsum viderat, quāuis sanatus: antea nanque cæcus fuerat, sanatus ad ludæos adductus est, vt enim munerarius athletam victoria insignem & coronatum, ita hunc Iesus accipit. Tu credis, inquit, in filium dei? Quid hoc? Post tantam cum ludæis controuersiam, post tot verba & contentiones, an credat, interrogat: non quod eius ignoraret animum, sed vt notum aliis faceret, & eius se fidem plurimi facere demonstraret. Contumelia me tantus populus affecit, inquit, sed nihilipendo, fides vna mihi curæ est. Pluris enim faciendus est vnus, qui domini facit voluntatem, quam multi transgressores. Tu credis in filium dei? ac si præfens quæ dixerat, accepisset rogat, & sui concitat desiderium. Neque primū ait, crede, sed interrogauit. Quid ille? Et quis est dominus, vt credam in eum? Desiderantis & valde inquiringentis animæ verbum, pro quo tanta locus est, eum ignorat: vt veritatis eum amatorè esse intelligas: nondum enim eum viderat. Dicit ei: Et vidisti eum, & qui loquitur tecum, ille est. Non dixit, ego sum: sed remissius adhuc, & vidisti eum. Dubium verbum, ideo manifestius subdit, Qui loquitur tecum, ille est. At ille ait: Credo domine: & prociens adorauit eum. Neque dixit, ego sum qui te curauit: qui dixi tibi, Vade, lauare in Siloa: sed his omnibus omisis, inquit: Credis in filium dei? ille affectum suū euestigio adorando prætulit, quod pauci curati fecerunt, vt leprosi illi, & alij: hoc pacto diuinam eius virtutem demonstrauit, ne quis enim verbobonus dixisse arbitrari possit, opus etiam addidit. Eo autem adorante, inquit Iesus: In iudicium ego veni in mundum, vt non videntes, videant: & qui vident, cæci fiant. Hoc & Paulus inquit: Quid ergo dicemus? quod gentes nõ sequentes iusticiam, acceperunt iusticiam: iusticiam autem quæ est ex fide: Israël autem sequens legem iusticiæ, in legem iusticiæ non venit. His verbis, in iudicium veni: magis illum in fide confirmat, & qui aderant excitauit: hoc est, Phariseos qui sequebantur. In iudicium, id est, in maius supplicium: ostendens qui se tanquam pecca-

torem damnarent, damnatos esse: hoc in loco duos vi- sus, & duas meminit cecitates, & quæ sensu, & quæ intellectu percipiuntur. Tum quidam ex Phariseis qui sequebantur, dixerunt: Nunquid & nos cæci sumus? Vt in alio loco, Nemini seruiuimus vnquam, & ex fornicatione nati non sumus: ita & nunc his sensibilibus tantum insisterent, & huius pudebat cecitatis. Inde ostendens melius fuisse eis cæcos esse, quam videre, inquit: Si cæci effectus, non haberetis peccatum. Cum cecitatem ignominiam putarent, in eos inuehitur, quod propterea magis puniuntur. Ita semper humani animi elationem comprimit, & ad magnorum & mirabilium erigit cognitionem. Nunc vos videre dicitis, vt antea deum vestrum esse dicebatis, sed non videtis: ita quod sibi laudi arbitrabantur, id supplicio fore ostendit. Et à priori quidem cecitate cæcum natum curauit, nunc de ludæorū disputat cecitate. Ne enim dicerent, non propter suam cecitatem ad eum non accedere, sed vt deceptorem vitare, huc omnem refert disputationem. At non simplicitate euangelista inquit audisse hæc Phariseos, qui cum eo erant, & dixisse, Nunquid & nos cæci sumus? Sed vt tibi in memoriã reducat, hos illos esse qui antea Christum oppugnabant, & lapidibus impetebant. Sunt enim quidam in superficie quidè sectatores, qui facile in contrariam mutantur sententiam: vnde ergo non deceptorem, sed pastorem probat, adducendo vtriusque indicia, & sic eis rei veritatem inquirendam relinquit. Et primum quis deceptor & fur sit, demonstrat inquit: Amen amen dico vobis, qui non ingreditur per ostium in ouilem, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro. Ecce latronis signa: primum palam non ingreditur, neque audeat: inde non per scripturarum testimonium, quod per ostium significatur. Hic & qui fuerunt, & qui futuri sunt notat, & Antichristum, & falsos Christos, & Iudam, & Theudam, & alios huiusmodi. Merito autem ostium scripturas appellat, quoniam nos ad deum ducunt, & eius nobis cognitionem aperiant: ipsæ oues faciunt, ipsæ custodiunt, neque lupos irrumperere permittunt. Tanquam enim ostium firmissimum hereticos arcent, & in tuto cõstituant: neque nos, modò velimus, aberrare vnquam sinent. Et nisi hoc ostium infringamus, nõquam nos inimici nostri poterunt expugnare, per hoc ostium & pastores, & alij omnes ingrediemur: jin ouile autem, hoc est, ad oues, & earum curam. Qui enim sacra nõ vtriusque scriptura, sed ascendit aliunde: id est, non concessa via, is fur est. Ecce cum patre conuenientiam, cum scripturas in medium proferat. Ideo ludæis dicebat, Scrutamini scripturas. Et Mosem, & prophetas omnes adducit in testimonium. Omnes, inquit, qui audiunt ex prophetis, veniunt ad me. Et si crederetis Moysi, crederetis & mihi: hic idem per translationem ponit. Hac autè particula, Ascendit aliunde: & scribas significat: qui cum docerent, & faciendæ præciperent, ipsi legem transgredebantur, quod ipse exprobrauit, dicens: Nemo vestrum facit legem. Et recte inquit ascendit, & non ingreditur: nam furis est sepe, vel parietem ascendere, & cum periculo omnia moliri. Ecce quo pacto descripsit latronem. Considera pastoris signa. Qui ingreditur per ostium, hic est pastor ouium, huic ostiarius aperit, & vocem eius oues audiunt. Et proprias oues vocat nominatim: & cum proprias oues emisserit, ante eas vadit. Hæc pastoris est & furis differetia. Videamus quo pacto sequentia conueniant: Huic, inquit, ostiarius aperit. Mansit in translatione, vt significatius loqueretur. Quod si ad verba parabolam vis accommodare, nihil prohibet hoc in loco per ostiarius Mosem significari,

Cap. X.

† qui sine
pastores, &
qui non sine
pastores cog-
noscerimus
Supra. 5. f

Ibidem. g

† quia doce-
bat præcepta,
doctrinas
hominum
Supra. 7. c

235

Ibidem g

† non ipsi p^a f^orem cicce t^uur]

Acto. 5. f

Supra. 6. b
Matt. 22. b
† persolui in
beret, & di
drachma
ipse agno-
sceret]
Matt. 17. d
† qua es s^e
qua]

significari, cui eloquia dei credita sunt, cuius vocem o- ues audiunt. Et proprias vocat nominatim. Cum enim fre- quenter eum deceptorem vocarent, idq; ex increduli- tate sua confirmarent, dicentes: Quis principum credi- dit in eum: non ex ipsorum pertinacia se, sed illos de- ceptores putandos, quod sibi non crederent, & merito ab ouium numero expellendos ostendit. Nam si pasto- ris est per solitum ingredi ostiu, ipse per hoc ingressus est, & omnes secuti poterunt oues esse: qui inde se auer- terunt, non ipsos pastor, sed ipsi se ab ouium numero abdicarunt. Quod autem se ostium appellarit, nemo perturbetur: siquidem & pastorem se, & ouem dicit, & variè suam prædicat dispensationem. Quando nos pa- tri offert, ostium: cum nostri curam gerit, pastorem se profitetur. Ne enim ipsum patri tantum offerre nos pu- tes, etiam se pastorem dicit. Et oues vocem eius audiunt, & proprias oues vocat, & educit eas, & ipse ante eas va- dit. At contrarium pastores faciunt, sequuntur nõ præ- cedunt. Sed vt se omnium ad veritatem inueniendam ducem ostendat, cõtrarium pastoribus morem seruat: quemadmodum cum oues per orbem dimisit, non ex- trà, sed in medio luporum misit. Longe enim admira- bilior ars nostra pastoralis est. Videtur autem & cæcus hoc in loco significari, quem è medio ludæorum voca- uit, & audiuit vocem eius, & cognouit. Alienum autem non sequuntur, quoniam alienorũ vocẽ nesciunt. Siue de Theu- dæ & ludæ assertoribus hic loquatur, omnes, inquit, qui in eos crediderunt dispersi sunt: siue de futuris, qui à pseudo-christis decipiendi erant. Et ne dicerent ipsum vnũ illorum esse, plurimum se ab illis diuersum osten- dit, & primum à doctrina scripturarum quibus eos ad- ducit, illi aliunde: inde ab ouium obedientia, quia om- nes ipsi non videnti tantum, sed & mortuo paruerunt, illos vero quãprimum dimiserunt. Præterea quod non paruum est, illi tanquam tyranni per seditione omnia faciebant: à qua suspitione tantum hic aberat, vt cum vellent ipsum regem facere, recusaret: & cum rogaret, an liceret censum dari Cæsari, tãfferri præciperet, vt nu- missima cognosceret. Ad hæc ipse pro ouium salute ve- nit, vt vitam haberent, & abundantius haberent: illi etiam præsentem vitam priuarunt, qui etiam tradide- runt sibi cõmissos, & fugerunt. Hic adeo generose per- stitit, vt animam traderet: illi inuiti, coacti, fugientes quæ pãsi sunt pertulerunt, hic sponte omnia subiuit. Hoc promerbium dixit eis Iesus, illi autẽ non cognouerunt quid loqueretur eis. Et qua gratia obscurius locutus est: Vt at- tentiores redderet: quod mox exponit, inquit, Ego sum ostium: per me si quis introierit, saluabitur, & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet. Hoc est, securus erit & liber. Pascua autem & pabulum ouium potestatem atque li- bertatem signat, hoc est, nemo inde eum expellit: quod & Apostolis vsuuenit, qui audenter ingressi sunt & e- gressi, tãquam vniuersi orbis domini, & à nemine eiici potuerunt. Omnes quotquot ante me venerunt, fures sunt & la- trones, sed non audierunt eos oues. Nõ de prophetis hoc in- telligendum, vt aiunt hæretici: illos enim audierunt, & per eos Christo crediderunt: sed de Theuda & Iuda, & aliis seditionis. Illud præterea verbum, non audierunt, in ouium laudem dictum est: quod contrã esset, si pro- phetas non audissent, fuissent enim maxime reprehendendi. Vnde constat, quod ait, non audierunt, de sedi- tionis illis dici. Fur non venit, nisi vt furctur, & mactet & per- dat. Vt tunc vsuuenit, siquidem omnes mactati sunt & deperditi. Ego autem veni, vt vitam habeant, & abundantius habeant. Et quid quæso, vita abundatius: Regnum cœ-

lorum, sed adhuc vitæ nomine tanquam eis noto con- tentus est. Ego sum pastor ille bonus. Hic iam passionẽ in- sinuat, quod pro mundi salute moriturus est, neque it- uitus. Inde iterum ad pastoris & mercenarij parabolã ¶ indicij venit. Bonus enim pastor animam suam ponit pro ouibus: merce- narius autem, qui non est pastor, cuius non sunt oues propria, videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit, & venit lupus, & ra- pit eas. Hic suam paternã æquiparat potestati. Siquidẽ pastor ipse est, & cuius proprię sunt oues. Intueris altio- rem in parabolis sensum, vbi obscurius loquitur, neque auditoribus causam calũniandi præbet. Quid ergo hic facit mercenarius: Videt lupum venientem, & dimittit oues, & lupus venit, & rapit eas. Hoc illi faciebant, ipse contra. Etenim cum comprehensus est, inquit: Sinite ¶ infra. 18. b hos abire, vt impleretur sermo, quia nemo ex ipsis pe- iit. Hoc in loco potest & spiritualis lupus intelligi, quem non sinit vt oues auferat. Hic autem non modo lupus, sed & leo est. Nam aduersarius noster diabolus, inquit, ¶ 1. Pet. 5. b tanquam leo rugiens, circuit quærẽs quem deuoret. hic idem & serpens & draco, tãbulabitis enim super ser- ¶ Luc. 10. c pẽtes & scorpiones. Quare vos hortor dilectissimi, sub pastoris nostri custodia in pascuis maneamus. Manebi ¶ tã calcare] mus autem si vocem eius audierimus, si ei parebimus, si alienum non sequemur. Et quæ nam vox est? Beati pau- ¶ Matt. 5. 4 peres spiritus, beati mundo corde, beati misericordes. Hoc pacto sub pastore manebimus, & lupus ingredi non poterit: & si ingredere, detrimẽtum acciperet: pastorem nanque adeo nos amãtem habemus, vt ani- mam suam pro nobis traderet. Cum enim & possit & amet, quid impedit ne liberemus? Nihil sanẽ, nisi nos- metipsi deficiam: quod quo modo accidat, audi ipsum dicentem: Nõ potestis duobus dominis seruire, deo & ¶ Ibidẽ. s. d mammonæ: cui si seruiemus, grauiusimã subiiciemur ty- rannidi. Omni enim tyranno grauior est pecuniarum cupiditas. Nullam enim voluptatem habet, sed curas, inuidiam, insidias, odia, calumnias, & innumera virtu- tis impedimenta: desidiã, luxuriã, auariciã, ebrie- tatem, quæ liberos penitus in seruitutem redigũt, & ser- uis empticiis peiores efficiunt: & non hominum tantũ, sed grauiusimorum affectuum & morborum animẽ ser- uos. Hic multa aude, quæ neque deo, neque hominibus placent, veritus ne quis hanc sibi auferat [seruitutem]. ¶ tã domina- ¶ tionem] O amarum seruitium, ð diabolicam potestãtẽ. Hic om- niũ affectuum molestissimus est, cum tantis malis de- uinẽti gaudemus, & catenas libere amplectimur, & te- nebrarum carcerem habitantes, in lucem prodire no- lumus: sed malis inhæremus, malis oblectamur. Quare de nobis minime sperãdum est, vt respiscamus, qui pe- iori quàm qui metalla effodiunt, cõditione sumus. Mi- serẽ enim sine vlla mercedis spe laboramus. Et quod grauius est, si quis nos hac captiuitate liberare veller, nõ pateremur, sed agrẽ ferremus, & indignemur: in nul- lo hac ratione meli⁹ affecti, quàm qui insania sint cor- repta: imò illis omnibus tanto inferiores, quod nol- mus ab insania liberari. Nũquid propterea in hunc mũ- dum venisti? nõ propterea homo factus es, vt æs & au- rum accumulēs? Nõ ideo te ad suam finxit deus imagi- nem, sed vt sibi placeas, vt futura bona consequaris, vt cum angelis psallas. Quid hanc reiecis cognationem? Quid te in extremam, & degenerem deiis infamiam? Qui eodem quo tu partu natus es, partu dico spiritua- li, fame tabescit, tu copia rumperis: frater nudo corpore oberrat, tu vestes vestibus addis, quæ tineis consumuntur: & quanto satius foret, vt his egenorum corpora te- gerentur: quæ si hoc pacto consumerentur, illa te cura absoluerent,

† casum, si- ue rectum]

Acto. 1. c

Matt. 25. c

† & cogno- scor à meis] ¶ tã noui pa- trẽ, & ani- mã meã po- no pro ou- bus]

Pastoris & mercenarij differentia.

237

absoluerent, & futuram tibi vitam largiretur. Quod si non placet, à tineis consumptas tandem confer in pau- peres, qui recte eas norũ excutere: etenim Christi cor- pus, quauis arca honorabilius est & securius, quippe q̃ non tantum illas custodit, & incorruptas cõseruat, sed pulchriores efficit. Arca nonnunquam cum vestibus di- repta, magno te afficit damno: quæ pauperibus damus custodienda, neque morte amittentur, neque seris aut veetibus indigent, non seruorũ vigilia, nulla huiusmo- di cautione, omnibus insidiis libera sunt, & custodia reponuntur, vt credibile est, quæ commendatur in cœ- lis. Nulli enim malicię locus ille peruius est. His nos mo- nitionibus nunquam cessamus, neque vos vnquam pare- tis, causa quod pusilli sumus animi, & terrenis inhia- mus, & deorsum trahimur: imò absit, vt vos omnes dãn- nem, tanquam incurabiliter ægrotetis. Nam si diuitiis ebrij his admonitionibus aures obstruunt, pauperes sal- tem attendere poterunt. Et quid hæc ad pauperes, in- quies: neque enim aurum habent, neque tot vestimen- ta: sed panem tamen habet, & aquam frigidam: Sed & duos obolos, & pedes vt visitare possint infirmos: lin- guam etiam, vt sermone consolentur vulneratum: do- mum præterea vel tegetem, ¶ vt hospitem accipiant, ha- bent. Non enim innumera talenta à pauperibus, sed di- uitibus exigimus. Quod si ad pauperis ostium dominus noster venerit, obolum ab eo accipere hoc modo non pudebit, sed maiora quàm à multa dantibus accepisse profitebitur. Quot hic adstantium illo tempore fuisse optarent, quo Christus in carne terram peragravit, vt cum eo versati essent, & conuixissent: Ecce nũc hoc no- bis magis licet, vocare eum ad prandium possumus, & cum eo viuere, & magis proficere. Eorum nanque qui cum eo viuabant, nonnulli perierunt, vt ludas & huius- modi: eorum autem qui eum in domũ suam aduocant, & domum, & mensam communicant, vnusquisque ma- xime laudabitur, & gratiæ his habebuntur. Venite, in- quit, benedicti patris mei, possidete præparatum vobis regnum à constitutione mundi. Esuriui enim, & dedi- stis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi bibere: pe- grinus eram, & suscepistis me: infirmus, & visitastis me: in carcere eram, & venistis ad me. Quam obrem, vt au- dire hoc mereamur, vestiamus nudum, colligamus ho- spitem, cibum demus esurienti, sitienti potum, infirmos & carcere deuinctos visitemus, vt spe bona veniam cõ- sequamur peccatorum, & illorum bonorum quæ om- nem sensum excedunt fiamus participes: quæ vtinam omnes consequamur, gratia & benignitate domini no- stri Iesu Christi, cui gloria, & imperium in secula secu- lorum, Amen.

Homilia. lix. ex cap. decimo.

Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas, ¶ & cogno- scunt me meæ. [Sicut nouit me pater, & ego tãgnosco pa- trẽ, & animam meam pono pro ouibus meis.] Ma- gnum quiddam dilectissimi, magnum, inquã, est Ecclesiæ prælatio, & quæ multa indiget sapientia, & fortitudine: qualem Christus proposuit vt animã pro ouibus ponamus, & nunquam illas deseramus, vt lu- po generose resistamus. Hæc enim inter pastorem est & mercenarium differentia. Alter propriã, contemptis ouibus, alter sua contempta, ouium semper saluti inui- gilat. Pastoris ergo exemplo demonstrato, deceptores duos meminit, furem mactantem, & rapientem oues, & mercenarium permitentem, neq; defendentem com- missas. Per illum Theudam & eius assertores, per hunc

A ludæorum magistros signat, qui nullam curam cõmis- sis ouibus adhibebãt, quod superiori tempore Ezechiel his verbis insectatus est: ¶ Vã pastoribus Israël, nõne ¶ Ezech. 34. a pascebant semetipsos: nõne greges pascutur à pasto- ¶ tã Pastores ribus: sed illi contrarium faciebant, quod maximã ma- ¶ Israel, nõ- licia genus est, & plurimorum causa malorum: idcirco ¶ quid pascut inquit, Neque quod aberrabat, reducebãt: neque quod pasto- ¶ res se- perierat, querebant: neq; contractum alligabant, neque ¶ metipso] infirmum consolidabant: quoniam se, non gregem pa- ¶ sic eia] ha- scebant. Idẽ & Paulus alio verbo significat: Omnes quæ ¶ bẽt. lxx. In- sua sunt quærunt, nõ quæ Christi Iesu. Et iterum: Nemo ¶ terpretes. quod suum est quærat, sed proximi vnusquisq;. Verum ¶ Philip. 2. c ab vtroque se disidere ostendit Christus: ab illis quidẽ ¶ 1. Cor. 10. e qui in aliorum perniciem veniunt, cum dicat se prop- ter ea venisse, vt vitam haberent, & abundantius habe- rent: ab his autem qui oues à lupis rapi negligebant, di- cendo se propter eas animam ponere, ne oues perirẽt. B Nam cum ludæi ipsum interimere vellent, nõ propter ea destitit à doctrina, neq; credentes tradidit, sed per- stitit & pertulit mortem, ideo frequenter inquit: Ego sum pastor bonus. Quæ cum nullo niti testimonio vi- derentur, quod enim poneret animam suam, non mul- to post re monstratum est: quod autem vitam habe- rent, & abundantius haberent, post huius vitæ migra- tionem futurum erat, quid agit: alterum ab altero cõ- firmat. Hoc est, quia dat animam, quod et etiam vitã: quod & Paulus dicebat, Si enim cũ inimici essemus, re- ¶ Rom. 5. b cõciliati sumus deo per mortem filij eius: multo magis reconciliati salui erimus. Et iterum: Qui etiam proprio ¶ Ibidem. 8. f filio non pepercit, sed pro omnibus nobis tradidit illũ: quo modo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Sed qua gratia nunc quoque eum non accusant, vt su- perius, Tu de teipso testimoniũ perhibes, testimoniũ ¶ Supra. 5. e tuum non est verum? Quoniam sapenumero eos silere ¶ & 8. b coegerat, & à signis maiorem de se opinionem concit- arat. Inde ne quis ad illam particulam, Et oues vocem eius audiunt, & sequuntur eum: diceret, quid ad nõ cre- detes: audi quid addit, Et cognosco oues meas, & cog- noscunt me meæ. Quod & Paulus his verbis significa- uit, Non expulit deus populum suum quẽ ¶ prædestina- ¶ Rom. 11. a uit. ¶ Et Moyses: Cognouit deus qui erãt sui: hoc est, quos ¶ 2. Tim. 2. c ¶ prædestinauit. ¶ Ne autem parem esse cognitionis mo- ¶ tã præsciuit] dum existimes, animaduerte quo modo illud per id ¶ tã præsciuit] quod subiugit, corrigit. Cognosco meas, inquit, & cog- noscor à meis. sed non æqualis est cognitio. At vbi nã est æqualis cognitio? In patre & me: illic enĩ, Sicut cog- noscit me pater, & ego cognosco patrẽ. Quod nisi sen- sisset, cur id addidisset: cum enim nonnunquã multitu- dini se connumerasset, vt non more hominis cogno- scere putaretur, inquit: Sicut nouit me pater, & ego cog- nosco patrem. Tam certo ipsum scio, vt ipse me. Prop- ter ea inquit: Nemo cognoscit filium, nisi pater: & patrẽ, nisi filius: discretam quandam cognitionem indicans, qualem nemo alius habet. Ego pono animam meam. Hoc frequẽter dicit, vt omnis deceptionis tollatur suspicio. Nam & Apostolus cum se verum magistrum ostende- ret, & falsos confundere apostolos veller, pericula & mortes adduxit in medium. In plagis supra modum, in ¶ 1. Cor. 11. e mortibus frequenter. Dicendo enim, lux sum & vita, su ¶ Supra. 8. e perbiam apud stultos arguere videbatur: velle autẽ mo- ¶ 14. b ri, nullam inuidiam, nullum liuorem cõcipiebat. Prop- ter ea hoc in loco, non dicunt eum de se testimonium perhibere, & verum nõ esse: hoc autem verbo multam curam atque diligentiam indicat, siquidem pro lapi- dantibus veller seipsum tradere. Propterea etiam de gentibus

gentibus opportune sermonem inducit. *Etenim alias* A
oues habeo, inquit, *quæ non sunt de hoc ouili*, & *illas oportet me*
adducere. Ecce iterum hoc verbum, oportet: nõ neces-
 sitatis esse, sed futuri omnino significatiuũ: quasi dicat,
 quid admiramini, si me oues hæ secutura, & vocẽ meã
 auditura sunt: cum & alias me sequi, & vocem meã au-
 dire videritis, tunc maiorem in modum admirabimini.
 Neque te perturbet quod dicit, *Quæ nõ sunt ex hoc*
ouili. Differentia enim in lege dantaxat, vt inquit Paulus:
 Neque circuncisio aliquid valet, neque præputium. *1. Cor. 7. d*
 Et illas oportet me adducere. Vtrosque dispersos ostendit
 & mixtos, neque habentes pastorem, hos videlicet
 atque illos, nondum bono adueniente pastore. Inde fu-
 turam eorum cognationem prædicat: *Et erit vnum ouile.*
 Quod iterum Paulus his verbis significauit: Vt duos cõ-
 dat in semetipso in vnum nouũ hominẽ. *Propterea me*
diligat pater, quia ego animam meã pono: vt vtrum accipiam eam. B
 Et quid hoc verbo humiliter? Siquidẽ propter nos do-
 minus noster amandus est, quoniam pro nobis mori-
 tur. Quid igitur, dic quæso, superiori tẽpore non ama-
 batur, sed nunc ipsum pater amare cõpẽt, & nos primũ
 eius amorem conciliauimus? Quid hoc sibi vult? Cum
 alienum eum à patre, & deceptorẽ esse, & in detrimen-
 tum & iacturam venisse dicerent, ait: Si nihil aliud, vel
 hoc saltem mihi persuadet, vt vos diligã, quod deo quo
 me amore vos pater prosequitur, & hac gratia pro vo-
 bis morior. Præterea & illud probare intendit, quod
 non inuitus moritur: Neque enim fuisset charitatis of-
 ficiũ, & quod ea maxime est patris sententia. Quod si
 tanquam homo hoc loquitur, noli admirari. Sæpenu-
 mero enim causam exposuimus, idem repetere & mo-
 lestum est, & superfluum. *Ego pono animam meã, vt iterum*
sumam eam: & nemo tollit eam à me, sed ego pono eam à incipso. C
 Quod si verum, & illud sequetur, sponte ad hoc venisse, per quod & aliud con-
 firmatur, quandoque voluerit vitam sumere, posse.
 Nam si ita mori humanas vires excedit, non est reliquũ
 dubitandum. Quod enim solus esset vitã ponendi do-
 minus, etiam sumendi in sua esse potestate ostendit. Ec-
 ce quo modo à priori secundum confirmat, & à morte
 indubitam ostendit resurrectionem. *Hoc præceptum*
accipi à patre. Quod nam? Mori pro mundo. Prius ne er-

1. Cor. 7. d
& Gal. 5. 1
Ephe. 2. c

† sic à patre
vos diligat
mini, vt e-
go etiã pp-
terea dili-
gar ab eo,
quia pro vo-
bis morior]

go accepit, & inde paruit, & prius quid esset faciendum
 vt disceret, opus habuit: & quis nõ expers rationis hoc
 dixerit? Sed quemadmodum superius dicendo, Prop-
 terea me diligit: spontaneam indicauit voluntatem, &
 contrariam auouit suspicionem: ita hoc in loco præ-
 ceptum à patre se accepisse dicens, nihil aliud ostendit,
 quàm idem patri videri, quod ipse facit: ne postmodũ
 eum crucifixum putarent derelictum à patre atque tra-
 ditum, nõve exprobrarent, quæ tamẽ exprobrauerunt:
 Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Et
 si filius dei es, descende de cruce. Neque propterea de-
 scendit, quoniam filius est dei. Inde ne audiendo man-
 datum eum à patre accepisse, præclarum hoc opus à se
 alienum esse existimares, prosequitur: Pastor bonus ani-
 mam suã ponit pro ouibus suis. Hinc suas oues, & quic-
 quid recte factum est, suum opus esse, & præcepto non
 indigere ostendens. Quod si indigeret, quo modo à
 seipso ponere dixisset? Qui à seipso ponit, præcepto nõ
 indiget: & causam cur faciat affert, quod scilicet pastor
 sit, & bonus pastor. Bonus autem pastor ad ouium cu-
 stodiam hortatore non indiget. Quod si in homini-
 bus vsuuenit, multo magis in deo. Ideo Paulus inquit,
 quod seipsum exinanauit. Nihil autem aliud hoc in lo-
 co præceptum signat, quàm cum patre concordiam.
 Quod si humiliter & humane locutus est, auditorum
 inobedientiam tribuendum. *Dissentio itaque facta est inter*
Iudeos, propter sermones hos. Dicebant autem multi ex iis: Dæ-
monium habet, & insanit, quid eum auditis? Alij dicebant: Hæc
verba non sunt dæmonium habentis. Nunquid dæmonium potest
cæcorum oculos aperire? Cum enim supra hominem, neq;
 secundum communem consuetudinem loquitur, dæ-
 monium habere dicebant: & quater hoc iam nomine
 eum appellarunt, siquidem superius etiam dixerunt, Dæ-
 monium habes, quis te querit interficere? Et iterum:
 Nonne bene tã dicimus] quoniam Samaritanus es tu, &
 dæmonium habes: Et hoc in loco, dæmonium habet, &
 insanit, quid eum auditis? Imò & sapius ea verba dixit:
 se vel inde constat, cum inquit, Nonne bene tã dixi-
 mus] quia dæmonium habes? Alij dicebant: Hæc verba
 non sunt dæmonium habentis. Nunquid dæmonium
 potest cæcorum oculos aperire? Cum à verbis eos con-
 uincere non possent, ab operibus eum dæmonium non
 habere demonstrant. Imò nec verba erant dæmonium
 habentis: sed si verba vobis persuadere non possunt, o-
 pera reueramini. Quod si dæmonium habentis non
 sunt, sed supra humanam virtutem, constat diuinã cu-
 iusdam esse potentia. Ecce syllogisum. Quod supra
 hominem operetur, inde constat quod inquit, dæ-
 monium habere. Quod dæmonium non habeat, ex o-
 peribus manifestat. Ad quæ in presentia nihil dicit. Iam
 enim superius se dæmonium non habere responderat,
 nunc autem minime. Siquidem cum re ostendisset qua-
 lis esset, de cætero conticet. Neque enim digni erant
 quibus responderetur, qui dæmonium habere diceret,
 ex his quibus eum admirari, & deum omnes arbitrari
 debebant. Et quid opus erat, vt amplius à Christo ar-
 guerentur, cum inuicem ipsi disiderent, & se reprehen-
 derent! deo nullum verbum fecit, & omnia æquo ani-
 mo tulit. Neque hac tantum gratia, sed vt nos erudiret
 mansuetudinem & patientiam. Hunc nos imitemur:
 neque enim tantum conticuit, verum etiam iterum ad-
 est, & interrogatus responder, & suam indicat prou-
 dentiam: & dæmoniacus & insanus appellatus, quibus
 innumera contulerat beneficia, non semel aut iterum,
 sed sæpenumero, non modo non vitus est, neque re-
 misit

Mat. 27. e
† nõ dat lo-
cum irrita-
tioni]
Mat. 25. d
Philipp. 2. a

Supra. 7. c
Ibidem. 8. f
† diceba-
mus]
† diceba-
mus]

Luca 23. e
† nõ dat lo-
cum irrita-
tioni]
Mat. 25. d
Ibidem. a
Psal. 50. a

misit beneficia, sed pro his animam suam posuit, & cru-
 cifixus patrem pro his rogauit. Hæc nobis imitanda
 sunt. Hoc pacto Christi erimus discipuli, si mansueti
 erimus, & mitis ingenij. Vnde autem tales erimus? Si
 nostra frequenter peccata reputabimus, si lugebimus, si
 flebimus. Neque enim anima tanti doloris particeps ir-
 ritari, atque irasci patitur: vbi fletus, ira esse non potest:
 vbi dolor & contritio, longe omnis ab irritatio. Mês
 enim dolore perculsa non studet elationi, sed amarẽ
 ingemiscit, amarius flet. Scimus nonnullos ridere quæ
 dicimus, quos ego flere non desino: fletus enim hoc tẽ-
 pus est, planctusque & lamentationum. Multa & ver-
 bis, & re peccamus: qui autem ita peccat, in gehennam
 & ardẽtem, & igneum fluuium recipitur, & quod om-
 nium grauissimum est, regnum cœlorum amittit. His
 igitur minis, etiam risu, & deliciis dissolueris, & domi-
 no tuo irato, & minante nihil curas, nihil vereris, ne ti-
 bi ipsi supplicium asciscas: Non audis quid quotidie cla-
 mat: Esurientem me vidistis, & non dedistis mihi ma-
 nducare: sitientem, & non dedistis mihi bibere. Discedi-
 te in ignem paratum diabolo & angelis eius. Hoc sin-
 gulis minatur diebus. Sed cibum dedi, inquit. Quan-
 do & quoties? Decem & viginti dies: sed per totam vi-
 tam egenos pascas oportet. Nam & virgines oleum ha-
 bebant, sed non sufficit eis ad salutem: etenim ipsæ ac-
 cenderunt lampades, exclusæ tamen sunt à sponso, &
 merito sanè: sciuerunt enim, vt ante sponsi aduentum
 extinguerentur. Propterea multo nobis oleo, multa li-
 beralitate opus est. Audi prophetam: Miserere mei deus
 secundum magnam misericordiam tuam. Ita & nos
 propinquorum misereri oportet, secundum misericor-
 diam magnam. Quales enim erimus erga proximos nõ
 stros, talem dominum in nos experiemur. Sed quæ nam
 magna est misericordia? Quando non ex his que super-
 fluunt nobis, sed ex his quibus indigemus, egenis da-
 mus. Quod si ne ex superfluo quidem exhibemus, quid
 nobis sperandum est: quid nobis erit? Quò confugere,
 vbi salutem inuenire poterimus, si virgines post tot &
 tantos labores nihil profecerunt? Quis sibi fidet, cum
 audierit formidolosa & horrenda illa iudicis verba di-
 centis, atque exprobrantis: Esuriui, & non dedistis mi-
 hi manducare? Quandiu, inquit, non fecistis vni de his
 minimis, neque mihi fecistis. Neque de discipulis hoc
 tantum, aut solitariam vitam agentibus, sed de omni-
 bus fidelibus intelligitur, qui siue seruus sit, siue in foro
 mendicet, si in deum crediderit, merito fouendus, &
 complectendus est. Si nudum, esurientemque despex-
 erimus, hæc audiemus verba: nec iniuria. Quid enim
 graue, quid molestum postulat? quid non facillimum?
 Non inquit, infirmus eram, & non me sustentastis: sed,
 non visitastis: neque in carcere eram, neque eduxistis:
 sed, non venistis ad me. Quanto ergo faciliora nobis
 præcipiuntur, tanto his contemptis grauius puniemur.
 Quid enim leuius, quàm captiuos visitare? quid faci-
 lius: Cum enim hos ligatos pannis, illos & squalore ob-
 sitos, alios laboribus confectos, alios fame, & ad pedes
 canum more accurrentes, alios perfosso latere, alios ex
 foro ligatos adduci tota die mendicando, ne necessa-
 rium quidem victum inuenientes, vesperi vero à custo-
 dibus tum male & crudeliter acceptos videris, etiam si
 lapideus esses humanior efficereris: & si vel perditissi-
 mus esses, humanas in alienis malis calamitates repu-
 tando mouereris. Subueniet] tibi tremendus ille dies,
 & futura supplicia. Hæc animo volutans, & frequen-
 ter agitans, & cupiditatem omnem, & voluptatem, &

A secularium omnium amorem dubio procul abiicies, &
 omni portu tranquilliori animo frueris: de iudicio cogi-
 tabis, cum tantopere prouidendum, curandum, for-
 midandum sit ab hominibus, longe magis à deo intel-
 liges. Nulla potestas est, nisi à deo: qui ergo tanta prin-
 cipibus ordinanda committit, multo magis ipse exe-
 quetur. Quod nisi hic nos timor contineret, omnia san-
 nè perirent: Siquidem in tantorum suppliciorum metu
 multi maliciam complectuntur. qui hæc cogitabit, & ad
 eleemosynam promptior erit, & longe maiori quàm
 qui spectaculis adsunt, fruatur voluptate. Illi nanque li-
 bidine incenduntur, cum aduolantes in scena mulie-
 res vident, & innumera inde accipiunt vulnera, non
 secus ac iactatum ventis mare perturbati. Oberrat e-
 nim eorum oculis, oris figura, ornatus, verba, incessus,
 & cætera quæ antea viderat, quæ omnia eorum animũ
 expugnant: qui vero ab hoc nostro redeunt specacu-
 lo, nihil tale patiuntur, sed in summa quiete & tranqui-
 litate versantur: compungit nanque animum, ligato-
 rum & calamitosorum aspectus, & omnem extinguit
 ignem atque cupiditatem. Et si scortum vel lasciuior
 mulier obuia fiet ex carcere exeunti, nihil eum moue-
 bit. Tanquam enim iam simplicitatem quandam edo-
 ctus, eius retibus & impudico non decipietur aspectu,
 præpositi iudicij formidine: quare qui omne deliciarũ
 genus contempsit, dicebat, Bonum ire in domum
 luctus, quàm in domum risus. Et qui in hac vita tantam
 præ se feret virtutem, illic maiorem in modum lauda-
 bitur. Nolumus ergo hoc opus contemnere: licet enim
 nihil possimus eis conferre, neque cibum, neque argen-
 tum dare, consolari tamen, & bono animo esse hortari,
 & aliis multis opem ferre nobis licebit. Affabimur
 captiuos, custodes mansuetiores reddemus, & siue pa-
 rum, siue multum, proficiemus tamen. Quod si dixeris,
 neque bonos illic, neque mansuetos esse, sed homici-
 das, fures, adulteros, incontinentes, & alios perditos ho-
 mines. Etiam hinc necessariam mihi causam, vt eò te
 conferas, ostendis. Non enim bonis misereri, malos au-
 tem punire, sed in omnes ostendere humanitatem iu-
 bebimur. Estote, inquit, similes patri vestro, qui est in cœ-
 lis, qui oriri facit solem suum super bonos & malos, &
 pluit super iustos & iniustos. Noli ergo alienos acrius
 insectari, nõve sis asperior iudex, sed humanus & pla-
 cabilis. Etenim si nos neque fures sumus, neque adulte-
 ri, in aliis tamen peccamus, pro quibus magnis sumus
 suppliciis obnoxij. Siquidem fratrem nonnunquam fa-
 tuum appellamus, quod nobis gehennam parat: & mu-
 lieres impudicis oculis conspiciamus, quod adulterium
 ipsum arguit: & quod grauissimum est, indignè myste-
 ria participamus, quod reos nos facit corporis & san-
 guinis Christi. Nolumus ergo aliorum opera molestius
 inuestigare, sed nostra, & ita humaniores reddemur.
 Præterea & illud dicendum est, quod & in carcere bo-
 ni & mansueti viri, & instar totius ciuitatis nonnun-
 quam reperiemus. Nam & cum Ioseph in carcere mul-
 ti fuerunt mali, quos omnes iustus ille curauit, & quis
 esset ignorabatur: & cum totius Aegypti instar esset, e-
 rat tamen in custodia incognitus. Ita & hoc tempore
 multos bonos deuinctos existimandũ est, quanuis non
 cognoscantur: qui si tibi curæ erunt, ac si omnes boni
 fuerint, mercedem accipies. Quod si nemo fuerit, hinc
 quoque multum præmium consequeris. Nam dominus
 tuus non cum iustis tantum conuersatus est, immũdos
 haud renuit: sed & Chananæã quàm benignissime ac-
 cepit, & Samaritanam, & immundam & scelestam mu-
 lierem,

Roma. 13. a

† recensue-
rat]
Eccles. 7. a

Mat. 5. d

Gene. 39.
& 40.

† represen-
tatur, vel
in mentem
veniet]

set: Vide autem quam certam affert consequetiam. Ioannes quidem signum nullum fecit, hic autem fecit, ergo huius excellentia ostenditur. Si illi qui nullum fecerunt signum crediderunt, longe magis huic erat credendum. Deinde ne nullum faciendo signum indignum testimonio videretur: subdidit, Signum nullum fecit, tamen omnia de eo vera dixit. Neque amplius hunc ex illo, sed illum ex his quae hic fecit, dignum fide ostendunt.

Multis ergo crediderunt in eum. Multis enim rationibus trahebantur ad credendum. Nam recordati sunt verba quae Ioannes dixerat, cum fortiozem eum se testificatus est, & lucem & vitam & veritatem & alia multa, vt vocem supernae delatam, & spiritum in specie colubae apparentem, & eum omnibus ostendentem, & cum his miraculorum demonstrationem, in quam aspicientes confirmabantur. Quare dixerunt, Si Ioanni credendum est, longe magis huic. Si illi sine signis, huic potius

Exo. 14. & seq.

Gene. 29. d

qui illius testimonio, & signis confirmatur. Vide quantum eis locus, & a prauis ingeniis discessio contulit. Ideo frequenter ab illorum consuetudine eos abducit: quod etiam in veteri fecit testimonio. Iudaeos enim ab Aegyptiis abducens, in eremo finxit, & erudiuit. In omnibus hoc idem & nos admonet, vt foras turbas, & tumultus fugiamus, in cubiculo oremus. Nauis enim tempestatibus non agitata, secundo vento nauigat: & anima secularibus aboluta negociis, in portu quiescit. Quare mulieres quam viros sapientiores esse oportet, quae cura familiaris, vt plurimum, incumbunt. Ita Iacob simplicior fuit cum domi habitaret, & exterioribus absolueretur occupationibus. Neque enim id simpliciter dixit scriptura, habitans domum, sed & domi, in quibus, multa est perturbatio: sed cum tu vis, & sponte tua curarum turbam suscipis. Vir enim in medio foro & iudiciis tanquam quibusdam fluctibus versatur, mulier vero tanquam in quodam philosophiae gymnasio domi sedens, & mentem in se colligens, & orationibus, & lectionibus, & aliis bonis operibus vacare potest, & more eremos habitantium, qui se perturbet habet neminem, domi sedet, vbi semper potest in tranquillitate viuere. Si quando domo exeundum est, nullam etiam perturbationis habet materiam: siue enim mulieres huc veniant, siue balneas petant, tunc necessario egrediuntur, plurimum autem temporis domi degitur, & potest virtuti incumbere, & virum perturbatum lenire, admonereque, superfluas eius & molestiores cogitationes abscindere, & ita dimittere vt quascumque molestias e foro domum tulerit, deponat, & quae domi bona didicerit, secum in forum afferat. Nihil enim potentius muliere bona & prudenti, ad instituendum & informandum virum quodcumque voluerit: neque tam leniter amicos, neque magistrus, neque principes patietur, vt coniugem admodum, atque consulentem: habet enim voluptatem quamdam admonitio vxoria, cum plurimum amet, cui consulit. Multos possum afferre viros asperos & immites, per vxorem mites redditos, & mansuetos: ipsa enim mensa, lecto, filiorum communicatione, dicendis, tacendis, ingressu, exitu, & aliis pluribus cum marito communicans, & vt corpus capiti coniuncta, si prudens erit & diligens, omnes vincet, & coniugis superabit diligentiam. Quamobrem admono, vt hoc pacto fiat, & necessitati consulatur. Vt enim ad virtutem mulier, ita ad maliciam plurimum potest. Mulier Absalon, mulier Amnon perdidit, ipsa Iob perdere conata est: ipsa Nabal a corde eripuit, ipsa vnuerfam gentem liberavit. Et Delbora, & Iudith, & aliae multae imperatorum functae sunt officiis.

Amic. quae consulit

In curado coniuge 2. Reg. 13. d. & c. Iob. 2. d. 1. Reg. 25. d. Iudic. 4. a

Ideo Paulus inquit: Qui enim scis mulier, an virtum saluabis: Et illis temporibus Persida, & Mariam & Priscillam Apostolorum scimus imitatrices, vt & nos imitari debeamus. Nec verbis tantum, sed re informandus est coniunx. Quo modo autem re ipsa eum erudiemus: Cum te non malam viderit, non preciosis indutam, non superflua expetentem, sed necessariis contentam viderit, tunc enim consulentem patietur. Quod si verbis philosophaberis, re contrafeceris, nugae tuas reprehedet: sed cum verbis operum etiam doctrinam addideris, tunc monita tua accipiet, tunc persuasus erit. Vt exempli gratia, Cum aurum non quares, neque margaritas, nec preciosas vestes: sed pro his modestiam, benevolentiam, & te indueris, & ab illo exiges. Nam si studedum est, vt viro placeas, anima ornanda est, non corpus corruptendum. Neque enim aurum adeo amabilem ac desiderabilem vxorem reddet, vt modestia & charitas, & animus vitam exponendi pro marito. Haec virum capiunt. Ille ornatus obstat ei, pecunias exponit, & sumptum & sollicitudinem praebet, haec mariti animum vxori copulant. Amor enim, charitas, desiderium, nullam affert molestiam, nullam impensam. Sed e contrario: & ille quidem ornatus vsus deterior fit, hinc indies florentiorem animam reddit, & maiorem excitat charitatem. Quamobrem si viro placere vis, ornato animam pudicia, pietate, rei familiaris cura. Haec, inquam, confirmant amorem, qui nunquam cessat, neque senectus hunc tollit ornatum, non morbus: corporis autem & haec, & alia plura auferunt. Nam animae bona praestantiora sunt, quam corporis: huius ornatus inuidiam parit, & zelotypiam: hic omni malo affectu, omni caret inani gloria. Hoc pacto & res familiaris facilius augebitur, & taceat

1. Cor. 7. c. Rom. 16. c. & hinc induent. & ab hinc exiges

1. Tim. 2. c. & hinc induent. & ab hinc exiges

1. Tim. 2. c. & hinc induent. & ab hinc exiges

1. Tim. 2. c. & hinc induent. & ab hinc exiges

1. Tim. 2. c. & hinc induent. & ab hinc exiges

cessus facili, sicut auro non eris ornata, neque anulis digiti fulgebunt, sed in necessaria conferes, hoc est, in cibum seruorum, & filiorum curam necessariam, & alia quae in vita requiruntur: quae si defecerint, oculis autem illa proponantur, & cor angatur, quidnam erit lucris: quae vtilitas? Non sinit hoc magnum videri, cum dolore torquetur. Nostis enim quod etsi omnium pulcherrimam quis mulierem videat, nisi latus sit, exhilarari minime potest. Qui enim delectari vult, primum letetur oportet. Cum autem aurum omne in vxoris ornamentis collatum est, & angustia res familiaris laborat, quae potest esse coniugij voluptas: Quamobrem si viris placere volumus, demus voluptatis materiam: quam dabimus, si ornatum & omne lenocinium auferemus. Haec enim circa nuptiarum tempora voluptatem quamdam habere videntur, inde tempore languescunt. Nam cum caelum tam pulchrum sit, & sol tam clarus, vt nullum corpus aequum clarum sit, neque tamen cum propter consuetudinem admiramur, quod de muliebri ornatu euenire par est. Hoc dico, vt vos meliori ornem veste, quae Paulus praecipit, non auro & margaritis, aut ueste preciosa, sed quod decet mulieres promittentes pietatem per opera bona. Sed his qui foris sunt, placere vis, & ab illis laudari: Minime pudicae mulieris hoc desiderium. Verum tamen si vis, & hos habebis amatores, & pudiciae tuae laudatores. Illam namque nemo modestus, nemo bonus laudabit, sed incontinentes & luxuriosi: neque etiam hi, sed & maledicent, cum mulieris incontinentiam intuebitur: hanc & illi, & hi omnes probabunt, vtpote, qui nihil ab ea mali acceperint, sed continentiae exemplum. Sic apud homines multum laudabitur, apud deum autem remunerabitur. Hunc igitur quaramus ornatum, vt in hac vita cum fiducia viuamus, & futura consequamur bona, gratia

1. Tim. 2. c. & hinc induent. & ab hinc exiges

1. Tim. 2. c. & hinc induent. & ab hinc exiges

1. Tim. 2. c. & hinc induent. & ab hinc exiges

gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui honor & imperium in secula seculorum, Amen.

Homilia lxi. ex cap. vndecimo.

huius foris.]

erat quidam languens Lazarus a Bethania castella Mariae & Marthae sororum eius. Maria autem erat caequa vnxit dominum unguento. Multi cum aliquem bonum & deo acceptum, mali aliquid, vt morbum, vt paupertatem, & huiusmodi perpeti vident, perturbantur, sane ignari hoc maxime dei amicis contingere. Nam & Lazarus, & amicus Christo, & agrotus erat, vt ex mittentibus intelligitur. Ecce quem amas, infirmatur. Erat, inquit, quidam languens Lazarus a Bethania.

Matt. 26. d. & Luc. 7. f

Non ab re patriae eius meminit. Quam ob rem insequentibus dicit. Primum autem propositum aggrediamur, sororum eius nos vtiliter etiam admonet: Maria, inquit, erat, quae vnxit dominum unguento. Hoc in loco nonnulli dubitarunt, cur Christus id tolerasset. Ad quod illud primum intelligendum, non fuisse hanc meretricem illam, de qua apud Matthaeum & Lucam scribitur, sed aliam: illae meretrices & infames erant, haec honesta & studiosa: quippe quae Christum accipere curabat, eumque suo forore diligebat, & tamen permisit Christum Lazarum mori. Sed quae nam gratia non vt Centurio, & regulus, relicto fratre agrotante ipsa ad Christum profecta sunt, sed miserunt? Ob fiduciam & familiaritatem, quam cum eo habebant: & mulieres erant infirmae, & luctu detinebantur. Nam quod non contemneret, insequentibus indicatur. Quod igitur haec illa non esset, constat. Sed & illam cur se tangere permisit? Vt eius mundaret maliciam, vt clementiam ostenderet, vt intelligas nullum morbum eius vincere bonitatem. Noli igitur id solum considerare quod permisit, sed quo modo ad meliora conuerterit. Sed cur huius meminit historiae euangelista: Vt eius in Iesum amorem ostenderet: & frequenter dicit, Amabat Lazarum & sorores eius: erudies nos non aegre ferendum, si boni viri, & deo amici aliquo morbo laborent. Ecce quem amas, infirmatur. Ad misericordiam Christum volunt adducere. Adhuc tanquam hominem alloquuntur, quod & inde constat: quod dicunt: Si fuisses hic, non fuisset mortuus. Neque dixit, ecce Lazarus infirmatur: sed, quem amas. Quid Christus? Haec infirmitas non est ad mortem, sed pro gloria dei, vt glorificetur filius dei per eam. Ecce quo modo iterum eandem suam & patris gloriam dicit. Nam cum dixisset, dei: subdidit, Vt glorificetur filius dei, haec infirmitas non est ad mortem. Cum enim esset illic biduum moraturus, remittit nuncium, vt hoc significaret, in quo id admiratione dignum est, quod audientes sorores infirmitatem illam non esse ad mortem, inde mortuum videntes, non sunt scandalizatae, cum contra accidisset quam dixerat: sed ei obuiam factae sunt, neque mentitum putauerunt. Et illa particula, vt, hoc in loco non casualis est, sed euentus: alia namque fuit morbi causa, vsus est autem ad gloriam dei. Et cum haec dixisset, mansit in eodem loco duos dies. Quae gratia: Vt expiraret, & sepeliretur, ne quis posset dicere, quod nondum mortuum suscitaret, quod sopitus esset, quod dissolutus, quod abalienatus, non mortuus: ideo tandiu moratus est, vt dicerent iam foretere. Dicit discipulis: Eamus in Iudaeam iterum. Quid tandem praeter solum hoc praedixit Iesus? Valde timebant, ideo prius admonet, ne repentino discessu perturbarentur. Dicunt ei: Ad id illuc eras, & quare abant te lapidare. Timebant enim etiam ei, potissimum autem sibi: nondum enim erant perfecti. Dicit eis Thomas: Eamus & nos, & moriamur

1. Tim. 2. c. & hinc induent. & ab hinc exiges

cum eo. Imbecillior enim erat ceteris, & magis incredulus. Quo modo ergo eos confirmat Iesus? Nonne duodecim horae sunt dies? Aut hoc dicit, quod qui nullius sibi sceleris conscius est, nullo afficietur malo, sed qui male fecerit. Quare minime timendum est, cum nihil dignum morte commiserimus. Aut quod qui lucem huius mundi videt, securus est. Si autem qui mundi lucem videt, multo magis qui mecum est, nisi a me discesserit. His verbis eos confirmauit, & eundi necessariam causam exponit, neque se ituros Hierosolymam, sed Bethaniam dicit. Dormit, inquit, Lazarus, & vado vt eum a somno excitet. Hoc est, non ad reprehendendum Iudaeos vado, sed amici causa. Dicunt: Domine, si dormit, saluus erit. ac si non necessaria esset profectio. Dicis, inquit, dormire: nihil ergo nos ire cogit. At qui propterea ipse amicum appellarat, vt necessariam profectioem ostenderet. Sed cum pigriores deprehenderet, tunc mortuum dicit. Primum itaque humilitatem praetulit, cum vero non intelligerent: Mortuus est, inquit, & gaudeo propter vos, vt credatis. Quare propter vos? Quod illinc absens praedixerim, & quod cum illi refuscitauero, nulla relinquatur suspicio. Vides adhuc imbecilliores, & adhuc eius potentiae ignaros fuisse discipulos: quod metu accidebat, quo perturbabantur: & cum dormire eum dixisset, addidit: Vado, vt excitem eum. cum mortuum esse, non itidem dixit, Vado vt suscitem ipsum. Non enim verbis praedicere volebat, quod re erat confirmaturus. Semper enim nos admonet, vt inanem gloriam caueamus, & nihil de nobis temere promittamus. Quod si Centurionem consolatus dixit: Ego veniam, & curabo eum, voluit eius fidem ostendere. Quod si quis roget, quo modo eum dormire putarint discipuli, neque his verbis mortuum intellexerint, cum diceret: Vado, vt excitem eum? Stultum enim erat, si iturum Iesum quinque & decem stadia putarent, vt illum excitaret. Responderem, putasse eum in enigmate, vt plerumque solebat, locutum. Omnes itaque Iudaeorum impetum formidabant, in primis autem Thomas, ideo inquit: Eamus & moriamur cum eo. Quidam autem dicunt, & eum mori optasse. Sed profecto timore id verbum arguit, & imbecillitatem, inde fortior factus est, & insuperabilis quod sane dignum admiratione est, vt qui ante crucem tam timidus erat, post magistrum mortem & resurrectionis fidem pra omnibus tanto feruore flagraret. Tanta est Christi potentia: nam qui cum Christo in Bethaniam ire non audebat, sine eo postmodum solus terrarum orbem peragravit, & in medijs populis inclamantibus & mortem minitantibus intrepidus versabatur. Quod si quindecim stadia aberat Bethania, quae circiter duo milia passuum efficiunt, quo modo erat quatuordecim stadia? Mansit duos dies, quorum pridie venerat nuncius, quo die mortuus erat, ita quarto venit. Ideo se vocari passus est, neque ipse sponte sua venit, lymae, sed ne qua oriretur suspicio. Neque ipse venerunt, quae amabantur, sed alij mittuntur. Erat autem Bethania iuxta ne, nisi Hierosolymam, quasi stadiis quindecim: ob cuius vicinitatem, multos eas visitasse par erat: quare subdit, Quod ex fine praemulti ex Iudaeis venerant ad Mariam & Martham, vt consolarentur. Quo modo consolabantur Iudaei a Christo dilectas? Edixerant enim, vt quicumque Christum confiteretur, extra synagogam fieret: vel propter vulneris magnitudinem, vel quia nobiliores reuerbantur, vel quia non mali erant qui ad eas venerant, multi namque crediderunt. Haec autem dicit euangelista, vt testimonii Lazari mortem confirmet. Sed quid non aduocat

Quasi dicit, Sicut qui in luce ambulat, non offendit, ita & qui non peccat, sed in lucidis ambulat operibus, nil metuere debet

1. Tim. 2. c. & hinc induent. & ab hinc exiges

1. Tim. 2. c. & hinc induent. & ab hinc exiges

1. Tim. 2. c. & hinc induent. & ab hinc exiges

1. Tim. 2. c. & hinc induent. & ab hinc exiges

1. Tim. 2. c. & hinc induent. & ab hinc exiges

Luc. 10. 5

bona lar- me, etiam si mortuus fuerit, viuet. set bonis abundare, & a se giti,]
 t et presen- tes illam e- tiam]
 Mat. 8. 4

fororem Martha, cum obuiam Christo proficiscitur? Vult sola occurrere, & rem nunciare, quæ cum bonam spem habere iuberetur, tunc Mariam vocat, in medio fletu Christo sit obuiã. Vides amoris magnitudinem? Ipsa est de qua inquit: Maria optimam partem elegit. Quo modo ergo vehementior hæc esse videbatur? Non erat hæc vehementior: illa enim nihil audierat. Nam Martha imbecillior erat, quippe quæ cum tanta audisset, inquit tamen paulò post: *Iam sciet, quatrduanus est.* Illa autem etsi nihil tale accepisset, tamen credidit, inquit: *Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus.* Considerate mulierum sapientiam, quauis imbecillæ essent. Viso enim Christo, non statim in planctus & lamentationes proruperunt, vt nobis vsuuenit cum mœrore aliquo affecti, à notis visitamur: sed continuo magistrum venerantur, & crediderunt, licet non perfecte vt decuit. Nondum enim norant & quod deus esset, & quod propria virtute & autoritate hæc faceret, sed vtrunque hic didicerunt. Illud enim ignorabant, cum dicerent: Si fuisses hic, non fuisset mortuus frater meus. Hoc autem dicendo: *Quacunque poposceris à deo, dabit tibi deus.* Ac si de bono quodam & probato viro loquerentur. Quid ad hæc Christus? *Resurget frater tuus.* Illud primum confutat, *Quacunque poposceris à deo.* Non enim inquit, poscam: sed, resurget. Nam si dixisset, O mulier adhuc humi iaces, non egeo alterius auxilio, à meipso omnia facio: molestiora, & supra mulieris intelligentiã fuissent: dicendo autem, *Resurget: medium tenuit, & in sequentibus ea quæ dixi, significauit.* Dicente enim, *Scio quia resurget in resurrectione in nouissimo die: apertius suam ostendens autoritatem.* *Ego sum, inquit, resurrectio & vita.* quod alterius non egere auxilio indicat, quippe qui vita est. Quod si alterius indigeret, quo modo ipse & resurrectio esset, & vita? Non ergo ita dixit, idem tamen significauit: & ad illam particulam, *Quacunque poposceris, inquit: Omnis qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet.* set bonis abundare, & a se petendum ostendit. *Et omnis qui vivit, & credit in me, non morietur in aeternum.* Intuere quo eius erigat animum. Nō enim tantum quæritur resurrectio Lazari, sed & hæc, & illam oportet intelligere resurrectionē. Propterea autem verbis philosophatur. Quod si resurrectio ipse est & vita, nullo loco circumscribitur, sed vbique præsens sanare potuit. Quod si dixissent, vt Centurio, *Dic verbo, & sanabitur puer meus: itidem profectò respondisset.* Cum autem ad se vt veniret, rogaret, ideo assensus est, vt eas à tanta humilitate erigeret, suam tamē etiam cum præsens est ostēdit potestatem quod etiam absens sanare posset, ideo tardat. Non enim cognita esset gratia repente præstita, nisi corruptus esset, & sceteret. Et vnde mulier futuram norat resurrectionem? Audierat Christum multa de ea disputantem, quam iam videre cupiebat, & adhuc humi vertitur. Nam cum audiret, *Ego sum resurrectio & vita: non respondit, resuscitatum: sed, ego credo, quia tu es Christus filius dei.* Cui Christus: *Omnis qui credit in me, etiã si mortuus, hæc scilicet morte, fuerit, viuet: & omnis qui credit in me, non morietur in aeternum, illam videlicet mortem.]* Cū igitur ego sum resurrectio, Noli perturbari, si mortuus est frater vester: Hæc nō est mors. Primum eam ab euentu consolatur, & bene sperare iubet, dicendo: &, resurget frater: &, Ego sum resurrectio. Et quod resurgens etiam si rursus moriatur, nihil patietur incōmodi. Quam ob rem nō est huiusmodi mors dolēda: hoc est, neque ipse mortuus est, neque vos moriemini. Cre-

dis hoc? Ait illi, *Vtique dominus ego credo, quia tu es Christus filius dei, qui in hunc mundum venisti.* Videtur mihi Christi dictum mulierē non intellexisse: nouit tamē magnum esse, totum non perspexit: propterea aliud interrogata, aliud respōdet. Illud tamen primum cōsecuta est, quod fletū cōpescuit. Eiusmodi enim Christi sermonis virtus, ideo illa præuenit, hæc secuta est. In magistrū nanque beneuolentia nō multum præsentem calamitatem sentire permittebat. Itaque cum gratia etiam mēs mulieris philosophabatur. Verumenimvero etiam cum aliis malis hic muliebris morbus iam præualuit, ostentat planctus & dolores suos, cruentant brachia, scindunt capillos, laniant genas, partim ob dolorem, partim ad ostentationem, aliã animo impudico in medio foro brachia nudat. Quid facis mulier? Nudas te impudenter in medio foro, cum Christi membrum sis, cum viui adstent, & capillos vellis, & in miseris prorumpis euilatus, & saltas, & insanarū mulierū more iactaris? Nōne te deū offendere arbitraris? Quæ nam hæc insania? Nōne ridebūt gentiles? nōne fabulam nostram putabunt religionem? Dicent enim nullã esse resurrectionem, illusiones omnia Christianorum dogmata & fallacias putabunt. Haud enim aliter, quàm si nihil post mortem remaneat, mulieres lamentantur, nō attendūt scripturis, omnia illa esse figmenta ipsæ credere videntur: siquidem si crederent mortuum nō esse mortuum, sed ad meliorem vitam translatum, non vtiq; ipsum tanquam nihil esse deplorarent, nō adeo indignarentur, non tantas efferrent voces incredulitatis indices. Nunquam te amplius videbo. Omnia apud illos fabulæ: nam si principali bono ita diffidunt, multo magis aliis quæ asserunt. Non ita gentiles effœminatur. Multi apud eos philosophati sunt: & cum audisset mater filium in prælio cecidisse, mox rogauit, quo modo se respublica haberet. Et alius philosophus coronatus, cum audiret pro patria cecidisse, coronã deposuit: inde sciscitatus quo modo cecidisset, vt fortiter occubuisse cognouit, in caput statim coronã reposuit. Multi & filios & filias cædi dæmonas reueriti tradiderunt. Spartana autē mulieres hortatur filios, vt clypeum è prælio referant, aut super eo occumbant. Ideo pudet me gētilis hæc sapere, nos impudentes esse: qui de resurrectione nihil intelligunt, intelligentiū opera faciunt: qui intelligunt, ignorantium: & quod propter deū non faciunt, homines reueriti faciunt sæpenumero: nam opulētiores forminx capillos non soluant, brachia non nudant, quod & maximè reprehēdendum: non quod non nudent, sed quod non propter deum, sed ne turpes videantur. Pudor luctum cohibet, dei metus nō cohibet. Et quo modo hoc non summopere reprehēdendum? Quod diuites diuitiarum gratia faciunt, diuino metu pauperes faciant. Sed ecotrã euenit: illæ propter inanem gloriam philosophantur, hæc propter humilitatem præferunt impudētiam. Quid hoc absurdius? Omnia propter homines, omnia propter præsentia facimus. Et stultè, & ridiculè loquuntur. Atqui dominus inquit: *Beati qui lugent: peccata videlicet, quæ nemo luget, nemo animæ suæ curat perditiōne. Quod lugere non iubemur, id lugemus.* Quid inquit: cum homines simus, de morte hominis non est dolendum? Nunquid ego hoc prohibeo? Minime lugere, sed impudenter lugere veto. Nō sum immanis, atque crudelis. Video naturam dolere, & quotidianam requirere consuetudinem. Non licet nullo affectu moueri, quod & Christus ostendit: lachrymatus est super Lazaro, eius sequere exen: plū: lachrymare, sed leniter


Eleemosynas & oblationes mortuis profunt. Incertitudine.]

obtinere. [ono- tol, inter- pres onon d legisse vi- detur.]

Hebr. 9. 5

riter & pudenter, & cum dei timore. Si hac ratione lachrymas fundes, non resurrectionis dissidentia argueris, sed ægrè ferre charissimi seiundionem videberis. Nam & peregre proficiscētes lachrymis prosequimur, non tamen vt mortuos: ita & tu lugeas, tanquam præmiseris peregrinum. Hæc ego nō vt præceptor, sed vt permissor, humanæ conscius fragilitatis admoneo. Quod si peccator, & qui sæpenumero deum offenderit moritur, is desendus est, vel potius minime, cum nihil illi afferat utilitatis: sed ea facienda, quæ ei aliquid conferre possint, eleemosynas, oblationes: in hoc latandum est, quod malicia eius abscissa est: quod si iustus, rursus latandum, quod in tuto collocatur, quod liberatus est futurat formidine.] Si iuuenis, quod ex medio malorū ereptus est: si senex, quod eo diutius vsus, quod maximè desiderabile videbatur, vitæ satietate migravit. Tu autem horum omnia consideratione, ancillas cardis, ac si ita demum defunctum honoribus prosequaris: quod vltimæ est dementia. Honor enim mortuo, non fletus est, non euilatus, sed hymni, & psalmi, & vita optima. Ille moriens cum angelis euolabit, etiam si nemo exequiis interueniat: perditus autem, etsi in funere vniuersam habuerit ciuitatem, nihil lucrabitur. Vis mortuum honorare: alia via aggrediendum est. Fac eleemosynas. Quæ tibi ex multis fletibus utilitas? Ego & aliud malum audiui, quod multa etiam amatores per fletus alliciunt, maritalis amoris opinionem, lamentationū vehementia de se confirmantes. O diabolicam mentem, o satanæ cogitationem. Quandiu & terra & puluis, quandiu sanguis & caro erimus? Cælum tandem suspiciamus, intelligamus spiritalē nostri partem. Quo modo gentiles arguemus? Quo modo qui hæc facimus, consolabimur? Quo modo cum his de resurrectione disputabimus? Quo modo de aliis sapientiæ partibus? Qua securitate viuemus? Ex dolore enim prouenit mors. Considera vim perspectiuam animæ, nihil finit videre necessarium, inde multum detrimenti: illo enim modo & deum offendimus, neq; nobis, neque defuncto profusum: hoc autem & deo placemus, & probamur ab hominibus. Nam si non succumbemus, continuo doloris reliquiæ abolerentur. Si indignabimur, in miseria relinquimur. Si gratias agemus, non mœrebitur. Et quo modo potest, inquit, nō dolere, qui filium vel vxorem amisit? Non dico, ne doleat: sed ne immodicè. Nam si intelligeremus deum illū abstulisse, quem mortalem virum, ac filium habebamus, mox consolaremur. Indignari enim maius quiddam supra naturam quærētis est. Homo natus & mortalis, quid doles quod secundum naturam contigit? Nunquid doles, quod edendo nutriris? Num quaris sine cibo viuere? Ita & in morte, nunquid quaris immortalitatem? Mortalis natus es. Semel hoc definitum. Noli dolere, noli te affligere, sed ama quæ communiter omnibus statuta sunt. Doleant tibi peccata tua, hic optimus fletus, hæc maxima sapientia. Hæc ergo perpetuò desceamus, vt cœlestem assequamur læticiam, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui honor & gloria, in secula seculorum, Amen.

Homilia. lxij. ex cap. vndecimo.



Nondum autem venerat Iesus in castellum, sed erat adhuc in illo loco vbi occurrerat ei Martha. Magnum bonum sapientia est. Sapientia nostra dico, non gentiliū, quæ verba sunt duntaxat, & fabulæ, neque vllam habent sapientiam: gloriæ nanque

A causa omnia faciūt. Magnum, inquam, bonum sapientia, quæ nobis inde vicè reddit. Qui enim pecunias cōtemnit, iam hoc bonum consecutus est, quod superfluis & stultis curis liberatus est. Qui gloriã pessundat, præmium inde accipit, quod nulli seruit, sed vera libertate perfuitur. Qui cœlestia concupiscit, remuneratione non caret, cum nihil præsentia arbitretur, & facile dolorem omnem exuperet. Ecce nunc mulierem philosophantem inde præmium consecutam. Etenim omnibus absidentibus, dolens & plangens, nō expectauit ad se venientem magistrum, neque decorum seruauit, neque luctu retenta est. Siquidem quæ in luctu sunt, cum aliis incōmodis etiam tenentur affectu, quod à præsentibus affectat laudari: quorum nihil Mariæ accidit, sed surgēs euestigio, magistro obuiam facta est. Iesus autem nondum in locum venerat: lento enim passu ambulabat, ne ad signum faciendum festinare videretur, sed ab illis de eo iudiciū fieri volebat. Aut igitur hoc significare vult euāgelista, aut quod cito occurrit, vt venienti occurreret. Venit autem non sola, sed omni Iudæorum turba subsequente: & perquam prudenter soror ei clam magistri aduentum significauit, ne confessum perturbaret: neque cur surgeret dixit: nam multi certè abiissent. Nunc verò tanquam fleturam ad monumentum secuti sunt, & ex his iterum mortuum Lazarum confirmatur. Et præcidit ad pedes eius, vehementius quàm soror amabat, neque turbam reuerita est, neque opinionem quam de eo Iudæi habebant. Erant nanque multi maleuoli, qui dicebant: Non poterat hic, qui aperuit oculos cæci nati, facere vt hic non moreretur? Sed omnem humanum affectum expulit, magistro præsentē, & hoc vnum curabat, vt magistrum veneraretur. Et quid inquit? *Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus.* Sed quid nihil ad eam loquitur Christus, vt ad sororem? Turba aderat, neque verborum illorum tempus erat, sed mouetur humano affectu, quem tantum primò voluit æstimari. Nam cum signum magnum, quale raro fecit, esset facturus, ex quo multa erat prouentura utilitas, ne turba absente nihil lucraretur, doloris affectu multos testes allicit, ne prædam amitteret. Et primum humanam declarat naturam. Lachrymatur & perturbatur. Norat enim lachrymas excitare, & affectum arguere. Illa enim particula, *Et infrenuit spiritu,* motum illum cohibuisse signat: & ait: *Vbi posuisti eum?* ne flendo interrogaret. Sed quid rogat? Non vult festinare, sed omnia ab illis discere, & hortatus facere, vt omni suspicione careret miraculum. Dicunt ei: *Domine, veni & vide. Lachrymatus est Iesus.* Nullum adhuc resurrectionis signum ostenderat, neque vt suscitaturus, sed vt lachrymaturus venit, quod mox significatur: ait enim: *Dixerunt ergo Iudæi: Ecce quo modo amabat eum. Quidam autem ex ipsis dixerunt: Non poterat hic, qui aperuit oculos cæci, facere vt & hic non moreretur? Nec in calamitatibus à malicia & cū illi abstinebant. Atqui facturus erat rem longè mirabilior admiramur. Longè enim maius est post mortem in vitam reuocare, quàm instantem propellere: in quo ergo eius virtus erat admiranda, in eo Iesum calumniantur. Confitentur autem aperuisse oculos cæci, & quod rursus vni mori debebant admirari calumniantur, ac si nihil fecisset.] miserit, etiã Nec in hoc solum eorum ostendit maliciam, sed cum cæci miramur, non expectantes rei finem. Intuere corruptum eorum iudiciū. Venit ad monumentum, & rursus affectum arguit. Quid tandem tam diligenter quoties factum non lachrymatus sit meminit euāgelista, & quod infrenuit?
 i ij muerit?*

rogari de se vult

Supra. 9. 6

muerit? Ut intelligas verè naturam nostram induisse. **A** Cum enim magna de eo magis quam alij loquatur, etiam in his quæ ad corpus spectant hoc in loco multò humiliter loquitur. Nihil vt reliqui euangelistæ in passione quòd in agonia esset, narravit, sed contrà quòd retrorsum supinos reiecerit. Quod ergo illic omisit, hic per iuctum implet. Nam de morte disputans, inquit: Potestatem habeo ponendi animam meam: & nihil submissè loquitur. Ideo in humanitatis affectibus incarnationis veritatem ostendunt. Matthæus enim ab agonia, & tremore, & sudore: hic à lachrymis humanitatem confirmat. Neque enim nisi nostræ fuisset naturæ, & semel, & iterum lachrymari coactus fuisset: neque vllis responderet criminibus. Quid enim verbis imponere eis silèrium oportuit, cum mox rebus ipsis ad tacendum cogentur: quod grauius fuit, & maiorem incussit pudorem. Ait ergo: *Tollite lapidem.* Quid tãdem absens non idem iusserat, atque perfecerat? Quid non dimisso lapide suscitauit? Poterat enim qui corpus mortuum voce mouerat, & corrupto animam inspirarat, multò magis lapidem mouere. Sed cur non fecit? Vt eos testes faceret miraculi, ne dicerent quod & de cæco, Hic est, non est. Manus enim & præsentia illorum ipsum esse testabantur. alioqui enim vel imaginationè, vel prestigium aliquod opinari potuissent: vel alium pro alio suppositum fuisse: Nunc verò cum affuerint, cum lapidem tulerint, cum ligatus exierit, cum iussus sit solui, cum amici à quibus fuerat exportatus, præsentem ipsum viderint, & ex vestibus agnouerint, cum sorores illinc nõ abierint, & Martha eum iam, quia quadriduanus esset, fœtere dixerit: hæc omnia sufficietia erant, quæ vel impudentibus silentium imponeret, cum rei testes adessent. Ideo iubet vt lapidem tollant à monumento, ostendens se ipsum suscitare. Ideo interrogat, Vbi posuistis eum? vt dicentes, Veni & vide: & ducetes ipsum, nõ possent dicere alium suscitatum, vt & vox, & manus testificaretur. Vox, dicèdo veni, & vide. Manus, lapidem tollendo, & insitas soluendo. Et visus, & auditus. Hic, vocem audiendo: ille, videndo exeuntem: & odoratus, odore offensus. Inquit enim: *Id sciet, quadriduanus est enim.* Meritò ergo dixi, quòd minimè norat mulier quid Iesus diceret, cum inquit: Etiam si mortuus fuerit viuert. Considera ergo quid hæc dicat, tanquam iam propter tẽpus impossibile esset. Erat enim admirabile, vt quadriduanus, & fœtidum mortuum suscitaret. Discipulis enim inquit: Vt glorificetur filius dei per eam. Hic vero gloriam dei de patre inquit. Animaduerte audientium imbecillitatè diuersi sermonis esse causam. Rememorat autè quæ superius dixerat, propemodũ arguens tanquam oblitam. Noluit autè iam præsentem perturbare, ideo inquit: *Nõne dixi tibi, quòd si crederis, videbis gloriam dei?* Magnum namq; bonum fides est, magnum inquam, & bonorum multorum causa, vt dei opera homines facere possint in nomine illius. Si enim credideritis, inquit, & dixeritis monti huic, vt transferatur, fiet: &, Qui credit in me, maiora signa faciet quam ego, in nomine meo. Quæ nam maiora? Etenim vmbra ipsorum mortuos suscitabant. Sic enim prædicabatur Christi potestas. Non enim tam mirabile fuit, quòd viuus miracula faceret, quam quòd ipso mortuo alij in nomine eius maiora operarentur. Neq; dubitandum fuit de eius resurrectione, neque si visa fuisset, ita esset confirmata. Qui enim resurgentem vidisset, dicere poterat fuisse fantasma: qui verò solo eius nomine inuocato, maiora miracula videt, quam cum in carne cũ hominibus versatus

est, non sanè incredulus esset, nisi maiorem in modum deliperet. Magnum igitur bonũ fides, cum à vehemèti amore, & flagranti animo procedit: ipsa sapientes nos indicat, ipsa humanam detegit humilitatè, & inferius omisis rationibus, de cœlestibus disputat: & quod humana sapientia inuenire non potest, in quo deficit, hoc fides dirigit, hoc docet. Hæc igitur cõplectamur: neque rationibus distrahatur. Cur gẽtiles nihil inuenire possunt, dic quæso? Nõne externã omnem nouè sapientiam? Vnde ergo piscatores, & tẽtoriorũ opifices, & indoctos superare nõ potuerunt? Quoniã illi rationibus, hi fide omnia perficiebant: ideo & Platonem, & Pythagoram, & philosophos omnes, necnõ & astrologos, & mathematicos, geometras, arithmeticos, & omnis sapientiæ professores superarunt, & tanto meliores facti sunt: quãto natura stultis & delirantibus, qui vere & re ipsa sunt philosophi. Hi enim statim animã immortalem esse, nõ tantum dixerunt, sed & persuaserunt. Illi antea ne norãt quidem, quid esset anima, postquã autem inuenerunt, & diuiserunt eam à corpore, iterum in errorem prolapsi sunt: alij corpus eam dixerunt, alij cõpositum, nonnulli cum corpore dissolui: necnõ cœlũ animatũ, & deum. Piscatores autè dei opus professi sunt, & omnibus persuaserunt. Quòd autè gentiles rationibus vsi sint, minimè mirum: quòd autè qui fideles videtur, hi animales inueniãtur, est sanè ridiculũ, propterea decipiuntur. Et alij quidem qui dicunt scire deum, vt ipse se ipsum nouit, quod nemo ne illorũ quidẽ ausus est dicere. Alij non posse deum sine passione generare, neque ei quicquam amplius tã nobis habere permittunt. Alij quòd recta vita nihil proficit. Sed tempus nõ est hæc in præsentia reprehendendi. Quòd autem nihil proficiat fides recta, si vita praua sit, & Christus, & Paulus pluribus ostendit. Inquit enim: Non omnis qui dicit mihi, domine domine, intrabit in regnum cœlorum. Et, Multi dicent mihi in illa die, Domine, nõne in nomine tuo prophetauimus: & dicam eis, Nescio vos. Et iterũ: Nolite gaudere, quòd dæmonia vobis obediunt. Qui hæc non attendunt, facillè in vicia delabũtur, etiam si fidem rectam habeãt. Sed nos hæc fugiamus, neque enim sine vita recta deus videri potest. Pacè, inquit, persequimini, & sanctificationè, sine qua nemo videbit deũ. Sanctificationem cõtinentiam appellat, vt vnusquisq; sua contentus sit vxore, neque alienam querat. Qui sua contentus non est, saluus esse nõ potest: sed necessariò peribit, etiam si innumera bona opera fecerit. Fornicando impossibile est intrare in regnũ cœlorum: imò nõ fornicatio hæc, sed adulterium. Quemadmodum enim alligata viro, si alium cognoscit, adulteratur: ita alligatus vxori, si aliam habet, adulterij reus est: hic non hæreditabit regnum cœlorum, sed in gehennã intrudetur. De his inquit deus: Vermis eorum nõ morietur, neq; ignis extinguetur. Nullam enim veniam cõsequitur, qui capta vxore, post hoc carnis remedium alienæ iniuriatur, hoc iam lasciuia est: quòd si ab vxore sua mulci ieiunij & orationis tẽpore abstinent, qui sua contentus nõ est, sed alienam introducit: quantum sibi mali accumulatur? Si suã repudiare, & alij vacare non licet (est enim adulterium) quantum ille accusandus est, qui suã aliam addit? Nemo igitur hũc morbum animæ insidere permittat, sed radicitus euellat. Neque enim tantum vxorem, quantum seipsum offendit: hoc enim adeo apud deum scelestũ videtur, vt si vxor ab idololatra viro ipso nolente discedat, puniatur: si ab adultero, minimè. Considera ergo huius morbi maliciã: nam si qua fidelis, inquit,

quit, habet virum infidelem, & ipse consentit habitare cum illa, non dimittat ipsum. De fornicatione autem: Si quis dimiserit vxorem suam præter rationem fornicationis, facit ipsam mœcham. Nam si consuetudo vnũ corpus facit, si quis meretrici admiscetur, vnũ cum meretrice corpus efficitur: quo modo ergo fornicata accipietur, cum sit membrũ Christi? Quo modo ei iungetur corpus meretricis? Et intueri excessum. Quæ cum infideli habitat, non est imunda. Sanctificatus est, inquit, vir infidelis in muliere fidei. In fornicaria autem, nunquid membra Christi faciemus membra meretricis? Illic sanctificatio manet, si cũ vxore cohabitatur, hic discedit. Graue itaque malum fornicatio, graue inquam, & immortale afferens supplicium, & in hac vita innumera secum mala trahit. Cogitur enim vitam miseram & infelicem viuere, qui hoc morbo afficitur. Neque meliori loco res suæ sunt, quam eorum qui supplicij distrahuntur. Alienam domum trepidus & formidolosus ingreditur, omnia timet, & seruos, & liberos. Quare hortor hoc vos morbo dissoluatis: quod si non placet, nolite hæc sacra ingredi penetralia. Siquidem minimè oportet scabiosas & morbidas oues in fanarum & bene valentium grege versari, sed ab ouili exigenda sunt, quoad bonam recipiant valetudinem. Membra Christi sumus, nolimus fieri meretricis. Non est locus hic lupanar, sed ecclesia. Si membra meretricis habes, abesto ab ecclesia, ne præsentia tua sordescat. Quòd si nulla esset gehẽna, nullum supplicium: quo tamen animo post coniunctionè illam, & nuptiales facces, post iustum lectum, & liberorũ susceptionem, post quotidianam cõsuetudinem, pateris aliam supponere? Cur non vereris, nõ erubescis? Qui post vxorum mortem aliis admiscetur, hi reprehenduntur à multis, quanuis puniri non possint: tu viuente vxore aliam superducis? Quæ nam hæc incontinentia? De his inquit: Vermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur. Perhorresce minas, formida supplicij. Non est tanta hic voluptas, quanta illic pœna. Sed absit, vt aliquis sit huic obnoxius supplicio, sed per sanctificationè omnes Christum videant, & promissa bona cõsequantur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria in secula seculorum, Amen.

Homilia lxiij. ex cap. vndecimo.



Esus autem eleuatis sursum oculis, dixit: Pater, gratias ago tibi, quoniam audisti me. Ego autem scio, quia quia semper me audis, &c. Quod sæpenumero dixi, id & in præsentia repetam, deum scilicet non adeo suam spectare dignitatem, vt nostrã salutem: neque vt magnum aliquid loquatur, sed vt nos possit allicere. Propterea alta & magna rarò, & ea abscondita, sed humilia & abiecta frequenter loquitur. Cum enim his populũ magis adduceret, magis etiam vt bebatur, nõ tamen semper, ne qui postea credituri erãt, offenderentur: neque conticeret, ne præsentem scandalizarentur. Illi nanque qui perfecti futuri erant, ex vno altè & magnificè dicto totum poterãt intelligere: hi autem cum rudes essent, nisi sæpenumero eadẽ audissent, nullum cepissent emolumentum. Certè neque post tantam doctrinam perstant, sed cum lapidibus petunt, & persequuntur, & interficere conãtur, & blasphemum appellant, cum æqualem se faceret deo. Et nunc dicunt, blasphemare. Cum autem dixisset, Remittuntur tibi peccata tua, iterum dæmonium habere dicunt. Et cum mortem superare, qui verba sua audiret, & se in patre, & pa-

trem in ipso esse, & de cœlo se descendisse diceret, eum relinquunt, & perturbantur. Quæ si rarò dicta minimè ferebãt, longè minus si semper altè & magnificè locutus esset. Nam cum dicit: Sicut mandauit mihi pater, sic loquor. Et ego à meipso nihil loquor: tunc credunt. Multi, inquit, crediderunt in eũ. Quòd si humilia fide faciunt, sublimia auferunt: nõne vltimã amentia est, non intueri humiliter propter auditores locutum? Nã & alio in loco cum magnum quiddã dicere vellet, & reticuisset, causam attulit dicens, Ne autem scandalizarentur, Proiice hamũ in mare: quòd & in hoc loco. Cum enim dixisset, Ego sciebam quia semper me audis: prosecutus est, propter circumstantè populũ dixisse, vt crederet. Nũquid nostra hæc verba sunt? Num humana cõiectura? Cum enim ex rebus ipsis nos credamus eos in magnis scãdalizari, & ipse dicat se ideo humilia loqui, ne scandalizarentur: quis deinceps à natura humiliter ipsum locutũ suspicabitur, & non eorum indulgentè imbecillitati? Et alibi voce cœlitus delata dicebat: Non propter me hæc vox facta est, sed propter vos. Atqui magnũ decet multa de se humiliter prædicare, non autem humilè & abiectum magnificè. Indulget enim illo modo auditorũ imbecillitati, & humilitatem eos, & se carnè nostram accepisse erudit: nõne deo contrariũ, & non venisse à deo, & legem soluere arbitrarentur, vtq; odium populi auerteret, cum frequenter in veteri testamento dicatur: Dominus deus tuus, dominus vnus est. Quòd autè humilis & abiectus magnificè de se loquatur, nulla est causa, nec ratione aliqua nititur, sed sola amentia est, & impietas, & audacia nõ toleranda. Quæ ergo gratia humilia loquitur, qui arcanæ illius, & inenarrabilis est substantia? Et eorum, quæ diximus gratia, & ne etiã putaretur ingenuitas. Nam & Paulus quid tale timuisse videtur, cum ait: Præter eum qui ei cuncta subiecit. Impium enim hoc suspicari. Nam si minor patre, & alterius substantiæ æqualis existimatus esset, nõne omnia fecisset, vt ea tolleretur opinio? Nũc cõtrã facit, inquiens: Si nõ facio opera eius qui misit me, nolite mihi credere. Et cũ dicit, Ego in patre, & pater in me est: & in patre, & pater in me est, aut vnũ sumus: aut, qui videt me, videt & patrem. De virtute nanque sermo erat, dicendo, Ego & pater vnũ sumus. Et de potentia, Sicut pater suscitauit mortuos, & viuificat: sic & filius quos vult, viuificat. Quod qui alterius esset substantiæ, minimè facere potuisset: quod si potuisset, non oportebat id dicere, ne quis vnũ & eandem esse substantiam arbitrarentur. Si enim ne suspicarentur deo cõtrarium esse, etiam quæ sibi non conueniunt, de se nonnunquam loquitur, longè magis tũc. Dicere nanque, vt honorificent filiu, sicut & patrem: &, opera quæ ille facit, & ego similiter facio: & se resurrectionem esse & vitam, & lucem mudi: æquiparantis est sese patri, & illorum confirmantis suspicionem. Nunc autem quòd legem non soluat, tot rationibus excusat: opinionem autem equalitatis ad patrem, nõ modò non tollit, sed confirmat: & dicentibus illis, blasphemias, quia te deum facis: t ex operibus equalitate demonstrauit. Et quid filium hoc fecisse dico, cum pater non indutus carne, multa de se humilia dici passus sit propter auditorũ salutem? Adæ enim inquit, Vbi es? Et illud, Vt cognoscam si fortè secundum clamorem eorum perficiunt: &, Nunc cognoui, quia tu times deũ. Et si fortè audiant, etsi intelligant: &, Quis daret cor populi huius sic esse? &, Non est similis tibi inter deos

2. Par. 18. c

Supra. 5. d
Tempus est iam ipsum ingredi locum iherosolymitarum legif se videtur oga, per o mudo, sed nosse co dex melius habet, oga per a.
Luc. 11. b
Matt. 8. a
Matt. 9. a
Luc. 5. d
Marc. 4. d
Gene. 1. c

domine. Et multa huiusmodi in veteri testamento, si quis notaret, diuina maiestate indigna inueniret. Et de Achab dictum est: Quis decipiet mihi Achab? Et quoties gentilibus diis per comparationem proponitur, semper indigna sunt deo verba. Sed aliter digna efficiuntur, quoniam tam clemens est, ut propter nostram salutem, etiam digna se verba contemnat. Nam & quod homo factus sit, & serui formam acceperit, quod humilia & loqueretur, & de se dici permiserit, indignum deo. Indignum sane, si quis eius consideret maiestatem: dignum rursus, si immensa eius benignitas, & clementia consideretur. Est & alia tam humilium verborum causa, quia patrem norant, & venerabantur, filium autem ignorabant. Ideo ad ipsum frequenter confugit tanquam confessum, quasi ipse nondum eam haberet auctoritatem: non ex se, sed ex auditorum stulticia, atque imbecillitate. Ideo orat, & dicit: *Pater, gratias ago tibi, quoniam audisti me.* Quod si quos vult viuificat, & sicut pater, ita viuificat, quare orat: Sed t vide iam in ipsum venisse locum.] *Virgo tulerunt lapidem, Iesus eleuatis sursum oculis, dixit: Pater, gratias ago tibi, quoniam audisti me. Ego autem sciebam, quia semper me audis: sed propter populum qui circumstat dixi, ut credant, quia tu me misisti.* Interrogemus hic haereticum, num preces ei quid contulerint ad Lazarum suscitandum? Quo modo ergo alia sine precibus fecit miracula? Tibi, inquit, dico daemionem egredere ab isto: & Volo, mundare ei, Surge, tolle grabbatum tuum: & Remittuntur tibi peccata tua: & mari, Tace, obmutesce. Quid autem praestaret apostolis, si preces ei ad miracula opitulareretur? Imo neque illi precibus omnia faciebant, sed multa Iesu nomine inuocato. Quod si eius nomen tantum poterat, quo modo ipse precum auxilio indigebat? quo si indigebat, non utique nomen eius eam habuisset potestatem. Cum autem hominem fecit, quid precatus est? Nonne magna deprehenditur aequalitas? Faciamus, inquit, hominem. Quid autem imbecillius, si ei orandum fuit: Sed videamus quid orat. Pater, gratias ago tibi, quia audisti me. Et quis na vnquam ita precatus est, priusquam quicquam diceret, Gratias ago tibi, inquit, ostendens se no egere precibus. Omnia enim facis quae volo: non tanquam non posset, sed tanquam vna esset ipsorum sententia. Sed qua gratia orationis forma vsus est? Non me, sed illum causam dicentem audi: Propter circumstantem populum, ut credant, quia tu me misisti. Non dixit, ut credat me minore, & quod diuino indigeam auxilio, sine quo nihil facere possum, sed quod tu me misisti. Hac omnia preces ostendunt, si simpliciter eas accipiamus. No dixit, Misisti me imbecillum, seruitutis conscium, a meipso nihil facientem: sed his omnibus omisis, ne quid horum suspicareris, ponit veram orationis causam, ne me deo contrarium arbitrentur, ne dicant non esse a deo, ut secundum voluntatem tuam hoc me fecisse ostendam: tantum non dicens, Si essem contrarius deo, res non processisset. Quod autem ait, Audisti me, & ad amicos dici solet, & aequales: Ego sciebam, quia semper me audis: hoc est, ut fiat voluntas mea, non ego precibus ad persuadendum, vna enim voluntas est. Ad quid ergo preces? Propter infirmiores. *Et cum hac dixisset, clamauit voce magna.* Cur non dixit, In nomine patris mei veni foras: aut, resuscita eum pater: sed omnibus his omisis, orantis forma accepta, re ipsa suam praefert auctoritatem: quia & hoc sapientiae suae est, ut verbis humilitatem, re potestatem pra se ferat. Cum enim nulla alia de re Christum possent accusare, quam quod non

esset a deo, & ita multitudinem deciperent, hac gratia per excessum id refutat, & eo modo quem imbecillitas exigebat. Poterat enim aliter ostendere inter se conuenientiam cum propria auctoritate, sed eo populus peruenire non poterat, & ait: *Lazare veni foras.* Hoc est quod dixerat, Venit hora, quando mortui audient vocem filij dei, & qui audierint, viuent. Ut enim non existimares ab alio virtutem accepisse, superius te docuit, & nunc per opera ostendit. Et non dixit, resurge: sed, veni foras, & mortuum tanquam viuentem appellat. Quid huic potestati par? Quod si non propria virtute hoc facit, quid in eo plus esset, quam in apostolis, qui dicebant: Quid nobis attenditis, tanquam propria virtute fecerimus hunc ambulare: Quod si non sua operabatur potestate, quid non id quod apostoli, dicebat: Et ita ipsi essent sapientiores, qui gloriam propulsarent. Et iterum: Quid attenditis nobis tanquam propria virtute faciamus? Similes vobis homines sumus. Propterea apostoli quod nihil ex se facerent, totis hoc viribus persuadere conabantur: ipse autem cum eam de se concitasset opinionem, nonne abstulisset, si falsa eius potestas crederetur? Quis hoc dixerit: Sed contra ait: Propter circumstantem populum, ut credat. Quod si crederent, non opus esset precibus. Si enim non erat indignum se precari, quare illis causam imputat? Quare autem non dixit, ut credant quod tibi non sum aequalis? (Oportuit enim in hoc propter hanc suspensionem venire.) Sed cum legem soluere existimaretur, nihil illis dicentibus: Nolite, inquit, putare, quia veni soluere legem: nunc autem confirmat opinionem. Omnino autem quid opus fuit tantis ambagibus, & obscuritatibus? Satis fuerat dicere: Non sum par. Quid ergo, non dixit, inquit, non facio voluntatem meam? Et hoc obscure, & ob illorum imbecillitatem, & ea ratione, qua & orauit. Quid autem significat, Quoniam audisti me? hoc est, nulla in re tibi contrarius sum. Quemadmodum igitur ea particula, Quoniam audisti me: non signat quod ipse non potuerit: non enim tantum impotentia esset, sed etiam ignorantia, si quidem ante preces nescisset eum sibi assensurum. Si autem nesciebat quo modo dixit, Vado ut a somno excitem eum: & non dixit, vado ut rogem patrem ut excitet. Quemadmodum inquam, id non imbecillitatis erat, sed concordiae: ita & illud, Quia semper me audis: aut idem signat, aut ad illorum locutus est suspensionem. Quod si neque ignorabat, neque imbecillis erat, constat propterea humiliter locutum, ut saltem id per excessum dictu cogaris confiteri, non secundum eius dignitatem, sed ut ad auditorum descenderet imbecillitatem: ideo dixit, Quoniam me audisti. Minimè inquit, sed ut ostenderet excellentiam. Atqui hoc pacto & nimiam humilitatem, & tantum hominem esse indicasset. Neque enim precari dei est, & eius qui deo assidet. Vides nulla alia causa ad hoc venisse, quam propter illorum incredulitatem? Intuere rem ipsam eius potestatem testantem. Prodiit ergo Lazarus ligatus. Inde ne imaginationem quandam esse putares. Prodiere enim ligatum, non minus admirandum videbatur, quam suscitari. *Instit solui, ut tangentes & propius facti noscerent verè t resurrexisse, & inquit, Sinite abire.* Intuere quod nullam gloriam expetat. Non ducit eum, non iubet secum esse, ut rem ostentet facto miraculo. Alij admirabantur, alij Pharisaeis annunciarunt. Quid igitur illi? Cum admirari & obstupescere eos oporteret, ipsum qui mortuum suscitauerat, interficere voluerunt. O amentiam, qui in alijs

Supra. 5. d

Acto. 3. b

Il. d. 14. 1

si propria auctoritate non faceret

Mat. 5. b

† ciuitatem nostram,] πόλις legif se videtur Chryso. nā subinde ciuitatis mentionē facit, ut sequēti homilia hunc citās locum. Luc. 20. c Supra. 6. b t nō id sum rum existi manes.]

† nos ut priores sum ad malum accipiendū quam alij sint ad inferendum.] Inuidia omnium malorum radix.

Ecl. 20. d

in alijs corporibus mortem vicerat, ei mortem inferre arbitrabantur, & dicunt, *Quid facimus: quia hic homo multa signa facit.* Adhuc hominem appellant, cum tale diuinitatis eius testimonium acceperint: quid facimus? Crede oportuit, & colere, & adorare, neque amplius hominem existimare. *Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, & venient Romani, & tollent t locum nostrum,] & gentem nostram.]* Quid sibi his verbis voluit? Populum concitare tanquam tyrannide periclitaturum. Si viderint, inquit, Romani turbam ipsum sequentem, sub tyrannide nos esse arbitrabantur, & destruent nostram ciuitatem. Et quanam gratia, dic quae? Nūquid seditionem docebat Christus? Num dissuadebat censum dari Caesari? Nonne regem ipsum facere voluistis, & renuit? Nonne humilem & abiectam vixit vitam? nonne & domo & alijs huiusmodi caruit? Hac ergo sine ratione vlla dicebant, sed inuidia tantum. Verum id sibi cōtigit, cum Romani postquam Christum interemerunt. Erant enim quae faciebat Christus minimè formidanda. Qui enim agrotos sanabat, qui optimā docebat vitam, qui principibus parēre iubebat, non confirmabat, sed propulsabat tyrannidem. Illi sanè seditionem docebant, hic cōtra. Quid enim simile subostendebat? Num satellitibus stipabatur? Num se muniebat? Num solitudines obsidebat? Sed ne affectu aliquo dicere videretur: totam periclitari ciuitatem, & se reipublicae consulere, & de vltimo ipsorum periculo habendam rationē dicunt. Non hac vobis captiuitatis causa fuit, sed longè alia. Huius nanque captiuitatis, & antè Babyloniae & Antiochi non fuit causa, quod apud vos boni viri, sed quod mali & iniusti, & deum prouocantes versabantur. Verum enim uero inuidia nihil videt, sed cecat animam. Nonne Iesus mansuetudinem docuit? Nonne alapis caecos nō vlcisit? Nonne iniuria affectos tolerare? Nonne ad accipiendum, quam ad inferendum alijs malū promptiores esse admonuit? Nunquid hac tyrannidem constituentes sunt, an potius tollentis? Sed, ut dixi, grauis quidem affectus est inuidia, & plenus simulatione. Hic orbem terrarū innumeris impleuit malis, hinc iudicia complētur, hinc liuores, & pecuniarum amor, & principatus, hinc inanis gloria, hinc viae obsidentur, hinc mare piratae peccant, hinc per orbem terrarum caedes, hinc genus nostrum dissipatur. Quodcūque videris malum, ab inuidia prouenit, iam in ecclesijs irrepit, & a principio multa operata est mala. Hic morbus auariciam peperit, quae omnia confudit, iusticiam corripit. Dona enim sapientum oculis excacant, & tanquam frenum ori, auertunt, & cohibent correptiones. Hac pro liberis seruos reddit. De hac quotidie loquimur, & nihil proficimus, feris peiores efficitur, orphanos nudamus & viduas, pauperibus vim inferimus, & eorum augemus miseriam. Hac perit pietas e terra, & nihil nobis nisi fletus relinquuntur, & hoc singulis diebus dicendum est: Nihil precando, nihil consulendo, nihil admonendo proficimus, relinquuntur fletus. Hoc & Christus fecit, cum multa Hierosolymis sine profectu admonuisset, eorum lachrymatus est calamitatē. Hoc propheta faciunt, hoc & nos faciamus, fletus iam tempus est, & lachrymarum, & lamentationum. Nunc dici potest, Vocate fientes, & ad sapiētes mittite, & loquantur. Hoc fortasse pacto morbum qui claras domos habitat, qui agros rapina complectitur, euicere poterimus. Lugendi tempus est, sed opitulamini mihi, vos qui iniuriam accipitis, qui spoliati estis, opitulamini, lugete, Tomus tertius.

& lachrymarum mearum focij estote. Verum non nos, sed illos lugeamus: non nobis iniuriam intulerunt, sed perdidit seipfos. Nos enim pro accepta iniuria regnum dei, illi gehennam pro lucro assequuntur. Ideo melius est iniuriā accipere, quam facere. Lugeamus eos non communi luctu, sed quo sacra nos litera docent prophetas luxisse. Lugeamus cum Esaia dicente: *Ve cōiungētibus domum domui, & agrum agro adiicientibus, ut a vicino aliquid auferant. Nūquid habitatis soli in terra: domus magna & pulchra, & nō erunt qui eas habitet.* Lugeamus cum Naum, & dicamus cum eo: *Vae qui aedificant in altum domum suam: imò lugeamus eos, Christū imitati dicentem: Vae vobis diuitibus, quia sitietis, quoniam accepistis mercedem vestram, & consolationem. Lugeamus sine intermissione, & nisi turpe sit etiam plāgamus, dicamus cum propheta: Nolite lugere mortuum, sed raptorem, auarū, cupidum, insatiabilem. Quam ob rem mortuos lugeamus, cum iam nihil proficere possumus: Hos lugeamus, qui mutari possunt. Sed nobis lugētibus ipsi fortasse rident: etiā & hoc lugendum, cum rident quod flendū esset. Si lamentationibus nostris quid mouetur, cessandum est a luctu, tanquam corrigendi sint. Verum cum nullo doloris sensu tanguntur, perstemus in dolore. Lugeamus non diuites simpliciter, sed auaros, cupidos, raptores. Possunt enim diuitiae recte & laudabiliter expendi, cum in egenos eas conferimus. Auaricia autem criminanda est, atque accusanda. Lugeamus igitur, sequetur fortasse aliqua emendatio. Et licet, qui in hūc morbum inciderint, nō liberentur: alij tamen in eum non incident, sed mundi seruabuntur. Vtinā autē & ipsi liberentur, & nemo amplius tali peste cōprehēdatur, ut simul omnes promissis nobis bonis perfruamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria in secula seculorū, Amē.*

Esaia. 5. c

Luc. 6. d

Hiere. 22. 6

Homilia. lxxij. ex cap. vndecimo.



Nus autem ex ipsis Caiaphas nomine, cum esset pontifex anni illius, dixit eis: Vos nescitis quicquam, nec cogitatis, quia expedit vobis ut vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Infixa sunt gentes in interitu quem fecerunt: in laqueo hoc, quem absconderunt, comprehensus est pes eorum: quod Iudaeis contigit. Ipsi nanque dicebant interimendum Christum, ne Romani venirent, & tollerent eorum gentem, & ciuitatem: postquam autem interemerunt, ea perpessi sunt: & quae eorum vitandorum gratia fecerant, in ea his patratas inciderunt: sed qui interemptus ab illis est, caelum habitat: qui interemerunt, infernum. Atqui nō hoc intendebant, sed cogitauerunt eum, inquit, interficere ab illo die. Dixerunt enim, *Venient Romani, & tollent t regnum nostrum & gentem.]* Vnus autem ex ipsis Caiaphas nomine, cum esset pontifex anni illius, dixit, cum ceteris esset impudentior. Vos, inquit, nescitis quicquam: Quod illi dubitabant, & deliberadum proposuerant. Dixerunt enim: Quid faciemus: hic impudenter, & aperta fronte, & temerarie decreuit, *Vos nescitis quicquam, neque cogitatis, quia expedit vobis, ut vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Hoc autem a semetipso non dixit, sed cum esset pontifex anni illius, prophetauit.* Vides quanta sit pontificalis potestatis virtus: Cum enim pontifex esset, licet indignus, prophetauit, nescius tamen quid diceret, & os tantum gratia, non autem scelestum cor attigit. Multi praeterea alij futura praedixerunt indigni, Nabuchodonozor, Pharao, Balaam, & omnium causa manifesta. Quod autem dicit, hoc est, Vos sedetis adhuc: pigrius rem in-

Psal. 9. c

† gentē no-

stram.]

Danie. 2. a

Gene. 41.

Num. 24. c

tuemini, & nescitis vnus hominis salutem pro cōmuni contemnendam. Vide quanta spiritus potētia: a mala mente verba prophetica, & admirationis plena elicere potuit. Filios autem dei gentes appellat euangelista, ab eo quod futurum erat. Quemadmodum & ipse inquit, Et alias oues habeo, quas etiam a futuro ita appellat. Quid autem signat, cum esset pōtēfex anni illius? Cūm aliis & hic etiam mos corruptus erat. Non enim perpetuum iam sacerdotium, sed annum dabatur, ex quo venales facti erāt principatus. Veruntamen etiam sic aderat adhuc spiritus. Postquam autē in Christum manus extenderunt, tunc eos dereliquit, & abiit ad apostolos. Et hoc velum scissum signat, & Christi vox dicentis: Ecce dimittetur domus vestra deserta. Et Iosephus qui paulō post fuit, inquit, quosdam angelos ad huc expectantes, & visos migrare, vt eos relinquerent: quousq; enim vinea perstitit, omnia facta sunt: ex quo autem hęc edem interemerunt, mox perierunt. Et tanquam speciosam vestem a puero inutili Iudæorum accipiens deus fidelibus seruis ex gentibus tradidit, & desertos illos dimisit, & nudos. Nec parum fuit quod inimicus hęc prophetaisset, sed quod alios allicere potuit. Contrā enim quā vellet, euenit. Nam post Iesū mortem futuro supplicio liberati sunt fideles. Sed quid signat, *Vt congregaret in vnum* quod qui propē erant, & qui longē vnum corpus reddidit: qui Romæ est, Indos corpus suum esse arbitratur. Quid huic congregationi simile? Et omniū est caput Christus. *Ab illo ergo die conuerunt Iudæi, vt interficerent eum.* Atqui antea tentarant. Dicit enim: Propterea quærebant eum Iudæi interficere. Et iterum: Quid me quæritis interficere? Sed tunc quærebant, nunc suam confirmant sententiam. *Iesus autem iam non palam ambulabat apud Iudæos.* Iterum more hominis sibi cauet, & frequenter hoc facit. Causam autem diximus propter quam sæpenuero discessit, & nunc iuxta desertum in ciuitate, quæ dicitur Euphrata, mansit cum discipulis suis. Quo pacto discipulos perturbari arbitraris, videntes suum magistrum more hominis sibi salutem quærere? Nemo iam eum sequebatur. Et cum propē esset dies festus, omnes Hierosolymam concurrēbant, cum alij lætarentur, & celebritati studerent, soli discipuli latent, & periclitantur, tolerabant tamen. Et enim cum Pascha esset, & scenopegiat in Galilæam cōcesserant, jinde in die festo in fuga, & latibulis soli omnium in magistri beneuolētia perseuerabāt. Hinc Lucas eum dixisse, inquit: Ego perseueravi vobiscū in temptationibus. Hęc dicebat, vt ostēderet auxilio suo vires eos accepisse. *Et ascenderunt multi Hierosolymam de regione ante Pascha, vt sanctificarent seipos. Et dederunt pōtēfices & Pharisæi mandatum, vt si quis cognouerit, vbi sit indicet, vt apprehendant eum.* Admirabilis sanctificatio cum iniqua voluntate, cum homicida mente, cum sanguinolentis manibus. Et dicebant: *Quid putatis, quia non venit ad diē festum?* In Paschate ei insidias tēdebant, & solennitatis diem in cædem cōuertebant: quasi dicant, Huc venturus est, tempus eum aduocat. O impietatem, cum magis virtuti est incumbendum, t̄magis a sceleribus abstinēdum, j tunc innocentē capere conantur. Atqui cum iam idem tentarent, nō modō nihil assecuti sunt, sed ridiculi apparuerunt, ideo frequenter in eos Iesus incidēs euadit, & volēs se interimere cohibet, & dubios reddit, cum virtutis suæ demonstratione quæreret, vt compungerentur. Et cum captus esset, vt nō propria ipsorum virtute, sed illius permissu eum cepisse intelligerent: neque enim tunc eum comprehendere potuerūt, etiam si pro-

pinqua esset Bethania, & cum comprehendissent, reiecit eos retrorsum. *Ante sex dies Pasche venit Iesus in Bethaniam, vbi fuerat Lazarus mortuus, & manducabat apud eos, & Martha ministrabat. Lazarus verō vnus erat ex discumbentibus.* Quod verē resurrectionis erat signum, cum post tot dies & viueret, & comederet. Vnde constat in domo eius prandere, vt p̄tote amici qui Christum acceperat. Multi dicūt in alia domo discubuisse. Maria autē non ministrabat, sed discipula hic etiam erat, & spiritualibus magis afficiebatur. Neque enim ministrabat tanquam vocata, neque communi vacabat ministerio, sed soli Iesū honorem impendit, neque tanquam homini adest, sed tanquam deo. Hac gratia diffudit vnguentum, & capillis capitis sui pedes terit: quæ nō erant indicia, quod de Iesū quicquā suspicaretur, vt multitudo: quod Iudas sub pietatis obtentu reprehendit. Tum Christus, *Bonum opus operata est in sepulturam meam.* Quid autem discipulum in muliere non reprehēdit, neque dixit, vt euangelista, furem esse: voluit enim multa eum patientia arguere. Quod enim sciret proditorem esse, antē nonnunquam arguit, quod non omnes crederent, & vnum ex his diabolus esse. Demonstrauit ergo, quod ipsum proditorem cognosceret, non tamen manifestē reprehendit, sed ei indulgit, vt a proposito reuocaret. Sed quo modo alius inquit euāgelista omnes discipulos idem locutos? Sanē locuti sunt, sed non eodem animo. Quod si quis inquireret, quid tandem cum fur esset, loculi ei pauperum committebantur? Et cur auarum fecisset dispensatorem? Illud sanē dicemus, deum arcanam intelligere rationem. Quod si quis & a nobis est coniectandum, vt omnem tolleret proditionis materiam, neque enim poterat dicere pecuniarū id cupiditate fecisse, sufficientes enim loculi esse debebant, qui eius satisfacerēt cupiditati, sed sola malicia, quam Christus cohibere volebat multa illi permittendo. Ideo furem non arguit, quanuis non ignoraret, & malam eius obstruit cupiditatem, & omnē abstulit excusationem. *Sinite eam,* inquit, *in diem sepulture mee, hoc fecit.* Quo verbo iterum proditorē admonet cum sepulture meminit, quem tamen minimē hęc reprehētio tetigit, neque placuit. Atqui hoc verbū faciliē potuit eū in misericordiā adducere: quasi diceret, Molestus sum & grauis, sed expecta parumper, & migrabo. Huc enim respexit, cum diceret: *Me autem non semper habebitis.* Sed nihil horum ferum & insanientem animum flexit, licēt his multō plura & diceret, & faceret, & pedes eius eadem nocte lauisset, & ad mensam secum adhibuisset, quod & latronum animos mulcere assolet, & alia verba locutus est, quibus etiam lapides molliri potuissent: nec multō antē, sed eadem die, vt minimē obliuioni mandare potuerit: sed aduersus omnia perstitit immobilis. Grauis nāque morbus est auaricia, gravis inquam, qui & oculos cæcat, & aures obstruit, & fera sæuiores reddit, non conscientiam, non amiciciam, non cōsuetudinem, nō propriæ animæ salutem cognoscere sinit, sed semel ab omnibus dirimēs, in seruitutem sibi quos cepit, more sæuissimi tyranni vendicat. Et quod in hac aspera seruitute grauisimum est, quod etiam gratias sibi habēdas persuadet, & quanto ei magis seruiunt, magis lætantur, & maiori afficiuntur voluptate. Et ita maxime incurabilis morbus, ita fera insuperabilis efficitur. Hic Giezi pro discipulo & propheta, lepra perdidit: hic Ananiam, & Sapphiram perdidit: hic Iudam proditorem effecit: hic Iudæorum principes corruptit, cum dona acciperent, & furibus communicarent: hic innumera

Supra. 10. c
Mat. 23. d
† nū vellēt mutari, reliquissē ipsos.
† consulta-uerunt Iudæi.
Supra. 5. c
Ibidem. 7. c
† in Galilæa delitescēbant.
Luc. 22. c
† et in maximis sceleribus captos dimittere oporteret.
Mat. 27. b

Cap. XII.
† tanquā enim amici & redamati Iesum acceperant.
Supra. 6. g
Mat. 26. i
4. Reg. 18. d
Act. 5. d

mera bella induxit. Vias sanguine, fletibus & lamentis ciuitates implet. Hic mensas scelestas reddidit, & cibos iniquitate asperit. Ideo idololatram eū appellauit Paulus, & non tamē tam formidabilis est idololatria. J Sed cur ita appellauit? Habent nonnulli pecunias, & his vti non audent, sed nepotibus & referuant, j & intactas ad alios transmittunt, tūc & tanquam dona deo dedicata tangere minimē audent: quod si quando coguntur, tanquam ad nefas aliquod timidē veniunt: præterea tanquam quis idolum lapideum, aurum & claustris & vectibus cohibent, pro templo arcam præparantes, & argētis vasis recondētes: nōne ita aurum adoras, vt ille idolum? Ille & oculos, & animā traderet potius, quā idolum. Non aliter affecti sunt auri amatores. Sed nō adoro aurum, inquit. Neque idolum dicit ille, sed inhabitantem dæmonem. Ita & tu, licēt non aurū, eius tamen aspectu & cupiditate, animā insidentē dæmonem adoras. Dæmone enim grauior est pecuniarū cupiditas, cui multi magis obediūt q̄ illi idolis: illi enim in multis non parent, huic verō in omnibus: & quodcunque faciendum suggerit, obsequūt. Quid dicit auaricia? Esto omnibus inimicus, obliuiscere naturam, contemne deum, sacrificiū mihi teipsum offer. Dicto citius parent. Et idolis quidem boues sacrificant, auaricia offer mihi animam tuam, inquit, & persuadet. Vide quas habeat aras, quæ libamina accipiat. Regnū cælorum auari non possidebunt. Neq; has minas formidant, quāuis hęc cupiditas infirmissima sit, quippe quæ non insita, neq; naturalis est: fuisset enim nobis a principio, sed aurum iam non erat, neque quispiam aurum amabat. Sed si placet vnde malum hoc prouenerit, dicam, vnusquisque maiori emulatus, morbum hunc auxit, & nolentē præoccupans irritauit. Cū enim splendidas domos, diffusos agros, seruorum greges, argētea vasa, vestimentorum copiam intuerentur, vt hęc superarent, pro viribus contenderunt. Itaq; primi secundis causam, secundi minoribus præbuerunt. Quod si cōtinentes esse voluissent, non sanē fuisset posteris cupiditatis exemplum, imō neque vlla his excusatio est. Sunt enim qui pecunias contemnūt. Et quisnā inquit: hoc grauisimū est, quod impossibile videatur, vt quis vincat maliciam, neque quispiam rectus iudicetur. Adducam tamen multos & in ciuitatibus, & in montibus, & quid proficiemus? Neq; enim propterea meliores euadētis. Sed non nunc nobis de hoc sermo habetur, vt diuitiæ & minuantur: j velim sanē. Verūm cū maius vobis onus esse videatur, non cogam: sed ne aliena concupiscatis, & aliquid in egenos conferatis, admoneo. Multos autem inuenimus rebus suis contentos, sua curantes, & iustis viuētes laboribus: quid hos non imitamur, non æmulamur? Cōsideremus maiores nostros, num facultates eorum steterunt? Tantūm eorum nomina durant, & incorrupta seruantur. Num magni alicuius viri balneum, & diuersorium, & suburbana aspicientes, recordati quantum laborem subierit, ingemiscimus? Quanta rapuit, & nusquam apparet: Sed alij in eius deliciis delectantur, quod nunquam ille suspicatus est, fortasse & inimici, vt magis puniatur. Huiusmodi & nos manent. Proculdubio moriemur, & hic nos ter finis. Quantam impensam, quanta odia subierunt? Quid hinc emolumentum? Immortale supplicium, & nullum malis remediū, neque viuētes tantūm, sed & mortui ab omnib; accusantur. Quid cū multorum imagines in domibus politas intuemur? Nōne magis dolemus? Vere bene inquit propheta: Veruntamen stultē

perturbatur omnis homo viuens. Profectō harum rerum cura perturbatio est: perturbatio, inquam, & anxietas superflua, qua omnino in æternis tabernaculis carēbimus. Hic enim alius laborat, alius fructum capit: illic laborum suorum quisque dominus est, & multiplicem mercedem accipit. Ad illam ergo possessionem properemus, illic ædificemus, vt quiescamus cum Christo Iesu domino nostro, Amen.

Homilia lxx. ex cap. xij.

Ognonit ergo turba multa ex Iudæis quia illic esset: & venerunt non propter Iesum tantūm, sed vt Lazarum quoque viderent, quem suscitauerat a mortuis. Quemadmodum diuitiæ incautos perdere consueuerunt, ita & principatus: ille nanque in auariciam, hic in insaniam hominē impellit. Ecce Iudæorum turba quæ subdita erat bene sentit, principes verō insaniant. Quod enim illi crediderunt, testantur frequēter euangelistæ: quod multi de turba crediderūt ei, ex principibus minimē: sed inquirunt, Nūquid aliquis principum credidit in eum? Sed quid inquirunt de turba? Qui non norunt legem, maledicti sunt. Qui credebāt, eos maledictos dicebant: se autē qui & negabant, j sapientes. Et in hoc loco, multi cū miracula viderent, crediderunt: principes autem suis sceleribus non contēti, etiam Lazarum interimere tentabant. Esto, Christum, quod sabbatum soluerit, quod æqualem se patri fecerit, & propter Romanos, vt dicitis, velitis interficere: quid Lazarum potestis accusare, vt de eius cogitis interitū? Nunquid beneficium accipere, crimini dandum est? Considera quantum cedi studebat. Atqui multa signa fecerat Iesus, sed nullum ita eos efferauit, non paralyticus, non cæcus curati. Hoc enim natura admirabilius erat, & post multa factum, & mirandum erat mortuū quadridianum ambulante, & loquente videre. Sanē quidem. Non tamen festi diei officia erant, cædibus coinquinare celebritatem. Præterea illic videbantur Christum ob sabbati solutionem accusare, & hoc pacto turbam abducere: hic cū nihil queri possent, contra sanatum irritentur. Neq; poterant dicere, quod patrem oppugnaret: oratio enim Iesu eis silentium imposuit. *† Cū igitur id quoque & in cæci miraculo fecissent, nisi sabbatum habuissent, quod calumniarentur. Accedit ad hoc, quod ignobilis ille erat, & eiecerunt eum ē templo: hic verō clarus, quod constat ex multitudine eorum, qui ad sorores eius consolandas venerant, & quod omnibus spectantibus miraculum factū erat cum maxima omnium admiratione. Idcirco omnes, etiā omisso festo, Bethaniam ad eum visendum concurrēbant, hoc eos angebat: tentarūt ergo eum interimere, & nihil aude sibi videbantur, adeo erant prompti ad cædem. Hac gratia hoc in primis vetuit lex, Nō occides: & hoc propheta accusat inquit, Manus eorum plene sanguine. Quo modo ergo cū nō palam ambularet in Iudæa, & in desertum secessisset, iterum audenter reuertitur? Quoniam eorum furorē absentia sua iam extinxerat. Ad hęc multitudo præcedens & subsequens, sufficiens erat quæ eos ne quid in Christū molirentur perterret. Nullum enim miraculum adeo eos mouit, vt Lazarum resurrectio. Et alius euangelista inquit, quod strauerunt ad eius pedes vestimenta, & quod vniuersa ciuitas commota, per quā honorificē acceperunt. Fecit autem hoc vt aliam prophetiā figuraret, aliam imple-*

Col. 3. a
Eph. 5. b
† attramen sic quidē terrorē incussit.
† dedit.
Pecuniarū cupiditas dæmoni grauior.
Supra. 6. g
Mat. 26. i
1. Cor. 6. b
† enacuerit.

Psal. 38. b
† cōtōvōv i insaniam sine amētia: aut arrogātia sine superbiam.
Supra. 7. g
† uocabāt.
† cōtōvōv q̄ necare aut interficere Christi parabant.
Exod. 20. e
& Deut. 5. b
Esaie. 1. d
Luc. 19. f

ret: & idem alterius rei est principiū, alterius finis. Illud enim, Latere quod rex tuus venit tibi mansuetus, prophetiam implet: quod asinū ascenderit, futurū præfiguravit. Nam immundum gentium genus ei subdi oportebat. Quo modo autem alij dicunt, quod discipulos militi dicens: Soluite asinam & pullum: hinc autem tantum, quod * asino inuento sedit super eo: Vt utique fieri potuit, solutam asinam ducentibus discipulis, super eā inuentam Iesum sedisse. Ramos autē palmarum, & oliuarum, & vestes strauerant, ostendentes maiorem iam generis, de eo, quam de propheta opinionem habere. Et dicebant, *† Hosanna | benedictus qui venit in nomine domini.* Visello autē ad hoc maximē mærore eos affectisse, quod omnes crederent, deo non esse contrarium: & hoc maximē populū * scindebat, quod à patre venire diceret. Sed quid *† hos Anna* signat, Latere filia Sion: cum omnes Iudæorum reges, ** Anthoni* vt plurimum iniusti essent & cupidi, & multitudinem separabat, euerterent, & hostibus traderent, Confide, inquit, hic talis non est, sed humilis, & mansuetus: quod ex asino ostēditur. Non enim exercitu stipatus ingressus est, sed *ligi possit* solo asino. Hoc autem non cognouerūt discipuli eius *p hoc populi* primū, quod erat scriptū de eo. Ecce quod plura ignorabant, quoniam ipse nondum eis reuelauerat. Etenim *scis distin-* cum inquit: Soluite templum hoc, & in triduo suscitabitur, quod *eu à patre* illud: neque tunc intellexerūt discipuli. Et alius euēire dicebat, quod *re: quod il* abscondebatur: quare alius inquit euāgelista, quod *li negaverit.* diendo dolebat, & erant tristes, quia resurrectionem *Supra. 2. d* non cognouerant: & eorum superabat ingenium. *Luce 18. f* Sed cur * id eis non aperuit: Quoniam magnum erat. ** τὸ ὄρα* Et contemplare euāgelistā sapientiam, quod priorem *id quod est* ipsorum ignorantiam prædicare nō erubescit. Quod enim scriptum esset, norant: quod de Christo, ignorabant. Siquidem scandalizati essent, si rex talia perperurū, atque tradendus esset. Præterea non continuo, quod regnum diceret, intellexerunt. Nam & alius inquit euāgelista, de huius mūdi regno eos arbitratos. Testificabatur autem turba quod Lazarum resuscitasset. Non enim tot repente conversi essent, inquit, nisi credidissent miraculo. Pharisei ergo dixerunt *† ad ipsos:* Videtis quia nihil proficimus? ecce mundus *Videtis* totus post ipsum abiit. Videntur mihi hæc esse verba *quod nihil* rectē sentientium, non audentium tamē palam loqui, *proficimus.]* ex euentu autem illos conuincentes, tanquā frustra conarentur. Mundum autem in hoc loco iterum turbam appellat. Conueit enim scriptura mundum, & mūdi creaturam, & viciosos appellare. Illud cum inquit, proferens secundum numerum mundum suū: hoc, Vt mū-

rent, tempus iam passionis aduentare inquit, omnibus consummatis. Quod si enim nobis his esset cōtumacibus inhærendum, illis penitus reiectis, hoc sanē nostra foret prouidentia indignum: cum enim ad gentes discipulos post passionē esset missurus, iam, inquit, tēpus ad crucē aduentare. Nō tamē prius eos dimisit, vt esset in testimonium eis. Etenim antequam in Iesum impetum facerent Iudæi, antequam crucifigerent, nō dixit, Euntes docete omnes gentes: sed, in viam gentium ne abieritis. & Non missus sum: nisi ad oues, quæ perierunt domus Israël. & Non bonum est accipere panem filiorum, & dare canibus. Cum autē odio à suis haberetur, & ita vt interficeretur, superfluum erat persequentibus inhære. Etenim recusarunt ipsum dicentes, Non habemus regem nisi Cæsarem: tunc ergo eos dimisit, cum dimissus esset ab eis. Ideo inquit. Quoties volui cōgregare filios vestros, & nolulistis: sed quid signat, Granū frumenti, nisi cadens mortuum fuerit: de cruce loquitur, ne perturbarentur. Cum gentiles accesserunt, tunc mortuum esse, hoc inquit, maximē populos adducet, & mei auget præconium. Inde cum non ita verbis persuaderet, rerum experientia id aggreditur, inquit hoc in frumento contingere, vt mortuum maiorem fructum afferat. Quod si hoc in seminibus euenit, multo magis in me. Sed non intellexerunt discipuli quid diceret: ideo frequenter idem repetit euāgelista, excusans quod postmodum fugerint. Talem, de resurrectione disputans, rationem Paulus attulit. Quam igitur habebunt excusationem, qui resurrectioni non credunt, cū in seminibus, & in plantis quotidie hoc videamus, ac etiam in generatione nostra: Primū enim corrumpi semen oportet, inde fieri generationem. Omnino autē cum deus aliquid facit, nulla opus est ratione. Quo modo nos ex nihilo fecit: hoc ad Christianos dico, dicentes credendum scripturis. Ego autem & aliud dicā ab humanis rationibus, alij maliciam, alij virtutem sectantur: sed malicie sectatorum multi feliciter in vltimam, perueniunt senectutem, virtutis autem contra. Quo modo ergo pro meritis vnusquisque accipiet: Quando: Certē inquit, sed corpora non resurgēt. Nōne audiunt Paulum dicentem, Oportet autem corruptibile hoc induere incorruptionem? Neque animam inteligit, quippe quæ non corrūpitur, & resurrectio de mortuo dicitur. Cecidit autem corpus. Quare vero corporis resurrectionē negas? An nō possibilis deo est: quod dicere summæ amentia est. An nō decet: Quam ob rē? Vt corruptibile quod & laboris est, & mortis particeps, in præmiis communicet. Si non decuisset, neque à principio factum esset. Nōne carnem ipse accepit: quod acceperit, & ipsam suscitauerit, audi quid dicat: Infer digitum tuū huc, & vide quia spiritus ossa & nervos non habet. Quare Lazarum suscitauit, si melius fuisset sine corpore suscitare: Quid inter signa & beneficia hoc adnumerauit: Quid cibos præbuit? Nolite dilectissimi ab hæreticis decipi. Est enim resurrectio, est iudicium. Hæc tollunt, quicumque nolunt operum suorum rationem reddere. Etenim oportet resurrectionem talem esse, qualis fuit Christi. Primitiæ etenim ille est, & primogenitus mortuorum. Sed dicet: Resurrectio hoc est, animæ purificatio, & à peccatis mūdatio: Christus autem non peccauit, quo modo surrexit: Quo modo nos à maledictione liberati sumus, si ipse peccauit: Quo modo dicit, Venit princeps mundi huius, & in me nō habet quicquam? Hæc enim non peccasse significant. Igitur secundum eorum sententiam, aut non surrexit: aut

Matt. 21. d
Marc. 11. d
Matt. 21. d
** οὐδέτις*
diminuit
uū est neu-
ni generis,
fic vt de a-
sello aut a-
sella dicit
posse.
† hos Anna
** Anthoni*
separabat,
distingue-
bat: vt intel
ligi possit
p hoc popu-
lū à Phari-
scis distin-
guit, quod
eu à patre
venire dice
re: quod il
li negaverit.
Supra. 2. d
Luce 18. f
** τὸ ὄρα*
id quod est
asinū, sine
asinū histo-
riā vel my-
sterium.
Matt. 20. c
† ad ipsos:
Videtis
quod nihil
proficimus.]
Supra. 7. a
Matt. 10. a
** οὐδέτις*
σὺν ἡμῖν, in-

gratitudi-
nis, profu-
iprobium
Matt. 10. a
Ibidem
Ibidem
Infra. 19.
Matt. 21. d
1. Cor. 15. d
Marcionis
& Valēri-
ni hæresis.
1. Cor. 15. d
† coma] nō
μν. interp-
legisse vide
tur, u. d. μν,
per a.
1. Cor. 15. d
1. Timo. 4.
d. & 6. a
Infra. 19.
Infra. 19.

aut si surrexit, peccauit ante resurrectionē. Sed sanē & surrexit, & peccatum non fecit, igitur corpore surrexit: & praua hæc doctrina nihil aliud est, q̄ inanis gloriæ filia. Hunc ergo morbum fugiamus. Corruptum, inquit, bonos mores confabulationes malæ. Non sunt hæc apostolorum dogmata. Marcion est, & Valētinus qui hæc inuenit. Fugiamus, inquam, dilectissimi. Nihil prodest vita bona cum praua doctrina: vt contra, nihil sana doctrina, cum vita corrupta. Hæc gentiles pepererunt, inde isti auxerunt, ab externis accipientes philosophis, & materiā ingenitam, & alia huiusmodi asseruerunt: & vt rerum opificem non subiecta materia ingenita, ita & resurrectionem negarunt. Nolimus his aures adhibere, cum immensam dei potestatem intelligamus. Nolimus, inquam, aures adhibere, vobis inquam dico. Nos enim aduersus eos bellum non recusabimus, sed inermis, & nudus, si in imbecillos iciderit licet fortior, facile capiatur. Si enim scripturis attendissetis, & quotidie in his acutiores euasissetis: nō sanē admonerem, vt bellū aduersus eos detrectetis, sed vt manū cōseratis. Fortis est veritas: cū verò scripturis vti nesciatis congressum vereor, ne inermibus occurrentes ipsi vos fauciet. Nihil illis imbecillius, qui à spiritu sancti sunt auxilio destituti. Quod si exteriori vtuntur sapientia, minimè est mirandum: sed ridendum potius, quod factis vtuntur magistris, qui neque de deo, neque de creatura firmum aliquid, & solidum inuenire potuerunt: Sed quæ apud nos vidua mulier nouit, ea Pythagoras ignorauit, qui dixit animam fruticem, & piscem, & carnem fieri, hisne opera danda est: & qua ratione nituntur? Magni sunt in ciuitate, i pulchros nutriunt capitulos, & pallii induuntur, huculque eorum philosophia extenditur: quos si intrinsecus inspexeris, puluis sunt & cinis, in quibus nihil sani, sed sepulchrum patēs guttur eorum, plenum immundicia, & sordium, & præcepta omnia vermium. Primus eorum aquam deum esse dixit: qui secutus est, ignē: alius aërem, & ad corpora delati sunt. Hos, quæso, admirandos ducis, qui nullā inuisibilis dei cognitionem habuerūt? Quod si quam per ceperunt, id euenit, ex quo in Aegypto cum nostris versati sunt. Sed ne vos nimium perturbemus, iam orationi nostræ finem imponamus. Si enim eorū opiniones proponere inciperem, quid de deo, quid de materia, quid de anima, quid de corporibus sentiant, risum moueremus. Neque ipsi nostra indigent reprehensione, ipsi se inuicem confundunt. Qui contra nos de materia orationem scripsit, seipsum perdidit. Quare ne temerè vos auocemus, & verbis implicemur, his omisis, vt diuinis literis attendatis vos hortabimur, nēve ad nullam certemus vtilitatem: quod Paulus Timotheum admonet, quanuis sapientiæ plenum & virtutis. Quare illi pareamus, & nugis abiectis, fraterni amoris opera complectamur. Eleemosynæ rationem habeamus, vt promissa bona consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui honor & gloria, in secula seculorum, Amen.

Homilia lxvi. ex cap. duodecimo.
Vt amat animam suam, perdet eam. Et qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Si quis mihi ministrat, me sequatur. Dulcis præfens vita est, & multæ plena voluptatis, non tamē omnibus, sed qui terrenis rebus affigitur. Quod si quis cœlum suspiceret, & quæ illic bona sunt contemplaretur, statim hæc contemneret, tanquam nullius momē-

ti. Nam & corporum pulchritudo quoad pulchrius nō deprehēditur, in admiratione habetur: cum verò melius apparuerit, illa prior despicitur. Quod si igitur in illam pulchritudinem etiam nos intueri voluerimus, & cœlestis regni speciem considerare, cōfestim nos huic seculi vinculis dissoluerimus. Vinculum nanque est terrenarum rerum affectio. A quo nos abducens Christus, quid dicat attende. *Qui amat animam suam, perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Qui mihi ministrat, me sequatur: & vbi ego sum, illic & minister meus erit.* Simile enigmati hoc dictum videtur, non tamen est, sed sapientiæ plenum. Et quo modo qui amat animam suam perdet eam? Qui absurdus eius cupiditatibus obtemperat, qui præter debitū ei indulget. Propterea admonet ille, Noli ambulare in cupiditatus animæ tuæ: sic enim eam perdis, cum à virtutis via abducis: quemadmodum e contrario, Qui odit eam in hoc mundo, custodit eam: hoc est, qui nō caret eum cum aliquid perperam iubet. Et non dixit, qui nō caret: sed, qui odit. Quemadmodum enim quos odio habemus, ne vocem quidem audire, nec vultum eorum videre æquo animo patimur: ita & anima, si quid præter dei voluntatem nobis imperat, acriter reiciēda est. Cum enim iam de morte ad eos verba facturus esset, de morte videlicet sua: & præuideret eorum tristitiam & examinationem, per excessum locutus est inquit: *Quid dico si mortem meam generosè nō feretis: nisi vos ipsi moriamini, nullum vos sequetur emolumentum. Et vi de quo modo lenit sermonem suum: grauius enim & molestius videbatur dicere, homini animam amanti esse moriendum. Et quid antiquitus dico, quando & nunc multos inueniēmus libeter omnia tolerantes, vt hac vita fruantur, eosq; qui futuram credunt? qui cum vident edificia, molesq; & machinas, lachrymantur dicentes: Quot homo & quanta: & sit puluis. Sic magna præsentis vitæ cupiditas. Hæc vincula Christus dissolvens inquit, Qui odit animam suam in hoc mūdo, in vitam æternam custodit eam. Quod enim ad eorum tollendum metum hæc diceret, audi quæ sequuntur: Qui mihi ministrat, me sequatur: de morte locutus, & operum sequelam, atque imitationem exigit. Oportet enim omnino ministrum, eum cui ministrat sequi. Et considera quando hæc loquitur, non cum persecutionem patiebantur, sed cum confidebant, cum se in tuto esse arbitrabantur, quod à multis honorarentur, colebanturq;: quando & consurgere poterant, & audire, Et tollat crucem suam, & sequatur me: hoc est, semper paratus sis, inquit, ad pericula, ad mortem, ad terrena exilia. Inde cum grauiā dixisset, præmium ponit: quod qui sequetur ipsum, erit vbi ipse est. Quibus verbis ostēdit resurrectionem post mortē: Vbi ego sum, inquit, illic & minister meus. Vbi Christus? In cœlis. Ergo ante resurrectionem illuc anima & mente transferemur. Si ante resurrectionē quis mihi ministraverit, diliget eum pater. Quare non dixit, *reclione in* Ego? Quoniam nondum debitam vēdicarat auctoritatem, vt pater. Qui enim nondum resurrecturum ipsum sciebant, quo modo poterant tantam de eo opinionem concipere? Quā ob rem filius Zebedæi inquit, *Marc. 10. f* Non est meum dare, sed quibus paratū est à patre meo. Atqui ipse est iudex. Sed hic dilectum se filium ostendit: tanquā enim dilecti filij ministros pater accipiet. *Nunc anima mea turbata est. Et quid dicat? Pater saluifica me ex hac hora.* Atqui hæc non sunt verba ad mortē venire suadetis, imò maximè. Siquidē ne diceret ipsum cum humanis careret doloribus, facile de subeunda morte philoso-*

Eccl. 18. d
Anima in
storū etiam
quis ante resur-
reclione in
calis sum.
Marc. 10. f

† & ex se-philosophari,† & in tuto] nobis persuadere, ostendit: A
 curitate] quod licet eam formidet,cum tamen vsus poscat, non
 hoc est,cum recusat.Hæc autem dispensationis sunt, non diuinita-
 tis,ideo inquit:Nunc anima mea turbata est.Neq; enim
 ipse nõ peri- aliter hoc procederet:& dicendo,Pater saluifica me ex
 claratur. hac horaita perturbatus est, vt etiam à morte absolui
 cuperet,si licuisset. hæ sunt humanæ naturæ imbecillita-
 tates.Et quid dicā, inquit, cum mortē deprecet? Prop-
 terea veni in horam hanc: quasi diceret, Licet mouea-
 mur & perturbemur,mortē tamen non fugimus: nam
 ita nunc perturbatus nõ recuso, ferendum est quod in-
 stat.Non dico enim, libera me ex hac hora: sed, Pater
 clarifica nomen tuum.Et licet perturbatio hoc me di-
 cere cogat,contrarium tamen dico. Clarifica nomen
 tuum:hoc est,duc me iam ad crucem:quod apertē eius
 humanitatem, & humanis moueri affectibus ostendit,
 & naturam quod ægrē ferret mortem, & viuere cupe-
 ret.Quemadmodum enim neq; esurire neq; dormire
 crimini dandum est,ita neq; vitam præsentem optare.
 Christus autem corpus omni peccati labe purum habe-
 bat,non tamen naturalibus non obnoxium necessita-
 tibus,siquidē non fuisset corpus.Et ex his aliud nos ad-
 monet.quid nam? Vt si quādo affligimur,si quid time-
 mus,non ita resiliamus à propositis. Pater clarifica no-
 men tuum.Indicat se pro veritate mori,quod dei glo-
 riam appellat,& hoc post crucis mortem cōtigit. De-
 bebatur enim orbis terrarum ad deum cōuertī, & in dei
 cognitionem venire, & ipsum colere. Verum hoc non
 patris tantum, sed & filij gloria:quod tamen tacet. *Ve-
 nit ergo vox de celo:Et clarificauit, & iterum clarificabo. Quā-
 do clarificauit? In præcedentibus signis, & iterum cla-
 rificabo post crucem. Turba autem tonitruum opinati sunt,
 vel angelum locutum. Et vnde hoc? Nunquid manifesta
 & clara fuit vox? Fuit sanē. Verum crassior turba erat,
 & terrenis dedita, & parum attendens, & alij sonū tan-
 tum, alij vocem articulatam audierunt, sed non intel-
 lexerunt. Tum Christus: Nō propter me vox hæc venit, sed prop-
 ter vos. Cur hoc dixit? Ad illud respiciens quod illi fre-
 quenter dicebant, quod nõ erat à deo: qui enim à deo
 clarificatur, nõne à deo est, cuius nomē per eum cla-
 rificatur? Propter hoc enim vox delata est. Quare & ip-
 se inquit, Non propter me vox hæc venit, sed propter
 vos. nõ vt aliquid ab ea mihi ignoratū audiam: omnia
 enim patris noui, sed propter vos. Cum enim vel ange-
 lum locutum, vel tonitruum factum arbitrati essent,
 inquit, Propter vos: vt hoc saltem pacto adduceret eos
 ad interrogandum quidnam dictum esset. Illi tamen
 oscitantes & stupidi, neq; sic interrogauerunt, cum au-
 dirent id ad se pertinere. Nesciēti enim* cui diceretur,
 sanē nõ manifesta vox videbatur. Propter vos vox ve-
 nit. Vides vt res humiles eorum gratia fiant, nõ quod
 Christus ope indigeret? Nunc iudicium est mudi: nunc prin-
 ceps huius mundi† eiicitur foras.] Hęc particula quo modo
 procedit ad illud, Et clarificauit & clarificabo? Rectē
 & consonē. Cum enim dixisset, Clarificabo, modū in-
 dicat: hoc est, princeps mudi† eiicitur.] Quid signat,
 Iudicium est mundi? quasi dicat, examinabitur & pu-
 nietur. Quo pacto? Perdidit ille primum hominem,†
 & peccato fecit obnoxium.] Propter peccatum enim
 venit mors, quod in me non inuenit. Et qua gratia in-
 siluit, & morti tradidit? qua gratia in animam Iudæ in-
 gressus est vt me perderet? neque mihi diuinam nunc
 attuleris dispensationem, quæ non est diaboli, sed sa-
 piētiæ suæ. Inquiratur primum mala eius mēs, quo mo-
 do igitur iudicatur mundus in me: quasi examine pro-*

* πρὸς ὁ. i. ad quid.
 † deiciēt] uάτω ελι εήστου hic habet codex no- ster, vt & pauld post sapius.
 † deiciēt.] † ei peccato obnoxium in uenisset.]

posito dicatur ad eū: Esto, omnes interemisti, eo quod
 iubeat erāt peccato: Christum cur interemisti? Non-
 ne planē iniuste? Per Christum ergo omnis mundus* *
 defendetur. Quod vt manifestius appareat, exēplo v-
 temur: Sit violentus quispiam tyrannus, qui omnes qui
 in man^u suas venerint, plurimis malis afficiat: hic si vel
 regem, vel regium filium captum, iniuste interimat, il-
 lius mors etiam alios vlscisci poterit. Sit aliquis qui de-
 bitores postulet, verberet, in carcerem iniiciat, & hac
 insania etiam nihil debentem coërceat: hic etiam eor-
 um quæ in debitoribus commisit, dabit pœnam: interfi-
 cietur enim ab illo. Non aliter in Iesu vlouenit. Eorum
 enim quæ in nos fecit diabolus, propter ea quæ in Chri-
 stum ausus est, postulatus est ad supplicium, & quod ita
 intelligatur, audi quid dicat: Nunc princeps mundi hu-
 ius† eiicitur foras:] per mortem scilicet meam. Et ego
 si exaltatus fuero, omnes traham ad meipsum. Hoc est, etiam
 gentiles. Et ne quis diceret, quo modo si te vicit eiicie-
 tur? Nō vicit inquit. Quo modo enim qui alios trahit,
 victus esse poterit? & non dicit resuscitabo: sed maius,
 Omnes traham ad meipsum. Nam si dixisset, resurgā,
 non significaret credituros: sed cum credituros dicit,
 vtrunq; declarat, & etiam se resurrecturum cōfirmat.
 Si enim mortuus mansisset, & purus homo fuisset, ne-
 mo credidisset. Omnes traham ad meipsum. Quo mo-
 do ergo inquit patrem trahere: Quia trahente filio, pa-
 ter etiam trahit. Traham, inquit, tanquam à tyranno
 detentus, & per se minime potentes eius manus effuge-
 re, vt pote repugnantis. Alio loco rapinā appellat. Ne-
 mo potest spolia fortis rapere, nisi prius alligat eum, &
 tunc spolia eius rapiat. Hęc autem ad illius vim osten-
 dendam dicit, vt illic rapinam, hic tractionem appel-
 laret. Quod cū intelligamus, resurgamus, glorificemus
 deum, non fide tantum, sed & vita: aliter non eslet glo-
 ria, sed blasphemia. Non enim ita blasphematur deus
 ab impio gentili, vt à Christiano. Quam ob rem rogo
 vt omnia ad dei gloriam referamus. Væ, inquit, seruo
 illi per quem nomen dei blasphematur. Hanc autē par-
 ticulam, Væ: mox pœna sequitur, & supplicium. Beatus
 autem per quem nomen dei glorificatur. Nolumus er-
 go tanquam in tenebris versari, sed omnia peccata e-
 uitemus, maximē verò quæ publicē nocent, in quibus
 præcipuē deus blasphematur. Quam enim veniā con-
 sequemur, si, cum aliis nostra exhibere præcipiamur, a-
 liena rapinamus? Quæ nobis spes salutis: nisi esurientem
 nutris, supplicio afficeris: si vestitum spoliis, quid tibi
 sperandum? Hęc frequenter dicere nõ cessamus, quo-
 niam qui hodie non audiunt, cras audient: & qui neq;
 cras, perēdie. Quod si qui imperuasibiles sunt, nos ta-
 men non iudicabimur: nostrum enim officium imple-
 uimus. Vtinam autem ne vos horum pudeat, nè ve pos-
 sitis accusari: sed omnes Christi tribunali audenter ad-
 stare, vt & nos in vobis gloriari possimus, & malorum
 nostrorum aliquam capere consolationem, probatio-
 nem videlicet vestrā, in Christo Iesu domino nostro,
 cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secu-
 la seculorum, Amen.

Homilia lxxvij. ex cap. duodecimo.
 Respondit ei turba: Nos audiuimus ex lege, quod Chri-
 stus manet in æternum: & quo modo dicis, oportet exal-
 tari filium hominis? Quis est iste filius hominis? De-
 prehensu facilis error est, & imbecillis, quāuis
 extrinsecus callidē fucetur. Et quemadmodum qui pu-
 tres, & ruinam minantes parietes albo tectorio linunt,
 non

273
 non tamen eos possunt dirigere: ita & mēdaces facile
 deprehenduntur. Quod hoc in loco Iudæis contigit.
 Cum enim ad eos Christus diceret, Cum exaltat^o fue-
 ro à terra, omnes trahā ad meipsum. Nos audiuimus,
 inquit, à lege quia Christus manet in æternū: & quo
 modo tu dicis quod oportet exaltari filium hominis?
 Quis est iste filius hominis? Norāt igitur Christum im-
 mortalem, & vitam habere sine fine: vnde etiam quid
 diceret, intelligebant. Nam sæpenumero in scripturis
 simul & passio, & resurrectio ponitur: siquidem Esaias
 vtrunq; simul ponit. Tanquā omis, inquit, ad occisionē
 ductus est. & quæ sequuntur. Et Dauid in secundo psal-
 mo, & plerisq; aliis coniungit hæc vtraque: & patriar-
 cha, cum dixisset, Recubans quieuit vt leo: inde addi-
 dit, Et vt catulus leonis quis excitabit eum? simul & pas-
 sionem ostendit, & resurrectionem. Sed hi arbitrati si-
 lentium ei imponere, & non esse Christum ostendere,
 Christum in æternū manere confitētur. Et vide quā
 prauē. nõ enim inquit, Nos audiuimus quod Chri-
 stus nihil patitur, neque crucifigitur, sed manet in æter-
 num. Atqui neq; hoc dictum contrarium erat. Immor-
 talitati enim passio non fuit impedimēto. Hinc vide-
 re licet, multis eos intellectis spōte sua in malicia per-
 stitisse. Cū enim de morte superius verba fecisset Ie-
 sus, & cum illi exaltari audirent, id suspicati sunt: inde
 dicunt, Quis est iste filius hominis? & hoc malignē: noli,
 inquit, arbitrari quod de te hoc dicamus, neque dice-
 re quod te propter odium oppugnemus. Ecce nesci-
 mus de quo dicas, & tamē profitemur. Christus autem
 eis silentium imponens, ostendensq; passionē nulli esse
 impedimento, vt maneat in æternum. Adhuc, inquit,
 † modicum lumen in vobis est:] indicans mortē suā trans-
 lationem esse. siquidem Solis lumen non extinguitur,
 sed breui secedens rursum apparet. Ambulate dum lucem
 habetis. Quod hęc tempus dicit? An præsentem omnē
 vitam, an tempus ante crucem? Ego verò vtrunq; arbi-
 tror, propter immensam eius humanitatem: multi etiā
 post crucem crediderunt. hoc autem dicit, vt eos ad fi-
 dem impellat: vt superius. Adhuc modicum tēpus vo-
 biscū sum. Qui ambulat in tenebris, nescit quò vadat.* Quot
 quot, quān- nunc Iudæi faciunt quæ nesciunt, sed tanquam in tene-
 bris versantur: Videntur sibi recta incedere, cum lōgē
 multa, ac- aberrent, sabbatum custodiunt, & legem seruant, & ci-
 bus. borum habent obseruationes: nesciunt tamen quò va-
 dant, ideo dicebat: Ambulate in luce, vt filij lucis sitis, hoc
 est mei. Atqui in principio inquit euangelista: Neq; ex
 sanguinibus, neque ex volūtate carnis, sed ex deo nati
 sunt, hoc est ex patre: Hic autē ipse dicitur eos genera-
 re: vt vnam patris & filij operationem intelligas. Hęc
 locutus est eis Iesus, & abiit, & abscondit se ab eis. Quid nunc
 absconditur? Neq; enim lapides contra ipsum tulerāt,
 neq; blasphemarant, vt superius: quare ergo se abscon-
 dit? Qui cor hominis intrat, norat eorum animos ex-
 asperari, etiam si nihil dicerent: norat feruētes, & ad cæ-
 dem promptos, neq; expectauit dum rem aggrederen-
 tur, sed absconditur, vt eorum placaret inuidiam. Con-
 sidera quo modo id signat euangelista. Cū autē tan-
 ta signa fecisset corā eis, non crediderunt in eum. Quæ
 nam tanta? Ea prætermisit euangelista, vt ex sequentibus
 cōstet: etenim cū discessisset, & rursum rediret, iterū
 placidē eos alloquitur. Qui credit in me, non credit in me,
 sed in eum qui misit me. Vide quid facit: incipit ab humi-
 libus, & confugit ad patrem, & iterum tollit sermonē
 binam hoc suū: & cū eos efferari intelligit, discedit, & redit rur-
 sum, & rursum ab humilibus orditur:† & vbi hoc, vbi il-

A lud fecit] cōsidera à principio. Sicut audio, iudico: in-
 de altius, Sicut pater suscitatur mortuos & viuificat, sic & *Ibidem. d*
 filius quos vult viuificat. & iterū, Ego non iudico vos, *Ibidem. s. b*
 alius est qui iudicat: inde discedit, & prodit in Galileā. *Ibidem. 6. d*
 Operamini, inquit, non escam quæ perit. Et cū dese-
 magna locutus esset, quod de celo descenderat, quod
 vitam æternā daret, iterum abiit, & reuertitur ad sce-
 nopegia. Hoc idem frequenter facientem videre possu-
 mus: ita doctrinam suā variat, præsentia, absentia, hu-
 milibus, magnificisq; sermonibus: quod & hic fecit.
 Cū autē tanta signa fecisset coram eis, non crediderunt in eum, vt
 sermo Esaiæ prophete impleretur, quem dixit: Domine quis credidit
 Esaiæ 53. a
 auditui nostro, & brachium domini cui reuelatum est? & iterum:
 Propterea nõ potuerunt, inquit, credere, quia iterum dixit Esaias:
 Auditu audietis, & non intelligetis. Hęc dixit Esaias, quando vi-
 dit gloriam eius, & locutus est de eo. Ecce iterum hanc par-
 ticulam, Quia dixit: non causalem esse, sed euētiā. Ne-
 que enim quia dixit Esaias, non crediderunt: sed, quia
 non erant credituri, ideo dixit. Sed quare nõ ita dixit
 euangelista, sed incredulitatem à prophetia, non pro-
 phetiam ab incredulitate esse dicit: † & superius hoc i-
 dem vehementius.] Propterea non potuerūt credere,
 quia dixit Esaias: Hinc magnam vult scripturæ certitu-
 dinem demonstrare, & quod non aliter quā prophe-
 tarū sit, euēnit. Ne quis enim diceret, Et qua gratia ve-
 nit Christus: nesciebat non credituros? Prophetas hoc
 nouisse inducit, Venit autem, ne peccati sui vllam ha-
 berent excusationem: quæ prædixit propheta, tanquā
 omnino futura prædixit, nisi enim prorsus futura no-
 uisset, non sanē prædixisset. Erant autem proculdubio
 futura, cū illi incurabiliter se haberent. Non potue-
 runt autem: hoc est, noluerunt. Neq; te admiratio ca-
 piat. Alibi enī inquit: Qui potest capere, capiat. ita nõ-
 nunquam potestate pro voluntate vitur. & iterū: Nõ
 potest mūdus vos odio habere, me autem odio habet. *Mat. 19. b*
 hoc & communi sermone vsurpatum videmus, cū
 quis dicit, Non possum * asperum hominē diligere: ve * v
 hementiā voluntatis potestatem appellans. & iterū, Nõ
 potest ille fieri bonus. & propheta: Si mutabit Aethiops
 pellem suā, & pardus varietatem suam, & populus hic
 poterit benefacere, qui didicit mala. Non dicit, quod
 impossibile sit ei bene operari: sed quia nolūt, ideo nõ
 possūt. Quod autē hoc in loco dicit euangelista, ita in-
 telligitur, quod impossibile erat prophetam mentiri: *nomine*
 non tamen propterea impossibile erat, vt crederet: li-
 cebat enim etiam illis credentibus verum esse prophe-
 tam: non enim prædixisset, si fuissent credituri. Quid
 ergo, inquit, non ita dixit: Quoniā proprietates qual-
 dam habet scriptura, cuius legibus est concedendū: hæc
 autem dixit, quando vidit gloriam eius. Cuius? Patris.
 Quo modo ergo Ioannes de filio dicit, Paulus autē de
 spiritu? Non tanquam confundētes personas, sed vnā
 significantes dignitatem: etenim quæ patris sunt, sunt
 & filij: & quæ filij, spiritus sancti. Atqui multa per ange-
 los dixit, & nemo dixit, sicut dixit angelus, sed deus.
 Quæ enim per angelos à deo dicta sunt, deisunt: non
 autem quæ dei, angelorum: hic autem spiritus dicit
 verba esse, & locutus est de eo. Quid locutus est? Vi-
 di dominum sedentem in throno alto: & quæ sequun-
 tur. Gloriam hęc visionem illam appellat, fumū, & ar-
 cana audisse mysteria, visionē Seraphim, fulgur à thro-
 no desiliens, in quod inspicere potentia illæ non pos-
 sent, & locutus est de eo. Quid nam? Quod audiuit vo-
 cem dicentem: Quem mittam, & quis ibit? Et dixi, Ec-
 ce ego sum, mitte me. & dixit: Auditu audietis, & non
 intel-

† Et vbi hoc fecit? v- binam hoc non fecit?]

Ibidem. e
Ibidem.

intelligetis: & videntes videbitis, & nescietis. Ecce autem A
 in oculis eorum, & induravit cor eorum, ut non
 videant oculis, & corde non intelligant. Ecce rursus
 aliam quaestione[m]. Non est tamen, si recte considera-
 bimus. Quemadmodum enim sol debilem oculorum
 acriem perstringit, non natura sua: ita vsuuenit in his,
 qui diuino non attendunt sermone[m]. Ita & Pharaonis cor
 indurauit dicitur, ita his accidit, qui dei verbum op-
 pugnant. Proprium hoc scripturae: ut illud, Et tradidit
 eos in reprobrum sensum. & iterum: Abiit a gentibus,
 hoc est fecerit, eas dimisit. Non enim haec a deo, sed
 ab aliorum malicia prouenire ostendit. Cum deserimur
 a deo, tradimur diabolo: in cuius potestatem redacti,
 innumeris malis afficimur. Ut ergo auditorem perter-
 reat, inquit: Induravit & tradidit. Quod enim ipse non
 solum non tradat, sed ne derelinquat quidem, nisi veli-
 mus, audi quid dicat: Nonne peccata vestra diuidunt B
 me a vobis: & iterum: Qui elongant se a te, peribunt.
 Osce autem dicit: Oblitus es legis dei tui, & ego tui obli-
 uiscar. & ipse in euangelio: Quoties volui congregare
 filios vestros, & noluitis: & iterum Esaias: Veni, & non
 erat homo: vocaui, & non erat qui audiret. haec autem
 dicit, ut nostra causa deferri nos, & nobis ipsi perditio-
 nis nostrae auctores demonstrat: deus autem non modo
 nos non derelinquere, & punire vult, sed quoties pu-
 nit, inuitus punit. Nolo, inquit, mortem peccatoris. Chri-
 stus autem cum peritura esset Hierusalem, etiam lachry-
 matus est: quod nos in amicis facimus. Haec ergo videt-
 tes, omnia faciamus, ne nos deus derelinquat, sed curam
 animae & mutui amoris habeamus, neq; membra nos-
 tra scindamus, quod insanientium est, & alienatorum
 a mente: sed quanto magis a nobis alienos proximo-
 s videmus, magis in eos sumus officiosi: etenim in
 corporibus multos saepe videntes incurabili morbo la-
 borantes, imponimus medicamenta. Quid prodagra-
 peius: quid chiragra? Incidemus membra: Minime, sed
 nihil non facimus ut malum mitigemus, cum illud solu-
 uere non possumus. Hoc idem in fratribus faciamus, &
 si grauissimè aegrotet, curare perseueremus, & feramus
 inuicem onera: sic implebimus legem Christi, & pro-
 missa bona consequemur, gratia & benignitate domi-
 ni nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, simul & spiri-
 tui sancto, in secula seculorum, Amen.

Homilia lxxvij. ex cap. duodecimo.

Veruntamen ex principibus multi crediderunt in eum: sed
 propter Pharisaeos non constabantur, ut de synagoga non
 eicerentur. Dilexerunt enim gloriam hominum magis
 quam gloriam dei. Omnia quidem nobis fugien-
 da necessario sunt, quae animam nostram corrumpunt:
 sed illa longe magis, quae plura peccata ex se pariunt. Ut
 exempli gratia: Auaricia per se grauis morbus est, longe
 grauior, quia radix est & mater omnium malorum: eius-
 modi est inanis gloria. Ecce hi propter gloriae cupidita-
 tem fidem contempserunt. Multi, inquit, ex principibus
 crediderunt in eum, sed propter Pharisaeos non constabantur, ut de
 synagoga non eicerentur. Quod etiam superius dixit: Quo-
 modo potestis credere, gloriam ab inuicem accipien-
 tes, & gloriam a deo est non querentes? Non ergo
 principes erant, sed serui: seruiebant enim vltimam
 seruitutem, veruntamen & hic postmodum metus abo-
 litus est: minime autem apostolos hoc affectu deten-
 tos videmus, etenim principes illis & sacerdotes credi-
 derunt: siquidem spiritus gratia superueniens, adama-
 te eos firmiores reddidit. Cum igitur hoc ne tunc cre-

derent impediret, audi quid dicat: Qui credit in me, non
 credit in me, sed in eum qui misit me. quasi dicat, quid time-
 tis in me credere: fides in deum per me aditum habet,
 sicut & incredulitas. Intuere quo modo in omnibus
 substantiae indicet indifferentiam. Et non dixit, qui cre-
 dit mihi: ne quis verba eius credi interpretaretur, quod
 & in hominibus dici poterat. Qui enim apostolis cre-
 dit, non apostolis credit, sed deo. sed ut intelligeres de
 fide in substantiam dicere, non dixit, Qui credit ver-
 bis meis: sed, in me. Atqui cur, inquit, non e contrario
 dixit: Qui credit in patrem, non credit in patrem, sed
 in me: Quoniam iam se in patrem credere dixissent, &
 non in ipsum: imbecilliores enim adhuc erant. Disci-
 pulos autem allocutus his verbis vsus est: Creditis in
 haec audienda nosset, aliter allicit, ostendens patri cre-
 di non posse, nisi in se credatur. Et ne putares tanquam
 de homine dictum, addit: Qui videt me, videt eum qui mi-
 sit me. Quid ergo, corpus est deus? Minime: sed ani-
 mi speculationem intelligit, & hic consubstantialem
 signat. Et quid signat, qui credit in me? Ac si quis di-
 ceret, qui aqua est flumine accipit, non fluminis, sed fon-
 tis accipit: immo infirmum hoc exemplum est ad sub-
 iectam materiam. Ego lux in mundum veni. Cum enim
 pater & in veteri, & nouo testamento frequenter hoc
 nomine vocetur, etiam ipse eodem utitur. Ideo Paulus
 splendorem eum appellat, hinc accipiens, & multam
 habere ostendit ad patrem conuenientiam, immo nul-
 lam differentiam: siquidem in se, fidem, non in se, sed
 in patrem esse testatur. Lucem autem seipsum appel-
 lat, quod errores pellat, & intellectus auferat tenebras.

Sed si quis audierit verba mea, & non crediderit, ego non
 iudico eum: non enim veni, ut iudicem mundum, sed ut saluifi-
 cem mundum. Ne aestimaretur propter imbecillitatem
 contemptores dimittere, ideo inquit: Non veni ut iu-
 dicem mundum. Inde ne pigriores fierent, intelligen-
 tes quod qui credit, saluatur: qui non credit, punitur:
 vide quam formidolosum eis iudicium minatur. Et qui
 spernit me, & non accipit verba mea, habet qui iudicat eum. Si
 pater meminem iudicat, & tu non venisti, ut iudica-
 res mundum, quis cum iudicat? Sermo quem locutus sum,
 ille iudicabit eum. Nam cum dixissent non esse ex deo,
 inquit, quod tunc haec dicere non poterunt. Verba quae
 locutus sum, vos accusabunt, & omnem auferent excu-
 sationem. Sermo quae locutus sum. Quis sermo? Quod
 a me ipso non veni, qui a qui misit me pater, ille dedit mihi manda-
 tum quid dicam, & quid loquar, & alia huiusmodi omnia.

Ergo haec propter eos dicta sunt, ut nullam profus ha-
 berent excusationem, nam nisi ita se res haberet, in quo
 excederet Esaiam, qui idem dixit: Dominus dedit mi-
 hi linguam eruditam, ut intelligam quando sermonem
 dicere oportet. Quid de Hieremia dicam? Etenim ille
 quando missus est, inspirationem habuit. Quid de Eze-
 chiele: qui deuorato capitulo illo ita locutus est? Alio-
 qui illi qui audituri erant id quod diceret, reperientur
 causa fuisse ut ipse cognitionem acciperet: siquidem quan-
 do mittebatur, tunc mandatum accepit quid diceret:
 & priusquam mitteretur, illud nesciebat. Quid his ver-
 bis prophanius: Quid magis impium: si quis ea ita acci-
 piat, & non intelligat eorum humilitatis causam. Verum
 Paulus ipse etiam discipulos intelligere dixit, quae sit vo-
 luntas dei bona, & beneplacens, & perfecta: filius autem
 nesciuit quoad mandatum accepit? Quae nam haec ratio-
 ne nituntur? Ecce quod propterea in humilitatis excel-
 sum sermonem suum adducit, ut illos alliciat, & his qui
 venturi

277
 venturi erant, silentium imponeret. Ideo humana pro-
 fert verba, ut hoc saltem modo necessario vilitate ver-
 borum repudiarent, intelligentes non natura, sed ob
 auditorum imbecillitatem ita locutum. Et scio quia ma-
 datum eius vita aeterna est. Quae ergo ego loquor, sicut dixit mihi
 pater, sic loquor. Consideras verborum humilitatem? Qui
 enim mandatum accepit, non sui dominus est: atqui ip-
 se inquit: Quemadmodum enim pater suscitavit mortuos,
 & viuificat: sic & filius quos vult, viuificat. An vero sus-
 citandi quos vult habet potestatem, dicendi autem quod
 vult non habet? Quid ergo hoc signat? Hoc est quod non ita
 se res habet, ut aliud ille, aliud ego loquar. Et scio quia
 mandatū eius vita aeterna est. Hoc eos refutat, qui ipsū
 deceptorem dicebant, & in aliorum perniciem venisse.
 Cum autem dicit, Ego non iudico: hoc est, non sum per-
 ditionis eorum causa, sed ipsi suae: per hoc tantum non
 testatur discessurum se ab eis, nec amplius cum illis ver-
 saturum: quia nihil tanquam meū locutus sum vobis,
 sed tanquam a patre omnia, & propterea humili sermone
 rem concludit, ut diceret ad finem vsq; idem se lo-
 cutum. Sicut mandauit mihi pater, sic loquor. Quod si
 deo contrarius fuisset, etiam contraria essem locutus,
 aut ad me gloriam retulisset: nunc autem ad eum omnia
 in patrem retuli, ut nihil meum dicerem. Cur ergo non
 creditis dicenti me mandatum accepisse, & tanto stu-
 dio omnem auferenti suspensionem, ne patrem oppu-
 gnem: Quemadmodum enim qui mandatum accipi-
 unt, neq; facere neq; dicere volunt, praetermittentis vo-
 luntatem, quousq; mandatum impleant ne quid trans-
 grediantur: ita nec dicere, neque facere aliud possum,
 quam patris voluntatem. Quae ergo facio, ille facit, quia
 mecum est, neq; dimittit me solum pater. Animaduertis,
 ut semper vnanimem patri, & nullam inter se diffe-
 rentiam ostendat: Et cum dicit, A me ipso non veni: non
 potestatem, sed diuersitatem & contrarietatem tollit:
 nam si homines sui ipsorum domini sunt, longe magis
 vnigenitus filius. Et quod hoc sit verum, audi Paulum,
 quod exinanivit seipsum, & tradidit pro nobis. Sed ut
 dixi, grauis res inanis gloria, grauis: ipsa enim & illos
 non credere, & alios non recte credere adducit: & quae
 propter illos humanitatis gratia dicta sunt, ea in impie-
 tatem vertit. Haec igitur bestiam semper fugiamus. Va-
 ria namq; est, & multiformis, & vbique proprium virus
 disseminat, & in pecuniis, & in deliciis, & in corporis
 pulchritudine: hac gratia semp necessitate excedimus,
 inde vestimentorum copia, inde & seruorum examē,
 inde omnis necessitas contemnitur, in domibus, vesti-
 bus, mensae splendore excessus dominatur. Vis frui glo-
 ria: Facias eleemosynam, tunc te angeli laudabunt, tunc
 deus accipiet: nunc autem aurifices tantum & textores
 admirantur: tu gloria circūferris, & nonnunquam
 maledicta in te audis, & reprehensiones. Quod si quae
 vnica est di in vestibus consumis conferres in pauperes, multus te
 Etio, mulie-
 re alloquitur.
 res, si alius dares: si tibi seruas, minime habes. Incertus e-
 nim thesaurus domus propria: certus autem thesaurus
 est pauperum manus. Quid corpus ornas, anima negle-
 cta, & immundicie plena: Quid non tantam animam,
 quantam corpori tribuis diligentiam? Certē illius maior
 habenda est. Verum enim uero dilectissimi, parem po-
 stulamus. Si quis tibi optionem proponeret, an egregium
 corpus, & bonae habitudinis, & aliis specie praestans, vili
 tamen indutum veste: an turpe, & morbis implicatum,
 ornatum tamen auro, & pulchro amictu cultum mal-
 les: nonne naturalem corporis pulchritudinem vesti-

mentis preferres? In corpore hoc sanè praefertur, in ani-
 ma contra: nam quae turpem, informem, & nigram ha-
 bet, putat eam se auri splendore emendare. Quae nam haec
 amentia? Interiorem ornatum cures velim, & haec mo-
 nilia animae apponas: nam si his corpus ornatur, neque
 ad bonam valetudinem, neque ad formam quicquam
 conferet. Neque enim nigrum corpus album reddet,
 neq; turpe speciosum. Si animae id addideris, euestigio
 ea pro nigra candida, pro turpi formosam reddes. Ne-
 que meus hic sermo, sed ipsius domini dicentis: Si fue-
 rint peccata vestra ut coccinum, quasi nix dealbabun-
 tur: & Date eleemosynam, & omnia vobis erunt mun-
 da. Nec te mulier hoc animo solum, sed & virum or-
 nabis: qui si hos ornatus deponentem viderit, non ni-
 mio ei sumptu opus erit. Qui non habent, deponant ha-
 bendi cupiditatem, ad eleemosynam promptiores ac-
 cedent, & vos magis poteritis eis necessaria persuade-
 re. Nunc autem omnis huiusmodi potestas ablata est,
 quibus oculis aspicietis, quo ore eleemosynam a mari-
 tis vestris petetis, cum plurima in corporis ornatu con-
 sumatis: Tunc audenter poteris virum tuum ad eleemo-
 synam hortari, cum tu tua abieceris ornamenta, & si ni-
 hil profeceris, tu tamen officium tuum feceris: imò im-
 possibile est, ne eum lucreris, si re ipsa loqueris. Qui scis
 enim mulier an virum saluum factura sis: Quemadmo-
 dum enim & pro te & pro illo ratione redditura es, ita
 si ab inanibus, & absurdis eum opinionibus abduxeris,
 duplicem mercedem consequeris: cum viro coronata
 & triumphans secula illa immortalia, & aeterna bona
 consecuta: quibus vtinam omnes fruamur, gratia &
 benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria in
 secula seculorum, Amen.

Homilia lxxix. ex cap. xiiij.

Nte diem autem Pascha sciens Iesus quia venit hora,
 ut transeat ex hoc mundo ad patrem: cum dilexisset suos
 qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Imitato-
 res mei estote, inquit Paulus, sicut ego Chri-
 sti. Propterea enim carnem ex massa nostri corpo-
 ris accepit, ut per eam nos virtutem erudiret. In si-
 militudinem, inquit, carnis peccati, & de peccato pec-
 catum in carne damnauit. & ipse inquit, Discite a me,
 quia mitis sum, & humilis corde: quod non verbis tantum,
 sed & re ipsa ostendit. Siquidem & Samaritanum eum
 ludaei, & daemonium habentem, & deceptorem appel-
 labant: & lapides in eum iecerunt, & nunc quidem mi-
 nistros miserunt Pharisaei, ut eum perderent: nunc ve-
 ro alios qui ei insidias tenderent, & ipsi nonnunquam
 in contumelias prorumpabant, cum non modo nihil
 haberent quod accusarent, sed plurimis essent benefi-
 cius affecti: neq; adhuc cessat a beneficiis aut verbo, aut
 opere: & cum a seruo caderetur, inquit: Si male locu-
 sum, testimonium perhibe de malo: si autem bene, quid
 me caedis? Et haec aduersus inimicos, & insidiatores: vi-
 deamus qualis in discipulos fuerit. Quid facit nunc vel
 aduersus proditorem? Qui enim maxime odio dignus
 erat, utpote discipulus & familiaris, eiusdem mensae co-
 fors, & qui miracula viderat, & omnibus interesse di-
 gnus habitus est, aliis tamen grauius peccauit: Lapidem
 quidem in Iesum non iecit, neq; in contumelias prorup-
 pit, sed eum prodidit ac tradidit: hunc quam humanè
 accipiat, operae precium est intueri. Laui eius pedes, quo
 officio cohibere eum a scelere illo voluit, Atqui si vo-
 luisset, poterat eum arefacere, quemadmodum & ficus:
 & scindere, ut petras, & velum. Sed non necessitate, sed
 volun-

voluntate propria volebat eum à prodicione abducere, ideo lauat eius pedes. neque hoc infelix ille reueritus est. Ante diem autem Paschæ, inquit, sciens Iesus quia venit hora eius. Non tunc sciuit, sed cum fecit quod fecit antea sciebat. *Vt transcat.* Perquam sapienter euangelista transitum eius mortem appellat. Cum eos reliquit, eturum esset, vehementer dilectionem ostendit: hoc enim significat dicēs, Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Nihil omisit, quod vehementer amantē deceret. Sed quid à principio hoc non fecit? Maiora posterus reseruat, vt eorum in se charitatem auget, animaretque, vt futura mala forti animo subiret. Suos autē dicit, secundū familiaritatis rationē: nam alios etiam suos secundum opificium appellat. vt cum dicit: Et sui eum non receperūt. Quid autē signat illa particula, qui erant in mundo: Quoniam etiā mortui sui erāt: vt Abraham, Isaac & Iacob, & alij plurimi, sed hi non erant in mūdo. Vides & veteris, & noui testamenti eum deum esse: Quid sibi vult ea particula. In finem dilexit eos: hoc est, semper dilexit, & magnā dilectionis hoc signum ponit. Atqui alibi aliud signū dicit, nempe ponere pro amicis suis animam, sed hoc nondū fecerat. Qua autem gratia hoc fecit: Quia multo mirabilius erat, quando clarior apud omnes apparuit, & non parum in discessu suo consolatus est. Cum enim essent maiorem in modū dolituri, æqualem illi dolori consolationē affert. *Et cæna facta, cum diabolus iam misisset in cor, vt traderet eū Iudas.* Hoc perterritus addidit euangelista, quod eum qui se iam tradere proposuerat, lauerit: ostenditque maximam ludæ maliciā, quod ne mensē quidē communicatio eum cohibuit, vt maxime solet, cum ad vltimum vsque diem eum magistrum habuerit, qui ipsum sustineret, sciretque omnia ei tradita à patre, & quod à deo venisset, & ad deū iret. Aut hoc inquit: Quod cum talis & tantus esset, & à deo veniret, & ad deum iret, cum omnium dominaretur, id molitus est, neque reueritus est tantam rem aggredi. Traditionem autem hoc in loco fidelium salutem appellari mihi videtur. Nā & cum dicit, Omnia mihi tradita sunt à patre meo: hanc dicit traditionē, sicut cum inquit: Tui erant, & mihi eos dedisti. & iterum: Nemo potest venire ad me, nisi pater traxerit eū: & nisi datum sit ei de super. Aut hoc, inquit, aut quod nihilo minor ex hoc esset futurus, qui à deo venit, & ad deum vadit, & omnia comprehendit. Cum verò traditionem audis, nihil humanum suspicaris: honorem enim erga patrem & concordiam signat. Quemadmodū enim pater ei tradidit, ita & ipse patri: & hoc indicat Paulus inueniens, Cum tradet regnum deo, & patri. hoc autē, hoc in loco humanius locutus est, multam eorum curam, & incredibilem dilectionem præ se ferens, tanquam familiares eos curans, bonorum matrem humilitatem, docēs, quam & principium, & finem, inquit, esse virtutis. Sed quid additur, A deo venit, & ad eū vadit: hoc est, digna eo facit, qui inde profectus est, & eō reuertitur: & sic omnem pessundat superbiam. *Et cum surrexisset à cæna, positis vestibus.* Considera quo modo non lauando tantum, sed & aliter humilitatem ostendit. Non enim priusquam discumberent, sed post omnium discubitu surgit à cæna. inde non simpliciter lauat, sed ponit vestimenta, ac etiam linteum se præcinxit. Neque his contentus ipse peluim impleuit, ipse t̄ nemine iusso omnia fecit: exemplo docens non remissē & frigidē bona opera, sed quam diligentissimē faciendā. Mihi videtur primum cum proditoris lauasse pedes. *Capit enim, inquit,*

lauare: & inde venit ad Simonem Petrum, qui dicit ei: Tu mihi lauas pedes? His, inquit, manibus, quibus oculis aperuisti, leprosus mundasti, mortuos suscitasti. Habet enim hæc particula magnam significationem, quare non oportuit aliud dicere, quam tu, quod per se verbum sufficiens fuit, quo omnia demonstrarentur. Iure autem quispiā quæreret, quo modo nullus aliorum lauari recusauit præter Petrum: quod non parui amoris fuit, & reuerentiæ argumentum. Quæ nam est causa? Arbitror ante omnes proditoris pedes lauasse, inde venisse ad Petrum, à quo & ceteri admoniti sunt quid esset faciendum. Quod enim alium quempiam ante lauerit, constat ex eo quod dicit, Cum autem venisset ad Petrum. Sed nō est vehemens in accusando euangelista. Id enim verbum, Cœpit: alium autē lauasse significat: quod & si Petrus primus erat, credibile tamē est proditorem impudenter ante apostolorum principem discubuisse. Nam & aliunde impudentia eius ostenditur, cum intingeret cum magistro, & cum reprehensus minimè compunctus est. Petrus autem semel antea increpatus, eaq; cum ex vehemēti amore verba fuisset locutus, ita cohibitus est, vt titubaret, & tremere, vt non deinde auderet ipse Christū interrogare, sed alium submitteret: Iudam autem frequenter reprehensum nihil pudebat. *Cum ergo venisset ad Petrum, dicit ei Petrus: Domine: tu mihi lauas pedes? Respondit Iesus: Quod ego facio, tu nescis modū, scies autem postea.* Hoc est, quod hinc sequatur emolumentum, quod doctrinæ exemplum, & quo modo t̄ expediat in omnem nos adduci humilitatē. Petrus autem adhuc renuit: *Non lauabis mihi pedes in æternum.* Quid facis Petre? oblitus es quæ antea dixerat: Non dixisti, t̄ Absit à te? & audisti, vade post me fatana: & adhuc nō admoneris, sed nimius es in refutando? Quid nū inquit. Res magna est & admiranda: nam ob nimiam dilectionem ita locutus est, cui etiam Christus vicem reddit. vt enim tunc valde eum increpitans inquit, Scandalum mihi es: ita & nunc, *Si non laueris te, non habebis partem mecum.* Quid tum Petrus ardens, & seruiore quodam incensus? *Domine, inquit, non tantum pedes meos, sed & manus, & caput.* In recusando vehemens Petrus, & in permittendo vehementior, vtrunque ex amore. Sed cur non dixit Iesus quam ob rem id faceret, sed minatus est? Quoniam non acquiescisset. nam si dixisset, Sine te lauem, per hoc enim vos humilitatis admoneo, profecto sine villo exemplo se admonitum asseruisset: sed nunc repulsæ minis & separationis perterritus, continuo parer. Ipse enim erat qui frequēter quō iret interrogabat, qui animam pro eo se positurum dicebat. Si enim cum audiret, Nescis quod ego facio, scies autem postea: non tamen parebat, longē minus si intellexisset: ideo inquit, Scies postea: haud inscius ita etiam repugnaturum. Neque Petrus causam rogauit, sed vehementius accensus, ne passus est quidem doceri, sed renuit: t̄ Tu mihi lauas pedes? Post minas autem statim mollior est. Quid autem significat, Scies postea? Quando: Cum in nomine meo dæmonia eiicies, cum in cælum me assumi suspicies, cum à spiritu intelliges me ad patris dexteram sedere, tunc cognosces cur hoc faciam. Christus autem, cum dixisset Petrus, Non tantum pedes, sed & manus, & caput: *Qui lotus est, inquit, non indiget, nisi vt pedes lauet, sed est totus mundus, tam vos mundi estis propter verba quæ locutus sum vobis.* At si mundi sunt, quæ gratia lauas pedes? t̄ Vt modestiā doceam, propterea vilius membrum elegit. Lotus autē, hoc est

hoc est mūdus. t̄ Nūquid ergo mundi nō erant? Nondum à peccatis erāt liberi, neque spiritu sancto digni habiti fuerant, peccato & maledicto adhuc regnante, & chiographo nō abolito, neque oblata victima. Quo modo ergo mundos dicit: Ne propterea arbitraris ideo mūdus dixisse, quod nullis essent peccatis obnoxij, addidit: Iam vos mundi estis propter verba quæ locutus sum vobis: hoc est, hac tantum ratione estis mundi. Iam lumen recepistis, iā errore liberati estis Iudeorum, nam & propheta inquit: Lauamini, & mundi estote, abiecite maliciā ab animis vestris. Itaque talis lotus & mundatus est, cū omnem animæ maliciā abiecerit, & sincera mente deo adhaerit. Ideo secundum propheticum sermonem inquit: qui lotus est, iam mundus est. Neque enim Iudaicam aquæ lotionem, sed opificij purgationē intelligit. Fiamus ergo & nos mundi, discamus benefacere. Et quo modo possumus: Iudicate pupillo, iustificate viduā, & venite disputemus. Frequēter in sacris scripturis metio fit viduarum & orphanorū, sed nobis nulla eorū ratio. Veruntamen audi quantū illic mercedis. Si fuerint peccata vestra t̄ vt coccinum, quasi nix dealbabitur: & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erūt. Neque enim habet defensorē vidua, ideo multa de ea ratio habetur: quæ cum secundis nuptiis coniungi sibi liceret, dei timore in viduitate multa perpetitur: eis igitur manus porrigamus omnes viri & mulieres, ne quādo viduitatis molestias subeamus: & si subierimus, benignitatem in nos materiam benignitatis nostra cōparemus. Nō parua vis lachrymarū viduæ est, sed ipsum posunt cælum aperire. Nolumus eis insultare, ne augeam calamitatem, sed pro viribus opitemur. Ita nos & in hoc, & in futuro seculo muniamus: neque enim in hac duntaxat vita, sed in illa quoque nobis aderunt, & ob nostra in se officia maximam peccatorū nostrorum partē præcident, atque debent, & fidenter facient nos ante iudicis tribunal comparere: quō vtinam omnes pertinere possimus, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria, in secula seculorum, Amen.

Homilia lxx. ex cap. xiiij.

Dixit ergo Iesus, et cum recubisset, iterum dixit eis: Scitis quid fecerim vobis? Grauisimum est dilectissimi, grauisimum, inquam, in profundum viciorum decidere: ferē enim anima incorrigibilis redditur, ideo omnia faciēda sunt, ne à præcipitio capiamur. Facilius enim est nō cadere, quam post casum resurgere. Cōtemplare igitur postquam dilapsus est Iudas, quātum habuit auxilium, & nunquam resurrexit. Dixit ad eum Iesus: Vnus vestrū diabolus est. dixit, Non omnes credunt: dixit, Non de omnibus dico: & scio quos elegi, & nihil horum sensit. Postquam ergo lauit pedes eorum, accepit vestimenta sua, & cum recubisset, dixit eis, Scitis quid fecerim vobis? Non amplius Petrum solum, sed omnes alloquitur. Vos vocatis me magister, & domine, & bene dicitis: sum etenim. Vos vocatis me, eorum iudicium proponit: inde ne ad eorum gratiam locutum putares, addidit, Sum etenim. Cum igitur sermonem illorū introducit, eum ab odio & inuidia liberat: cum vero sermonē ab illis introductum ipse cōfirmat, eum minime suspectum facit. Sum etenim, inquit. Vides quo modo discipulos alloquēdo, de se apertius loquitur: quemadmodum ergo dicit: Nō hite vocare magistrum super terrā, vnus enim præceptor vester est: ita inquit, Nōlite vocare patrem super terram. vnum autem non de patre solum, sed etiam de se-

ipso dicit. Aliter enim quo modo dixisset, Vt filij lucis sitis: & iterum, si magistrum solum diceret patrem, quo modo diceret, Sum etenim: &, vnus est vester præceptor Christus. Si ergo ego laui pedes vestros dominus & magister, & vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. Atqui non est idem: ipse enim erat dominus & magister, vos inuicem conserui. Quid ergo signat hæc particula, Ita: t̄ secundum possibilitatem: propterea enim à maioribus rebus accipit exempla, vt saltē minus faciamus. Et enim magistri pueris literas quāpulcherrimas scribūt, vt vel in deterius imitentur. Vbi nunc, qui conseruos despiciunt: vbi qui honores expetunt: Proditoris pedes dominus lauit, sacrilegi, furis, & ipso proditoris tempore, cum nulla esset speranda emendatio, mensam communem posuit, & tu elatis superciliis intumescis: pedes inuicem lauemus, inquit: nunquid & seruorum? Et quid mirum si seruorum? Siquidem inter nos seruus, & liber verbotenus differunt, differūt illic re ipsa. Ipse enim natura dominus erat, nos serui, neque id recusauit: nobis autem satis videtur si liberis, vt seruis, & emptis mæcipiis non vtimur. Et quid dicemus, cum tanta patientiæ exempla proposita nobis sunt, quæ minime imitamur: sed cōtrā, & è regione elati, ne debitū quidem reddimus: Debitorum enim nos constituit deus, cum incepit: Inos longe inferiores exemplum sequi debemus. Ipse enim dominus minus erat, nos hoc conseruis faciemus, si quid fecerimus: quod & ipse significauit, dicens: Si ego magister & dominus, ita & vos. Cōsequens enim erat dicere, quāto magis vos serui: sed reliquit hoc auditorum reputationi. & quamobrem autem istud nunc fecit: Debent enim alij aliis magis honorari. Ne igitur se inuicem iactarent, & dicerent vt & antea, quis esset maior, neve inter se indignarentur, omnem tollit elationem: vt & si longe sis maior, apud fratrem minime in superbiam efferaris. & nō dixit quod maius erat. Si ego pedes proditoris laui, quid mirum si vos alter alterius: Sed rem fecit, inde eam discipulis iudicandam reliquit, ideo dicebat: Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur. Hęc enim vera doctrina est, quod doces, id re efficere. Quē nam fastum hoc nō tolleret? quam temeritatē, quam non deprimeret elationem? Qui sedet super Cherubin proditoris pedes lauit: tu homo terra & puluis, effereris & intumescis. Et quo hoc dignum supplicio? Quod si veram elationem cōcupiscis, hic ego te viam docebo: non enim nosti, qui presentibus rebus tāquam magnis inhiat, is vilis est, & abiecti animi. Itaque nunquam humilitas est sine magnitudine animi, neque superbia sine pusillanimitate. Quemadmodum pueri vilium rerum spectacula admirantur, & obstupescunt, pilis, trochis & talis inhiat, magnas autem res ne t̄ cognitione quidē capere possunt: ita & hic. Sapiens non reputat presentia, ergo neque ea optabit ab alio accipere: qui sapiens non est, cōtra afficietur, ad araneas, & umbras, & somnia, & his viliora conuertetur. Amen amen dico vobis, non est seruus maior domino suo: neque apostolus maior est eo qui t̄ mecum, ita misit illum: si hac scitis, beati & eritis, si feceritis ea. Non de omnibus nō sic & vobis dico, ego scio quos elegerim, sed vt impletur scriptura: Qui in sequit manducat panem t̄ meum, & inhiabit calcaneum suum contra me. Quod & superius, idem & in hoc loco arguendo dicit, Nam si seruus non est maior domino, neque apostolus: Ius eo qui ipsum misit, & ego hoc feci: multo magis idē ista dicens, à vobis faciendum est. Inde ne quis diceret, quid tandem hæc dicitis? nunc enim nescimus. idem addidit, non quod ignoraret, sed vt re ostenderet quid dicat. Scire

Ioan. 1. 4
t̄ in cor In-
da vt tra-
deret eū.
Matt. 11. d
Infra 17. a
Supra 2. 6. c
2. Cor. 15. e
t̄ nemini
quicquam
imperans.

Esai. 1. 0
Esai. 5
Ibidem e
t̄ sicut rube-
am, quasi
nive deal-
babo: si au-
te fuerint si-
cut coccinū,
velut lana
dealbabo.
Vt enī ha-
bent lxx.
t̄ Sufficia
vt in omi-
nos addu-
cat hunc
textem.
t̄ præcipit
tibi sis.
t̄ dicit, vt
lauabis mi-
os pedes.
t̄ in nos
desiam di-
scamus.
Matt. 23. a
Ibidem.

Supra. 11. f
t̄ eodem sibi
dio
t̄ debito-
res minoris
partis
suo
mō-
t̄ cogitatio-
ne
t̄ estis
t̄ mecum
t̄ sic
t̄ in seq.
t̄ nō tanquā
ignōratis
sed vt dicit
t̄ beatus
k Scire

* λέγει, i. arguit, reprehendit, in dicit, sic & paulo post intellige. † indicat et non indicat. ita inquit: Qui manducatur mecum panem, leuauit

Mat. 5. g

† & ut copiosius dicamus, corum etiam qui

Gene. 6. b

Scire enim omnium est, facere autem non omnium: propterea inquit, Beati estis, si feceritis ea. Ideo frequenter hoc dico, & quidem scientibus vobis, ut ad opera vos alliciam: nam & Iudaei sciunt, sed non sunt beati, cum ea non faciunt. Non de omnibus vobis dico. O patientiam, nondum proditorem arguit, sed regit scelus, indulgens ei locum poenitentiae, & reprehendit & non reprehendit, ita inquit: Qui manducat panem meum, leuabit calcaneum suum contra me. Videtur mihi illam particulam, Non est feruus maior domino suo: ob hoc dictam esse, ut si quando a feruis, vel ab aliis quibusdam vilibus, & abiectis quicquam mali paterentur, non perturbarentur, ad Iudae exemplum respicientes, qui multis a Iesu beneficiis affectus, male beneficium suum remuneratus est: ideo inquit, Qui manducat panem meum, & alius omnibus omisit hoc quod maxime ipsum cohibere poterat, & pudore afficere, posuit: Qui apud me nutritus est, qui mecum manducat. haec autem dicit, erudiens nos ut bonum pro malo reddamus, etiam his qui non sunt corrigibiles. & dicendo, Non de omnibus dico: ne omnes formidarent, separat eum ab aliis, his verbis. Qui manducat panem meum, ea enim particula, non de omnibus, non omnino in vnum quempiam sermonem astringit: propterea addidit, Qui manducat mecum panem: ostendens illi misero eum non excusari ignorantia, sed rem omnem cognoscere: quod maxime eum cohibere debuerat. Et non dixit, tradit me: sed, leuauit calcaneum suum contra me: ut dolum & fallaciam deceptoris ostendat. Haec autem scripta sunt, ne iniuriantibus nobis succenseamus, sed ut eos arguamus, & deploremus: lachrymis enim digni sunt, non qui afficiuntur, sed qui inferunt iniuriam: nam seipsum maxime ledunt, cum rapiunt, cum caluniantur, cum aliud simile machinantur: nobis vero maxime proficiunt, si non vliscemur. Ut exempli gratia: Rapuit ille abs te aliquid, pro iniuria gratias egisti, & laudasti deum: multum illa gratiarum actione lucratus es, quemadmodum ille immesum sibi ignem praeparauit. Quod si quis diceret: Quid enim, si iniurias vliscisci non potuimus: Illud respondebo, quod potuimus saltem agere, & exostulare, imprecari, & maledictis prosequi iniuriam, & apud omnes eum accusare. Haec enim in nostra sunt potestate: quae si non fecisti, etiam non vliscisci mercedem accipies: constat enim quod si posses, non vlisceremur: nam qui iniuria afficitur, quibus potest armis utitur: si sit pusillanimus, imprecationibus, & maledictis, & insidiis vliscitur: his igitur tu non solum abstineas, sed pro eo precare, hoc pacto deo similis efficiaris. Orate, inquit, pro persequentibus vos, ut similes efficiamini patri vestro, qui est in caelis. Vides quam magna lucratur ex persecutionibus: Nihil adeo deum delectat, quam non malum pro malo, imo pro malo bonum reddere beneficia & preces: ideo Christus sui proditoris beneficiis affecit, pedes lauit, clam arguit, parce perterritus, admonuit, mensa & osculo dignatus est, neque tamen ille factus est melior, sed in proposito persistit: sed age & feruorum exemplo, qui plurimi in veteri habetur testamento te erudiamus, ut intelligamus nullum nobis relinquere excusationis praetextum, cum iniuriamur sumus memores. Vultis Mosem: an altius repetamus: quanto enim vetustiora ostenduntur exempla, tanto magis vos conuincemus. Quid tandem? Quia tunc difficilior erat virtus: nondum enim illi leges scriptas habuerant, non vitae exempla: sed nuda per se erat natura, nullis auxiliis nitebatur: propterea cum laudaret Noe, non simpliciter perfectum appellauit: sed addidit, in generatione sua: hoc est,

in illis temporibus, quibus multa erant impedimenta: nam post eum claruerunt alij, non tamen ipse inferior: in temporibus enim suis perfectus fuit. Quis ergo ante Mosem patiens: Beatus & generosus Ioseph, qui continentia clarus, non minus claruit & patientia, nihil iniuste fecit, sed seruando, colendo, omnia seruilia munia agendo, fratrum odio minime offensus est: neque exostulauit, cum patre haberet amantissimum sui, sed tulit ad eos cibum in desertum, neque non inuentis maledixit, neque reuersus est, quod haud immerito poterat, si voluisset: sed ad crudeles illos, & immanes properauit, vere fratrem seruans affectum: inde carceri intrusus, rogatus causam, nemine accusato, tantum nihil se fecisse, & se furtim ex Hebraeorum terra abreptum dixit: post haec in potestatem ascitus, laborantibus fame fratribus subuenit, eosque multis liberauit calamitatibus: nam si boni erimus, nulla proximi malicia virtute nobis auferre poterit. At illi contra eum veste exuunt, in eius perniciem accinguntur, in somnum exprobrant, & acceptis ab eo cibis, & vita & libertate spoliare eum machinantur: & dum comederent, despiciebant fratrem nudum in cisternam demissum. Quid hac immanitate crudelius? quibus homicidis non erant immaniores? Inde eum barbaris, & feris hominibus, & ad barbaros euntibus venditum innumeris mortibus tradiderunt. Ille autem factus rex, non modo non vltus est, sed crimen in se patratum excusauit, quod dei dispensatione, non fratrum malicia factum esset: & quod in eos fecit, non ira, sed fratris gratia simulauit: & cum eos videret supplices conquiri, statim abiecit: & cum eorum in fletum prorupit, & tanquam optime de se meritos complexus est, qui ab eis iam, quantum in ipsis fuit, interemptus: & omnes in Aegyptum accersiuit, & multis beneficiis cumulauit. Quam ergo habebimus excusationem, post legem, post gratiam, post tantae sapientiae traditionem, cum qui ante gratiam & legem fuit, minime imitatur? Quis nos supplicio liberabit: neque enim est quicquam iracundus grauius, quod in decem milium talentorum debito significatum est, qui prius debito a domino donatus, iterum ad soluendum coactus est, donatus domini liberalitate, coactus ad soluendum propria malicia, cum in coferuum ira ferretur. Quibus nos intellectis, proximis peccata dimittamus, imo eos beneficiis prosequamur, ut diuinam in nos beneficentiam experiamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria in secula seculorum, Amen.

Homilia lxxi. ex cap. xij.

Amen dico vobis: qui accipit, si quem misero, me accipit: qui autem me accipit, accipit eum qui me misit.

† Magna dei remuneratio in seruos, & cultores suos, & merces nobis inde comparatur. Qui vos accipit, inquit, me accipit: & qui accipit me, accipit eum qui misit me. Huic autem rei, ut Christum quis recipiat, & huius patrem, quid equiparari possit? Sed quanam haec est ad prius dicta consequentia? quid commune habet ad illud, Beati eritis, si feceritis ea: quod nunc dicit, qui accipit vos? Atqui optime consequitur. Cum enim exituri essent in mundum, & multa passuri, dupliciter eos consolatur, & a se, & ab aliis. Si sapientis, inquit, & me in memoria habebitis, & quae passus sum, & quae feci, animo frequenter voluctis, omnes a quo animo molestias tolerabitis. Non solum autem hoc modo, sed etiam quod ab omnibus multam experientur beneuolentiam & subuentionem. Et prius quidem illud declarauit dicens, Si feceritis haec, beati eritis. alterum vero cum diceret, Qui vos recipit, me recipit omnes

2. Cor. 12. a

Mat. 4. d

Ibid. 17. a

Marc. 5. d

Infra. 21. e

2. Cor. 12. a

omnes enim domos eis aperuit. Itaque & a moru probitate, & a subuenientium charitate eis duplicem affert consolationem: inde cum eis vniuersi orbis peragratiorem imperauit, intelligens utroque proditorum priuari, neque vllum aut patientiam in laboribus, aut accipientium benignitatis fructum consecuturum, iterum turbatus est, & hanc causam euangelista significat inquit: Et cum haec dixisset, turbatus est spiritu, & prostratus est, & dixit: Amen amen dico vobis, quia vnus ex vobis me tradet. Iterum omnibus timorem iniecit, cum non nominatim reum ostenderet. Atqui nullius sibi criminis conscij, quam conscientiae suae, Christi sententiam veriore duxerunt, ideo aspiciabant inuicem discipuli. Quod enim ad vnum proditio referebatur, hoc formidinem minuebat: sed quod addiderat, Vnus ex vobis: simul omnes perturbabat. Quid igitur? Alter alterum intuebatur. Petrus autem semper amore aestuans, Ioanni innuit: Cum enim paulo ante increpitus esset, quod volentem lauare prohiberet (semper enim desiderij, & amoris vehementia reprehendebatur) ideo veritus cum neque pati posset, neque loqui auderet, per alium id tetat cognoscere. Illud autem haud immerito dubitandum, cur omnibus dubitantibus, atque tremantibus, etiam ipso Apostolorum principe, Ioannes securus, ac si in deliciis esset in gremio Iesu recubuit, vel potius supra pectus. Neque hoc tantum inquirendum, sed & quae sequuntur. Inquit enim, Quem diligebat Iesus. Cur nemo aliorum hoc de eo dixit? Atqui & alij amabantur, hic autem praecipue. Quod si alij hoc de eo non dixerunt, sed ipse tantum de seipso, nihil mirum. Facit autem hoc & Paulus, cum tempus exigeret, inquit: Noui hominem ante annos quatuordecim: Atqui non paruas alias de se laudes praeripuit: An parum tibi videtur audientem, Sequere me: euestigio dimissis retibus & patre, secutum: & cum Petro assumptum in montem, & praeterea domum solum ingressum: Ipse autem quot Petri laudes prosequitur? Neque subicit Christum dixisse, Petre amas me plus his. Et semper eius feruorem in Iesum & Charitatem enarrat. Cum autem inquit, Hic autem quid? ex magno locutus est desiderio. & cur nemo alius hoc de ipso dixit? Quia neque ipse dixisset, nisi in hunc incidisset locum: nam si cum dixerit Petrum innuisse Ioanni, ut interrogaret, nihil aliud addidisset, dubitari & quari causa potuisset: ideo hanc affert. Et recubuit super pectus Iesu. An parum hic didicisse eum arbitraris, cum tanta fruere magistri benignitate? Quod si de hoc etiam causam quaris, amoris dicam: quare inquit, quem diligebat. Ego autem & alia ratione hoc dictum arbitror, ne nimium sibi tribuere videretur. Cur enim alias non dixit, sed cum Apostolorum princeps innuit: Ne ergo arbitraris tanquam maiori Petrum innuisse, amoris causam affert. Cur autem recubuit supra pectus? Nondum debitum de eo coneeperat opinionem, praeterea & merorem ita lenit. Credibile enim est tunc mortuos fuisse: nam si animo, multo magis facie erant turbati: eos igitur verbis consolatus Christus, permittit ut Ioannes supra pectus recumbat. Et considera discipuli humilitatem, nomen subicit, tantum, Quem diligebat, inquit, quemadmodum Paulus: Noui hominem ante quatuordecim annos. tunc primum proditorem indicat Iesus, neque tamen nominatim, sed illum esse cui intinctum panem porrigeret. qui modus reprehensius fuit, quod neque mensa communicatione reueretur: quod si mensa communicatio eum rubore non suffudit, haec panis porrectio quem non mouisset? Sed non Iudam, cuius impudentiam videns diabolus, Tomus tertius.

in cor eius intrauit: donec enim in aliorum numero fuit, non est ausus in eum ingredi, sed extra oppugnabat: postquam vero palam factus est & separatus, licenter iam irrupit, neque inemendabilis erat amplius in aliorum numero tolerandus, ideo iam eiicitur, quem mox diabolus comprehendit. Dicit ei Iesus: Quod facis, fac citius. Hoc autem nemo sciuit discumbentium. O amertiam! Quo modo non mollitus est? Quo modo non puduit, sed impudetior factus exiuit? Illud autem verbum, Facitius: non imperantis est, neque consulentis: sed exprobrantis, & reuocantis ad emendationem: sed cum esset inemendabilis, dimisit eum. Et hoc nemo intellexit discumbentium. Multum hic dubitari posset, cum dixisset, Cui intinctum panem porrexero, quo modo nescierunt: sed tam submissa voce id Ioanni dixit, ut minime ab aliis audiretur: etenim propterea Ioannes supra pectus recubens, tantum non ad aurem interrogat, ne palam fieret proditor. Et Iesus ita respondit, ne adhuc nominatim manifestum faceret, apertius tamen inquit ei, Quod facis, fac citius. Illi vero non intellexerunt. Hoc autem dixit, ut vera esse ostenderet, quae ad Iudaeos de morte dixerat, cum inquit: Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo sumendi eam: & Nemo tollit eam a me. Quamdiu ergo retinere voluit, nemo contra valuit: cum autem permisit, tunc facile fuit auferri: quae omnia significans inquit: Quod facis, fac citius. Neque eum tunc palam fecit proditorem: fortasse enim eum discernerent Apostoli, fortasse Petrus tunc interemisset, ideo nemo recumbentium nouit quis esset. Nunquid & Ioannes? Neque ipse, neque enim putauit discipulum in tantam prorupturum iniquitatem. Cum enim longe a tali scelere abessent, neque de aliis suspicabantur: & cum frequenter dixisset, non de omnibus dico, & neminem nominasset, etiam de alio dicere arbitrabantur. Erat autem nox quando exiuit. Cur tempus notas? Ut hominis intelligas temeritatem, cum ne temporis quidem importunitate abduceretur: neque hoc illi animaduertentur, timore enim perturbabantur: ideo veram verbi Iesu causam non deprehenderunt. Putabant, inquit, ut egenis aliquid daret ista dixisse. Multum Iesu curae erant pauperes, & hoc ad nostram doctrinam. Hic enim locus habebat, & pecuniam. Atqui nemo pecuniam Christo dedisse narratur, sed quod discipulae victui necessaria praebant. Quo modo enim qui neque peram, neque baculum ferri iubet, loculos ferebat? Ad pauperum ministerium: ut intelligas quanta tibi inopum & miserorum hac etiam is qui inops est, & quanto magis mundo cruci ad vltimum diem voluit proditorem Iesus palam face re. Huius exemplum nobis sequendum est, neque proximorum vicia etiam incurabilia publicanda sunt. Etenim postmodum ad se tradendum venienti osculum dedit, & rem tantam suscepit, cum traderetur ad tormenta, ad crucem, ad mortem ignominiosam, ubi rursus suam praesert benignitatem: hic clarificari se dicit, erudiens nos, nihil adeo turpe, adeo foedum esse, quod non clariorem reddat, qui id pro dei facit voluntate. Cum ergo exisset Iudas, dixit Iesus: Nunc clarificatus est filius hominis. Quo verbo labantes discipulorum mentes erigit, & confirmat, ut non modo non contristentur, sed & gaudeant, ideo Petrum a principio increpuit. Nam quod morte quis mortem vineat, gloria maxima est: & hoc est quod de seipso dicebat: Cum exaltatus fuero, tunc cognoscetis, quia ego sum. & iterum, Soluite templum hoc: & iterum, k ij rum,

Luc. 11. d

rum, Signum non dabitur vobis, nisi signum Ionæ. Et quo modo nõ magna est gloria post mortem, maiora quis ante mortem facta essent, præstare posse? Vt enim crederetur resurrectio, maiora postmodum operati sunt discipuli: quod si nõ viuebat, neque erat deus, quo modo in nomine eius tanta facere potuissent? *Et deus clarificabit eum in seipso:* hoc est, per se, non per alium. *Et continuo clarificabit eum.* vnã cum cruce: neque enim diu post, neque longum resurrectionis tempus est expectandum vt tunc clarum efficiat, sed cõtinuo in ipsa cruce mira apparebunt. Sol namque obscuratus est, petra scissã & velum, & multa corpora sanctorum qui dormierant, surrexerunt. Sepulchrum signatũ erat, custodes aderant, & clausum lapide corpus surrexit. Post quadraginta dies ascendit in cœlum. Inde spiritus delapsa fatietas est in Apostolos, & omnes continuo Iesum prædicarunt: hoc est, Et deus clarificabit eum in seipso, & cõtinuo clarificabit eum: nõ per angelos aut archangelos, nõ per aliam aliquam virtutem, sed per seipsum. Quo modo autem clarificauit per seipsum? Omnia ad filij gloriam operatus. Atqui omnia filius fecit. Vides quod filij opera ad patrem referret? *Adhuc modicum vobiscum sum. ¶ Queritis me, & non inuenietis.* *¶ sicut dixi Iudæis, ¶ vbi ego sum, vos non potestis queritis me, venire, & vobis dico modo.* Iam incipit futuram post cœnã calamitates enarrare. Cum Iudas exiit, nõ vesper, sed nox erat. Cum vero paulopost capiendus esset: opus fuit eis omnia commendare, vt recordarentur, vel potius spiritus omnia suggereret. Verisimile est enim multa suggessisse, tanquam prius audiuisent, & tales subituri essent tentationes. Qui enim somno erant grauati, vt & alius inquit euangelista, atque etiam tristitia detenti, vt etiam ipse ait, Sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum: quo modo hæc omnia accurate retinere potuissent? Sed cur itaque dicebatur? Non parua eis ad dei gloriam attulit vtilitatem, cũ postmodum recordati sint, eadẽ manifeste iam olim se à Christo intellexisse. Qua autem gratia ante eorum animum vulnerat inquiens, Adhuc modicum vobiscum sum: Iudæis enim nõ immerito hoc dicebatur. Cur eadem ratione nobiscum agis, qua cum perfidis illis & ingratis? Minime. Qua ergo gratia inquis, sicut dixi Iudæis: Reduxi in memoriam, quia nõ nunc propter malorum præsentiam hæc dico, quæ à principio præuiderã, & testes vos qui audistis estis, quod ad Iudæos his etiam verbis locutus sum: ideo addidit, *Filioli, vt audietes, sicut dixi Iudæis, non itidem ad se dictum putare: non ergo vulnerandi animos eorum gratia, sed vt consolaretur, his verbis vsus est, ne præter spem molesta eis, & graua narrãdo perturbarentur.* *Quo ego vado, vos non potestis venire.* Ostendit mortem suam translationem esse ad meliora, & ad locũ corruptibilia corpora non admittentem. hæc dicit, vt sui excitet desiderium, & vehementius reddat. Nostis enim cum aliquẽ charissimorum discedentem videmus, & in eum maxime locum quo nobis non est accedere, maiore in modum mouemur, atque incendimur. Iudæis ergo ad terrẽ id dixit, quod his ad augendum desiderium. Talis est locus, quod vado: vt nõ solum illis, sed ne vobis quidem eõ accessus pateat: vbi suam demonstrat dignitatẽ. Et vobis dico modo, Cur modo? Aliter vobis quã illis, id est, nõ cum illis. Vbi nam quæserunt eum Iudæi? Vbi & discipuli? Discipuli, quando fugerunt: Iudæi, quando intolerabilia mala, & omnem cogitationem exuperantia perpessi sunt, vrbe eorum capta, & cœlitus in eos diuina ira vndiq; delata: illis ergo propter incredulitatem tũc ita locutus est, di-

Mat. 26. d
et Mar. 14. d
Infra 16. a

scipulis autẽ ne inexpectata opprimerentur calamitate. *Mandatum nouum do vobis.* Cum enim his verbis perturbari eos verisimile esset, ac si deserti relinquerentur, eos amore & charitate muniens, quæ bonorum omnium radix est, atque principium, cõsolatur, quasi dicat, Me abeunte doletis: verum si vos inuicẽ dilexeritis, fortiores eritis: sed cur non ita dixit? quoniam vtilius dixit. *In hoc cognoscunt omnes, quia mei estis discipuli.* Propter hoc simul ostendit nullum secuturũ fastidium, cum signum ipsis dederit. hæc autem post proditoris abitum verba fecit. Cur autem mandatum dicit nouum, quod in veteri testamẽto positum est? Ipse id nouum fecit per modũ ipsum: addidit ergo, Sicut ego dilexi vos. Nõ enim vestris præcedentibus meritis debuit persolui, sed ego incepti. Ita & vos decet amicus esse beneficis, & quibus nõ debetis, & omisissis miraculis quæ ipsi erant facturi, dilectionis eos signo notat. Quid tandem? Quoniã vel hoc maxime sanctorum hominum est indicium: etenim omnis virtutis fundamentum est, propter hanc in primis omnes salutem consequemur: hoc est, inquit, esse discipulum: sic ab omnibus laudem consequemini, cũ viderint vos meã imitantes dilectionem. Sed cur nõ potius miracula hoc ostendunt? Minime. Multi enim dicent, Domine, nõne in nomine tuo dæmonia eiecimus? & iterum gaudentibus ipsis, quod dæmonia sibi parerent, dixit, Nolite gaudere quia dæmonia vobis subiiciuntur, sed quod nomina vestra scripta sint in cœlis. Atqui miracula orbem terrarum allegerunt, sed cum dilectio præcessisset, aliter nulla secuta essent miracula: hoc enim quãprimum eos & bonos reddidit, & benignos, quod scilicet vnus erat animus omnibus: quod si varia fuissent sententia, omnia perdidissent. Neque illos duntaxat, sed & omnes qui postmodum credituri erant, admonet. Nã & nunc nihil gentiles perturbat, quã quod nulla est charitas: sed & signa non fieri acculant, non tamen itidem. In quo autem dilectionem ostenderunt Apostoli: Intuere Petrum & Ioãnem, quanta concordia vixerunt, cum ad templum ascenderunt. Intuere Paulum, qualiter eis affectus fuerit, quod si aliis fulserunt virtutibus, multo magis dilectione bonorum matre. Ab anima namque virtute prædita hæc germinat. Vbi malicia, illic hæc planta exarescit. Cum enim multiplicata fuerit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Et gentiles non ita signis adducuntur, vt vita, quam nihil adeo vt dilectio commendat. Qui enim miracula faciunt, nõ nunquam deceptores ab illis appellatur: vitæ puritas, nõ nisi bonum arguit. Cum ergo nondum prædicatio esset instituta, merito signa animos allegerunt, nũc vitæ bonitate alliciendi sunt. Nihil enim adeo gẽtiles * arguit, vt virtus: nihil adeo offendit, vt malicia: quare cum cupidum, cũ raptorem, misericordiã & liberalitatem prædicantem, cum contribules suos tanquã bestias tractantem viderit gentilis eum qui etiã inimicos esse diligendos præcipit, illius dicta pro nugis habebit. Cum mortẽ formidantẽ viderit, quo modo immortalitatis rationes accipiet? Cũ ambiciosos, cum aliis affectibus addictos, magis in sua confirmabitur opinione, nihil de nobis magnum autumans. Nos sumus causa, nos inquam, vt illi in errore permaneant, iam pridem doctrinã suam damnasent, & nostram approbassent, nisi vita nostra retraherentur. Verbis philosophari perfacile, hoc enim multum apud eos fecerunt: sed inquirunt operum probationẽ. Verum maiores nostros sibi proponant, inquit. Non credunt, sed viuentes intuentur. Ostende, inquit, nobis fidem tuã per opera. Cum autem grauius ferã, proximi

Luc. 11. d
Mat. 26. d
Infra 16. a

Mat. 26. d
Infra 16. a

Mat. 26. d
Infra 16. a

Mat. 26. d
Infra 16. a

ximi bona dissipamus, Iuem nos orbis appellant: hoc illos retinet, ne ad nos trãferantur. Itaque horum nos pœnas dabimus, non solum eorum quæ ipsi commisimus, sed quorũ authores fuimus, vt dei nomen blasphemaretur. Quousque tandem pecuniis, voluptatibusque, & aliis inseruiemus affectibus? Abstineamus iam deinceps. Audi prophetam de quibusdam stultis loquentem: Comedamus & bibamus, cras moriemur: de presentibus hoc dicendum non est, adeo nonnulli omnium res complectuntur, quibus rursus Propheta his verbis exprobrat: Nũquid soli habitabitis terram: Quamobrem vereor, ne quid grauius accidat, nõve iram dei in nos vehementius prouocemus. Ad quam auertendam, omnẽ amplectamur virtutem, vt futura bona consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria, in secula seculorum, Amen.

Homilia lxxij. ex cap. xij. & xiiij.

Item ei Simon Petrus, Domine quo vadis? Respondit ei Iesus: Quod ego vado, non potes sequi modo, sequeris autem postea. Magnum quiddã dilectio est, dilectissimi, & igne ipso vehementius ipsum cœlum petit, cuius vim nihil retardare potest: quare eius seruuore accessus Petrus, audito Iesu, Quod ego vado, vos non potestis venire, inquit: Domine quod vadis? hoc autẽ dicebat non tam discendi, quã sequendi eum desiderio: nondum enim secuturum se dicere audebat, sed quod iret, rogauit. Christus autem non verbis, sed animo respondit, quod enim id sensisset Petrus, ex responso Iesu planẽ constat: ait enim, Quod ego vado, non potes sequi modo. & cum subderet, Sequeris postea: neque sic desiderium cohibuit, quãuis bene sibi sperandum audiret, sed ita impellitur vt dicat, Quare non possum te sequi modo? *Animam meam pro te ponam.* Cum conditionis metum abiicisset, suum in magistrum amorem præ se ferens, aliis tacentibus ipse audenter interrogat. Quid dicis Petre? dicenti, Non potes: te posse dicis? *Experientia cognoscet nihil esse dilectionem tuam sine gratia diuina.* Vnde constat, hunc casum Iesum pro ipsius vtilitate permisisse. Nam cum assertioni suæ seruuore quodam non staret Petrus, non quidem impulsit ad negandum, sed desertum reliquit, vt suam ipse intelligeret imbecillitatem. Dixit se tradendum Iesum, respondit Petrus, Absit à te. Reprehensus est, neque est emendatus: sed iterum cum ipsius pedes Christus lauare vellet, dixit, Non lauabis mihi pedes in æternum. Iterum nunc audiens non posse sequi, & negaturum magistrum suũ: & posse, & non negaturum proficitur: ex quo cum in arrogantiam prolaberetur, & Christo contradiceret, sua admonetur fragilitatis. Hoc Lucas significat, cum inquit Christus: Et ego pro te rogauit, ne deficeret fides tua. Hoc est, ne in fine pereas: in omnibus humilitatem eum erudiens, & humanam arguens naturam, quod ex se nihil sit. Cum enim immensa dilectione magistri dicto refragaretur, cohibet eũ Iesus, & admonet, vt postmodum emendetur, cum orbis terrarum dispensationem reciperet, & eorum quæ ipsi euenerant recordatus, se agnosceret. Et cõsidera casum magnitudinem. Neque enim semel tantum, atque iterum negauit, sed adeo stupuerat, vt breui ter nergaret: vt intelligas, non tam dilexisse, quã dilectum esse. Veruntamen post tantum casum rogauit, Diligis me plus his? Neque enim frigiditate, sed superni auxilij derelictu contigit, Petri ergo dilectionem accipit, ex ea contradictionem prouenientem tollit. Nam si diligis parẽre dilecto debes: dicit tibi

Es. 22. d. et
1. Cor. 15. d

Es. 5. c

Mat. 26. c
Proprius
tibi sis dicit
nequã erit
tibi hoc
hic sup. a

Luc. 22. d

Mat. 26. d
Infra 16. a

bi, & condiscipulis tuis, Non potestis: quid tu contedis? Non intelligis quid sit dei negatio? cum hoc pacto nõ vis meã acquiescere assertioni, negando cognoscet, quãuis perquam impossibile hoc tibi videbatur: hoc quidem nesciebas, sed ille in anima tua habitabat, sed illud autẽ tamen præter expectationẽ accidit. *Animam meã pro te in animo ponam.* Cũ enim audisset, neminem maiore habere chãritatem, quã qui animã poneret, continuo summam affectauit. At Christus re ipsa docuit sui solius esse muneris eã exhibere: inquit enim, *Non cantabit gallus, donec ter neget.* Hoc est, paulopost. neque enim longẽ aberat: in tempestatem noctem significabat, prima & secunda vigilia præterierat. *Non turbetur cor vestrum.* Credibile nãque est eos hæc audiẽdo perturbatos. Si enim Apostolorum princeps, & tã feruidus, ante galli cantũ ter negabit, magnam quãdã calamitatis expectationẽ animo concepisse, par erat: vt etiam adamãtina corda moueri possent. Cum ergo hac reputatione, non immerito percellerentur, considera quo modo eos consolatur: *Non turbetur cor vestrum.* Hoc pacto primũ diuinitatis suę potentiã indicat, quod animi motus palãm faceret. *Creditis in deum, & in me credite.* Hoc est, quod omnia mala trãsibunt. Nã in me, & in patrem fides omnibus vos persequẽtibus potentior est, & nihil vos superabit. mala perinde inquit, *In domo patris mei mansiones multe sunt.* *Quis transiit?* admodum Petri mororem consolatur dicens, *Sequeris autem postea: ita & his spem suggerit, ne enim crederet illi soli factam promissionẽ, dicit, In domo patris mei mansiones multe sunt. Si quo minus, dixissem vobis, quia vado parare vobis locum.* Hoc est, ille vos locus manet, qui & Petri. Magna illic mansionum copia, nec dicendum est præparatione opus esse: cũ enim dixisset, Non potestis modo me sequi: ne arbitrarentur diuturniorem morã futuram, addidit: *Vt vbi sum ego, & vos sitis.* Tãtam huic reicuram adhibeo, vt iam hoc fecissem, nisi iam vobis paratum esset: ostendens multũ ipsi sidentum & credendum. Inde ne fouedã eorũ spei gratia dicere videretur, sed vt crederent ita esse, addidit: *Et quod ego vado scitis, & viã scitis.* Demonstrat enim eis non temere in hunc sermonẽ venisse, sed quia eos hoc iã animo esse vt discere cuperent, intelligebat. Petrus enim nõ discendi, sed sequendi gratia ita interrogat: sed cum reprehensus esset, etiã quod primum impossibile videbatur, possibile ostendit: & quod impossibile videbatur, cupiditatem auxit, vt id certò cognosceret, ideo ait, *Et viam scitis.* Quemadmodum enim nemine quicquã locuto, negaturum Petrum, & scrutatus corda, ne perturbaretur admonuit: ita hoc in loco dicẽdo, *Viam scitis: eorũ indicat cordis desiderium, & dat eis rogandi occasionem.* *Hoc nescimus quod vadis: & quo modo eõ ducẽtem possumus viam scire?* Et considera quã reuerenter, non quomodo dixit, *Dic nobis locum, sed nescimus quod vadis. Hoc nescimus?* Nã si Iudæi id audientes suspensi erant, & quidẽ cum abire eum cuperent: multo magis quicquã fatiari nunquam poterãt, quod iret in partem illam: verebantur tamen interrogare, sed nescirent. Nunc vicit desiderium. Quid Christus? *Ego sum via, & vita. Nemo venit ad patrem, nisi per me.* Quid ergo interrogatus à Petrò quod iret, non continuo respondit: *Pres vero ad patrem ire, & eos tunc non posse, sed tot verborũ pres vero ambitu vsus est, & interrogationes mouit, & responsiones: Iudæis fortasse merito nõ dixisset, cur discipulis? Dixit quidẽ & his & illis se à deo venire, & ad deũ ire, sed rã legisse iterum manifestius quã prius. At Iudæis quidẽ me-*

Tomus tertius.

k iij rito

rito non dixit. quibus si dixisset, Vos non potestis venire ad patrem, superbia eum arguissent: nunc id subitice, dubios reddit. At discipulis, & Petro cur ita dixit? Notat Petri animum & quantum perturbaretur, quod discederet. J. Assensus ergo quod volebat, per obscuritatem sermonis iterum id reuelat. Cum enim dixisset, Vbi sum, nemo potest venire: addidit, In domo patris mei mansiones multae sunt: sed ad patrem, nemo potest venire, nisi per me. Hoc autem noluit eis a principio dicere, ne in maiorem tristitiam adduceret. Dixit autem postquam consolatus est, ob Petri reprehensionem multum mœroris abstulit. Concepto enim metu, ne itidem ipsi reprehenderentur magis cauebant. Ego sum via: hoc est, quia per me venietis. Veritas, quia sine dubio hæc erunt, neque in me mendacium est. Vita, quia neque ipsa mors prohibere poterit, ne ad me veniatis. Quod si ego sum via, duce minime indigetis: si veritas, non loquor falsa: si vita, etiam si moriemini, consequimini quae vobis pollicitus sum. Quod de via dicebat, & intelligebant & confitebantur, reliqua ignorabant: non tamen audebant sciscitari. Multum autem consolabantur, quod viam eum esse audierant. Si enim, inquit, in mea potestate est, ut vos ad patrem ducam, omnino venietis. Neque enim alia veniendi via est. Et cum dixisset, Nemo potest venire ad me, nisi pater traxerit eum: iterum inquit, Si ego exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum: & nemo potest venire ad patrem, nisi per me, semper se patri equiparans. Quo modo ergo cum dixerit, Quod vado scitis: subdidit, Si cognouissetis me, & patrem meum utique cognouissetis: & amodo cognoscetis eum, & vidistis eum. Non quod sibi contradicat, cognoscebant enim eum, non tamen ut oportebat: cognoscebant deum, sed nondum patrem, post spiritus veniens, omnium in eos cognitionem infudit, ergo dicit, Si mea noscitis substantiam & dignitatem, noscetis & patris: & amodo cognoscetis eum, & vidistis eum. Alterum futurum, alterum praesentis, hoc est, per me. Visionem autem dicit mentis cognitionem. Quos enim videmus, & videre & ignorare possumus: quos cognoscimus, ignorare non possumus: propterea inquit, Et vidistis eum: quemadmodum ait, Visus est ab angelis. Atqui ipsa substantia videri nequit: sed visum esse dixit, secundum eorum possibilitatem: ostendens, quod qui ipsum vidit, patrem vidit. Viderunt autem ipsum non in nuda substantia, sed carne vestitum. Alibi quoque visionem cognitionem appellat: ut cum dicit, Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt: mundi non tantum a fornicatione, sed ab omnibus peccatis. Omne namque peccatum animam maculat. Adnitamur ergo, ut omnibus sordibus animam mundemus. Munday autem primum lauacrum, inde alia multa, & variae viae, quas benignissimus deus nobis largitus est, quarum prima est eleemosyna. Eleemosynis enim & fide purgatur peccata: eleemosynis inquam, non ex iniuste quaesitis: hæc enim non eleemosyna, sed crudelitas est, & inhumanitas. Quae enim utilitas si alium spoliis, ut alium induas? A misericordia incipiedum est, non ab immanitate: nam si aliena damus, nullum nobis emolumentum. Hoc Zacharias ostendit, qui ut deum placaret, inquit: Si quid defraudavi, reddo quadruplum. Nos autem multa rapiendo, pauca dando, putamus deum placare, cum magis irriteremus. Dic quare, si asinum mortuum & foetidum est triuius in sacrificium offerres: nonne te omnes lapidaret, ut impium & scelestum? Quid ergo si ostendero oblationem quae ex rapina fit, foetidi asini oblatione magis excreanda esse, quam veniam merebitur? Esto, aliqua pecu-

nia ex rapina condatur, nonne mortuo asino grauius olet? Vis intelligere quantum sit peccati foetor: audi prophetam: Putruerunt, & corruptae sunt cicatrices meae. Tu autem verbis deum latere censas quae committis, ipse autem rapinas tuas, & fraudes perpetuo reminiscitur. Imponitur peccatum tuum super altare. Nec hoc solum reprehensione dignum, sed illud etiam grauius, quod sanctorum animas coinquinat. Siquidem hoc lapis est, & sanctificatur, illa semper ipsum Christum ferunt, & audes illuc tanto scelere comparata offerre? Minime, inquis. Neque enim eas offero pecunias, sed alias. Ridiculum hoc: nescis quod si in multa pecunia, vel gutta iniquitatis inciderit, tota coinquinatur? Et quemadmodum si quis in limpidum fontem sterco iniiciat, totum immundum reddit: ita si diuitias auaricia attigerit, omnes foetore suo corrumpit. Praeterea ingressuri templum manus lauamus, non autem corda. Nunquid enim manus loquuntur? Anima profert verba, in animam deus inspicit. Nihil opus est mundicia corporis anima coinquinata. Quae utilitas si manus exteriores lauas, & interiores sordescunt? Hoc graue est, hoc omnia perdit, quod parua reueriti, magna contemnimus. Illotis enim manibus precari, nihil refert: illota conscientia, hoc maximum malorum. Ideo Iudaeis huiusmodi immunditibus vacatibus inquit, Laua a malicia cor tuum, quousque erunt in te cogitationes laborum tuorum: Lauemus & nos, non ceno, sed aqua mundissima: eleemosyna, non auaricia. Primum a rapina te vendica, & tunc profer eleemosynam. Declinemus a malo, & faciamus bonum. Contine manus a cupiditate, & sic ad eleemosynam extende. Quod si pauperes spoliamus, etiam si non iisdem aliis induimus, non tamen effugimus, quin supplicii sumus obnoxij. Materia namque placationis materia peccati efficitur. Satius enim est non misereri, quam ita misereri. Nam etiam Cain melius fuisset, si nihil omnino obtulisset, quam deteriora offerendo deum prouocare. Quod si vero deteriora offerens deum prouocet, qui aliena affert, quo pacto deum non prouocat? Ego tibi dixi, inquit, noli rapere, & tu ex rapina me honoras. Quid putas: an quod illis gaudeam? igitur dicet tibi, Existimasti iniquitatem, quod ero tui similis: arguam te, & ponam ante faciem tuam peccata tua. Sed absit, ut quispiam hanc vocem audiat, sed pura eleemosyna, & claris lampadibus sponso obuiam veniam, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria in secula, Amen.

Homilia lxxix. ex cap. xliij.



Dicit ei Philippus: Domine, ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Dicit ei Iesus, Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouisti me Philippe? Qui videt me, videt & patrem. J. Propheta aiebat Iudaeis, Aspectus meretricis factus tibi, cui nullus pudor est: quod ut mihi videtur non illi tantum civitati dici merito potest, sed omnibus aduersus veritatem impudentibus. Dicite enim Philippo, Ostende nobis patrem: respondit, Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouisti me Philippe? & tamen nonnulli sunt, qui post hæc verba abscondunt a patre filium. Atqui quam maiorem inquiris propinquitatem? Quidam enim ex hoc verbo in Sabellij haeresim decidunt: verum nos & his & illis omisissis, tanquam e regione contrariis dictorum veritatem perferunt. Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouisti me Philippe? Quid enim, Tu ne pater es, quem inquiris? Minime, inquit: propterea non dixit, Non cognouisti eum: sed nihil aliud demonstrans, quam quod nihil aliud est filius,

* *cur etiam de se, et de patre meo utique cognouissetis.* Et ad Iudaeos huiusmodi sapenumero vsus est verbis. Quoniam ergo aliquando Petrus & Iudaei, quis esset pater interrogarunt, atque etiam Thomas, & nullus manifeste intellexit, sed adhuc quid diceret, ignorabat. Ne videretur molestus esse Philippus, & post Iudaeos magistrum tentare interrogando putaretur: huic particula, Ostende nobis patrem: addidit, Et sufficit nobis: nihil aliud quaerimus. Atqui dixerat Christus, Si cognouissetis me, & patrem meum utique cognouissetis: & ita per se patrem ostendebat. Philippus autem in contrarium ordinem vertit inquires, Ostende nobis patrem, tanquam Christum certo cognosceret: verum non dimisit eum Christus, sed ad viam dirigit, per se patrem cognosci persuadens, Ipse autem carneis his videre oculis eum volebat, prophetarum sitan recordatus, quod deum viderint: sed * permissio fuit illa de Philippe. inquit ergo, Deum nemo vidit vnquam. Et iterum, Omnis qui audit a deo, & discit, venit ad me. Neque vocem eius audistis, neque faciem eius vidistis. Et in veteri testamento: Nemo videbit faciem meam, & viuere. Quid Christus? vehementius arguit, Exod. 33. d. Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouisti me Philippe? Et non dixit, vidisti: sed cognouisti. Nunquid te nosse volo, inquit? Patrem nunc videre quaero: tu autem mihi dicis, non cognouisti me? Quamnam hoc habet consequentiam? Magnam quidem. Cum enim hoc sit quod est pater manens filius, merito in se patrem ostendit. Inde personas diuidens inquit: *Philippe, qui videt me, videt & patrem.* Ne quis diceret, quod pater sit ipse filius: nam si ipse esset pater, non sane dixisset, Qui videt me, videt patrem. Sed cur non eum admonuit, quod impossibilia, & supra hominem, & sibi soli possibilia postulare? Cum enim Philippus dixisset, sufficit nobis, tanquam ipsum cognoscens: ostendit quod neque ipsum Philippus viderit. Certe enim si illum vidisset, etiam ipsum videre potuisset, ideo inquit: Philippe, qui videt me, videt & patrem. Si quis me videt & illum videbit: hoc est, neque ego, neque ille videri possumus. Philippus enim visus cognitionem quaerebat, & cum Christum se vidisset arbitraretur, volebat eodem modo & patrem videre: vnde neque se videri ostendit. Quod si quis dicat visum hoc in loco cognitionem intelligi, id ego non nego. Philippe, qui me nouit, inquit, nouit & patrem. Attamen non propter hoc dixit, sed ut eandem substantiam demonstraret. Qui meam substantiam videt, videt & patris. Et quare hoc? An ne qui creaturam nouit, nouit & deum? Atqui omnes creaturam norant, & videbant, deum non omnes norant. Praeterea, videamus quid Philippus videre quaerat. Num sapientiam patris: num benignitatem? Minime, sed quid esset deus, ipsam videlicet substantiam. Ad hoc ergo respondit Christus: Philippe, qui videt me. Qui autem creaturam videt, non tamen videt dei substantiam. Philippe, qui videt me, inquit, & patrem meum videt. Quod si alterius esset substantia, minime hoc dixisset. Ut autem pinguiori utamur sermone. Nemo qui aurum ignorat, in argento auri substantiam videre potest. Non enim alia per aliam apparet natura: ideo bene reprehendit inquires, Tanto tempore vobiscum sum, tantam accepisti doctrinam, magna signa & propria diuinitatis, & quae pater solus operatur, vidisti, soluta peccata, arcana in medium prolata, mortem fugatam, operationem exterius factam, & non cognouisti me? Quonia carne circumdatus erat, propterea dixit, Non cognouisti me. Vidisti

* *Amisio ylatu, opifitii, creatio-*

est filius, quam quod est pater manens in esse filius. Vnde autem ad hoc venit Philippus? Dixit, Si cognouissetis me, & patrem meum utique cognouissetis. Et ad Iudaeos huiusmodi sapenumero vsus est verbis. Quoniam ergo aliquando Petrus & Iudaei, quis esset pater interrogarunt, atque etiam Thomas, & nullus manifeste intellexit, sed adhuc quid diceret, ignorabat. Ne videretur molestus esse Philippus, & post Iudaeos magistrum tentare interrogando putaretur: huic particula, Ostende nobis patrem: addidit, Et sufficit nobis: nihil aliud quaerimus. Atqui dixerat Christus, Si cognouissetis me, & patrem meum utique cognouissetis: & ita per se patrem ostendebat. Philippus autem in contrarium ordinem vertit inquires, Ostende nobis patrem, tanquam Christum certo cognosceret: verum non dimisit eum Christus, sed ad viam dirigit, per se patrem cognosci persuadens, Ipse autem carneis his videre oculis eum volebat, prophetarum sitan recordatus, quod deum viderint: sed * permissio fuit illa de Philippe. inquit ergo, Deum nemo vidit vnquam. Et iterum, Omnis qui audit a deo, & discit, venit ad me. Neque vocem eius audistis, neque faciem eius vidistis. Et in veteri testamento: Nemo videbit faciem meam, & viuere. Quid Christus? vehementius arguit, Exod. 33. d. Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouisti me Philippe? Et non dixit, vidisti: sed cognouisti. Nunquid te nosse volo, inquit? Patrem nunc videre quaero: tu autem mihi dicis, non cognouisti me? Quamnam hoc habet consequentiam? Magnam quidem. Cum enim hoc sit quod est pater manens filius, merito in se patrem ostendit. Inde personas diuidens inquit: *Philippe, qui videt me, videt & patrem.* Ne quis diceret, quod pater sit ipse filius: nam si ipse esset pater, non sane dixisset, Qui videt me, videt patrem. Sed cur non eum admonuit, quod impossibilia, & supra hominem, & sibi soli possibilia postulare? Cum enim Philippus dixisset, sufficit nobis, tanquam ipsum cognoscens: ostendit quod neque ipsum Philippus viderit. Certe enim si illum vidisset, etiam ipsum videre potuisset, ideo inquit: Philippe, qui videt me, videt & patrem. Si quis me videt & illum videbit: hoc est, neque ego, neque ille videri possumus. Philippus enim visus cognitionem quaerebat, & cum Christum se vidisset arbitraretur, volebat eodem modo & patrem videre: vnde neque se videri ostendit. Quod si quis dicat visum hoc in loco cognitionem intelligi, id ego non nego. Philippe, qui me nouit, inquit, nouit & patrem. Attamen non propter hoc dixit, sed ut eandem substantiam demonstraret. Qui meam substantiam videt, videt & patris. Et quare hoc? An ne qui creaturam nouit, nouit & deum? Atqui omnes creaturam norant, & videbant, deum non omnes norant. Praeterea, videamus quid Philippus videre quaerat. Num sapientiam patris: num benignitatem? Minime, sed quid esset deus, ipsam videlicet substantiam. Ad hoc ergo respondit Christus: Philippe, qui videt me. Qui autem creaturam videt, non tamen videt dei substantiam. Philippe, qui videt me, inquit, & patrem meum videt. Quod si alterius esset substantia, minime hoc dixisset. Ut autem pinguiori utamur sermone. Nemo qui aurum ignorat, in argento auri substantiam videre potest. Non enim alia per aliam apparet natura: ideo bene reprehendit inquires, Tanto tempore vobiscum sum, tantam accepisti doctrinam, magna signa & propria diuinitatis, & quae pater solus operatur, vidisti, soluta peccata, arcana in medium prolata, mortem fugatam, operationem exterius factam, & non cognouisti me? Quonia carne circumdatus erat, propterea dixit, Non cognouisti me. Vidisti

patrem, noli amplius quaerere ut videas: in illo enim me vidisti. Si nouisti me, noli amplius quaerere, siquidem in illius substantia apparco. Verba quae ego loquor vobis, & mecum loquor. Vides propinquitatis excessum; & vnus intelligit Iam substantia exemplum? Pater in me manens ipse facit opera. Quo modo a verbis incipiens transit ad opera? Dicit enim poterat, Ipse loquitur: sed duo hic ponit, doctrinam & signa, vel quod etiam verba erant opera. Quo modo ergo facit? Etenim alibi inquit, Si non facio opera patris mei, nolite mihi credere. Quo modo ergo hoc in loco patrem facere attestatur? Ut plane ostendat, inter patrem & filium nullam esse differentiam: hoc est, non aliter pater, & aliter ego facio. Nam alibi & se & patrem operari inquit: Pater meus vsque modo operatur, & ego operor. Illic nullam operum diuisionem, hic idem ostendit. Quod si pinguior verborum significatia humilitatem arguit, noli admirari. Prius enim cum dixisset, non credis, ita profecutus est, ut ipsum in fidem traheret: corda namque eorum ingrediebatur. ** Creditis, quia ego in patre, & pater in me est? Oportuit enim cum patrem & filium audistis, nihil aliud in substantiali cognitione constituenda quaerere. Vel credite: Quod si vobis hoc non satis est ad equalitatem, & eandem substantiam ostendendam, saltim ex operibus intelligite. Et qui videt me, videt & patrem meum. Si de operibus dictum est, non sane posterius dixisset: Alioqui, propter opera ipsa mihi credite. Inde se non ea tantum posse, sed & longe maiora per excessum ostendit. Non enim maiora his posse se, sed quod mirabilius est, se aliis dare posse maiorum potestate profiteretur. Amen amen dico vobis, qui credit in me, opera quae ego facio, & ipse faciet: & maiora his faciet, quia ego vado ad patrem. Hoc est, vestrum iam est miracula operari, ego abeo. Inde tunc sermonem perfecisset, ut ratio exigebat, inquit: Quodcumque petieritis patrem meum in nomine meo hoc faciam, ut in me glorificetur pater. Vides iterum quo modo hoc facit: Ego, inquit, faciam: & non dixit, ut glorificem patrem, sed, ut glorificetur in me pater. Atqui alibi dicebat, Deus glorificabit eum in seipso: hic vero, ipse glorificabit patrem. Cum enim filius magna potestate apparet, in eo pater glorificatur. Sed quid signat, in nomine meo? Quod apostoli dicebant: In nomine Iesu Christi surge, & ambula. Quaecumque enim ipsi operabatur, eorum author erat Christus, & manus domini erat cum illis. Ego faciam, inquit. Ecce eius auctoritatem: quae per alios sunt, ipse facit. Quae per se facit, num ne ipse non potest, sed a patre operatur? Et quisnam hæc diceret: & qua gratia secundum hoc ponit? Ut sermonem suum confirmet, ostendatque ad priora illa nostri gratia descendisse. Illa enim particula, Ad patrem vado: hoc est, non per eo, sed in propria permanebo dignitate in caelis, quae omnia ad eos consolando dicebat. Cum enim credibile esset eos nodum resurrectione intellecta, quadam afflicti tristitia, aliis ipsos eiusmodi virtutes collaturos pollicetur, vndique eos consolans, & quod non modo perpetuo mansurus sit, sed etiam maiora ostendens. Eum igitur sequamur, tollamus eius crucem: quod si non perfectionis alterius, tamen mortis tempus est. Mortificate, inquit, membra vestra, quae sunt super terram. Extinguamus cupiditatem, iram, inuidiam: hoc est viuum sacrificium, quod non in cinere consumitur, neque in fumum euanescit, neque lignis eget, non igne, non gladio, quae duo spiritus sanctus habet. Gladio enim superflua & aliena cordis abscondit, aperit obturatum auditum. Mortibus enim & malae cupiditates solent salutaribus sermonibus aditum obstruere. Siquidem auditas pecuniarum*

nō finit de elemosyna præcepta audire, & si præualuerit inuidia, charitatis doctrinam expellit, & alius quilibet morbus animam occupans, ad omnia pigriorē redit. Tollamus ergo malas cupiditates, ad quod voluntas satis est, vt omnes extinguantur: neque consideremus violentam esse pecuniarum cupiditatem, sed violentam desidiam nostram. Multi quid sit argentū, nescire se dicunt: nō enim naturalis est eius cupiditas. Naturales enim affectus à principio & ortu ipso nobis infunduntur. Aurum autē & argentum etiā diutius ignotum fuit. Vnde ergo aucta est huiusmodi cupiditas? Ab inani gloria, à summa desidia. Cupiditatum enim alia necessariae sunt, alia naturales, alia neutrum. Vt exempli gratia: Quaecumque animal perimunt cum non expleantur, ipsa naturales sunt, & necessariae: vt edendi, bibendi, dormiendi. Corporum amor naturalis est, non necessarius: multi nanque eum vincunt, neque tamen pereunt. Pecuniarum autē auiditas, neque naturalis est, neque necessaria, sed superuacanea: & si voluerimus, eius dominium non recipimus. Certe Christus de virginitate disputans, inquit: Qui potest capere, capiat: de pecuniis autem aliter: Nisi quis renūciauerit omnibus rebus suis, non est me dignus. Rem enim facilem admonerat, quod autem multos exuperat, voluntati & electioni permittebat. Quid ergo omnem nobis de ea excusationem auferimus? Nam qui à vehemētiore affectu vincitur, non multum puniendus est: sed qui ab imbecillo hoste superatur, minime potest excusari. Quid respondendum dicenti: Esurientem me vidistis, & non dedistis mihi cibum: Quo modo nos purgabimus? Adducemus paupertatem? sed non sumus vidua illa pauperiores, quæ duos obolos offerens, omnes superauit. Neque enim quid offeras, deus aspicit, sed dantis voluntatem: hoc enim sibi cura est. Eius ergo benignitate perspecta, quæ possumus offeramus, vt & in præsentia vita, & in futura diuinam gratiam consecuti, promissis bonis perfruamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, &c.

Homilia lxxiiij. ex cap. xiiij.



S diligitis me, mandata mea seruate: & ego rogabo patrem, & alium paraclatum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum: spiritum veritatis quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum.

Semper nobis aliquid agendum est, semper operibus inuigilandum, non verborum ostentationi. Dicere enim & promittere, omnino facile est: operari autem, nō itidem: quorsum hæc? Quoniam nunc multi sunt, qui se deum timere, & diligere profitentur, re autem contra omnino faciunt. Deus autem per opera diligere quærit, ideo ad discipulos dicebat: Si diligitis me, mandata mea seruate. Cum enim dixisset: Quodcumque petieritis, ego faciam: ne simplicem petitionem valere arbitraretur, addidit: Si diligitis me, tunc faciam. Et cum credibile esset, eos etiam audiendo quod iret ad patrem, perturbari, inquit: quod nunc perturbemini, non est amoris indicium, sed quod verbis meis fidē adhibeatis. Dedi vobis mandatum, vt diligeretis inuicem, & ita alteri faceretis, sicut ego feci vobis. Hæc est dilectio, credere & parere dilecto. Et ego rogabo patrem, & alium paraclatum dabit vobis. Iterum ad audiētium imbecillitatem descendit. Cum enim par esset nondum ipsum intelligi ipsius secū gentes, vehementer illam inquirere substantiam, vt eandem carnē bis secundum carnem aduentum, & nullam abeūtis capere consolationem, inquit: Rogabo patrem, & alium

Supra. 23. b

ipsius secū gentes, vehementer illam inquirere substantiam, vt eandem carnē bis secundum carnem aduentum, & nullam abeūtis capere consolationem, inquit: Rogabo patrem, & alium

paracletum dabit vobis: hoc est, qualis ego sum. Pudeat Sabellianos, & qui de spiritu nō recte sentiunt: etenim hoc mirū est, quod diuersas è regione hæreses vno iectu deiicit. Dicendo enim, alium, personæ differentiam: dicendo, Paracletum, substantiæ cognationē demonstrat. Sed cur, inquit, rogabo patrem? Quoniam si dixisset mittam, non ita fidem adhibuissent: nunc autem id ei cura est, vt credant: postmodum ipse se eum mittere ait, Accipite spiritum sanctum: hic patrem rogare, vt credibilem suam faciat orationem. Nam & Ioannes de eo inquit, quod de plenitudine eius nos omnes accepimus. Quod autem habet, quo modo ab alio accipit? & iterū, Ipse vos baptizabit in spiritu sancto, & igni. Quid autē amplius haberet quàm Apostoli, si ad mittendum spiritum esset patrem rogaturus, quod illos non nunquam etiam sine precibus fecisse apparet? Quo modo autem si precum gratia à patre mittitur, ipse à seipso infunditur? Quo modo ab alio mittitur, qui vbiq; adest, & diuidens propria vnicuiq; sicut vult, & sua ipsius autoritate dicit: Segregate mihi Saulum & Barnabam? Atqui deo ministrabāt ministri, tamē imperiose in proprium eos opus vocauit, non quod ad aliud opus aduocaret, sed vt suam ostēderet potestatem. Quid ergo sibi vult, rogabo patrem? aduentus tempus significat. Quando enim eos per sacrificium mundauit, tunc inspiratus est spiritus sanctus. Et quid tandem cum esset cum ipsis, nō venit: quia nondum oblatum erat sacrificium: cum autem iam peccatum deletū esset, & ipsi ad pericula mitterentur, & certaminibus se accingerēt, hortatorē mitti oportuit. Sed cur nō statim post resurrectionem spiritus venit? Vt expectationis desiderio maiori gratia eum acciperent. Quousq; enim cum ipsis Christus uersatus est, non afflictabantur, eo abeunte, tanquā deserti formidantes, maiorem in modum eum accipere auebāt.

Vt vobiscum maneat. Hoc signat, quod neque post mortem abiit. Et ne audiendo paraclatum, aliam opinaretur incarnationem, & oculis eum cernere expectarent, inquit: Quem mundus non potest capere, quia non videt eum. Non enim ita vobiscum erit, vt ego, sed in vestris animis habitabit, inquit enim, Et in vobis erit. Spiritum autem veritatis appellat, per hoc veteris testamenti figuram significans. Vt vobiscū sit, quod & ipse inquit, Quia ego vobiscum sum. Præterea & aliud quiddam signat, non passurum quæ ipse, neque discessurum. Quem mundus non potest accipere, quia non videt eum. Quid enim, dic mihi, est ne aliās visibilis? Minime: sed hic cognitionem dicit, addidit ergo, Neque cognoscit eum. Solet enim certam cognitionem visionem appellare. Cum enim sensum certissimus sit visus, per hunc semper veram adducit cognitionem. Mundum autem hoc in loco malos appellat: & vt hoc discipulos consoletur, dādo eis donum præcipuum. Vide quantopere verbis ipsum extollat. Dixit alium esse quàm ipse, dixit non dimissurum eos, dixit ad eos tantum venire. Quemadmodum ergo ego in vobis sum, inquit, & ipse erit: non tamen mœrorem ipsorum abstulit. Ipsum enim adhuc ac eius consuetudinem quærebant: quod respiciens, inquit: Neque ego relinquam vos orphanos, veniam ad vos. Nolite timere, inquit. Non propterea dixi alium paraclatum me missurū, & apud vos mansurū, tanquā in finem ad vos nō rediturus, & vos non visurus. Nā ipse veniā ad vos. Non relinquā vos orphanos. Cū superius filiolos appellasset, ideo orphanos nō relicturū se pollicetur. A principio dixerat venturos quod ipse iret, & in domo patris mansiones multas esse: hic autē cū illud diu post esset futurum,

Infra. 20. c

Supra. 12. d

Matt. 24. c

Lat. ed. in

Act. 11. 1

eadē verba posita sunt.

psal. 81. b

1. Cor. 3. c

Infra. 20. c

act. 11. 1

Hic supra.

Supra. 12. d

Matt. 10. g

† Dixit

quod dicitur

scimus quod

Hic supra.

turum,

turum, dat spiritum: sed cū quid diceret, nō intelligerent, neque ideo multum consolarentur, nō relicturum se eos orphanos dicit: quod illi magis quærebant. Sed cū id verbum, veniam ad vos, præsentiam significaret, ne iterum talem qualem & prius requirerent, vide quo modo id non quidem manifestē, sed tamen significauit. Cū enim dixerit, adhuc modicum, & mundus me iam non videt: subsequitur, Vos autem videbitis: me: quasi dicat, veniam quidem ad vos, nō tamen vt prius quotidie vobiscum semper versans. Et ne dicerent, quo modo ergo Iudæis dixisti, iam non videbitis me: hanc soluit objectionem, quod cum ipsis tantum futurus sit. Nam & spiritus talis est, Quia ego vivo, & vos uiuētis. Crux vos à me vsque ad finem non diuidet, sed ad breue me abscondet. Vitam autem mihi dicere videtur, non præsentem solam, sed & futuram. In illa die cognoscetis, quia ego sum in patre meo, & vos in me, & ego in vobis. In patre enim substantia, in ipsis concordia, & auxilio est. Et quānam hoc rationem habet, dic quæso? Magna sanē, & incomparabilis differentia Christi & discipulorum. Quod si ita verba iacent, noli admirari: solet enim non nunquam iisdem verbis & in deo, & hominibus, nō eodem modo vti. Nam & dii dicimur, & filij dei. Quod verbum non eandem in nobis, quam in deo vim habet. Et imago filius & gloria dicitur, atque etiam nos, sed longē aliter, & iterum: Vos Christi, & Christus dei: nō similiter autem dei Christus, & nos Christi. Quid autem hoc signat? Cū resurgam, inquit, tum me non alienum à patre, sed eiusdem potestatis esse cognoscetis, & me semper vobiscum esse, rebus ipsis meum in vos auxilium clamantibus, in inimicis repressis, vobis audenter loquentibus, molestiis propulsatis, prædicatione in dies florente, omnibus piæ doctrinæ & veræ religioni parentibus. Sicut misit me pater, & ego misi vos. Vides quod hoc in loco idem verbum non eandem vim habet: nam si hoc ita acciperemus, nihil inter apostolos & Christum interesset. Sed quid, inquit, tunc cognoscetis? quia resurrexisset, & secum versari viderūt, tunc certō crediderunt. Magna enim erat spiritus vis, omnia eos erudiens. Qui habet mandata mea & seruat ea, ille est qui diligit me. Non enim habere satis est, nisi diligenter seruetur. Sed quare ipsis idem sæpe repetit: Nam superius: Si diligitis, inquit, me, mandata mea seruate: & nunc, Qui habet mandata mea, & seruat ea: & Si quis sermonem meum audiet, & seruat eum, ille est qui diligit me: qui non audit sermones meos, non diligit me. Puto ex hoc eorum mœrore significari: nam cū multa de morte disputasset inquit, Qui odit animam suā in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. & Nisi quis acceperit crucē suam, & sequitur me, nō est me dignus: & alia plura dicturus esset: exprobrans eis inquit, Putatis ex amore tristes esse? contra res se habet, nō tritari equidem potius amoris est indicium. Quod autem hoc semper intendat, id in sequentibus repetit. Si diligeretis me, inquit, gauderetis vti que, quia ad patrem vado, Nunc autem metu perturbamini. Quod enim ita mortis formidine afficiamini, non est mandatum meū: oporteret enim vos crucifigi, si verē me diligeretis: ego enim vos admoneo ne timeatis eos qui corpus interficiūt. Tales pater diligit, talibus meipsum manifestabo. Tum Iudæis: Quid factum est, inquit, quia manifestaturus es nobis teipsum? Ecce quanta formidine tenebantur: comotus enim & perturbatus erat eorum animus, & vt mortuos in somniis, ita eum visuros se arbitrabantur. Ad quam suspitionem tollendam, audi quid respon-

A deat: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit: & pater meus diligit eum, & ad eum venimus, & mansionem apud eum faciemus. Tantum non dicens: Sicut pater manifestat seipsum, ita & ego: neque hoc tantum, sed dicendo, Mansionem apud eum faciemus: aufert suspicionem, non in somniis se manifestaturum. Tu autem cōtemplare perturbatū discipulum, neque apertē sententiam suam dicere audientem. Non enim dixit, vā nobis quod morieris, & mortuus nobis appariturus es: sed, quid factū est, quod manifestaturus es nobis teipsum, & non mundo: Dicit ergo se eos charos habere, quia mandatū ipsius seruatur: vt enim videntes eum postmodū phantasma nō existimarent, ideo hæc prædicit: & ne ita, vt dixi, sibi appariturum putarent, affert etiam causam, quod ob mandatorum obseruationem spiritus ad eos uerturus sit. Quod si tam diuturna consuetudine ipsius substantiam ferre: imò ne intelligere quidem possunt: quid nam futurum esset, si à principio ita eis apparuisset? Ideo cum his comedit, ne phantasma putaretur. Nam si super aquis ambulantem videntes id opinati sunt, cū eum vultu eodem apparerent, & non multum distantem viderant: quī credi poterat, si repente resurgentem viderent, quem captum viderant, & ligatum? Ideo frequenter eis se appariturū, & quare, & quo modo prædicit, ne phantasma existimaretur. Qui non diligit me, sermones meos non seruat: & sermonem quem audistis non est meus, sed qui misit me pater. Itaque non me solum non diligit, sed ne patrem quidem, qui hæc verba non audit. Nam si amoris indicium est, mea audire mandata quæ patris sunt: qui audit, non filium solum, sed & patrem diligit. Et quo modo sermo hic tuus est, & non tuus? hoc est, quod nihil alienum à patre loquor, neque aliquid quāmodum illi placitum est. Hæc locutus sum vobis apud vos manens. Cū hæc obscuriora essent, & partim nō intelligerent, partim & plura dubitarent, ne iterum perturbarentur, & quæ mandata diceret sciscitarentur, hanc amouit sollicitudinem, inquit: Paracletus autem quem mittit pater in nomine meo, ille vos docebit. Fortasse quæ dixi, non intelligitis, sed ille perspicuus istorum doctor erit. Illa autem particula, Apud vos manebit, signat quod ipse abeat: quare ne tristenter, ait, quousque ipse apud eos maneat, & spiritus non veniat, nihil magnum, nihil altum poterunt intelligere. Quod dicit, vt ad ipsius abitum magno animo ferendum eos disponat, tanquam magnorum bonorum causam futurum. Frequenter autem paraleti meminit, propter eam qua afficiebantur tristitiam: & cū his verbis perturbarentur intelligentes molestias, bella, magistris discessum: vide quo modo iterum eos consolatur, inquit, Pacem relinquo vobis. Tantum non dicens, Quid mundi perturbationibus mouemini, cū pacem mecum habeatis? Neque enim huiusmodi est pax mundi, quæ in malo sit sepe numero, & nihil ipsam habentibus confert. Ego verō talem do pacem, vt inuicem eam habeatis, & vos fortiores efficiat. Sed cū iterum dixisset, Relinquo: quod verbum discedentis est, & par esset eos perturbari, ideo rursus dixit: Non turbetur cor vestrum, neque formidet. Ecce quod partim amore, partim metu mouebatur. Audistis quia ego dixi vobis, vado & venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis vti que, quia vado ad patrem: quia pater maior me est. Et quod nam gaudium hoc eis allaturum erat? quam consolationem? Quid hoc signat? Nondum resurrectionem intelligebant, neque debitam de eo habebant sententiā. Et quo modo poterant, cū nondum resurrexisset viscerant? Patrem autem magnum esse existimabant. Discite ergo:

Matt. 24. c

† ipsum re-

surrexitur.

sciebant.

† sciebant.

cit ergo: Si mihi timetis, quod me defendere nequeam: neque confiditis, quod post mortem iterum vos videam: tamen audiendo, quod ad patrem vado, latandum vobis est, quod ad maiorem vado, & qui omnia potest molestia dissoluere. Vos audistis, quia ego dixi vobis. Quare hoc posuit: quasi dicat, Vt intelligatis quantum verbum meum vobis tribuam, cum i pradicere non sim veritus.

† tantū me in his reb' fiduciā habere, vt eas.] Hoc ergo & quæ futura sunt, dixi vobis, priusquam sint, vt dicitur facta fuerint credatis quia ego sum. Quasi dicat, Non sciretis, nisi ego dicerem: neque dicerem, nisi mihi confiderem. Vides sermonem imbecillitati accommodatum? Etenim cum diceret: An putas, quia non possum rogare patrem, & exhibebit mihi modò plusquam duodecim legiones angelorum? ad auditorum opinionem locutus est. Neque enim illud diceret quispiam vel stultissimus, quod sibi ipse auxilio esse non potuerit, sed angelorum eguerit. Veruntamen cum tanquam hominem arbitrarentur, ideo dixit duodecim legiones angelorum. Atqui simpliciter Iudæos interrogans, reiecit retrorsum. Quod si quis maiorem filio patrem, in quantum principium filij, diceret, neque hoc contradiceremus: non tamen hoc alterius facit filium esse substantiæ. Quod autem dicit, hoc est: quoad hinc sum, par est vt vos tpericlitari arbitremini, si autem illuc abiero, confidite, quia securi sumus: illum enim nemo vincere potest: quæ omnia ad discipulorum imbecillitatem dicta sunt: ipse enim confido, neque curo mortem, ideo inquit: Hæc dixi vobis priusquam fierent. Cum enim nondum huc sermonem capere possitis, à patre, quem magnum appellatis, vos consolor: inde etiam tristitia admiscet. *Iam non multa loquar vobiscum. Quare? Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam.* Principem mundi, diabolum: & malos homines mundi nomine appellat. Non enim cælo & terræ imperat, cum omnia strauisset: imperat autem his, qui se ei in seruitutem tradunt, ideo & principem tenebrarum seculi huius, & tenebras mala opera appellat. Quid ergo, diabolus te perdit? Minimè, nihil enim in me habet. Cur ergo te Iudæi interficiunt? Quoniam volo, & vt cognoscat mundus quia diligo patrem. Non enim quod sim reus mortis, atque ei obnoxius, sed ob meam in patrem dilectionem hoc patior: hoc autem ait, vt iterum eorum animos excitet, & intelligant non inuitum, sed vltro mortem subire, & diabolum contemnere: neque contentus fuit dicere, Modicum vobiscum sum, sed id ipsum quod molestū erat, frequenter repetit, nec iniuria: quousque enim tristitiā eorum molliat, & faciliorem toleranti reddat, latiora annectit: idcirco ait, Vado & venio: & vbi ego sum, & vos sitis: & nō potestis me sequi. *† quod hæc res pernicio- sa non sit, nec dānum adferens, si diligo.] & qui diligitur, ita vult: ideo lata hæc tristior quidē qui valde ipsū diligat.] suum fore discessum, eis consolandi gratia dixit: prop- terea multa de spiritu locutus est, Et in vobis erit, & quem mundus non potest accipere, & ille docebit omnia, & spiritum veritatis, & spiritum sanctum, & paratū defensor et suggester vobis omnia, ne agresferent, ac si iparum possent proficere.] Dicit autem, [Suggester:] ostendens se eos spirituales effecturū, vt vluenisse non ignoramus. Qui enim prius tremebant & formidabant, post spiritus acceptionem in media pericula pro-*

Matt. 26. e

Infra. 19. a

† arbitremini quod nos periclitemur.]

ad Ephes. 6. b

† quod hæc res pernicio- sa non sit, nec dānum adferens, si diligo.] & qui diligitur, ita vult: ideo lata hæc tristior quidē qui valde ipsū diligat.] suum fore discessum, eis consolandi gratia dixit: prop- terea multa de spiritu locutus est, Et in vobis erit, & quem mundus non potest accipere, & ille docebit omnia, & spiritum veritatis, & spiritum sanctum, & paratū defensor et suggester vobis omnia, ne agresferent, ac si iparum possent proficere.] Dicit autem, [Suggester:] ostendens se eos spirituales effecturū, vt vluenisse non ignoramus. Qui enim prius tremebant & formidabant, post spiritus acceptionem in media pericula pro-

A filierunt, per ferrum, ignem, bestias, pelagus, & ad omnem calamitatem se intrepidi exposuerunt: & illiterati & idiotæ ita audenter disputauerunt, vt auditores in admirationem adducerent, & stuporem: ex Iudeis ferreos: & in cælum erigens, nulli humano affectui subiectos reddidit spiritus. Talis illa gratia, quæ mœrorem soluit, malas cupiditates consumit, formidinem pellit, nec sinit amplius hominem esse quem afflat. Sed tanquam in ipsum cælum translatus, omnia quæ illic sunt, contemplatur. Quamobrem nemo aliquid suum proprium dicebat. In orationibus, læticia, simplicitate perseuerabant: hoc maximè opus est spiritus sancti. Fructus enim spiritus, læticia, pax, fides, mansuetudo. Sed tristantur nonnunquam spirituales homines. Verum tristitia illa læticia suauissima est: nam & Cain tristatus, sed mundi tristitia: & Paulus, sed dei: Quicquid enim spirituale est, lucrum habet maximum: vt mundana omnia maximum dispendium. Imploremus ergo insuperabile spiritus auxilium, seruemus mandata, neque erimus angelis inferiores: neque enim illi, quoniam corpus non habent tales sunt: ita enim nullus eorum malus fuisset, sed voluntas omnium causa est. Propterea ex his qui corpore carent, etiam brutis peiores inuenti sunt, & ex corporeis illis etiam incorporeis præstantiores. Et omnes iusti qui terram habitant, qui corpori sociantur, rectè faciunt, quæ faciunt: tanquam enim hospites & peregrini terram habitant, cælum verò vt ciues. Noli ergo quod carnem habeas, de victoria, & labore pro virtute subeunda desperare. Noli rerum opificem accusare. Si enim carnem ferre virtuti prorsus viam præcluderet, nobis culpa non esset imputanda: Quod autem id non faciat, sanctorum cœtus declarat. neque enim carnis natura Paulo fuit impedimento, quin qualis fuit euaderet: non Petro, vt cæli clauas acciperet. Et Enoch in carne translatus, nusquam apparuit, ita & Helias cum carne raptus est: & Abraham, Isaac, & Iacob in carne claruerunt. Ioseph in carne impudicam mulierè superauit. Et quid carnem dico: quam si etiam catenis deuincias, nihil ei nocueris. Nam si ligatus sum, inquit Paulus, at sermo dei nō ligatur. Et quid vincula, quid catenas memini? Addas & carcerem, & compedes, nihil horum vllum affert virtuti impedimentum. Ita docet Paulus. Vinculum animæ non ferrum, sed timor & cupiditas pecuniarum, & animæ passionis: hæc sunt vincula, licet corpus solutū sit. Sed à corpore hæc veniunt, inquit. Nugæ hæc, & vanus pretentus: nam si ita esset, omnes iisdem subderemur affectibus: Vt enim lassitudinem, somnum, famem, sitim euitare non possumus, quoniam naturalia sunt: ita & if la si talia essent, neminem immunem, & sibi non obnoxium relinquerent. Quod si multi his non subiciuntur, constat pigriciæ nostræ quicquid perperam facimus adscribendum. Omnia igitur vicia abscindamus, neque corpus accusemus, sed illud subiiciamus animæ gubernaculis, vt illo bene domito sempiterna bona consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri, simul & spiritui sancto gloria, in secula seculorum, Amen.

Acto. 4. f

Galat. 5. d

Hebr. 11. a

4. Reg. 4. b

Gen. 39. b

2. Tim. 2. b

Homilia lxxv. ex cap. xv.

Surgite, eamus hinc. Ego sum vitis vera, & vos palmites, & pater meus agricola est. Timidam & effœminatam animam ignorantia efficit, quemadmodum magnam & sublimè cœlestis doctrinæ esuditio: qua quæ non fruitur, metulosa est, non natura,

natura, sed volūtate. Cum enim video quempiam iam fortem & impaudum, inde timidum effici, illam ego naturalem passionem non appello. Naturalia enim immutabilia sunt. Rursus cum video timidum repente fortitudinem sumere, illud quoque voluntati tribuo: nam & discipuli timidissimi erant priusquam opportuna discerent, & digni gratia spiritus haberentur, postmodum verò leonibus fortiores apparuerunt: & Petrus qui mulierculæ minas nō pertulerat, in caput appensus, & verberatus, & multa perpeffus, non tacebat, sed omnia tanquam somnium perferrebat: at non ante crucem adeo cōfidebat, ideo Christus dicebat: Surgite, abeamus hinc. Quæ gratia, dic quæso: an ignorabat quando esset tradendus: an ne Iudas eò veniret formidabat, neve priusquam eos doceret, caperetur? Longè hæc à diuina absunt maiestate. Si non timebat, cur hinc eos abducit, & post finitum sermonem in hortum Iudæ cognatum ducit: Quod si etiam aduenisset Iudas, nonne ipsorum poterat visum auferre, vt presentibus fecit? Cur ergo discedit? Parumper indulgit discipulis. Par enim erat vt tremerent & formidarent, vt pote qui loco certo & manifesto noctu essent, neque Iesū verbis vacarent, sed oculos circumferrent, & semper se comprehendi viderentur, & maximè cum magistri sermo timorem incuteret. Inquit enim non multa iam cum ipsis locuturum, & venire mundi huius principem. Cum ergo his & huiusmodi verbis perturbarentur, ac si mox capiendi essent, in alium eos locum ducit, vt se tutos arbitrati, fidentius audirent. Erant enim maxima audituri: ideo inquit: Surgite, eamus hinc: quibus abductis, Ego sum vitis, inquit, vos palmites. Quid vult hæc parabola significare? Quod qui nō vacat doctrinæ, viuere non potest, & quod futura signa Christi virtute proueniunt. Pater meus agricola est: quid? Auxilio indiget filius? Absit. Neque sic intellegitur. Vide quàm diligenter hanc parabola exequitur: non enim radici, sed palmitibus agricolæ curam conferre dicit. Radicis autem non alia causa hinc meminit, quàm vt discerent sine ipsius potentia nihil fieri posse: & quod ita ipsi fide vniendi sunt, vt palmes viti. *Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum pater.* Hinc signat vitam, ostendens sine operibus neminem in ipso esse posse. *Et omnem qui fert fructum purgabit:* Id est, incitabit ad virtutis curam. Atqui radix circumfossione, & cultu primū indiget: sed nihil de ea nunc dicit, sed de palmitibus, sibi ipsi se sufficere ostendens. Discipuli autem multa præceptoris cura indigent, etiam si studiosi sint: ideo inquit, Omnem qui fructum feret, purgabit eum: qui fructum non facit, nō potest esse in vite: qui fructum fert, eum reddet fecundiorum. Hoc autem etiam aduersus afflictiones tunc ipsis imminentes dictum esse quispiam dicere possit. Nam purgare palmitem, incidere est, vt fecundiorum faciat: vnde ostendit tentationibus effici fortiores: inde ne de quibus dicat interrogent, & iterum sollicitantur, inquit: *Iam vos mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis.* Vides quo modo se palmitum curatorem profiteatur? Ego vos purgaui, inquit. Atqui superius hoc patris officium ostendit: sed nulla est inter patrem & filiū differentia, iam vestra opus est diligentia. Inde ne se eorum ministerij indigentia, sed vtilitate hoc facere demonstraret, addit: *Sicut palmes non potest facere fructum à semetipso, nisi manserit in vite: sic vos nisi in me manseritis.* Vt enim metu laxato eorum animo, non discederent, eos cohibet, & sibi conglutinat, & bonam spem habere iubet, radix enim manet. Incidi autem & auferri, palmitum

tum est. Ita vtrinque aggressus, & à bonis & molestis rebus priores à nobis partes exigit. *Qui manet in me, & ego in eo.* Ecce filium non minoris esse quàm patrem potestatis, ad discipulos excitandos. Pater purgat, filius in eo manet. Manere enim in radice, facit vt palmites fructum faciant. Quod si non purgatus in vite palmet manserit, fert quidem fructum, sed non debitum: qui verò non manet in vite, nihil parit. Verum purgare, filij etiam esse ostenditur: & manere in radice, patris, qui ipsam radicem gesserat. Vides quo modo omnia communia sunt, & purgare, & à radice virtutem habere: Magnum quidem detrimentum etiam nihil posse facere, verum vltimus pœna procedit. *† Mittetur,* inquit, *foras:* Neque amplius ab agricola curabitur: *† Et arefcet.* Hoc est, si quid habuit à radice, si quam gratiam, amittet, & omni inde auxilio & vita spoliabitur, & tadem in igne mittetur: sed non talis, qui manet in vite. Inde ostendit quid sit in ea manere, inquit: *Si verba mea in vobis manserint.* Vides (quod & superius merito dicebam) ipsa opera Christum exigere: cum enim dixisset, quodcumque petieritis, faciam: addidit, Si diligitis me, mandata mea seruate. Et hoc loco, *Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint, quodcumque volueritis, petetis, & fiet vobis.* Hæc autem dicebat, ostendens illos qui insidiabatur ei, concrematum iri, ipsos autem fructum laturos. Timorem ergo ab eis in illos transfert, & inuictos ipsos fore signat: quare inquit, *In hoc clarificatus est pater meus, vt plurimum fructum afferatis, & efficiamini mei discipuli.* Hinc sermoni suo auctoritatem facit: nam si ad patris gloriam fructus faciendus est, non eam contemnet, & efficiamini mei discipuli. Vides quo modo qui fructum affert, ille discipulus est? Sed quid signat, In hoc clarificatus est pater? hoc est, lætatur cum in me manetis, & fructum fertis. *Sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos.* Hinc iam magis secundum hominem loquitur: Nam istud aduerbium, sicut, ad homines dictum, vim propriam habet. Nam qui mori voluit, qui seruos, inimicos, hostes, tanto honore dignatus est, & in cælum adduxit: quo modo dilectionis mensuram ostendit? Si ergo vos diligo, confidite: si patris gloria est fructum facere, nihil mali suspicamini. Inde ne negligentem faceret, vide quo modo eos rursus excitat: *Manete in dilectione mea:* Hoc in vestra est potestate. Quo modo autem hoc erit? *Si præcepta mea seruaeritis, sicut & ego præcepta patris mei seruauit.* Rursus humano more loquitur. Neque enim legislatores legi subditum esse oportet. Vides (quod semper dico) hoc etiam in loco propter auditorum imbecillitatem sic loqui? Ad illorum enim suspensionem locutus est, & in tuto eos esse, & inimicos eorum perditum iri asserit: præterea quod quæcumque habent, à filio habent: quodque si puram vitam exhibuerint, nemo eos poterit superare. Considera autem quanta eos auctoritate alloquitur. Non enim dixit, manete in dilectione patris: sed, mea. Inde ne dicerent, Quando nos omnibus inimicos reddidisti, tunc nos dimittis, tunc discedis: hoc negat, sed ita eis, modò velint, conglutinari dicit, vt palmes viti: rursusque ne fiducia hac pigriores redderentur, non duraturum bonum dixit si id negligerent. Et ne si ad seipsum omnia referret, propiores ad casum redderet, inquit: *In hoc clarificatus est pater.* Semper enim & suam, & patris in eos dilectionem ostendit. Non ergo Iudæorum res gloria patris erat, sed quæ ipsi erant accepturi, inde ne diceret, Patrias traditiones reliquimus, & nunc omnium nudi deserimur. In me, inquit, respicite, diligit me pater: & tamen hæc mihi subeunda

† filius autē in seipso cōtinet.]

† et arefcet.] Hoc est, si quid habuit à radice, si quam gratiam, amittet, & omni inde auxilio & vita spoliabitur, & tadem in igne mittetur: sed non talis, qui manet in vite. Inde ostendit quid sit in ea manere, inquit: Si verba mea in vobis manserint.

Supr. 14. b

eunda

eunda proponuntur. Non igitur ego vos, quia non diligam, in praesentia relinquo: nam si ego morior, nec tamen propterea non amari a patre coniecturam facio, neque vos perturbari oportet. Si in dilectione mea manebitis, nihil vobis horum nocere poterit. Magnū namque & insuperabile quiddam dilectio est, quae non nudis verbis, sed re ostendenda est. Ipse inimicos reconciliauit, nos in amore perstemus: ipse incepit, nos saltē prosequamur: ipse non sui commodi gratia (nullius enim eger) nos saltē ad nostram vtilitatem diligamus: ipse inimicos, nos saltē eum qui amicus est, amore prosequamur: Nam nunc quidē e contrario facimus. Quotidie enim blasphematur propter nos deus, propter rapinas, propter cupiditates: & fortasse quispiam vestrum dicet, Quotidie de cupiditate disputas: vtinam & singulis noctibus liceret, vtinam in foro prosequi, & ad mensam: vtinam mulieres, amici, filij, serui, agricolae, vicini, & ipsum pauimentum, & parietes, semper hac voce clamare possent, vt vel saltē hoc pacto aliquantulum mitigaremur. Vniuersum enim orbē hic morbus, & omnium animos comprehendit, Magna pecuniarū vis. A Christo redempti sumus, & auro seruimus: illius asserimus dominatum, & alterius praeepto dicto citius paremus, & eius gratia, genus, amicitiam, leges, omnia denique ignoramus. Nemo cœlum contempletur, nemo de futuro cogitat, sed veniet tēpus, cum hi sermones nihil proficient. In inferno, inquit, quis confitebitur tibi? Desiderabile aurum, & delicias praebet, & honorabiles facit, non tamen eodem modo vt cœlum. Diuitem enim multi & vitant, & odio habēt: qui autem virtutem complectitur, eum & honorant, & reuerēt. Sed ridiculus est pauper, etiam si virtute praeditus sit: at non apud homines, sed carentes ratione: & propterea curare non oportet. Neque enim si alij in nos irruant, & inclangant graculi, sapientes autem laudent, horum dimisso consensu, stultorum clamores nos moueant. Sunt enim graculis haud absimiles, & asinis peiores, qui praesentia admirantur. Nam si terrenus rex te laudet, nihil multitudinis sermonibus moueberis, etsi omnes irrideant. Cum autem omnium dominus te laudet, de cantharidum & culicū laudibus cogitas? Tales enim erunt hi si cum deo cōparentur: Vel potius neque tales erunt, sed lōgē viliores. Quousq; in cœno versabimur? Quousque stultos, & gula deditos, spectatores habebimus? Qui taxillorum lufores, ebrios, spectatores habebimus: Qui possunt, virtutem autem & viciū ne in somnis quidem imaginantur. Si quis te accuset quod ducedarum cloacarum ignarus sis, nihil molestē ferres, sed rideres, qui tibi ignoratam artem proponeret: at si vis virtuti operam dare, eius ignaros tibi laudatores proponis: ideo nunquam eam assequimur. Non enim peritis, sed ignaris res nostras committimus: illi autem non secundum artis rationem, sed secundum ignorantiam suam probant. Quare vos hortor, contemnamus multitudinem, imō nec laudes desideremus, neq; pecunias, neq; opes: neque malum paupertatem existimemus, quippe quae & continentiae, & fortitudinis, & omnis sapientiae magistra est. Nam & Lazarus in paupertate coronatus est, & Iacob solo pane contentus erat, & Ioseph vltimus pasfus est egestatem, non tamen seruus, sed dominus fuit, & propterea eum magis admiramus: & non tātis eum laudibus prosequimur, cum frumentum distribuit, vt cum carcerem habitauit: non cum corona, quam cum catena circumdabatur: non cum in folio sedebat, quam cum insidijs periclitabatur. His omnibus, & horū cer-

Psal. 6. b

[nos irridēant]

Luc. 16. 8
Gene. 28. d
Ibid. 37. c
39. & seq.

taminum premiis consideratis, nolimus diuitias, honores, delicias, potestates, sed paupertatem, catenas, vincula propter virtutem suscepta admirari. Finis namque illorum tumultus plenus est, & perturbationis, & hac vita finiuntur: horum autem fructus cœlum est, & cœlorum bona, quae nulla auris audiuit: quae vtinam omnes consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cū quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

Homilia lxxvi. ex cap. xv.



Acc locutus sum vobis, vt gaudium meū in vobis sit, & gaudium vestrum implatur. Hoc est praeeptum meū, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Omnia bona tunc mercedem habent, cum debitum finem consequuntur. Quod si interim quis deciderit, naufragium incurrit: quemadmodum nauis innumeros veniens, nisi ad portum appellat, sed in medio pelago submergatur, non modō nihil ei longa proficit nauigatio, sed tantō maiorem facit iacturā, quantō maiores labores subiit: ita & quae sub laborum finē, & quae in medio certamine corruunt animae, grauiori casu concutiuntur. Ideo Paulus gloriam, & honorem, & pacem eos sequi ait, qui per bonorū operum tolerantiam currunt: quod nunc Christus apostolos admonet. Cum enim ipso accepto gauisi, inde propter passionem & verborū molestiam tristitiam concepturi essent, post debitam doctrinam & consolationem: Hec inquit, locutus sum vobis, vt gaudium meum in vobis sit, & gaudium vestrum implatur: hoc est, ne discedatis a me, neve a cursu defistatis. Gauisi estis in me, & quidem vehementer: sed incidit tristitia, hanc eximam, vt ad finem vsque laticia perduret: ostendens in praesentibus non maiorem, sed laticiam capiendam. Vos ego perturbatos vidi, nō contempsi: non dixi, cur nō perseueratis in fortitudine: sed vos consolatus sum, & hanc dilectionem meam volo perpetuō seruetis. Audistis de regno, gauisi estis, vt impleatur laticia vestra, hęc locutus sum vobis: hoc autem est, praeeptum meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos: intueri dei dilectionem, tanquam catena quadam nostrae dilectioni connexam: idcirco nunc duo, nunc vnum mandatum dicit: nemo enim primum sine altero assequi potest. Nunc inquit, in hoc & lex, & prophetarum & vos eis facite. Hęc est enim lex, & prophetarum plenitudo legis, dilectio, vt hoc in loco testatur. Nam si perseuerantia a dilectione, dilectio a mandatorum obseruatione prouenit: mādatum autem est, vt diligamus inuicem, perseuerantia a mutua oritur dilectione. Neque simpliciter dilectionem dicit, sed & modum docet diligendi. Sicut ego dilexi vos, inquit. Iterum ostēdit non odio aliquo discedere, sed dilectione. Quare magis admirari me debetis, pro vobis animā meam pono: vt superius inquit, optimum pastorem describēs: hoc autem in loco eos admonet, & dilectionis suae magnitudinē, & qualis ipse sit ostēdit. Sed qua gratia semper dilectionem extollit: quoniam hoc est discipulorum argumentum, hoc virtutem corroborat. Propterea Paulus tātopere dilectionem laudauit, vt pote verus Christi discipulus, qui eius vim sit expertus. Vos amici mei estis, si feceritis quae praecipio vobis. Iam non dico vos seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius: vos autem dixi amicos, quia omnia quae audiui a patre meo, nota feci vobis. Cur ergo inquit, Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modō? Nihil aliud ex his verbis innuit, quam nihil alienum a patre

deus, id est perieritis patrem in nomine meo, det vobis. Atqui eius qui pe titur est facere: quod si pater petitur, quo modo filius facit: Vt non minorem patre intelligas. Hęc locutus sum vobis, vt diligatis inuicem. Hoc est, non exprobrandi gratia dico me animam meam ponere, quod amare prior persecutionem pati a multis molestum, & intolerabile videretur, & par esset etiam generosum animum deici, ideo multis propositis, & eorum placato animo ad hoc venit, & hęc eorum gratia, vt alia ex abundantia dicta significet. Vt enim superius dixit non solum non dolendum, sed latandum, quod iret ad patrem, nō deserendi, sed vehementis amoris gratia: ita & in hoc loco latandum ostendit. Et considera quo pacto eos praeparat: non enim ait, Scio rem molestam: sed, cum propter me hoc patiamini, propter me etiam perferatis. Nō enim sufficiens consolationis causa hęc fuisset: quare ea ommissa, alias duas adducit, & quia prioris virtutis hoc est argumentum, & contrarium esset dolendum, non quod odio nunc habeamini, sed si diligeremini: hoc autem significat, inquiens: Si de mundo essetis, mundus quod suum esset diligeret. Quare si diligeremini, malicia de vobis praerberetis argumentum. Inde cum his verbis rem non effecisset, iterum prosequitur: Non est seruus maior domino suo: si me persecuti sunt, & vos persequuntur. Ostendit per hoc maximē futuros imitatores. Quousque enim Christus fuit in carne, contra ipsum certabatur: post suā in cœlum ascensionem, aduersus discipulos pugnatum est. Et cum pauci tanti populi bellum suscepturi perturbarentur, eorum animos erigit, quod maximē eis latandū sit, si ab illis odio habeantur: ita enim passionis meae participes eritis. Non ergo perturbari debetis, nō enim me meliores estis: nam vt praedixi, Nō est seruus maior domino suo. Inde tertio eos cōsolatur, quod pater vna cum ipsis iniuriam accipit. Hęc omnia facient vobis, inquit, propter nomen meum, quia nesciunt eum, qui misit me. Hoc est, illum offendunt. Ad hęc omnem eis veniam aufert, & aliam affert consolationem. Si nō venissem, & loquutus eis non fuisset, peccatum non haberent. Ostendens, quod iniuste & in se & eos facient. Sed quid in hęc nos mala adduxisti? Nōne persecutionē & odium prauideras? Cui his verbis occurrit, Qui me odit, & patrem meū odit. Ex quo non paruum etiam praedicit supplicium. Cum enim frequenter propter patrem Christum persequi dicerent, omnem nunc ipsis tollit excusationem, quam ne haberent: primum, inquit, doctrinam proposui, inde eam operibus confirmavi secundum Moysi legem, qui omnes praemonuit, vt ei parerent, qui talia faceret, &

Supr. 14. d

patre

patre locutum, cum maximi amoris indicium sit, quod arcana patris cum eis & comunicauerit & dixerit. Cum autem omnia dicit, intelligendum de his est, quae eos au dire conueniat, inde aliud neque paruum amoris argumentum adducit. Non vos me elegistis, inquit, sed ego elegi vos: Hoc est, in amore praecurri: neque hoc contentus. Et postea inquit vos: Id est, plantaui, vt me diligeretis: adhuc in vitis translatione perstat, vt eatis & fructum afferatis, & fructus vester maneat. Quod si fructus manebit, longē magis & vos manebitis. Neque vos tantum amaui, inquit, sed & multa contuli beneficia, palmites vestros vbique terrarum propagans. Ecce quot modis suam proponit dilectionem, cum & secreta patris eis aperuerit, cum in amore praenerit, cum pro ipsis tot mala patiat, ex quo se perpetuō cum ipsis, qui allaturi sunt fructum, permanfurum ostendit. Necessē namque vt diuino freti auxilio fructum faciant. Vt quocumque diceret, qui & dei cultum erudiret, & maximis claret miraculis. Neque simpliciter signa dixit, sed quae nemo alius fecit: & ipsi horum testes sunt, cum dicant, Nunquam sic apparuit in Israël: neque auditum est a seculo, quod quis aperuit oculos caeci nati: & Lazari resurrectio, & alia multa huiusmodi erant, & modus ipse miraculorū nouus, & admirabilis. Sed qua gratia & te, & nos persequuntur? Quia de mundo non estis. Si de mundo essetis, mundus quod suum erat, diligeret. Praecomemorat eis verba, quae ad fratres suos dixerat, sed illic quidem modestius, ne ipsos offenderet: hic contra totum aperuit. Et vnde constat propterea odio nos habēdos fore? Ex his quae in me facta sunt: Quod nam enim factum aut dictum reprehendere valentes attulerunt, ne me recipient? Inde cum res stupenda nobis esset, adducit & causam, nempe illorum maliciam, nec hoc contentus, prophetam adducit, ostendens eum iam pridem his verbis praedixisse: Quia oderunt me gratis. Quod & Paulus faciebat. Multis enim admirantibus, quo modo Iudei nō crediderint, prophetarum nititur testimonio, quod malicia & stulticia eorum incredulitatis causa fuit. Quid ergo? Si sermonem tuum non seruauerunt, neque nostrum seruabunt: si te persecuti sunt, & nos persequentur. Si signa qualia nemo viderunt, si verba qualia nemo audierunt, & nihil tamen profecerunt, si patrem & te odio habent, cur nos eis relinquis? Quo modo apud eos vllam iam habebimus auctoritatem? Quis gentiliū nobis aures adhibebit? Ne igitur his intellectis perturbarentur, vide quam affert consolationem. Cum venisset paracletus, quem ego mittam vobis a patre spiritum veritatis, ne quis qui a patre procedit, ille testimonium perhibebit de me, & vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis. Ille dignus fide erit, veritatis enim est spiritus, propterea non spiritum sanctum, sed veritatis appellauit. Illa autem particula: hic dicitur Qui a patre procedit: hoc est, qui omnia certō nouit, si cut & de seipso, inquit: Scio vnde venio, & quō vado: & cum de veritate loqueretur, quem ego mittam. Ecce quod nō pater solus, sed & filius spiritum mittit, & vos qui mecum fuistis, neque ab alijs audistis, & adhibetis fidem: hinc apostoli asseuerantes dicebant, Qui cum eo comedimus & bibimus. Quod non ad gratiam dictum sit, spiritus dictis testimonium perhibet. Hęc locutus sum vobis, vt non scandalizemini. Hoc est, cum multos incredulos & vos persequentes videritis. Extra synagogam facient vos. Iam enim hoc decreuerant, si quis Christum confiteretur, extra synagogam eiiceretur. Sed venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se prestare deo. Si vos interficient, rem piā & deo gratam facturos se existimabunt, inde iterum consolatur: Et hac facient vobis, quia non nouerunt patrem, neque me. Hoc vos satis consoletur, quod propter me, & patrem hoc patiemini. Hic iterū eos beatitudinis admonet, vt in principio: Beati estis cum maledixerint vobis homines, & vos persecuti fuerint, & dixerint omne malum verbū aduersus vos, mentientes propter me: Gaudete & exultate, quia merces vestra copiosa est in caelis. Hęc locutus sum vobis, vt cum hora venerit, reminiscamini eorum. Itaque ex his & reliqua credetis. Neque dicere poteritis me ad gratiam loqui, aut vt vos fallam. Neque enim decepturus, quae deterrerēt & auocare possent praediceret. Propter hoc igitur praedixi, ne in non expectata incidentes, perturbaremini, ac etiam ne me non prauidisse futura diceretis. Reminiscamini ergo, quia ego dixi vobis. Etenim semper Iudaei vmbra quadam persecuti sunt discipulos, ac si mali essent, nō tamen turbati sunt, cum a magistris prius

Supr. 9. f

Supr. 11. f

Supr. 7. f

Psal. 68. a
& 34. c

* & πτωχῶν, id est, pauperum, id est, receritur. Si signa qualia nemo viderunt, si verba qualia nemo audierunt, & nihil tamen profecerunt, si patrem & te odio habent, cur nos eis relinquis? Quo modo apud eos vllam iam habebimus auctoritatem? Quis gentiliū nobis aures adhibebit? Ne igitur his intellectis perturbarentur, vide quam affert consolationem. Cum venisset paracletus, quem ego mittam vobis a patre spiritum veritatis, ne quis qui a patre procedit, ille testimonium perhibebit de me, & vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis. Ille dignus fide erit, veritatis enim est spiritus, propterea non spiritum sanctum, sed veritatis appellauit. Illa autem particula: hic dicitur Qui a patre procedit: hoc est, qui omnia certō nouit, si cut & de seipso, inquit: Scio vnde venio, & quō vado: & cum de veritate loqueretur, quem ego mittam. Ecce quod nō pater solus, sed & filius spiritum mittit, & vos qui mecum fuistis, neque ab alijs audistis, & adhibetis fidem: hinc apostoli asseuerantes dicebant, Qui cum eo comedimus & bibimus. Quod non ad gratiam dictum sit, spiritus dictis testimonium perhibet. Hęc locutus sum vobis, vt non scandalizemini. Hoc est, cum multos incredulos & vos persequentes videritis. Extra synagogam facient vos. Iam enim hoc decreuerant, si quis Christum confiteretur, extra synagogam eiiceretur. Sed venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se prestare deo. Si vos interficient, rem piā & deo gratam facturos se existimabunt, inde iterum consolatur: Et hac facient vobis, quia non nouerunt patrem, neque me. Hoc vos satis consoletur, quod propter me, & patrem hoc patiemini. Hic iterū eos beatitudinis admonet, vt in principio: Beati estis cum maledixerint vobis homines, & vos persecuti fuerint, & dixerint omne malum verbū aduersus vos, mentientes propter me: Gaudete & exultate, quia merces vestra copiosa est in caelis. Hęc locutus sum vobis, vt cum hora venerit, reminiscamini eorum. Itaque ex his & reliqua credetis. Neque dicere poteritis me ad gratiam loqui, aut vt vos fallam. Neque enim decepturus, quae deterrerēt & auocare possent praediceret. Propter hoc igitur praedixi, ne in non expectata incidentes, perturbaremini, ac etiam ne me non prauidisse futura diceretis. Reminiscamini ergo, quia ego dixi vobis. Etenim semper Iudaei vmbra quadam persecuti sunt discipulos, ac si mali essent, nō tamen turbati sunt, cum a magistris prius

Mat. 5. a

Ibid. 6

prius

prius audiissent id futurum, scirentque quorum gratia ista paterentur. Sufficiens nanque causa fuit, quae eos confirmaret. Ideo frequenter hoc meminit, quod non nouerunt me: & propter me faciet, & propter nomen meum, & propter patrem, & primus passus sum, & non iusta causa id ausi sunt. Horum & nos in tentationibus reminiscamur, cum a malis hominibus aliquid patimur, in principem nostrum, & fidei perfectorem inspiciamus, & quod a malis, quod propter virtutem, quod propter Christum mala patimur. Quod si animo uoluemus, omnia facilia, omnia tolerabilia nobis videbuntur. Nam si quis pro charissimis aliquid passus, etiam gloriatur: si quis propter deum quid tolerat, quam sentire molestiam putandum est: Si ipse crucem rem ignominiosam gloriam propter nos appellat, multo magis hoc in ipsum animo esse debemus. Et si mala ita nobis contemnenda sunt, multo magis pecunie & cupiditates. Oportet enim in rebus grauibus & molestis, non labores, sed praemia considerare. Quomodo enim mercatores non maris pericula, sed lucrum spectant: ita & nos caelum, & dei praesentiam. Et si tibi diuitiae dulces videntur, id deum nolle tibi in mentem veniat, & continuo displicebunt. Rursum si molestum est, pauperibus aliquid dare, noli impensam duntaxat intueri, sed transfer mentem ad feminis illius fructum. Et si graue erit alienae uxoris amorem contemnere, praemium tibi succurrat, & a quo animo perferes. Quod si hominum metus ab indebitis nos rebus nonnumquam abducit, longè magis Christi desiderium. Difficilis virtus, sed magnas futurorum promissiones ei comparemus. Boni enim & studiosi etiam sine praemij respectu, ipsius pulchritudinem intuentur, & propterea eam complectuntur: & ut deo placeant, non propter mercedem rectè agunt, & magnificiunt continentiam: non ne puniantur, sed ne offendat deum. Quod si quis imbecillior sit, etiam in praemium spectet: ita & nos in elemosyna faciamus, & gentiliū miseriamur, neque fame confectos despiciamus. Quo modo enim non absurdum ut alij risu, & deliciis soluti, ad mensam saturantur, aliorum autem mendicatum euiatus audiant, neque misericordia moueantur, sed aegre ferant, & deceptores appellat: Quid dicis homo? Propter vnum panem quis decipit? Quidni? inquis: Propter hoc ergo haec tollenda est necessitas. Quod si dare nihil placet, noli tamè maledictis prosequi. Si non vis naufragio liberare, noli in profundum demergere. Scias velim cum accedentem pauperem expellis, qualiter tibi deum affectum reddas. Qua enim mensura mensurabitur, inquit, mensurabitur vobis. Considera quo ille animo repulsus abeat, oculis in humum deiectis, conquerens vna cum paupertate plagam etiam ab iniuria accepisse. Nam si mendicare maledictum putatis, qui petit, si non modo non accipit, sed contumelia afficitur: considera quantum perturbetur. Quousque feris similes erimus, & naturam nostram propter cupiditatem ignorabimus? Multi his verbis dolent. Nollems, sed ut penitus misericordiam complecterentur, animo volentes diem illum quo Christi Iesu tribunali adstabimus, cum ut nostri misereatur rogabimus, cum his in medium aduocatis Christus ad nos conuersus dicet, quod propter panem vnum & obolum tantis miseriis eorum animos affecerimus, quid dicemus? quid excusabimus? Quod enim illos in medium adducturus sit, audi quid dicat: Quandiu non fecistis vni de minoribus his, neque mihi fecistis. Neque enim illi quicquam nobis amplius dicent, sed deus pro illis nos reprehendit.

Inosia af-
se. 71]

Matt. 7. 4

Matt. 25. d

det. Nam & Lazarus a diuite visus est, non tamen quicquam ei dixit, sed Abraham eius vices suscepit: ita & pauperibus euicet, qui nunc a nobis contemnuntur. Neque enim supplices eorum manus, vel aliqua miserabili specie intuebimur, cum in gloria erunt, nos eorum speciem induemus, & vtiā speciem tantum, & non longè grauius supplicium. Neque enim diues micis impleri illic desiderabat, sed ardebat, & cruciatur miserè, & audiuit: Recordare quia accepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala. Nolumus ergo, ut magnum quiddam diuitias admirari: haec namque viaticum erunt nobis supplicij, nisi cauerimus: quemadmodum si cauerimus, paupertas & deliciarum & requiei erit incrementum. Abluentur enim peccata, si a quo animo tolerabimus, & apud deum fidenter adesse poterimus. Nolumus ergo in hac vita ocium quærere, ut in caelo eo fruamur: sed labores pro virtute subeamus, superflua recidamus, & nihil aliud quæramus, quam in pauperes omnia nostra dispergere. Quae nobis erit excusatio, cum ipse quidem nobis caelum pollicetur, nos ne panem quidem ei exhibemus? Cum ipse tibi Solem oriri facit, & omnis creaturae ministerium tibi largitur, tu nec nudum induis, neque ei domum communicas? Et quid ego Solem & creaturam memini? Corpus tibi suū tradidit, & preciosissimum sanguinem, tu nec potum das: at semel dedisti, non est haec elemosyna. Nisi enim quousque habes, indigenti subueneris nunquam debitum impleueris. Nam & virgines habentes lampades, habebant oleum, sed non ad sufficientiam. Opus esset enim etiam si de tuo dares, non tam parcum esse: nunc autem cum domini tibi credita sint facultates, cur tam tenax es? Vultis, causam dicam huius inhumanitatis? Qui enim per auariciam congregant, ad elemosynam pigri sunt. Qui ita lucrari didicert, nescit expendere. Quo modo enim qui rapinae inhiat, ad contrarium se formabit? Qui aliena accipit, quo modo sua dare poterit? Etenim canis qui nimia carnis voracitate tangitur, non bene potest gregem custodire: idcirco pastores eiusmodi interficiunt. Quod ne nobis accidat, a tali gustatu abstinemus. Etenim carne vescuntur, qui miseros fame mori patiuntur. Nonne vides, quo modo omnia nobis communia statuit deus? Nam si pauperes esse permittit, etiam hoc diuitum gratia factum est, ut per elemosynam peccata possint abluere. Tu autem & in hoc crudelis & inhumanus es. Vnde constat, quod si in maioribus hanc haberes potestatem, innumeros interemisses, & lumen, & vitam omnem excluderes. Quod si hoc audiendo acrius fertis, ego longè magis videndo. Quadiu tu diues, ille pauper? Usque ad vespem, vterius non licet, adeo breuis vita est, & omnia in vltimis, & iam omnia sunt in ianuis, ut vel breuis hora omnia existimanda sint. Quid opus est arca exundanti? Quid seruorum & familiarium multitudinem? Quare non potius multos elemosynae praecones tibi comparas? Arca nullam emittit vocem, sed latrones & fures allicit. Arce pauperum ad ipsum deum ascendunt, & suauem vitam praesentem facient, & omne soluent peccatum, & gloriam a deo, honorem ab hominibus ferent. Quid ergo tibi tot bona inuides? Non enim illis, sed tibi consules longè magis. Illis largiendo in hac vita subuenis, tibi autem futuram gloriam, & fiduciam repones: quam vtiā omnes consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

Homilia

Homilia lxxvij. ex cap. xvi.



Hac autem ab initio vobis non dixi, quia vobiscum eram. Et nunc vado ad eum qui me misit, & nemo ex vobis interrogat me quod vadis? Sed quia haec locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum. Magna tristitiae vis, & multa nobis opus est fortitudine, ut ei affectui generose resistamus, & vtilitatem inde, superfluis abiectis, consequamur. Cum enim vel nos, vel proximi peccant, tunc tristandum est: cum autem in humanos casus incidimus, inutilis tunc tristitia. Quae cum discipulos nondum perfectos oppugnaret, considera quo modo eos perterrendo arguit Christus. Cum enim multi de hoc prius interrogassent: (nam & Petrus dixit: Quo vadis? Thomas, Nescimus quod vadis, & quo modo possumus viam scire: Et Philippus, Ostende nobis patrem) nunc audientes, Extra synagogam vos facient, & odio habebunt vos: & Qui interficit vos, arbitratur obsequium se praestare deo: ita animo defecerunt, ut ne loqui quidem possent: quod exprobrans eis Iesus, inquit: Haec autem ab initio non dixi vobis, quia vobiscum eram: & nunc vado ad eum qui me misit, & nemo ex vobis interrogat me, quod vadis? Sed quia haec locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum. Huius enim nimietas grauis est, grauis est inquam, & ad mortem viam parat: ideo Paulus dicebat, Ne quando abundantiori tristitia absorbeatur talis. Haec autem ab initio vobis non dixi, inquit. Quare ab initio non dixi? Ne quis diceret a saepenumero contingebit coniectatum esse. Et quid rem tam difficile aggredieris? Sciebam, inquit, ab initio, & non quod ignorarem tacui, sed quia vobiscum eram. Et hoc hominis iterum more: quasi dicat, Quia in tuto eratis, & licitum erat interrogare, cum volebatis, & in me totum bellum vertebatur, & superfluū erat haec a principio dicere. Hoc ergo tunc non dixi: Nonne duodecim aduocans, inquit, quoniam ad principes & reges ducemini, & flagellabunt vos in synagogis? Quo modo ergo inquit, ab initio non dixisse? Quoniam verbera & expulsiones praedixerat, non tamen quod mors eorum sic videretur expetenda, ut obsequium arbitrarentur: hoc enim praeter omnibus eos perterrerè poterat: siquidem tanquam impij, & perditii homines erant iudicandi. Praeterea illud dicendum est, quod tunc quidem quae a gentibus passuri erant, dixit, Nunc verò quae a Iudaeis, & per excessum maxime, & quod prope essent admonuit. Nunc autem vado ad eum qui me misit, & nemo ex vobis interrogat me, quod vadis? Sed quia haec locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum. Non parua haec consolatio, cum ipsi intelligerent quod sciret quanta tristitia afficerentur. Nam praeter anxietate multum ob illius discessum, tum ob mala ipsi obuentura (nesciebant enim an satis constanter illa ferre possent) attoniti erant. Quare igitur postea non dixit cum acceperunt spiritum sanctum? Ut iam satis confirmatos intelligeres. Nam si nondum accepto spiritu tanto metu occupati non resisterunt, considera quales futuri essent gratia repleti? Quod si tunc constanter perseuerassent, spiritui adscribendum esset: nunc verò ipsorum voluntatis fructus, & manifestum eorum in Christum amoris argumentum apparuit, cum adhuc gratia nudi essent. Sed ego veritatem dico vobis, expedit ut ego vadam. Ecce quo modo iterum eos consolatur. Non ego ad gratiam loquor, inquit, sed licet maiorem in modum contristemin, quod expedit audiendum est. Vos ut adessem velletis, vltius aliud postulat. Diligentis autem est, cum vtilitatem cognoscit, eam non praetermittere, ut ea dilecti priuentur. Si ego non abiero, paracletus non veniet ad vos.

Supra. 13. d
Supra. 14. d
Ibidem.

† nunc autē]

2. Cor. 2. b

Matt. 10. b

† Qui

† Qui

† ducet in]

† queniūbus.

Quid hic dicunt, qui de spiritu non rectè sentiunt? Expedi dominum abire, & venire seruum? Vides quanta sit spiritus dignitas? Si autem abiero, mittam eum ad vos. Et quid hoc vtilitatis? Cum venerit ille, arguet mundum: Hoc est, non impune hoc facient, si venerit. Sufficietia enim erunt iam facta eis silentium indicare: cum autem per illum & haec fient, & doctrina perfectior, & signa maiora subsequantur, multo magis damnabuntur, cum tanta viderint in nomine meo fieri, ex quo manifestior mea fiet resurrectio. Siquidem nunc possent dicere me filium esse, cuius patrem & matrem cognoscant: at cum me mortem soluere, maliciam & daemones fugare, vicia naturae emendare, immensam spiritus plenitudinem miti, & haec omnia nominis mei inuocatione fieri, intuebuntur, quid dicet? Testimoniū perhibuit de me pater, & perhibebit spiritus: & quantum a principio testificatus sit, tamen & nunc testificabitur. Illud autè verbum, Arguet de peccato: hoc est, omnem auferet excusationem, & sine venia peccasse demonstrabit. Et de iusticia, quia ad patrem vado, & iam non videbitis me: Hoc est, quia irreprehensibiliter vixi, cuius signum est quod vado ad patrem. Nam cum frequenter Iudaei Christum accusaret, quod a deo non esset, & propterea peccatorem, & legis transgressorem dicerent, hinc omnis calumnia amouebitur. Nam si opinio quod a deo non sum, me transgressorem ostendit, cum spiritus me illum abeuntem, neque ad horam, sed permanentè ostenderit: hoc enim per eam particulam, iam non videbitis me, significatur. Quidnam dicent? Animaduerte his duobus omnem malam suspicionem auferri. Neque enim peccator miracula facere, neque esse apud deum perpetuo potest, quare non possunt me amplius peccatorem, & a deo non esse dicere. De iudicio autem, quia princeps huius mundi iam iudicatus est. Iterum hoc in loco de iusticia verba facit, quia aduersarium superauit. Neque enim peccatori possibile esset, quod nemo iustorum hominum valuit: quod autem propter me iudicatus est, scient, quia eum in posterum pessundabunt, & resurrectionem meam manifestè videbunt, quod iudicantis eum est: neque enim valuit me superare. Nam cum dicant, quod daemionium habeo, quod deceptor sum, omnia haec falsa deprehendentur. Non enim illum vicissem, si peccato essem obnoxius: nunc & iudicatus est, & eiectus. Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modò. Expedi ergo ut vadam. Siquidem tunc portabitis, cum abiero. Et quid? Maior ne te spiritus est, cum nunc non possumus, illo autè adueniente portabimus? Num maior illius, & perfectior efficacia est? Minimè, mea etenim dicet, ideo inquit: Non enim loquetur a semetipso, sed quaecumque audiet, loquetur, & quae ventura sunt annuntiabit vobis. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis. Omnia quaecumque habet pater, mea sunt. Cum dixisset, ille vos docebit omnia, & suggeret, & in tribulationibus vos consolabitur, quod ipse non fecit: & expedit me abire: & illum venire: & non potestis portare modò, tunc autè poteritis, & docebit omnem veritatem: ne his auditis maiorem illum arbitrarentur, & sic in vltimam impietatem inciderent, propterea a se accepturum dicit: hoc est, quae ego dixi, & ipse dicet. Illa verò particula, Nihil a seipso loquetur: nihil contrarium, nihil aliud quam se locuturū significat. Quomodo enim de se locutus, inquit, A meipso non loquor, id est, nihil praeter patris voluntatem, nihil alienum, ita & de spiritu, De meo accipiet. Hoc est, quae ego & scio, & cognosco, vna enim mea, & spiritus scientia. Et quae ventura sunt annuntiabit vobis. Hoc eorum animos excitauit. Ad nullam enim

† condem-
nauit]

Supra. 14. d

† ducet in]

† queniūbus.

Jam enim rem tam cupidum est humanum genus quam ad futura cognoscenda. Ideo frequenter interrogabat, quod iret, quae esset via: quam sollicitudinem tollit, cum annunciaturum omnia spiritum pollicetur, ne incauti errarent. Ille me clarificabit. Quo modo? In nomine meo virtutem dabit. Cum enim adueniente spiritu maiora signa essent ostenturi, ideo iterum aequalitatem indicat, inquit, Ille me clarificabit: et quo modo? Omne veritate dicit: et enim hoc ipsum testificatur, quod docuit veritatem. Ipse enim Iesus, & quia carnem indutus erat, & quia de seipso dicere discipuli non putabant, Iesus testimonium dedit, & quia nondum manifeste resurrectionem norant, cum imbecilliores essent, & propter Iudaeos, ne tanquam levis transgressorem punire viderentur, frequenter nihil de se magnum locutus est, neque aperte a lege dissentit: et cum nondum confirmati essent discipuli, & multi credituri, etiam a peccatis purgandi essent: & alij de ipso dicerent, merito iam de se magna loqui abstinent. Itaque non est ignorantia meae adscribendum quod non dicam quae dicere oporteret, sed auditorum imbecillitati. Ideo cum dixerit, docebit vos omne veritatem: subdit, Non loquetur a semetipso. Quod autem spiritus doctore non indigeat, audi Paulum: Quae dei sunt, nemo nouit, nisi spiritus dei. Et quemadmodum spiritus hominis non ab alio discit, ita & spiritus sanctus. De meo accipiet: Hoc est, in nullo a me dissentiet. Omnia quaecumque habet pater, mea sunt. Cum ergo mea sint illa, & ille a patre dicit, de meo dicit. Sed cur non venit spiritus ante Christi discessum? Quia nondum maledictio sublata, neque soluto peccato, sed omnibus adhuc penae obnoxii non venisset. Oportet, inquit, inimicitias prius dissolui, & reconciliari vos deo, inde tunc donum illud accipere. Sed cur inquit, mittam eum? hoc est, ad eius vos acceptionem praeparabo. Quo modo enim, qui ubique est mittitur? praeterea & personarum differentiam ostendit, cum duas ponit: & cum ita inseparabiliter se habeant, ut spiritum complectantur & colant, suadet. Poterat enim & ipse haec facere, sed propterea spiritum miraculis clarere permisit, ut eius intelligentem dignitatem. Sicut enim pater quae sunt producere potuit, filius autem ea facere dicitur, ut eius potentiam intelligamus: ita & hoc. Et ideo ipse carnem accepit, spiritui operationem referuauit: & ita his silentium imposuit, qui inenarrabilis benignitatis materiam in impietatis argumentum accipiunt. Cum enim dicant, propterea filium incarnatum, quoniam inferior erat patre: dicemus ad illos. Quid de spiritu dicetis? Non accepit carnem, neque propterea ipsum filio maiorem asseretis. Ideo in baptismo trinitas accipitur. Etenim pater totum facere potest, & filius, & spiritus sanctus: sed cum nemo de patre, sed de filio, & spiritu dubitaret, in initiatione accipitur, ut in communicatione societatis illorum arcanorum bonorum, & dignitatis communicatione intelligamus. Nam quod filius per seipsum possit, quae in baptismo cum patre potest, atque etiam spiritus sanctus, manifeste illi in patre. Iudaeis enim dicebat, Ut sciatis, quia postestatem habet filius hominis in terra dimittendi peccata. Et iterum: Ut filij lucis sitis: & Ego vitam aeternam do eis. Et post modum: Ut vitam habeant, & abundantius habeant. Videamus & spiritum hoc idem facere. Vbi nam? Vnicuique autem manifestatio spiritus datur ad utilitatem. Qui ergo haec exhibet, etiam magis peccata dimittit: & iterum, Spiritus est qui viuificat, & viuificabit per inhabitantem spiritum in vobis: & Spiritus vita per iustitiam. Et iterum: Si spiritu ducemini,

non estis sub lege. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis. Et tunc quicquid faciebant praesente spiritu, miraculis plena erant. Et ad Corinthios scribens Paulus inquit: Sed abluti estis, sed sanctificati estis, in nomine domini nostri Iesu Christi, & in spiritu dei nostri. Cum ergo de patre multa audissent, & filium multum operatum vidissent, nihil autem manifeste de spiritu scirent, ipse miracula facit, & perfectam inducit cognitionem. Sed ne propterea maior existimaretur, ideo, ut iam dixi, inquit: Quaecumque audiet, loquetur, & quae ventura sunt annuntiabit. Nam nisi hoc esset, quo modo non absurdum sit, si tunc esset auditorus & propter discipulos? Neque enim tunc secundum vos cogniturus fuerat, nisi propter audituros. Et quid hoc dicto absurdum? Praeterea quid erat auditorus? non haec omnia dixerat per prophetas: Sive enim de solutione legis docendus erat, dictum est: sive de Christo, & eius diuinitate, & de incarnatione, etiam dicta erant. Quid apertius ad haec dicendum, & quae ventura sunt annuntiabit: Hic maxime eius dignitatem ostendit, cum deo maxime proprium sit futura praedicere. Quod si ab aliis intelligeret, in nullo prophetas excederet: sed hic certam ad deum cognitionem ostendit, quod nil aliud loqui possit. Quod autem dicit, De meo accipiet. Sive de gratia quae in meam carnem aduenit, sive de eadem quam ego habeo cognitione, non tanquam indigeat: neque quod ab alio discat, sed quod vna & eadem cognitio est. Et quare non aliter dixit? Quoniam nondum de spiritu audierant. Quare vnum tantum adnititur, ut credatur & accipiat ab eis, & non scandalizentur. Nam cum dixisset, Vnus est magister vester Christus: ne putarent se Christum offensuros si illi crederent: Vna est, inquit, & mea & illius doctrina: quae ego docturus eram, ipse dicit. Nolite aliam illius doctrinam arbitrari, etenim illa mea sunt, & meam gloriam augent. Vna est patris, & filij, & spiritus sancti voluntas: ita & nos esse vult, inquit: Ut sint vnum, sicut ego & tu vnus sumus. Nihil enim concordiae, & mutuae voluntati aequiparandum. Vnus enim multiplex est. Si enim concordem sint duo vel decem, non amplius erit vnus, sed eorum vnusquisque fit decuplum, & inuenies in decem vnum, & in vno decem. Et si inimicum habeant, qui vnum aggreditur, tanquam decem aggrediretur, ita superatur. Non enim ab vno tantum, sed a decem impetitur. Indiget vnus, sed non est in egestate. maiore enim ex parte, hoc est noue abundat: & pars quae indiget, ut puta minor maiore exuberante obtegatur. Singuli eorum viginti manus habent, & oculos viginti, & totidem pedes. Non enim suis tantum oculis videt, non suis pedibus sustentatur, non suis operatur manibus, sed & amicorum. Decem animis spirat, non enim ipse sibi tantum curae est, sed & illis: quod si centum essent, idem contingeret, & virtus augetur. Ecce dilectionis excellentia, quo pacto vnum insuperabilem, & multiplicem reddat, & vnus in multis simul locis, & in Perside, & Romae esse possit: & quod natura non potest, dilectio potest: & pars eius hic, pars illic est, vel potius totus vtrique. Et si quis mille, vel duo milia amicorum haberet, considera in quantam ille potestatem ascenderet. Animaduerte quantum capiat augmentum dilectio: hoc enim mirum est, ut mille vnus efficiatur. Cur ergo tantas nobis vires, tantam securitatem non comparamus? hoc diuitiis omnibus, hoc bonae valetudini, hoc ipsi vitae praestat, hoc aequanimis materiam. Quousque vno & duobus dilectionem circumscribemus?

† Quae di
cit omne ve
ritatem:]
† ne de seip
so testimo
nium dedit
† discipulis

1. Cor. 2. c

* gentias,
id est, ero
gationis, be
nignitatis,
supplicatio
nis.
Marc. 2. b
Supr. 12. f
Ibid. 10. b
2. Cor. 12. a
Roma. 8. b
Ibidem.

1. Cor. 6. e

† Quod e
tiam apud
pessuac
dicitur

Matt.

Heb. 10.
† nihil a se
dere & fa
miliaritate
alienius.]

* ἀσπασί
μελα com
plectimur,
osculamur.
Sacrificium
pro omnib
effertur.

mus? Considera e contrario: Sit qui nullum amicum habeat: quod vltimae est amentiae (satis enim dicit, non est mihi amicus) huiusmodi vir quam vitam viuere? Quamuis enim ditissimus sit, quamuis omni copia & deliciis abundet, quamuis innumera bona possideat, omnibus caret. Sed non in amicis ita vsuuenit, sed & pauper diuitibus ditior est: & quae ipse pro se dicere non audebit, amicus dicit: & quae sibi praestare non poterit, alius & id & longè maiora praestabit: hoc pacto & voluptatis & securitatis materiam inueniet. Neque enim fieri potest ut mali quippiam illi accidat, qui tot satellitibus custoditur: neque regij corporis custodes tam diligentes sunt suo muneri obeundo, ut amici amico. Ilii nanque necessitate & metu custodiunt, hi benevolentia & dilectione, quae metu longè potentior est: & ille custodes suos metuit, hic illis magis quam sibi ipsi fidit, & idcirco nullius timet insidias. Has ergo merces nobis comparemus: pauper, ut paupertatis eas solatium habeat: diues, ut diuitias tueatur: princeps, ut securè dominetur: subditus, ut benignius sibi principes conciliet. Hoc mansuetudinis fundamentum: nam & ferae illae asperiores sunt, & fauiores, quae non gregatim viuunt. Propterea ciuitates habitamus, fora habemus, ut inuicem conuersemur: quod & Paulus iubet inquires, Non deserentes collectionem nostram. Nihil enim peius solitudine, & locis inaccessis. At inquires, Quid monachi montium cacumina habitantes? Neque illi sine amicis sunt, sed multitudinis tumultus aufugiunt, amicos autem & certo amoris vinculo sibi deuinctos habent, & ut hoc assequantur, secedunt. Nam cum rerum actiones, plurimas concipiant contentiones: ideo e medio secedentes quam diligentissime dilectionem colunt. Et quid si quis solus sit, inquit, & innumeros haberet amicos? Equidem si fieri posset, velim & ut etiam simul versari liceret, iam firma maneat amicitia. Neque enim locus amicos facit. Multos habent laudatores, qui non laudaret, nisi amarent. Et ipsi rursus pro vniuerso mundo orant: quod maximae est dilectionis argumentum. Ideo in mysteriis inuicem salutamus, ut multi vnum efficiamur, & communes pro non initiatis preces effundimus, & pro infirmis & terrae, & maris, & vniuersi orbis fructibus sacrificamus. Vides dilectionis vim in orationibus, in mysteriis, in admonitionibus: hoc omnium bonorum causa est. Si hoc diligenter complectemur, & praesentia rectè disponemus, & regnum consequemur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, simul & spiritui facti, in secula seculorum, Amen.

Homilia lxxviii. ex cap. xvi.

Modicum, & non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me, quia vado ad patrem. Dixerunt ergo ex discipulis eius ad inuicem: Quid est hoc quod dicit nobis modicum, & non videbitis me? Dolentem & tristitia affectum animi, nihil adeo deicere solet, quam anxij sermones eum frequenter argentes. Quid ergo Christus cum dixerit, Vado & iam non loquar vobiscum: eadem repetit, Modicum & iam non videbitis me, & vado ad eum qui me misit: Cum eos ad se per spiritum sancti sermonem reduxisset, tunc iterum eos percussit, ne efferretur. Cur hoc facit? Eorum animum experitur, & probatiorem reddit, & ut in calamitatibus aequo animo discessum suum & generose perferant assuefacit. Qui enim audiendo id animo volutabant, rem ipsam postmodum facile laturos credibile erat. Quod si quis diligentius inuestigaret, hoc ipsum consolatio est, quod

A dicit ad patrem ire. Erat enim argumentum quod non periret, sed mors eius translatio esset ad patrem, & aliam intulit consolationem: non enim tantum dixit, Modicum & non videbitis me: sed profecutus est, Modicum & videbitis me: se rediturum, & post breuē separationem perpetuo affuturum significans: quod non intellexerunt. Vnde & non immerito quilibet admirari posset, quo modo saepenumero idem audientes, adhuc perinde ac si nihil audissent, dubitant. Quare ergo non intellexerunt? Aut propter tristitiam, ut arbitror: ipsa enim omnium quae audierant obliuionem adduxerat: vel propter verborum obscuritatem, ut contraria locutum arbitraretur. Si videbimus te, inquit, quo modo vadis? si vadis, quo modo videbimus? Ideo dixerunt se quid loqueretur ignorare. Quod enim abiturus esset, norant: ignorabant autem paulo post rediturum: propterea eos arguit, quod non intelligeret. Nam cum vellet de morte doctrinam eis persuadere, inquit: Amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos: Quod mortem & crucem significabat. Mundus autem gaudebit. Cum enim quia cupiebant, facile ad credendum adduceretur, quod non moreretur: tamen audientes quod moreretur, quid sibi vellet, Modicum illud, dubitaret, inquit: Plorabitis & flebitis, sed tristitia vestra conuertetur in gaudium. Et ut ostenderet post tristitiam gaudium secuturum, quodque tristitia gaudium pariat, & quod illa breuis sit, hoc verò perpetuum, naturale adducit exemplum: Mulier cum parit, tristitiam habet. Qua parabola in calamitatibus prophetae vsi sunt: quati dicat, Dolores capietis, sed quales partus, qui leticiae causa sunt. Simul & resurrectionem confirmat, indicans abitum suum perinde esse, ac si ex vtero matris in lucem prodeat: quasi dicat, Nolite admirari, si per hanc tristitiam ad optima vos ducam: nam & mater ut fiat mater, sic per tristitiam transit. Significat autem hic & mysterium quoddam, quod mortis dolores soluerit, & nouum hominem regenerari fecerit. Neque dixit tantum tristitiam transuram, sed magnitudine leticiae succedente, ne memoriam quidem eius remansuram: ita erit sanctis. Atqui non propterea gaudet mulier, quia venit homo in mundum, sed quod filium ipsa peperit. Nam si id esset, nihil prohiberet, quin quae non parit, alius partibus gauderet. Qua ergo gratia sic inquit: Quia ad hoc solum adduxit exemplum, ut breuem tristitiam perpetuum gaudium secuturum, & se ad vitam transferri, & magnum malorum lucrum ostenderet. Et non dixit, quia natus est infans, sed, homo. vbi suam significat resurrectionem, & quod non morti illi parienti, sed regno nasceretur. Ideo non dixit, quia natus est infans, sed homo. Et vos nunc quidem tristitiam habetis: iterum autem vngno, legie mundo. Nobis enim, inquit: Et gaudium vestrum nemo tollet a vobis. Et in illa die me non rogabitis quicquam. Iterum nihil aliud ex his confirmat, quam quod a deo est, iurisdictione natus est. Et. * Zigaretola. l. r. † & apud patrem miracula facit. Acto. 4.

* Theophyl.
lac. pro re
gno, legie
mundo. No
bis enim, in
quit, ex re
iurisdictione
natus est.
* Zigaretola.
l. r.
† & apud
patrem mira
cula facit.
Acto. 4.

**ἐπεὶ ἔτι
ἔρχεται
ὁ υἱος
τοῦ
ἀνθρώπου
καὶ
τοὺς
ἀνθρώπους
ἀποκρίσει
ὡς
σῆνοβο
καὶ
ὡς
σῆνοβο*

Neque enim cum iam vobiscum non ero, arbitramini quod vos reliquerim. Nomen enim meum maiorem vobis fiduciam exhibebit. Cum ergo obscuriora essent, inquit: *Hæc in prouerbiis locutus sum vobis. Venit hora cum iam in prouerbiis non loquar vobis.* Tæpus erit cum omnia aperte intelligetis, hoc est resurrectionis tempus: tunc palam & aperte de patre annuntiabo vobis. Etenim quadraginta dies & versatus, & locutus est cum eis, annuntiatis, & exponens arcana regni dei. Nunc enim cum timeatis, verbis meis non attenditis: cum vero & me resurrexisse videritis, & cognoueritis, fidenter omnia intelligere poteritis: quoniam ipse pater vos amabit, cum vestra de me fides confirmabitur, & non rogabo patrem. Vestra in me dilectio sufficit vobis. *Quia vos me amatis, & credidistis, quia a deo exiui. Exiui a patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundum & vado ad patrem.* Cum enim resurrectionis sermo non parum eos consolatus esset, & inde etiam consolatio augetur: cum se a deo venisse, & ad deum ire diceret, frequenter id repetit: alterum enim quod recte in ipsum crederent, pollicebatur, alterum quod certi esse deberet. Nam cum dixit, Modicum & non videbitis me: & iterum modicum & videbitis me: non immerito quid diceret ignorabant. Nunc non itidem. Quid autem significat, me non interrogabitis quicquam? Non dicetis, Ostende nobis patrem tuum: & quod vadis: quoniam certam habebitis cognitionem, & afficietur vobis pater, sicut & ego. Hoc maxime bonam eis spem dedit, quod patri futuros amicos polliceretur. Quam ob rem dicunt, *Nunc scimus quia nesci omnia.* Ecce quo modo voluntati eorum respondet. *Et non est opus tibi, ut quis te interroget.* Hoc est, priusquam audires quid nos perturbaret, intellexisti, & recreasti nos dicendo, pater vos amat, quia vos me amatis. Post tot & tanta nunc tandem se scire asserunt. Vids quam imperfecte se habebant? Inde cum tanquam gratias ei agentes dicunt, Nunc scimus, inquit. Multis aliis indigetis antequam perfectionem possitis attingere. Nihil adhuc a vobis perfectum est. Nunc me inimicis tradetis, & tanta vos formido comprehendet, ut neque inuicem secedere poteritis, sed nihil hinc mali accipiam. Vides quo modo iterum eorum condescendit infirmitati? hoc etiam eos arguit, quod frequenter hac egeant indulgentia. Cum enim dixissent, *Ecce iam palam loqueris & prouerbiis nullum dicis, & propter hoc credimus tibi.* Ostendit quod neque nunc cum credunt, intelligunt: quod dicit, ut in aliud eos tempus remittat. Illud autem verbum, Pater mecum est: propter eos iterum posuit: Hoc enim verum eos discere voluit. Deinde ostendens quod non perfectam ipsis cognitionem traderet ista dicendo, sed ne in illorum animis tumultus excitaretur, (par enim erat, ut humanum aliquid animo volueret, quod nullum ab eo auxilium haberent): ideo inquit, *Hæc locutus sum vobis, ut in me pacem habeatis.* Hoc est, ut non excidam ex animo vestro, sed me recipiatis. Nemo ergo hæc ad dogma trahat: ad vestram consolationem dilectionemque dicta sunt. Neque enim hæc sola patiemi. Quoad eritis in mundo, perturbationes habebitis, non cum trador, sed etiam postmodum: verum, ratio vobis opituletur. Nullum vos malum superabit. Magistro enim inimicos vincente, non oportet discipulos contristari. Et quo modo vicisti mundum, dic quæso: iam dixi, cum principem eius eieci foras. Scietis autem postea, cum omnes vobis paruerint, & acquieverint. Licet enim & nobis vincere, si voluerimus fidei nostre authorem sequi, & eadem via incedere, quam ipse nobis strauit: ita neque nos mors vin-

† securi fuerunt.]

*Supra 4. d
Ibid. 13. d*

Supra. 12. c

et. Quid inquis, non moriemur? Hinc constat quod neque ipse victus est. Siquidem tunc certator clarus est, non cum hosti non confligit, sed cum congressus non vincitur. Non ergo propter congressum mortales, sed propter victoriam immortales. Tunc mortales essemus, si perpetuo apud eam permaneremus. Sicut enim longissima vitæ animalia immortalia minime dicerem, quamuis diutissime viuerent: ita neque mortalem qui mortuus sit, si post mortem resurrexerit. Dic quæso, si quis ad breue tempus cruesceret, num perpetuo rubrum esse diceamus? Minime: non enim id habitus est. Si quis pallesceret, hunc regio morbo laborantem diceremus: Neque hunc, temporalis enim morbus est: ergo neque mortalem dixeris, qui in morte vel parumper fuerit. Nam dormientes hoc pacto mortuos possemus appellare. Sunt enim, ut ita dixerim, mortui, & nihil operantur. Sed corpora mors corrumpit: & quid hoc? Non enim corrumpuntur, ut permaneant in corruptione, sed ut præstantiora enadant. Quamobrem vincamus mundum, ad immortalitatem curramus, sequamur regem, constituamus & nos trophæum. Huius seculi voluptates contemnamus, nec laboribus opus est. animas nostras in cælum transferamus, & vniuersa secularia superauerimus. Superantur enim si non ea desiderabimus, si ridebimus. Hospites sumus & aduenæ, nullam nos molestiam angant. Neque enim si ex clarissima patria, & claris parentibus ortus in longinquam regionem nemini notus abires, sine famulis, sine diuitiis, & te quispiam contumelia afficeret, ægerferres, ac si domi talia fierent. Quod enim certo te hospitem aliena in patria versari vides, omnia a quo animo & contemptum, & famem, & sitim, & huiusmodi ferre persuadet. Istud etiam nunc cogita, quod hospes sis & peregrinus, & nihil eorum quæ in hac peregrinatione sunt, te perturbet. Ciuitatem enim habes, cuius opifex & author deus est, quod breui accerseremur. Qui vult pulset, iniurietur, maledicat, peregrini sumus, & in miseria viuimus. Graue est in patria interciues ea perpeti, illic & ignominia maxima est, & iactura. Si quis alicubi nullum notum habeat, omnia patienter tolerat: contumelia secundum inferentis mentem grauior iudicatur. Ut exempli gratia: Si quis consulto prætorem maledictis prosequatur, id sanè permolestè ferendum est: at si priuatum arbitratus offenderis, vix iniuriam reputauerit: ita & nobis faciendum, nesciunt enim qui contumelia nos afficiunt, quales simus, utpote qui cæli ciues, & supernæ patriæ adscripti, & Cherubim socij sumus. Quare nolimus ægerferre, neque contumeliã reputemus: nam si nos cognoscerent abstinerent: sed pauperes nos & miseros ducunt, ergo moueri minime his verbis debemus. Dic quæso, si quis præueniens seruos suos aliquantulum in diuersorio expectaret, & vel diuersorij dominus, vel alius quispiam in incognitum illum exasperaretur, & malediceret: nonne illius ignorantiam rideret? nonne error ille magis hominem delectaret? Non lætaretur perinde, ac si ad alium, non ad se illa iniuria pertineret? Ita & nos faciamus, in diuersorio sedemus, expectantes huius viæ socios. Cum omnes conueniemus, tunc quos læserint, intelligunt, tunc deiciunt oculos, tunc erubescunt, tunc dicunt: Hi sunt quos stultè habuimus in derisum. His ergo duobus cõsolemur, & quod non nos iniuriã accipimus, nam nos ignorat: & quod si vlscisci voluerimus, grauisimas illi postea dabunt pœnas. Sed absit, ut quispiam tam immani & inhumano sit animo. Quid si a gentilibus nostris offendimur? Hoc non molestum est, imò perleue.

Sapient

*Roma. 12.
& 1. Cor.
12. b*

Gala. 6. a

Heb. 12. c

Roma. 6. c

Ioan. 15. b

perleue. Quid tandem quod non eodem modo dilectos, qui nobis maledicunt, & quos ignoramus, patimur? Nam cum iniuria affectos cõsolamur, frequenter huiusmodi verbis vtimur, Frater est qui te offendit, perfer magno animo. Pater est & patruus. Quod si patris & fratris nomina vereris, dicam propinquius. Non enim fratres tantum inuicem sumus, sed & membra, & corpus vnum, cuius nomen magis reuereri debes. Non audisti gentile prouerbiũ, quod amicus cum vicisferendus est? Non audisti Paulum dicentem, Alter alterius onera portate: Non vides amantes? Cogimur enim cum a vobis non possumus, exemplum inde fumere. Facit & hoc Paulus, inquiens: Patres carnis nostræ habemus eruditores, & non confundimur. Vel illud potius tempestiuus afferetur, quod ad Romanos scribitur: Sicut exhibuistis membra vestra seruire immundiciæ & iniquitati ad iniquitatem, ita exhibete membra vestra seruire iusticiæ: propterea bono animo exemplum complectamur. Non vides amantes? hi namque meretricum amore quot mala perferunt alapis verberibusque casti, irrisi, innumeris iniuriis lacessiti, blando tamen morbo comprehesi, omnia sibi tranquilla & fœlicia arbitratur: dum vel semel suaue aliquid, & placidum inde accipiant, priorum omnium obliuiscuntur, omnia secunda proueniunt, siue paupertas, siue morbus, siue quodcumque aliud vel molestissimum: vitam enim suam vel miseram, vel beatam, ex amicæ affectu ducunt: neque humanam gloriam, neque infamiam curant, sed & contumelias, & omnia magna cum voluptate propter illius amorem facile tolerant: & si maledicat, si in faciem inspuat, rosas aspergi se putant. Et quid mirum si hoc in illam animo sint, cum etiam eius domum, & si lutea sit, si ruina minetur, omnium tamen pulcherrimam censent: Et quid parietes dico: ipsis enim locis ubi versantur vesperi visis excitantur. Date ut hoc in loco apostolicum illud in medium afferam: Sicut exhibuistis membra vestra seruire immundiciæ, ita exhibete seruire iusticiæ. Itidem & ego dico, ut illas dileximus, inuicem diligamus, & nullam molestiam nos pati reputabimus. Et quid inuicem dico: ita deum diligamus. Nonne horretis audientes tantam me a vobis in deum dilectionem exigere, quantam in meretricem censerimus? Sed ego horreo, quod neque tantam præferamus, & si placet, sermonem nostrum prosequamur. Siquidem hoc grauissimum est. Amata amanti nihil boni offert, sed turpitudinem, ignominiam, contumeliam: hoc enim eius affert consuetudo. Deus autem cælum, & cœlestia bona nobis proponit, & in filios, & vniuenti fratres nos adoptauit, & viuenti tibi multa largitur, & mortuo resurrectionem, & tot & tanta daturum pollicetur, quanta ne animo quidem complecti possumus, honorabiles, & reuerendos facit. Rursum illa, omnia vult cõsumas, ac si in voraginem & in perditionem proiiceres. Deus tibi cælum semines iubet, & centuplum reddit, & vitam æternam. Illa te ut mancipio vtitur, amanti omni tyrano grauius imperat: Deus vero, inquit, iam non dicam vos seruos, sed amicos. Animaduertis vtriusque excessum, & illius malorum, & huius bonorum? Quid præterea? Illius gratia multi vigilant, & quæcumque præceperit, libenter audiunt, domum relinquunt, patrem, matrem, amicos, pecuniam, & omnia sua deferunt. Dei gratia, vel nostri potius, ne teriam quidem rerum nostrarum partem aliquando largimur: sed & esurientem contemnimus, & nudum, neque respondere ipsis dignamur. Illius si vel ancillam, & barbaram ex medio foro

Amantes prospexerint, blandè & lato vultu, & longiore sermone affantur, & nihil in tota vita præter eam esse arbitrantur, non principatum, non regnum: Norunt qui hunc morbum experti sunt, maiorem gratiam habent imperanti amicam quam aliis inferuentibus. Nonne merito gehenna? nonne merito innumera nos manent supplicia? Excitemur ergo, & ministerium saltem tantum deo exhibeamus, vel dimidiam eius partem, quam amantes meretricibus, vel saltem tertiam. Fortasse iterum horretis, ut ego: sed nolim verbis tantum, sed & re. Nunc in hoc confessu cor mouetur, egressi omnia abiicimus. Quod hinc emolumentum? Si illic consumenda essent pecunia, nemo defleret paupertatem, sed nonnunquam fœneratur: hic si elemosynæ admoneamur, filios, uxorem, domum, & curam rei familiaris, & multas excusationes adducimus. Sed multa, inquit, illic voluptas est. Hoc est quod doleo, quod plango. Quid si ostendero hic maiorem voluptatem, illic vix paruam: sed ignominiam, contumeliam, dispendium, inde bellum & odium, hic nihil huiusmodi: Quid huic voluptati æquiparandum, dic quæso? Cælum & eius regnum, clarissimamque & perpetuam sanctorum vitam expectamus. Sed hæc expectamus, illa experimur, inquit. Vis & hæc experiri? Cõsidera quanta fruaris libertate, & quo modo neminem reuereris, neminem formidas, cum virtute amplecteris, non inimicum, non insidiatorem, non calumniatorem, non æmulum, non riualem, non zelotypum, non paupertatem, non morbum, nihil denique humanum. Illic & si plurima ad voluntatem cedat, & tanquam ex fonte diuitiarum affluant, riualem bellum, & insidiarum omnium miseriam vitam faciunt. Oportet enim, ut ad contemptibilis illius, & effeminata voluntatem bellum reuertur hoc innumeris mortibus grauius, & omni supplicio intolerabilius: hic nihil huiusmodi. Fructus, inquit, spiritus, dilectio, læticia, pax, nullum bellum, neque superflua pecuniarum profusio, neque post dispendium ignominia, siue obolum des, siue panem, siue aquam frigidam poculum, multa tibi gratia habebitur, & nihil te morore afficiet, sed omnia te & liberum, & gloriosum facient. Quo modo ergo nos excusare poterimus: quam veniam consequemur, cum hac via relicta vicis nos addicimus, & in caminum ignis ardentem nos sponte nostra iactamus? Quam ob rem hortor, qui hoc morbo detinentur, respiciant, & respiciant sanitatem, neque sinat se in desperationem incidere. Nam & filius ille multo etiam his grauioribus afficiebatur, sed cum ad paternam domum rediit, in pristinum honorem repositus est, & eo qui semper probatus est, clarior apparuit. Hunc imitemur, & ad patrem vel sero reuerfi, eam nos aliquando captiuitatem libertate vendicemus, ut cœlorum regnum consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

Homilia lxxix. ex cap. xvij.

Hæc locutus est Iesus, & subleuatis oculis in cælum, dixit: Pater venit hora, clarifica filium tuum, ut & filius tuus clarificet te. Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum: & merito sanè. Verbis enim philosophari facile est, re autem id ostendere, generosi hominis est & magni. Quare Christus de patientia verba faciens, se proponit vnde exemplum accipiat. Propterea post hanc admonitionem ad orationem conuertitur, erudiens eos, ut in tentationibus, omnibus o-

*† voluptas
tem.]*

Gala. 5. d

Luca. 14. d

Mat. 9. d

missis, ad deū confugiamus. Cū enim dixisset, in mundo tribulationem habituros, & eorū mouisset animos, eos rursus per orationē erigit. Tanquā hominē enim adhuc discipuli Iesum intuebantur, ideo propter illos **Sapient. 11. f** hoc facit: & quemadmodum in Lazari resurrectione, etiā causam affert, inquit, quia tu me misisti. Sanē inquit, sed illud propter Iudæos merito locutus est, propter discipulos autē quā nam gratia? Non absurda quidem. Qui enim post tot, & tanta dicebāt, Nunc scimus, quia scis omnia: maximē indigebant vt confirmarentur. Præterea neq; euāgelista orasse dicit, sed subleuasse oculos in cælum, & potius sermonem ad patrē esse ait. Quod si alibi orationem appellat, & genu flexum dicit, tunc autem oculos in cælū extulisse, noli perturbari: per ista enim erudimur attētionē in orationibus adhibēdam, vt stantes suspiciamus, non oculis carnis tantum, sed mentis, & vt flectamus genua, conterentes corda nostra. Venit enim Christus, non modo vt se nobis ostēderet, sed vt virtutem nos erudiret. Magistrum autem non verbis tantum, sed re erudire oportet. Audiamus quid dicit: **Pater, venit hora, clarifica filium tuum, vt & filius clarificet te.** Iterum ostendit non inuitum ad mortem venire. Quo modo enim, qui hoc fieri orabat: & non sui solius crucifixi, sed & patris gloriā appellabat: nam & ita euenit, neque enim filius tantum, sed & pater clarificatus est. Ante crucē enim ne Iudæi quidē ipsum norant. **Isaia 1.** Israël, inquit, me non cognouit: post passionē vniuersus orbis cucurrit. Inde dicit glorię modū & quo modo ipsum glorificauerit, Sicut dedisti ei potestātē omnis carnis, vt omne quod dedisti ei, non pereat: Benefacere enim semper deo gloriam adfert. Quid autē est, Sicut dedisti ei potestātē omnis carnis? Iam ostendit prædicationē nō in Iudæos tantū cōstringi, sed in vniuersum etiā orbē extendi: & gētibus viā præstruit. Cū enim dixisset, In vniuersum gentium ne abieritis: esset autē dicturus, Ite & docete omnes gentes: ostēdit hanc etiā esse patris voluntatē. Hoc nanq; multum Iudæos perturbauit, atq; etiam discipulos. Non enim postmodum faciliē tangere gentes patiebantur, quoad spiritus sancti doctrinā acceperunt. Siquidem non parū scandalali hinc Iudæis prouenit. Ergo post tantā spiritus apparitionem Hierosolymis Petrus vix crimen purgare potuit, locutus sermonē † quem habuit apud Simonem. **J** Sed quid est, dedisti ei potestātē omnis carnis? Quando hanc accepit potestatem (interrogabo hæreticos) antē, an post eorū formationē: Ipse enim, inquit, postquam crucifixus est & resurrexit, Data est mihi omnis potestas, ite & docete omnes gētes. Quid ergo: nō habebat potestātē operū suorū, sed fecit quidē eos, potestatem autem non habuit, postquam fecit? Atqui omnia ipsum fecisse apparet & superiorib; temporibus: & alios quidē vt peccatores puniens, Non abscondam, inquit, a seruo meo Abrahamā quid sim factururus: alios vt bonos honorans. Itāne, tunc quidē habuit, nunc autē perdidit, & rursus accepit? Et quis hoc dēmon diceret? Quod si eadē & tunc, & in præsentia potestas, inquit enim: Sicut pater suscitāt mortuos, & viuificat, sic & filius quos vult viuificat. Quid hoc significat? missurus erat eos ad gētes: ne ergo putarent rem nouā esse, cū dixisset: Non missus sum, nisi ad oues quæ perierūt domus Israël, ostendit hāc etiam esse patris voluntatem. Quod si hoc perquam humiliter loquitur, nihil mirū. Sic enim & illos tunc, & futuros edificabat: & vt dixi, & semper dico, excessus humilitatis seruis multū per-

Sapient. 11. f

Supra. 16. g

Isaia 1.

Matt. 10. a

† de linceo codex habet **5. v. 16. v. 17. sed in actis apostolorum cap. 11. habet 16. v. 17. de v. 17. se enim sine linceo quæ drupedia cōmēte, ni fallor, intel ligit.**

Matt. 23. d
Supra. 5. d

Matt. 15. c

suasit ad auditorum imbecillitatem Christum locutū. Sed quid significat, omnis carnis? Nō enim omnes crederunt. Atqui omnes, quod ad ipsum attinet, crederunt. Quod si non attenderūt, nō magistro crimini adscribendum est, sed non accipiētibus. **† omne quod dedisti ei, det eis vitam æternam.** Si hoc in loco ad humani sermonis morem paulum descendit, non admireris: facit enim & dictarum causarū gratia, & vt semper magnificē de se dicere caueat, cū auditoribus non proficeret, nondum magnū aliquid de ipso opinantibus. Ioannes tamen cū ex persona sua loquitur, nō ita facit, sed altius erigitur, inquit: Omnia per ipsum facta sūt, & sine ipso factū est nihil. Et quod vita erat, & lux: & quod in propria venit: non quod non haberet potestātē, nisi accepisset, sed quod aliis daret etiā filios dei fieri. Et similiter Paulus æqualem deo prædicat. Ipse autem Iesus magis humano loquendi more loquitur. **† omne quod dedisti ei, det eis vitam æternam. Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te solum deum verum, & quem misisti Iesum Christum.** Solum verum deum, ad eorum qui dii non sunt differentiam inquit. Ad gentes nanque mittendi erant. Quod si non tolerarent, sed propter hoc solum filium verum deū esse negarent, ex hoc etiam deum * tollerent. Inquit enim, Gloriam quæ est à solo deo nō quæritis. Quid ergo: non erit deus filius? Quid ni? Si deus, & solius patris dicentis, constat etiā & verū esse, & eius qui solus deus vocatur. **J** Quid cū dicit Paul? An solus ego & Barnabas: An Barnabam tollit? Minime. Solus enim ad aliorum ponitur differentiā. Quod si nō verus est deus, quo modo veritas? Multum enim à vero veritas differt. Non verum hominē quid esse dicemus? Nōne non hominem? Sic si verus deus nō est filius, quo modo erit deus? Quo modo nos deos facit & filios, nisi sit verus? Sed de his diligentius à nobis in aliis dictum est: quare alia prosequamur. **Ego te clarificaui super terram.** Rectē sanē super terram, in cælo clarificatus erat, cū naturalē haberet gloriam, & ab angelis adoraretur. Non ergo de gloria substantiæ eius coniuncta dicit, quam etsi à nemine laudetur, plenissimam habet, sed quæ humano cultu exhibetur. Igitur & illa particula, Clarifica me: hoc etiam modo intelligitur. Et vt cognoscas ita intelligendum, audi quæ sequuntur. **Opus consummavi, quod dedisti mihi vt faciam.** Atqui res ipsa principium tantum habebat, vel potius, ne principium quidē, quo modo ergo dicit, Consummavi? Vel quia futurum tanquam factū dicit, vel quod verius est, quod omnia iam erant perfecta: cum radix bonorum plātata esset per quam omnino fructus producendi erant: & cum posteris affuturus esset, ipsolque adiuturus. Ideo iterum humiliter condescendit, **Quod dedisti mihi.** Nam si in audiendo & discendo † perseveramus, **J** longē hæc gloria eius minora essent. Quod enim ad hoc propria voluntate venit, multis modis perspicuum est: vt cū Paulus ait: Sic dilexit nos, vt traderet seipsum pro nobis: & Semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens: & iterum, Sicut dilexit me pater, sic ego dilexi vos: & nunc, **Clarifica me tu pater apud teipsum, claritate quam habui, priusquam mundus fieret, apud te.** Et vbi claritas illa? Esto apud homines merito inglorius sis ob carnis vestem assumptam, quo modo & apud deum clarificari quæris? Quid ergo hic dicit? De incarnatione hic sermo habetur, cū nondum carnis natura clarificata esset, neque induisset incorruptionem, neq; in regiam sedem ascendisset: ideo non dixit, super terram: sed, apud te. Hæc

Supra. 16. g

Philippu

Hæc dicit

† omne quod

† Si deus

† Si deus

† Si deus

† Si deus

† Si deus

† Si deus

† Si deus

† Si deus

† Si deus

† Si deus

† Si deus

† Si deus

† Si deus

† Si deus

† Si deus

† Si deus

† Si deus

† Si deus

† Si deus

† Si deus

† Si deus

† Si deus

Rom. 8. c

† **minutari**
incidi. J

te. Hæc nos claritate proportionē nostra donabimur, si virtutem amplectimur. Ideo Paulus inquit: Si tamen cōpatimur, vt simul glorificemur. Et profectō inumeris sunt lachrymis prosequēdi, qui tanta proposita gloria, desidia & somno sibiipsis deficiunt. Et si gehēna nō esset, adhuc omniū essent miserrimi, quibus cū liceat vnā cum dei filio regnare, & glorificari, tantis seipos bonis defraudant. Nōne si † laboribus cōfici, si innumeras mortes mori, si innumeras animas, & totidem quotidie corpora traditū iri oporteret: nōne, inquā, omnia pro tanta gloria subeunda essent? Sed nos neq; pecunias contēnimus, quas vel inuiti paulō post relinquemus. Nō contēnimus, inquam, pecunias, quæ nos tot malis exponūt: quæ non nostræ sunt, sed hic remanebunt: ministramus enim quæ nostra non sunt, etsi à maioribus nostris relicta. Cū verō etiam gehēna nos maneat, & vermis perpetuus, & ignis inextinguibilis, & stridor dentiū: quo modo hæc feremus, dilectissimē? Quousq; hæc non considerabimus, sed in bella, & contentiones, & inania verba omne tempus cōsumimus? Terram nutrimus, corpus saginamus, animā verō contēnimus. Rerum necessariarū nullam rationem, superfluarum & inanium plurimā habemus. Magnifica struimus sepulchra, splendidas domos edificamus, seruatorum caterua cōstipamur, & varios excogitamus dispēsatores agrorum, domus, pecuniarum, & principes principum constituimus, animam omnino desertam relinquimus. Et quis horū modus? Nōne v nū ventrē saturamus: nōne v nū corpus induimus? Quæ hæc tāta rerum perturbatio? Quid tandē vnam quam accepimus animam diuidimus, & in tot rerū curas distrahimus, molestam nobis seruitutem excogitantes? Qui multis indiget, multorū seruus est, etsi ea possidere videatur. Nam & seruatorum seruus dominus est, & magis quā illi seruitium subit. Præterea sine seruis in forum ire non audeat, non in balneum, non rus. Seruis autem sine domino liber est aditus quō placet. Sed qui dominus videtur, nisi serui adsint, exire domo non audeat: & si exierit, ridiculus sibi esse videtur. Fortasse aliqui nos irrident, cum hæc dicimus, qui propterea magis deplorandi sunt. Nam quod hæc seruitus sit, libētē te interrogarem, an velles egere aliquo, qui ori tuo panem, vel poculum admoueret: nōne hoc miserabilem duceres seruitutem? Quid ergo si indigeres, qui te semper deferrent, nōne te miserum, nōne infælicem prædicares? Nōne & hoc simile est? Nihil etenim refert, an homines te, an iumēta ferāt. Quid quæso, nōne in hoc angeli à nobis differunt, quod non egent vt nos? Igitur quantō paucioribus indigemus, tantō magis illis appropinquamus: quantō pluribus, tantō magis ad hāc caducam vitam deflectimus. Et vt hoc ita habere se intelligas, sēnes interroga, quam vitam laudent, cum his rebus stultē vincebantur, an cum nunc vincūt? Propterea illos in testimonium vocaui, quoniā qui iuuentute inebriantur, maximā seruitutē non intelligunt. Quid, febribus laborantes, vtrum cum quanto plus sitiendo bibunt, plus bibere desiderāt: an cum in bonam restituti valetudinē illa siti liberati sunt, seipos beatos existimāt? Animaduerte in omnibus rebus miserum esse, pluribus indigere, & qui longē à sapientia est, ei & seruitus & cupiditas intēditur. Quid ergo sponte nostra nobis miseriam augemus? dic quæso, si sine tecto, & parietibus cōmodē viuere posses, & nihil te offenderet, nōne id eligeres? Quamobrem imbecillitatis argumenta maiora facimus? Nōne propterea Adam bea-

tum dicimus, quoniam nulla re indigeret, nisi domo, non vestibus: Sanē quidem. Verum nunc in necessitate constituitur: sed cur augemus? Nam si multi multa etiam de vitæ necessitate sibi defraudant, vt seruos, habitationes, pecunias: quam nos excusationem habebimus, qui tantum necessitatem excedimus? Quantō plura amplecteris, tantō magis tuæ derogas libertati. Vera nanque libertas est, nulla re indigere, in secundo loco, minimis, quam angeli habent. Quod autē in mortali corpore hoc quispiam consequatur, considera quā laudandus sit. Hoc & Paulus Corinthiis dicebat: Ego autem vobis parco. Et, ne tribulationem carnis habeat huiusmodi, Ideo * **χρηματα. i.** pecuniæ dicuntur, vt iis in necessariis vtamur, non vt seruemus eas & defodiamus. Hoc enim non est possidere, sed possideri. Quod si considerarem quo modo eas augere possimus, nō vt ad necessitatem vteremur, ordo peruerteretur, & illa nos, non nos illas possideremus. Liberemus igitur nos hac graui seruitute, & tandem in libertatem nos vendicemus. Qui d tot, & tam varia nobis vincula excogitamus? Non sufficit tibi naturæ vinculum, & vitæ necessitas, & tot rerum turba, sed & aliis te retibus intricat: Et quādo poteris de cælo cogitare, & eius altitudinem speculari? Satis erit, satis si his omnibus præcitis vinculis supernam ciuitatem adire poterimus, tot alia restant impedimenta, quæ vt superemus, paupertatem amplectamur. Hoc enim pacto vitam æternam consequemur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

Homilia lxxx. ex cap. xvij.

M

Manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo. Tui erant, & mihi eos dedisti, & sermonē tuum seruauerunt. Magni consilij * angelus dicitur filius dei, & aliorum quæ docuit gratia, & principaliter quod patrē hominibus annunciauit, & quod in præsentia inquit, Manifestaui nomē tuum hominibus. Nam cū opus suum consummasse dixisset, quale id opus sit, enarrat. Atqui manifestum erat nomen: nam & **Isaia 9. b** inquit, † Iurastis deum verum. Sed vt sæpe dixi, & nunc dicā, licet manifestum esset, Iudæis erat manifestū, nec tamen omnibus: nunc de gētibus loquitur, nec hoc tantū manifestat, sed quod patrem ipsum norant. Neq; est idē nosse rerum opificem esse, & filium habere. Manifestaui autem eius nomen & verbis, & re. **Quos dedisti mihi de mundo. Quæadmodum superius inquit: Nemo venit ad me, nisi fuerit ei datum, & nisi traxerit eum pater meus: ita & hoc in loco, Quos dedisti mihi. Atqui ipse se viā esse dixit. Vnde constat duo his verbis innuere, quod neq; cōtrarius patri sit, & quod eius voluntas est, vt filio credāt. Tui erant, & mihi eos dedisti.** Hic docere intēdit se multum à patre dilectū. Nihil enim opus esse vt eos acciperet, vel inde constat, ipse eos & fecit, ipse eorum curam habet perpetuō. Quo modo eos accepit? Sed quod dixi, concordiam cū patre significat. Quod si hominis more quispiā velle, vt dictū est, id inuestigare, nō amplius erunt patris. Nā si cū pater eos habuit, non habuit filius: sanē constat, cū dederit eos pater, à iure domini decidit: & quod absurdus, apud patrem contemptos fuisse, cū ad filium venerunt tūc honorem adeptos. Sed hæc vel dictū ridicula. Quid ergo? Et per hæc ostēdit quod ei visum sit eos filio credere. **Et sermonem tuum seruauerunt. Et nunc cognouerunt, quia omnia quæ dedisti mihi, abs te sunt.** Et quo modo sermonem tuum seruauit

Gene. 2. b

1. Cor. 7. e

*** χρηματα. i. pecuniæ dicuntur, vt iis in necessariis vtamur, non vt seruemus eas & defodiamus. Hoc enim non est possidere, sed possideri. Quod si considerarem quo modo eas augere possimus, nō vt ad necessitatem vteremur, ordo peruerteretur, & illa nos, non nos illas possideremus.**

*** & γρηλα. 9. b**
i. angelus, le gatus, nuncius.

† Iurastis

Supra. 6. g

† tuum. J

Sup. 3. d. runc? Credendo mihi, & non acquiescedo Iudæis. Qui
 * Quidam credit ei, inquit, signauit quia deus verax est. * Quidā
 pro egypto dicunt nunc tandē cognouisse lesū, omnia sibi à patre
 uoc. i. co- data: sed ratio nō cōstaret, quo modo ignoraturus
 gnouerit le- esset filius opera patris: sed de discipulis dictum est. Ex
 gū. i. cogno- quo enim ea dixi, inquit: Omnia quæ dedisti mihi, abs
 ui, quos hic te esse didicerunt. Nihil alienū, nihil proprium mihi à
 reprehēdit. te est. Quod enim propriū mihi, idē & tibi. Nam pro-
 prium tanquā alienū multis in locis ponit. Cognou-
 erūt ergo quōd omnia quæ docuerim, tua est doctrina.
 Et vnde hoc didicerūt: A verbis meis. Sic enim do-
 cebam, nec hoc tantū, sed quōd à te veni, hoc enim
 per totum curauit euangelium. Ego pro eis rogo. Quid
 dicis? Tanquam ignorantem patrem doces, tanquam
 ad hominem ignarum loqueris? Quid tibi vult hæc di-
 uisio? Ecce quōd nulla alia causa habet orationem, nisi
 vt intelligat, quam in ipsos habeat charitatem. Qui e-
 nim non sua tantū præbet, sed & alium ad idhortatur,
 & rogat, multam præ se fert dilectionē. Sed quid
 significat, Pro eis rogo? Non pro toto mundo, inquit,
 sed pro iis, quos dedisti mihi. Et frequenter vtitur hoc
 verbo, Dedisti, vt idē & patri videri intelligeret: inde
 cum dixisset, Tui erant, & tu eos mihi dedisti. vt prauā
 suspicionem tolleret, ne quis nouū ipsius arbitraretur
 imperium, & nuper eos accepisse, inquit: Mea omnia
 tua sunt, & tua mea, & clarificatus sum in eis. Ecce æqualita-
 tem, ne enim audiendo, Quos dedisti mihi, aut sub pa-
 tris voluntate non esse, aut nihil antea ad filium per-
 tinuisse arbitraretis, vt trunq; his verbis tollit: quasi di-
 cat, Noli quia audis patrem mihi eos dedisse, existima-
 re alienos iam à patre esse, mea patris sunt: neque quōd
 dixerim patris esse, alienos à me ducas: nam quæ patris
 sunt, mea sunt. Itaq; ea particula, Dedisti: ad auditorū
 tantum dicta est imbecillitate. Quæ pater habet, filij
 sunt: & quæ filius, patris: hoc neq; de filio, inquantū ho-
 mo, dici potest, qui sanè minor est. Nā quōd pater ma-
 ior sit, planè constat: contra, minimè. Hic autē * fit cō-
 uersio, ipsa autē conuersio æqualitatem ostēdit, hoc &
 alibi dixit: Omnia quæ patris sunt, mea sunt: de cog-
 nitione locutus. Illa autem particula, Dedisti mihi, & hu-
 iusmodi non tanquā alienū se venisse, vt eos ad se tra-
 heret, sed proprios accepisse significat. Inde causam &
 probationē adducit. Et clarificatus sum in eis: hoc est,
 vel quōd in mea sunt potestate, vel quōd clarificant
 me, cum tibi & mihi credunt, & similiter clarificant.
 Quōd si non similiter clarificatus est in eis, nō iam ip-
 sius essent, quæ illius. Nemo enim in quibus non habet
 potestatem, clarificatur. Quo modo autē similiter cla-
 rificatus est: Omnes pro eo vt pro patre moriuntur, &
 tanquam patrem prædicant: & quemadmodum in no-
 mine patris omnia fieri dicunt, ita & in filij. Etiam nō
 sum in mundo, & hi in mundo sunt: hoc est, quanuis in car-
 ne non appaream, per hos glorificor. Sed quid frequē-
 ter se in mundo non esse, & cum in mundo esset, se eos
 confirmasse dicit: nūc cum discedat, patri eos cōmen-
 dat: Quæ omnia, si quis simpliciter accipiat, multa se-
 querētur absurda. Qua enim ratione nititur, quōd nō
 sit in mundo, & cum abeat alij commēdat? Hæc enim
 vt puri hominis, & † discipulis se gratificantis, † verba
 sunt. Vides vt nonnulla hominis more secundum eo-
 rum mentem loquitur, qui ipsius præsentia se tutiores
 arbitrabantur: ideo inquit, Cum essem cum eis, seruabam
 legisse vi- eos. Atqui ait, Venio ad vos, & vobiscum sum vsq; ad
 detur. consummationem seculi. Quo modo ergo tanquā di-
 scessurus loquitur? Vt dixi secundum eorū opinionē,
 Ma. 28. d

vt paululum recrearentur, cum se patri commendari
 intelligent. Cum enim multis adhibitis consolatio-
 nibus, non acquiescerent, iam patrē alloquitur, vt suū
 in illos amorē demonstraret: quasi diceret, Ex quo me
 ad te accerfis, tutos eos reddas: ego enim ad te venio.
 Quis dicis? Nonne tu potes seruare eos? Quid ni? Cur
 ergo ita dicis? Vt habeant gaudium meum impletum: hoc
 est, ne imbecillitate sua perturbarentur. His verbis ad
 eorū recreationē, & læticiā hæc omnia se locutū ostē-
 dit. Nā aliter sermo contrarius videretur. Nunc autem
 non sum in mundo, & hi in mundo sunt. Ita enim opinaban-
 tur illi, ideo ad eorū descendit imbecillitatem. Nam si
 dixisset, Ego seruo eos, non credidissent: ideo inquit,
 Pater sancte, serua eos in nomine tuo: hoc est, [auxilio.] Cū
 essem in mundo, seruabā eos in nomine tuo. Iterum vt homo
 loquitur, & vt propheta. Nusquā enim apparet in no-
 mine eius fecisse. Quos dedisti mihi ego custodini, & nemo
 ex eis perit, nisi filius perditionis, vt scriptura impletur. Et alibi
 inquit: Omne quod dedisti mihi, non perdā ex eo. At-
 qui nō ille tantū perditus est, sed multi postmodū: quo
 modo ergo inquit, non perdam? Quantum in me erit,
 non perdam: quod & alibi apertius significauit: Non
 eiiciam eū foras. Nam mea causa non expellā, non de-
 relinquam, quōd si sponte sua resiliēt, vi eos non tra-
 ham. Nunc ad te venio. ecce humanius positam par-
 ticulam. Quōd si quis ex hoc minorē filium voluerit,
 minorem faciet & patrem. Considera à principio, par-
 tim docentis & ei explanantis vicē gerit, partim * præ-
 cipientis. Docentis, vt cum dicit: Non de mundo tollas
 rogo. Præcipientis, vt, Ego custodini eos vsque modū, & ne-
 mo perit, & tu serua eos. & iterum, Tui sunt, & mihi eos de-
 disti, & cum essem in mundo, seruabam eos. Quæ omnia solu-
 uuntur, quōd ad auditorū dicta sunt imbecillitatē. Nā
 cum dixisset, Nemo ex eis perit, nisi filius perditionis: ad-
 didit, Vt scriptura impletur. Quæ scriptura? Quæ de
 eo multa prædixit. Non tamen propterea perit, vt im-
 pleretur, de quo superius multa verba fecimus: Hic enī
 proprius modus scripturæ est, vt quæ euentus sunt, pro
 causa ponat, Et omnia diligenter inuestiganda sunt,
 & dicentis mos, & subiectum, & scripturæ lex: † quæ
 de prauanda nō sunt. † Fratres nolite, inquit, pueri fieri
 sensibus. Hæc autem non modò ad scripturas intelligē-
 das legenda sunt, sed etiam ad vitam inuestigandam.
 Etenim pueri parui magna non desiderant, vilia solēt
 admirari, currus, equos, aurigas, rotas luto factas, hoc
 aspectu delectantur. Quod si regem in curru aureo se-
 dentem, & mulos albos iunctos, & eximiū cultum viderint,
 ne respiciunt quidē. Præterea & puellas ex cre-
 ta ornant, veras autem & pulchras nesciunt, & in mul-
 tis aliis rebus itidem afficiuntur. Tales nonnulli nunc
 viri reperiuntur, nulla his cœlestium cura, sed ad lutea
 tanquam pueri obstupescunt, & terrenis diuitiis blan-
 diuntur, & gloriam & voluptates huius seculi magni-
 pendunt: quæ ita puerilia sunt, vt illa. Quæ verò & vi-
 tæ, & gloriæ, & quietis causa sunt, non curant: sed vt
 pueri his priuati desent, illa autem ne desiderare quidē
 norunt: ita & multi in ætate prouecta. Ideo inquit: No-
 lite pueri fieri sensibus. Pecunias concupiscis, non di-
 uitias permanentes, sed pueriles ludos. Si quem plum-
 beam nummum admirantem, & ad eum colligēdum
 inclinantem se videres, nonne eum quā pauperrimū
 iudicares, Tu autē etiam viliora congregans, inter di-
 uites te annumeras: & qua hoc ratione nititur? Illū nā-
 que diuitem dicimus, qui omnia præsentia contemnit.
 Nemo parua hæc argentū, aurum, & huiusmodi ima-
 ginarias

ginarias diuitias ridere poterit, nisi maiorū desiderio
 teneatur, quemadmodum neq; plumbeam numū, nisi
 aurea possideat. Tu quoq; cum videris hominem vni-
 uersum orbem prætercurrentem, & negligētē, nulla
 alia causa eū facere putato, quā quōd ad maiora re-
 spicit. Sic agricola pauca semina contēnit, quando ma-
 iorē messem expectat. Quōd si pro spe incerta quæ ha-
 bemus, contemnimus: longē magis pro certissima ex-
 pectatione id nobis faciendum est. Quare vos hortor
 atq; obsecro, ne nobis ipsis simus detrimento, néve pro-
 luto supernis nos thesauris fraudemus, & culmorum &
 palearum plena nauis portum subeamus. Quisq; de no-
 bis dicat, quid velit, & agrē ferat nostram assiduam ad-
 monitionē, nos nugatores appellet, graues, molestos,
 non cessabimus ab admonendo, & cum propheta om-
 nibus vobis frequenter prædicabimus: Peccata tua ele-
 mosynis redime, & iniquitates tuas in miserationibus
 pauperum, & suspēde eas in collo tuo. Neq; hodie qui-
 dem facias, & cras desistas. Etenim corpus hoc quoti-
 dianio cibo indiget: ita & anima, & longē etiam magis:
 quem nisi impenderis, & imbecillior fit, & turpior. No-
 limus contemnere periclitantem, quotidie multa vul-
 nera accipit, nunc cupiditatis, nunc iræ, nunc accidiæ.
 Maledicit, vlciscitur, inuidet, cui medicina exhibenda
 est, neq; parua est eleemosynæ medicina, quæ omnibus
 vulnerib; adhiberi potest: Date eleemosynam, inquit,
 & omnia vobis munda erūt. Eleemosynam, non auariciam:
 quæ ex alieno datur, eleemosyna non manet, quanuis
 indigentibus impendas. Eleemosyna est, quæ
 omni caret iniquitate. Hæc omnia mūda facit, hæc ie-
 iunium, hæc humi dormire exuperat, quāuis molestio-
 ra & laboriosiora sint illa: hæc tamen lucrosior illumina-
 nat animam, saginat, pulchram & decoram facit. Nō
 adedō athletas oleæ præmium excitat, vt pietatis certa-
 tores hoc oleū corroborat. Vngamus ergo † animas, †
 vt aduersus hostem certemus audēter. Qui egenorum
 misereri cogitat, statim auariciam exuet. Qui in dādo
 pauperibus perseverat, mox iram deponet, & superbiā.
 Quemadmodum enim vulneratos frequenter curan-
 do, medicus facili in aliorum calamitatibus commo-
 uetur, cum humanam intelligat naturam: ita & nos si
 ad opitulandū pauperibus, conueniemus, philosophabi-
 mur, neq; diuitias admirabimur, neq; magnum ali-
 quid præsentia bona ducemus: sed omnia contemne-
 mus, & magnanimi ad cælum intenti, facili sempiterna
 bona consequemur, gratia & benignitate domini
 nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, simul & spiri-
 tui sancto, in secula seculorum, Amen.

Homilia lxxxix. cx. cap. xvij.



Go dedi eis sermonem tuum: & mundus odio eos habuit,
 quia non sunt de mundo, sicut ego non sum de mundo.

Cum virtuti operam damus, & mali homi-
 nes persequuntur, & nos derident, nolimus ægreferre,
 neq; dolere: ita enim se res habet. Semper odium parit
 apud malos virtus, inuidet enim bene viuere volen-
 tibus, sibi excusationem arbitrati, si aliorum gloriā car-
 punt. Odio habent, qui contraria quā ipsi faciunt, &
 pro viribus adnituntur, vt illorum vitam criminibus
 inurāt: sed nō propterea dolcamus, hoc enim virtutis
 signum est, ideo Christus inquit: Si de mundo essetis,
 mundus quod suum est amaret. Et iterum alio in loco,
 Væ vobis cum bene dixerint omnes homines: idcirco
 & hoc in loco ait, Sermonem tuum dedi eis, & mundus odio
 eos habuit. Iterum causam affert, quare digni sint, quo-
 Tomus tertius.

rum pater curam habeat. Propter te odio habiti sunt,
 inquit, & propter sermonem tuum: itaque digni sunt
 protectione tua. Non rogo, vt tollas eos de mundo, sed vt ser-
 ues eos à malo. Iterum exponit sermonē, & manifestio-
 rem reddit: quod nihil aliud signat, quā quōd multā
 de his curam habet: cum eos tam diligētē cōmendat.
 Atqui ipse dicebat omnia facturum patrem, quæ pete-
 rent: cur ergo pro his rogat? Nulla alia, quā prædicta
 ratione, vt dilectionem suam demonstraret. De mū-
 do non sum, sicut ego non sum de mundo. Quo modo ergo a-
 libi dicit: Quos dedisti mihi de mūdo, tui sunt? Illic de
 natura, hic de malis operibus locutus est. Et multis eos
 laudibus profequitur, primū quōd non sunt de mūdo,
 Inde quōd ipse eos dederit, & sermonē eius custo-
 dierint, & quōd propterea odio habeantur. Quōd au-
 tem dicit, Sicut ego non sum de mūdo, noli perturba-
 ri: illa enim particula, sicut, non est indiscretæ certitu-
 dinis. Vt enim cū de patre & ipso dicitur, sicut summa
 æqualitas indicatur propter naturæ cognationē, ita cū
 de nobis & ipso dicitur, maxima per vtriusque naturæ
 differentiā diuersitas. Nam si peccatum ipse non fecit,
 neq; dolus inuētus est in ore eius: quo pacto ei Apосто-
 li poterant cōperari? Sed quid signat, non sunt de mū-
 do? Ad aliud spectant, nihil cum terra communicant,
 sed cœli facti sunt ciues: & ex hoc amorem suum osten-
 dit, cum apud patrem eos laudat, & commēdat. Id au-
 tem verbum, Serua eos: non à periculis tantū dicit,
 sed vt in fide perstent: ideo adiecit, Sanctifica eos in ve-
 ritate tua. Fac sanctos per spiritus exhibitionem, & do-
 ctrinam rectam. Et sicut cum inquit, Mundi estis prop-
 ter sermonem quem locutus sum vobis: ita & nunc in-
 strue eos, doceas veritatem. Atqui hoc spiritus officiū
 dicit. Cur nunc à patre id postulat? Vt iterum æquali-
 tatis admonere. Recta de deo doctrina animam san-
 ctificat. Quōd si verbo dicit, sanctificari, ne admireris.
 Nam quōd de doctrina loqueretur, addidit: Sermo
 tuus veritas est. hoc est, quōd nullum in eo est menda-
 cium. Quōd si veritas est, omnino quicquid dicit, futu-
 rum esse, & nihil figuratum, nihil corporeum demon-
 strat. Sicut & Paulus de ecclesia ait, quōd sanctificauit
 eam in verbo: quōd enim verbum dei purgaret, intel-
 ligebat. Videtur autem mihi & aliud significari per illā
 particulam, Sanctifica eos: perinde ac si diceret, segre-
 ga eos & verbo, † & prædicatione: † & hoc etiam ex se-
 quentibus constat. Sicut enim inquit, memissisti in mun-
 dum, & ego misse eos. Quod & Paulus dicit, ponens in no-
 bis verbū recōciliationis: pro quo enim Christus abiit,
 pro hoc hi orbem terrarum comprehenderunt. Hic etiam
 hoc verbum, sicut, nō similitudinis est ad deum,
 & ad apostolos. Quo modo enim taliter homines mit-
 ti poterant? Mos autem ei est de futuro tanquam de
 præterito loqui. Et pro eis sanctifico me ipsum, vt sint sancti-
 ficati in veritate. Quid tibi vult, Sanctifico me ipsum?
 Offero tibi sacrificium. Sacrificia omnia sancta dicun-
 tur, & propriè sancta quæ deo dedicata sunt. Cum an-
 tiquitus in figura sanctificatio esset in ouibus, nunc nō
 in figura, sed in veritate: ideo inquit, Vt sint sanctifi-
 cati in veritate tua. Etenim eos tibi commēdo, & obla-
 tionē facio, siue propter caput hoc fieri dicit, siue quia
 ipsi sacrificati sunt. Constituite, inquit, membra vestra
 hostiam viuētem, sanctam, & Reputati sumus, vt oues
 occisionis: & sine morte hostiā eos facit, & oblationē.
 Nam quōd hostiam sui significaret, dicendo, Sancti-
 fico: constat ex sequētibus, cum pro eis moreretur. Di-
 cens autē, Pro eis sanctifico me ipsum, ne quis arbitra-
 retur,

Hic sup. a

Esai. 55. 6

Supra 19. d

Eph. 5. e

† prædica-

2. Cor. 5. d

Roma. 12. a

Psal. 43. d

Sap. 3. b

retur, quod pro apostolis hæc solum faceret, addidit: *Non pro his rogo solum, sed & pro credentibus per sermonem corum in me.* Hinc iterum eorum animos erigit, indicans multos futuros discipulos: cum enim quod habebant eximium, commune fecit, iterum eos consolatur, ostendens eis aliorum salutis futuros auctores. Ex quo autem de eorum salute, & sanctificatione per fidem & sacrificium dixit, iam ad concordiam eos exhortatur, in quo sermonem suum concludit vnde inceperat. *Dixerat enim, mandatum nouum do vobis, Vt sint vnum sicut tu pater in me, & ego in te.* Iterum, sicut non exacta æqualitatis est, neque enim ita vnum esse poterat, sed pro humana facultate, sicut cum dicit: *Estote misericordes, sicut pater.* Quid signat, In nobis: in fide in nos. Nam cum nihil ad eos pertinet, vt dissensio, id agit vt vnum fiant. *Quid ergo hocne assecutus est? Sane quidem.* Omnes enim per apostolos credentes vnum sunt, quanuis nonnulli ex his dissentiant, neque hoc eū latuit, sed prædixit hominum desidiā. *Vt mundus credat, quia tu me misisti.* quod & in principio dixit: In hoc cognoscent omnes, quia mei estis discipuli, si inuicem diligitis. Et quo modo hinc erāt credituri? Quia pacis est deus, inquit. Si ergo quæ ex his didicerunt, seruaerunt, a discipulis magistrum auditores intelligēt: si dissentient, non inuenient dei pacis esse discipulos. Si nō ero pacificus, a te missum non constentur. Vides quo pacto ad finem vsque cum patre concordia confirmat? *Etego claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis: hoc est, signorum & doctrinæ, & vt concordēs sint.* Hæc enim claritas, vt sint vnum, atque etiam maior signis. *Quemadmodum enim deum admiramur, quod nulla dissensio, nulla pugna est in eius natura, & hæc maxima gloria est: ita & hi propterea clari efficiuntur.* Et cur patrem hoc postulat, cum ipse se dare profiteatur? Nam siue de signis, siue de concordia, siue de pace ei sermo sit, hæc se exhibere apparet, vnde constat consolandi eos gratia postulare. *Ego in eis, & tu in me.*

Quo modo dedit claritatem? In eis manendo, & secum patrem habendo, vt eis opitaretur. Alibi autem non per se, patrem, sed se & patrem aduenire, & mansionem apud eos facere dicit. Illic Sabellio silentium imponens, hic Ario. *Vt sint consummati in vnum, Vt cognoscat mundus, quia tu me misisti.* Frequenter hoc dicit, vt potentior pacem, quam signa ad persuadendum demonstret. Sicut enim discordia debilitat, ita concordia corroborat. *Et dilexi eos, sicut me dilexisti.* Hic iterum, sicut, ponitur ad morem, vt hominem diligere licet, & vt dilectionis argumentum, quod seipsum pro eis dedit. Cū ergo dixisset in securitate futuros, quod non mutabuntur, quod erunt sancti, quod multi per eos erunt credituri, quod multam gloriam consequentur, quod non solum ipse eos dilexerit, sed etiam pater, iam profectur, quæ post eorum hinc migrationem erunt futura, quæ præmia, quæ essent eis coronæ repositæ. *Pater, inquit, quos dedisti mihi, volo vt vbi sum ego, & illi sint mecum.* Quod semper quærebant, dicentes: *Quod vadis? quid dicitis? Id pollicitus es, quod nondum habebas? Quo modo ergo eis dixisti: Sedebitis super sedes duodecim? Quo modo alia, & plura maiora pollicitus es? Ecce quod omnia ad humanam respiciunt imbecillitatem. Nam quo modo dicebat: Sequeris autem postea? Sed ad maiorem certitudinē, & amoris ostensionem hæc dicit. *Vt videant claritatem meam, quam dedisti mihi.* Iterum hoc concordia ad patrem indicium altius quam priora. *Ante constitutionem**

Supra. 13. d

Luca. 6. e

Supra. 13. d

1. Cor. 14. g

Supra. 14. c

Matt. 19. d

Supra. 13. d

*mundi, inquit: quod & ipsum aliquantulum ad humanam naturam respicit, Dedit mihi, inquit. Quod si non ita est, libenter negantes interrogarem: Qui dat, alicui subsistenti dat: num primum generauit, inde claritatem dedit, ante in gloriam dimisit: Et quia nam hoc nititur ratione: Vides, quod dedit, pro genuisti intelligitur. Sed cur non dixit, vt participant: sed, vt videat claritatem? Hic ostendit, quod omnis ea requies est spectare filium dei, hoc claros esse facit: quod & Paulus inquit, Reuelata facie gloriam domini speculantes. Quemadmodum enim qui in Solis radios intuentur, aërem natæ tenuissimum visu voluptatem percipiunt: ita tunc, & longè etiā maior orietur nobis voluptas. Simul autem nobis ostendit, quod non hoc videtur sed admiranda quædam substantia. *Pater iuste, & mundus te non cognouit. quid hoc signat? Quam nam habet consequentiam?* Ostendit neminē scire deum, nisi solos qui filium cognoscunt: hoc est, Volebam omnes hoc esse, sed non cognouerunt te, quanuis nihil possent arguere: hoc enim significat, Pater iuste. Hoc mihi asperius dictū videtur, quod tam bonum, tam iustum cognoscere noluerint. Cū enim Iudæi deum se scire, ipsum autē nescire dixissent, ad hoc respōdet inquit, Dilexisti me ante mundi constitutionem, se aduersus Iudæorū calumnias excusans. Qui claritatem accipit, qui ante mundi constitutionem dilectus est, qui testes vult eos illius claritatis: quo modo contrarius esset patri? Non igitur hoc est quod dicunt Iudæi, quod ipsi te cognoscunt: ego autem minimè, sed contra omnino. Ego te noui, non alij. *Et hi cognouerunt, quia tu me misisti.* Vides quod eos notat, qui ipsum a deo non esse dicebant, & ad hoc omnem refert sermonem? *Et notum feci eis nomen tuum, & notum faciam.* Atqui spiritus perfectam cognitionē inquis, sed quæ spiritus sunt, mea sunt. *Vt dilectio, quæ dilexisti me in ipsis sit, & ego in ipsis.* Si enim intelligent, qui tu sis, tunc scirent me alienum non esse, sed maximè dilectum filium, & coniunctum. Qui hoc, vt decet, credunt, & fidem in me: & veram seruant dilectionem, & qui me verè diligunt, in his ego sum. Vide quo modo in perfectum finem desinit, in dilectionem omnium bonorum matrem. Credamus ergo, & diligamus deum, ne de nobis dicatur: *Confitentor se nosse deum, operibus autem negant: & iterum, fidem negauit, & est infideli peior.* Cū enim ille & familiaribus, & cōsanguineis, & alienis subuenit, tu ne sanguine quidem coniūctis, vlla charitate afficeris: quæ nani tibi erit excusatio, tūc deum & maledictis & contumeliosius prosequaris? Considera quot bonis beneficiis di occasiones dedit deus. Alij vt cōsanguineo, alij vt vicino, huic vt ciui, illi vt homini misereri iussit. Quod si horum nihil te cohibet, sed omne amoris vinculum dissoluis, audi Paulum, qui te infideli peiorem asserit, quoniam ille nihil de elemosyna, nihil de cælo audiens, te humanitate superauit. Tu inimicos diligere iussus, familiares vt inimicos intueris, & pecuniis magis parcis, quam corporibus. Atqui diuitiæ absumptæ, nihil mali patientur, hic contemptus consumitur. Quæ ergo infania pecuniis parcere, & non gentilibus vnde hoc desiderium ortū habuit, vnde hæc inhumanitas, atque crudelitas? Si quis tanquam in editorii theatri loco sedens, totum mundū, & omnia humana despiceret, considera quantam reprehenderet stulticiam, quot lachrymas profunderet, quo risu moueretur, quantum odiū cōciperet. Ea enim facimus, quæ risu, lachrymis, odio digna sūt. Ille canes pascit, vt feras syluestres capiat,*

Veros autem homines propter gratiam obripiunt despicit.

Rom. 1. d

Homilia lxxxij. ex cap. xvij.



Accum dixisset Iesus, egressus est cum discipulis suis trans torrentem Cedron, vbi erat hortus, in quem introiuit ipse & discipuli eius. Horrendum quid mors est, & formidolosum, sed nō iis, qui supernam sapientiam contemplantur. Qui futura nō intelligit, & ipsam tantum vitæ finem reputat, non ab re & horret, & formidat, ac si nihil futurus sit. Nobis autē qui gratia dei, incerta & occulta sapientiæ eius didicimus, & migrationē mortem arbitramur, minimè formidandum est: sed lætandum atque desiderandum, vt à caduca hac & mortali vita ad meliorem, & longè clariorem, nullo fine comprehensam transferamur: quod

Christus operibus nos erudiens, non vi & necessitate, sed sponte ad passionem venit. *Hæc, inquit, cum dixisset Iesus, egressus est trans torrentem Cedron, vbi erat hortus, in quem introiuit ipse & discipuli eius. Sciebat autem & Iudas, qui tradidit eum, locum: quia frequenter Iesus conuenerat illuc cū discipulis suis.* Media nocte iter facit, torrentem transit, & ad locum proditori notum properat, vt laborem eis demeret: & ostendit discipulis se ad mortem sponte proficisci: quod maximè ad eorum consolationem faciebat. Etenim in horto tāquam in carcere commoratur. *Hæc cum dixisset. Quid dicitis? Patrem orauerat. Quare non dicitis post orationē in hortum venisse? Quia non oratio, sed sermo fuerat ad discipulos.* Introierunt autem discipuli in hortum, ita metu eos liberauit, ne ingredi recusatent. Vnde autem Iudas eō contenderit, vnde didicerit, eo constat, quod multum extra pernoctabat Iesus. Neque enim si domi ageret, Iudas ad hortum properasset, sed domum, vt dormientem cōprehenderet. Ne ergo hortum secretum recessum opinareris, addidit, quod sciebat Iudas locum: neque hoc tantum, sed quod frequenter Iesus conueniebat illuc cum discipulis suis. Sæpenumero enim cū his priuatim de necessariis loquebatur, quæ alios audire non licebat. Facit autem hoc in montibus & in hortis, locum procul à tumultu maximè sibi deligens, ne doctrina impediretur. *Iudas autem cum accepisset cohortē, & a pontificibus & Pharisæis ministros, venit illuc.* Et hi sæpe aliās miserunt ad Christum comprehendendum, sed non potuerunt. Vnde constat sponte sua se tradidisse. Et quo modo Iudas cohorti persuasit? Militares erant viri, & mercede omnia audebant. *Iesus autem sciens omnia quæ ventura erant super eum, processit & dixit ad eos: Quem queritis? hoc est, non eorum aduentu obstitit interrogare, sed intrepidè tanquam omnia sciens & dicit, & facit. Quare autem cum armis veniunt? Timebat ab illorum aggressi sunt. Dicit eis: quem queritis? Responderunt ei, Iesum cognosce Nazarenum. Vides vim insuperabile, quo modo in medio existens eos cæcauit? Quod enim non tenebris id noctis contingeret, ostendit euangelista, cum dicit faces habuisse, quas nisi habuissent, saltem voce cognitus esset. Quod si illi Iesum ignorabant, nō tamen Iudas ob continuam cum eo consuetudinē. Aderat enim, neque magis agnoscebat, sed cum aliis retrorsum cecidit. Fecit autem hoc Iesus, demonstrans non solum nō posse eos se capere, sed ne medium quidem videre, nisi se ipsum traderet. *Iterum dicit, Quem queritis? O dementiam: verbo eos prostravit, nec conuersi sunt, tantam virtutem intelligentes, sed iterum aggrediuntur.* Cū autem quod suum erat, impleset, iam se tradit inquit, *Dixi vobis quia ego sum. Stabat autem & Iudas qui tradebat eum.* Animaduerte euangelistæ tolerantiam. Non maledixit proditori, sed factum narrat. Vnum duntaxat curat demonstrare, quod se capi permiserit. Inde ne quis diceret, quod ipse Christus eos ad se capiendum adduxerit, & se manifestans in manus eorū dederit, cū ostēderit primum quibus facile moueri & auocari debebat, & tamē in proposito persistissent, & minimè iam possent excusari, tunc se tradidit inquit, *Si ergo me queritis, finite hos abire.* ad vltimam vsque horam suam in eos benignitatem præ se ferens. Si me vultis, inquit, dimitte hos. Ecce me ipsum trado. *Vt impleteret sermo, quem dixit: Quia quos dedisti mihi, non perdidit ex eis quenquam.* Perditionem autem dicit, non mortis, sed illam æternam. Euangelista autem & in præsentī hoc accepit. Admirari autem quis posset, cur non comprehenderint etiam cum*

propter discipulos.

non expectavit ut ab illorum aduentu ea recet.

Psal. 108. b

† et maxi- cum Iesu, vt verberarent discipulos, † & Petrum maxi-
 me cū Petr^o me, qui eos serui aurem abscindēdo irritat.] Quis er-
 eos irritaf- go eos continuit: Nemo alius quā quā eos retrorsum
 set serui au- proiecerat potentia: quod euangelista nō eorum men-
 rē abscin- tis, sed † supernā] virtutis eos coērcētis fuisse signi-
 dendo.] ficat inquit, vt sermo impleretur quem dixit, Nō per-
 † et qui cō- didi ex eis quenquam. Petrus ergo hac voce, & his quā
 pchēsus e- iam facta viderat fretus, contra irruentes armatur. Et
 rat.] quo modo, inquit, qui iussus est neque perā habere, ne-
 Mat. 10. b que duas tunicas, gladium habet: Vt puto hoc metuens
 iam se prēmuniērat. Quod si dixeris: quo modo cui
 prācipit ne alapam inferat, homicidā agit, & maximē
 cum non vlscifi prācipiatur? Verūm non se, sed magi-
 strum vltus est. Prāterea nondum perfectā & consum-
 mata virtutis erant. Quod si vis Petri sapiētiam intel-
 ligere, videbis postmodum cāsum, & equo animo om-
 nia ferentē, & nullis malis, nullis calamitatibus per-
 turbatum. Iesus autem etiam hoc in loco miraculū fa-
 cit, simul erudiēs nos, quod in persecutores nostros be-
 neficos nos esse oportet. Et cum suam manifestaret po-
 testatem, seruo illi aurem restituit. Petro autem dixit,
 quod qui gladium accipiunt, in gladio peribunt: & ei
 vt in lauando minatus est, vt eius conatum retūderet.
 Et serui nomen meminit euangelista, quoniam magna
 res erat, non tantūm quod eum curauerit: sed & quod
 paulō post esset ab eo alapam accepturus, thinc ad per-
 secutiones tolerandas voluit discipulos erudire.] At qui
 etiam propterea nomen posuit euangelista, vt legentes
 tunc possent diligentius inquirere, an ita se res habuif-
 set: nec simpliciter dexteram auriculam dicit, sed mihi
 videtur apostoli impetum velle ostēdere, quod ferē in
 ipsum caput irruit. Iesus autem non minis tantūm Pe-
 trum cohibet, sed & alios sedat, inquit: *Calicem quem
 dedi tibi pater, † non vis vt bibam illum?*] Ostendens non
 illorum potentia id adscribēdum, sed permissioni suā:
 ac etiā quod non esset deo contrarius, sed obediret pa-
 tri vsque ad mortem. *Tunc comprehenderunt Iesum, & liga-
 verunt eum, & adduxerunt eum ad Annam primum.* Quare
 ad Annam: Vt rem ostentarent, & tāquam triumphum
 ducerent. *Erat autem Annas sacer Caiaphā, qui erat pontifex
 anni illius. Erat autem Caiaphas qui consiliū dederat Iudais, quod
 expedit vnum hominē mori pro populo.* Cur iterum huius nos
 prophetia admonet: Vt pro salute hoc factum demon-
 straret, & tantam esse veritatis excellentiā, vt & inimi-
 ci eam prādixerint. Ne ergo vinculorum mētionē au-
 ditor perturbaretur, id meminit, quoniam salus orbis ter-
 rarum eius mors esset. *Sequebatur autē Petrus, & alius disci-
 pulus.* Quis alius? Ipse qui hęc scripsit. Et cur se non no-
 minat: Cum enim supra pectus Iesu recumberet, meritō
 se silentio prāterit. Sed qua gratia in hoc loco: Eadem
 ipsa, nam & hic quoque rem prāclaram narrat, quod
 aliis diffugietibus, ipse sequeretur, ideo & suum nomen
 silet, & Petrum sibi prāponit, & sui meminisse tamen
 coactus est, vt intelligas eum ceteris diligentius, quē in
 aula principis facta sunt, enarrare, vt pote qui aderat. Et
 animaduerte quo modo propria laudi demit. Ne quis
 enim diceret, quo modo omnibus aufugietibus ipse in-
 gressus est: causam affert, quod esset notus pontifici, ne
 quis se secutum admiraretur, neve id ei fortitudini ad-
 scriberet. Illud mirandum, quod Petrus tam timidus,
 cum alij abiissent, vsque ad aulam venerit. Quod enim
 eousque venerit, amoris: quod non ingrederetur, timo-
 ris erat iudicium: ideo hac scripsit euangelista, prāoc-
 cupans negationis excusationē. Neque enim tanquam
 rem magnam ait se notum pontifici, sed cum solum se

† et quod
 bellū hinc
 aduersus
 discipulos
 excitādum
 cohibuit.]

† an non bi-
 bā illum?]

A cum Iesu ingressum esse dixisset, ne putares animi ma-
 gnitudine factum, causam affert. Quod autem & Pe-
 trus illius fauore ingressus esset, ex sequētibus ostē-
 dit. Cum enim exiit, & cum ostiaria egit, vt introduce-
 retur, statim intrauit Petrus. Cur autem ipse non intro-
 duxit? Christū spectabat, & sequebatur, ideo iussit mu-
 lieri, vt eum introduceret. Quid mulier? *Nunquid & tu
 ex discipulis es hominis huius? Dicit ille: Non sum.* Quid dicit
 Petre: Nōne dudū dixerat, si oportuisset animam pro
 eo ponere, te positurum? Quid ergo? Ne ostiariam qui-
 dem rogantem perferre potes: Num miles, num aliquis
 eorum qui Iesum ceperant te rogabat? Vilis erat ostia-
 ria & abiecta, neque asperē percontata. Non dixit, de-
 ceptoris & perditū illius discipulus es, sed hominis hu-
 ius, tāquam eius misereretur. Sed nihil horum pertulit.
 Dixit autem, Nūquid & tu: quia Ioannes aderat,] adeo
 benignē locuta est mulier. Sed nihil horum intellige-
 bat Petrus, neq; rem aduertit, quod primō, quod d secun-
 dō, quod tertio negaret, nisi cum gallus cātavit. Neque
 hoc aduertisset, nisi in miserum illum Iesus oculos con-
 iecisset. Et ipse quidē calefaciebat se cum seruis princi-
 pis. Iesus intus ligatus tenebatur. Hęc autē dicimus, non
 in Petri accusationem, sed ad ostendendum Christum
 vera prādixisse. *Princeps ergo interrogauit Iesum de discipulis
 suis, & de doctrina.* O maliciam: cum frequenter in tem-
 plo loquentem, & palām docentē audisset, hoc percō-
 tatur. Cum nullum haberent crimen quod obicerent,
 de discipulis rogabat, fortasse vbi essent, & qua gratia
 eos collegisset, & quid vellet, & in quibus his vti: hoc
 autē dicebat quasi seditionis, & nouitatis eum arguens,
 & quod nemo alius ipsi crederet prāter illos, & tanquā
 quoddam esset malicia instrumentum: quod arguens
 Christus, inquit, *Ego palām locutus sum mundo, nihil pri-
 uatim discipulis. Ego semper docui in tēplo.* Quid ergo: ni-
 hilne secretō discipulis dixit: Dixit sanē, sed non quod
 illi arbitrabantur, quod timeret, & seditiones frueret:
 sed cum aliquādo altiora, quā quē multitudo capere
 posset loquebatur. *Quid me interrogas? interroga qui audie-
 runt.* Non arroganter respondet, sed fretus veritate,
 quod igitur in principio dicebat: Si ego testimonium
 perhibeo de me ipso, testimoniū meum est verum: idem
 & hoc in loco, ex abundantia suum vult testimonium
 confirmare. Nam cum de discipulis princeps percōta-
 retur, ait: Me de meis rogas: roga inimicos, insidiato-
 res, qui me ligarunt vt testificentur. Id enim veritatis
 maximum est argumentum, cum quis inimicos in eo-
 rum quā dicit, testimonium adducit. Princeps autem
 cum ita quærendum esset, non quæsiuit: *sed vnus ex assi-
 stentibus ministris dedit ei alapam.* Quid hoc impudentius: Ex-
 horrescat cælum, cōtremisat terra de Christi patien-
 tia, & seruatorum impudentia. Et quidnam dixerat? Neq;
 enim tanquam responsum detrectās dicebat. Quid me
 interrogas? sed vt omnem impudētiā materiam tolle-
 ret: & cum percussus esset, & omnia sternere, & delere
 in sua haberet potestate, loquitur quā omnē veritatem
 placare faciliē potuissent. *Si malē locutus sum, inquit, testi-
 monium perhibe de malo.* hoc est, Si mea verba reprehē-
 dere potes, ostende: *si minus, cur me cadis?* Vides iudi-
 ciū tumultus, & perturbationis & confusiois plenum?
 Rogauit princeps subdolē & dolose, respondit Iesus vt
 oportuit. Quid consequens erat, vel confutare, vel ac-
 quiescere? sed neutrum facit. Verūm seruus eum cædit,
 hoc non iudiciū est, sed violentia. Inde neque sic quic-
 quam habentes quod accusarent, mittunt eum ligatum
 ad Caiapham. *Erat autē Petrus stans & calefaciens se.* Pape,
 quo

Mat. 26. 6

† inquit

Mat. 23. c
 & Luc. 11. f

* eorum
 quoy, &
 cina, fa-
 nix, ubi
 na.

Supra. b

333 quo sopore calor ille vehemēs Petri cōtabuerat capto A
 Iesu: Neque post tot mouetur, sed adhuc se calefacit, vt
 intelligas quā imbecilla sit humana natura, cum nos
 deus deserit. Et rogatus iterum negat. *Tunc cognatus ser-
 ni illius, cuius Petrus auriculam absciderat, ea re motus ait,*
Nōne ego te vidi in hortō? Neque hortus, neque immen-
 sus amor, quem Iesus illic ostenderat, verborū eius Pe-
 trum admonuit, sed omnia formidine exciderunt. Sed
 cur euangelista omnes in hoc describendo concordarunt?
 Non vt discipulum accusarent, sed vt nos erudi-
 rent quantum mali sit nō omnia deo committere, sed
 sibi ipsi confidere. Tu autem admirare magistri curam,
 & diligentiam, quod & captus, & ligatus discipulo cō-
 sulit, intuitu suo iacentē excitans, & ad lachrymas mo-
 uens. *Ducunt ergo Iesum à Caiaphā ad Pilatum.* Factum au-
 tem hoc est, vt iudiciū multitudo, vel inuitis veritatem
 extorqueret. *Erat autem mane.* antequam gallus canta-
 ret, ad Caiaphā ducitur, mane ad Pilatum. Quibus ver-
 bis ostendit euāgelista à media nocte ad mane à Caia-
 pha interrogatum, in nullo conuictum fuisse. Ideo mi-
 sit eum ad Pilatum, sed illa aliis dimittens, ipse quā se-
 cuta sunt enarrat. Tu autem Iudeorum stulticiam con-
 sidera, qui innocētē armati comprehenderunt. *Non
 tamen ingrediuntur pratorium ne cōtaminarentur.* Et quā nam
 quāso contaminatio ingredi pratorii, vbi iniusti pœ-
 nas dant? Decimantes mentam & anethum: at cum ini-
 iuste interficiunt, contaminari se non existimant, sed
 cum ad pratorium veniunt. Sed cur ipsi nō intereme-
 runt? Multūm de eorum imperio iam ademptum erat
 à Romanis: prāterea timebat ne à Pilato accusati, pœ-
 nas postmodum darēt. Sed quid significat, vt mandu-
 carent Pascha? Atqui Iesus iam id fecerat vna die azy-
 morum: Siue ergo Pascha totam appellat solēnitatem,
 siue quod tunc faciebant, Christus autem pridie cēdem
 suam in pasceue reseruans, quando antiquitus cele-
 bratum erat, ipsi autem armati, quod nō licebat, & fun-
 dentes sanguinem, locū cauent, Pilatum ad se euocant:
qui egressus ait, Quam accusationem assertis aduersus hominē hūc?
*Vides longē distantem & diuersum ab illorum ambi-
 tione & inuidia: Cum enim & ligatum, & tanta cetera
 ua ad se adductum videret, nō tamen manifesta puta-
 uit accusationis indicium, sed interrogat, absurdū ra-
 tus, iudicium eos prāsumere, supplicium sibi permitti.
 Illi autem, Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissēmus eū.*
*O dementiam, quid non adducitis in medium quid
 fecerit, sed obtegitis: Quid nō arguitis eum? Ecce quod
 vbique iustam deuitantes accusationem, nihil tandem
 afferunt. Annas de doctrina percontatus est, quo audi-
 to misit ad Caiapham, & ipse cum interrogasset, nec
 quicquam deprehendisset, misit ad Pilatum. Pilatus ait,
 Quam accusationem assertis cōtra hunc? Neque habet
 quid respondeant, sed coniectura quadā vtuntur. Tum
 Pilatus. Accipite eum vos, & secundum legem vestram iudicate
 eum. Dixerunt ergo Iudai: Nobis nō licet interficere quenquam. Hoc
 autē dixerūt, vt sermo Iesu impleretur, quē dixit significās qua morte
 esset moriturus.* Et quo modo hoc significabāt? Non licet
 nobis interficere quenquam: aut dicit euangelista, quo-
 niam non pro Iudais tantūm, sed & pro gentibus erat
 moriturus: vel quod crucifigere eis non licebat. Quod
 si dicunt non licere interimere, eo tempore intelligen-
 dum est: nam quod interemerunt & alia morte, argu-
 mento est Stephanus lapidatus, sed crucifigere eum de-
 siderabant, vt etiam mortis genus iactarent. Pilatus au-
 tem ad emitandum molestiam, breuibus Iesum interro-
 gat: *Tu es rex Iudeorum? Respondit Iesus: A temetipso hoc dicit;*

an alij dixerunt tibi de me? Cur hoc interrogat Christus?
 Vt prauum Iudeorum animum detegeret. Audierat e-
 nim hoc à multis Pilatus: nam cum illi nihil accusare
 possent, ne lōga fieret discussio, quod semper in primis
 accusabatur, id nunc Pilatus percōtatur. Nam cum di-
 xisset Iudais, Secundum legem vestram iudicate eum:
 vt ostenderet nō esse in Iudæos tantūm peccatum, non
 licere sibi dicunt. Non enim legi nostrā, sed communi
 crimini obnoxius est: quod intelligens Pilatus, vt expe-
 riretur, rogat, Tu es rex Iudeorum? Non ergo quod ne-
 sciret Christus interrogat, sed vt ipse Pilatus Iudæos ac-
 cusaret, inquit, alij dixerunt tibi? Quod Pilatus indicās
 ait: *Nunquid ego Iudæus sum? Genus tua, & † pontifices tui tradi-
 derūt tē mihi, quid fecisti?* Hic se excusare voluit, inde cum
 dixisset, tu es rex: arguens eum Iesus, hoc (inquit) audisti
 à Iudæis? Quā gratia non diligenter rem ipsam inquiri-
 ris: Dixerunt me malorum auctorem, percontare quid
 mali fecerim: sed hoc nō facis, simpliciter causas struis.
*A te ipso hoc dicit, an aliunde? † Quo audito Pilatus, quid
 statim respōdeat ignarus.] Tradiderūt tē mihi, inquit, quōd qui-
 oportet vt te quid feceris interrogē. Tum Iesus, Regnū dem audi-
 meum non est de hoc mundo. Erigit Pilatū, vt non multūm
 ad eorum comparationem malum: & vult ostēdere se
 non purum hominem, sed deum & dei filium esse, in-
 quiens: Si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei vtiq; mere popu-
 decertarent, vt non traderer Iudæis. Quod tunc Pilatus me-
 llū sequēs.] tuebat, tollit tyrānidis videlicet suspicionem. An non
 est mundi huius Christi regnum? Quidni? Quo modo
 inquit non esse? Non quod hoc etiam nō possideat, sed
 quod in cælo habeat imperium, non humanū, sed lon-
 gē maius atque prāstantius: quod si ita est, quo modo
 captus est? spontē se tradens. Quod non tacet, sed si ex
 hoc mundo essem, inquit, ministri mei decertarent, vt
 non traderer. Ostendit in hoc loco regni nostri imbe-
 cillitatem, quod in seruis habeat potestatem: supernum
 autem regnum sibi ipsi sufficiens est, & nullius indiget.
 Hinc hæretici ansam inueniunt alienum eum ad opifi-
 ce esse. Quid ergo cum dicit, In propria venit? quid
 cum, Non sunt de mundo, sicut ego non sum de hoc
 mundo? Sic & regnum suum dicit hinc non esse, non
 quod mundum prouidentia, ac protectione sua priuet:
 sed, vt dixi, neque humanum, neque caducum esse de-
 monstrat. Quid ergo Pilatus? *Ergo rex es tu? Respondit Ie-
 sus: Tu dicit, quia rex sum. Ego in hoc natus sum.* Si ergo rex
 natus est, & alia omnia* nata sunt, & nihil habet quod
 acceperit: itaque cum audis, Sicut pater habet vitam in
 semetipso, sic dedit & filio vitam habere, nihil aliud
 quā generationem arbitreris, & in aliis similiter. *Et ber. vide
 ad hoc veni, vt testimonium perhibeam veritati.* hoc est, vt hoc
 ipsum dicam, † faciam] & persuadeam omnibus. Tu au-
 tem homo hæc audiens, & videns dominū tuum liga-
 tum & circumtractum, noli prāsentia quicquam repu-
 tare. Nōne perabsurdum & indignum est, si Christus
 propter te ea sustinuit, tu ne verba quidem sæpenume-
 ro perpeti possis? Ille insputus est, tu te vestibus ornas &
 annulis: & si nō apud homines laudaris, miseram te vi-
 tam viuere arbitraris. Christus opprobriis & maledi-
 ctis afficitur, ad derisum alapis cæditur: tu ab omnibus
 laudē captas, & non fers opprobria Christi. Nōne au-
 dis Paulum dicentē, Imitatores mei estote, sicut & ego
 Christi: Si quis te maledictis prosequitur, recordare do-
 mini tui, quem ad derisum adorabāt, & verbis & re di-
 strahabant, & irridebant: ipse verō nō modō non vl-
 tus est, sed beneficiis, & summa humanitate & clemen-
 tia affecit: Hunc nos imitemur, ita poterimus omni
 ignominia*

† pontifices
 tradide-
 runt.]

† At interū
 quōd qui-
 oportet vt te
 quid feceris
 interrogē. Tum
 Iesus, Regnū
 dem audi-
 meum non est
 de hoc mundo.
 Erigit Pilatū,
 vt non multūm
 ad eorum com-
 parationem ma-
 lum: & vult
 ostēdere se non
 purum hominem,
 sed deum & dei
 filium esse, in-
 quiens: Si ex
 hoc mundo es-
 set regnum me-
 um, ministri mei
 vtiq; mere popu-
 decertarent, vt
 non traderer Iu-
 dæis. Quod tunc
 Pilatus me-
 llū sequēs.]

Supra. 1. a
 Ibidē. 17. c

* hoc est, na-
 turaliter ea
 à patre ha-
 bere. vide
 Et ber. vide
 ad hoc veni, vt
 testimonium per-
 hibeam veritati.
 hoc est, vt hoc
 ipsum dicam, †
 faciam] & per-
 suadeam omni-
 bus. Tu au-
 tem homo hæc
 audiens, & vi-
 dens dominū tu-
 um ligatum &
 circumtractum,
 noli prāsentia
 quicquam repu-
 tare. Nōne per-
 absurdum & in-
 dignum est, si
 Christus propter
 te ea sustinuit,
 tu ne verba qui-
 dem sæpenume-
 ro perpeti possis?
 Ille insputus est,
 tu te vestibus
 ornas & annulis:
 & si nō apud
 homines laudaris,
 miseram te vi-
 tam viuere arbi-
 traris. Christus
 opprobriis & ma-
 ledictis afficitur,
 ad derisum alapis
 cæditur: tu ab
 omnibus laudē
 captas, & non
 fers opprobria
 Christi. Nōne au-
 dis Paulum dice-
 ntē, Imitatores
 mei estote, sicut
 & ego Christi:
 Si quis te maledi-
 ctis prosequitur,
 recordare do-
 mini tui, quem
 ad derisum adora-
 bāt, & verbis &
 re distrahabant,
 & irridebant: ipse
 verō nō modō non
 vl-
 tus est, sed bene-
 ficiis, & summa
 humanitate &
 clementia affe-
 cit: Hunc nos imi-
 temur, ita poterimus
 omni ignominia

1. Cor. 11. a

Te vi mor-
deant effi-
ci.]

ignominia liberari. Non enim qui iniuriatur, sed qui paruo animo iniuriis dolet, is iniurias cōfirmat, & irritat iniuriantem. Si enim nō agrē eas ferres, non afficereris iniuria. Non enim ab inferentibus, sed ab accipientibus fit vt graues sint. Quid tandem doles? Si immeritō te contumelia affecit, tantō minus tibi dolendū est. imō illi magis misereri oporteret: sin iure, tantō æquiori animo tolerādum. Quemadmodū enim si quis te pauperem, vt diuitem appellaret, laudaretq; nihil ad te illæ laudes, sed potius in risum verterentur: ita si quis falsō calumniaretur, nihil id ad te. Quod si te cōscientia reprehendit, nulla verba perturbēt, sed vitam emēda, hoc in veris reprehensionibus dico. Cū autē paupertatem quispiam, aut ignobilitatē arguet, eum ridendum ducas: non enim dedecori est audienti, sed dicēti, vt pote sapientiā ignorāti: sed cū huiusmodi in multitudine ignorātiū veritatē dicunt, intolerabile vulnus efficitur: immo hoc maximē ferēdum, cū tibi tēstis sit spectaculum laudantium te, atq; accipiētium, tēstis lādetibus & exprobrantibus. Nō enim qui vlciscitur, sed qui nihil respōdet admirationi est apud sapientes. Quod si præsentes stulti sunt, propterea maximē eos rideas, & theatro cōlesti congratulare: illic enim omnes te laudabunt, tibi plaudent, te accipient. Siquidem vnus angelus toti mundo cōferri potest. Et quid angelos dico, quando ipse te dominus laudabit: His cogitationibus nos exerceamus: neque enim crimini dādum est, si qui lāditur silet: sed cōtrā, si vlciscitur. Nam si crimen esset, nō vtique dixisset Christus: Si quis percussit te in dexterā maxillam, prabe illi & alteram. Si igitur falsa quis dixerit, ei misereamur, quod sibi accusationum supplicium adstruit, neque scripturas legere dignus est. Peccatori enim, inquit deus, vt quid tu enarras iustificationes meas? Sedens contra fratrem tuum calumniaris. Sin vera dixerit, etiā sic miserabilis est. Nam & Phariseus vera locutus, nihil tamē offendit malē audientem, sed ei profuit: se bonis priuauit, sibi his maledictis naufragium intulit. Itaq; vtrinque ille est qui offenditur: tu autē si æquo animo perferes, duplici ratione lucraris, & quia tibi siletio, & modestia deū propiciū reddis, & materiā accipis, vt ex verbis facta emēdentur, & gloriam humanam cōtemnas. Etenim hinc nobis dolor exoritur, quod multi, hominum inhiant opinioni. Sic si voluerimus philosophari, probē intelligemus nihil res humanas esse. Discamus igitur, & vicia nostra recensentes, ea tempore corrigamus, & hoc mēse vnum, alio aliud, & ita subsequēter meliores efficiamur: & sic tanquam per gradus quosdam ascendentes, per scalam Iacob ad cælum perueniemus. Etenim scale illæ mihi per illā visionē paulatinā per virtutes ascensum significare videntur, per quam à terra in cælum ascendere nobis licet, nō gradibus sensibilibus, sed morum incremento & correctione. Hoc ergo iter, hunc ascensum aggrediamur, vt & cælum, & cæli bona cōsequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria, in secula seculorum, Amen.

Homilia lxxxiii. ex cap. xviii.

Ego in hoc natus sum: & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati. Omnis qui est ex veritate, audit vocem meam. Mirabilis res est patientia, quæ tanquam in tranquillo portu animum constituit, eumq; & ab aduersis ventis, & fluctibus tempestatū liberum reddit: hæc nos Christus cū semper, tum maximē docuit cū iudicatus est, ductus huc, illuc distra-

† illi videntur
tum & reprehenden-
tum.]

Mat. 5. f

Psal. 49. c

Luca. 18. b

Gene. 28. b

ctus. Etenim apud Annam perquam mansuetē respōdit, & cadenti seruo ea dixit, quæ omnem fastum tollere potuissent, & inde ad Caiapham, demū ad Pilatum ductus, tota nocte in his cōsumpta, in omnibus miram prætulit mansuetudinem, & dicētib; maleficum esse, neque quo eū arguerent habentibus, tacuit tamen: cū de regno interrogatus est, tunc locutus est ad Pilatum, erudiens eum, & ad altiora erigens. Quid autem Pilatus illis præsentibus Iesum non interrogat, sed pratorium ingreditur: Magnam quandam de eo habebat opinionem, & sine alicuius tumultu omnia ab eo intelligere volebat. Rogāti autem, Quid fecisti: nihil ad hoc respōdit Iesus, sed ad id quod valde cupiebat Pilatus, hoc est de regno suo respōdet, inquit, Regnū meum non est de hoc mundo: quasi dicat, Rex sum, nō tamen qualem arbitraris, sed longē præstantior. Hinc ostēdit se nihil mali fecisse: vt etiam cū prosequitur, In hoc natus sum, & ad hoc veni in mūdum, vt testimonium perhibeam veritati: inde cū inquit, Omnis qui est ex veritate, audit vocē meam. allicit eum, vt aures his adhibeat. Si quis enim verus est, inquit, & amat veritatē, sanē me audiet. Hoc pacto eum paucis verbis allicit, vt petat, Quid est veritas? Sed primum rei ipsi instat. Rogauit autem, quoniam tempus id postulabat, tunc Iesus ē Iudæorū manibus eripere cogitabat: ideo exiuit, aitq; Ego nullam in eo inuenio causam. Et considera quā prudenter: non dixit, si errauit, & dignus est morte, solennitati eum condonate: sed primum omnino excusat, inde ex abundantia rogat, si nolint aliter innocentem dimittere, saltem vt nocentē tempori cōdonent: ideo subdidit, Est autem consuetudo vobis, vt vnū dimittat in Pascha. Inde verecundē, Vultis ergo, inquit, dimittam vobis regem Iudæorum: Clamabant omnes, dicentes: Nō hunc, sed Barabam. O mentem scelestam, similes sui petūt. Scelestum dimitti, infontem puniri iubēt. Sic enim eis antiquitus mos fuerat. Tu autē in omnibus considera domini benignitatem. Tunc flagellauit eum Pilatus. Fortasse vt ita sedato Iudæorum furore, inde eum dimitteret. Cū enim prius eum liberare non potuisset, in hoc eis satisfacere arbitratus est, si verberaret, & quæ tunc facta sunt in eum, fieri permitteret: vt purpurea veste circumdaretur, & corona spinea eius capiti imponeretur: ideo ita coronatum ad Iudæos eduxit, vt ea ignominia eorum iram & furorem aliquantulum sedaret. Et quo modo milites hæc faciebant, siquidem nō præceperat Pilatus? Ad Iudæorum gratiā. Neque enim noctu à Pilato iussi cū Iudæis profecti sunt, sed pecunia à Iudæis alleciti, omnia audebant. At Iesus in his omnibus tacebat. Tu autē non solum hæc verba audias, sed in animo perpetuō serues velim: & cū orbis terrarum, & angelorum regem à militibus irrisum, & verbis & re ignominia affectum, & omnia æquo animo tolerātem videris, eum re ipsa imitare. Cū enim dixisset Pilatus, Regem Iudæorum: ad deridendum, vt regem induerunt. Hoc pacto eduxit eū Pilatus, inquit: Nullā in eo causam inuenio. Exiuit Iesus spinis coronatus, non tamen Iudæorum ira sedata est, sed clamabant: Crucifige, crucifige eum. Videns Pilatus omnia frustra tentari, Accipite, inquit, cum vos, & crucifigite. Quibus verbis constat, ad eorū cohibendum furorē illa fieri permisisse. Ego enim, inquit, nullam in eo causam inuenio. Animaduerte quot modis iudex Iesum excusat, sed nihil canes illos mouebat. Illud enim verbum, Accipite & crucifigite: indignantis est, & momentis, vt ipsi rem non permissam patrant. Ipsi duxerant eum, vt præsidis iudicio damnaretur: cōtrā autem contigit,

† scilicet
nim quæ
stimmis
reperit
habent
autem.]

Cap. xiii

Esai. 35. c

† à curru, à
militib;.]

† se eos placaturū esse.]

contigit, vt potius sentētia eius absolueretur: quod veriti, Nos legem habemus, inquit, & secundum legē nostram debet mori: quia filium dei se fecit. Quo modo ergo dicente præside, Accipite eum, & secundum legem vestram iudicate eum: dicebatis non licere vobis quēquam interficere: nūc autem legem adfertis, quod mori debeat? Et considera accusationem, Filium dei se fecit: hoc crimini dandum est: Dic quæso, quid mirum, vt qui dei opera facit, si se dei filium nuncupet: Quid Christus? Nihil responder, implens propheticum illud, quod nō aperuit os suum. In humilitate sua iudiciū eius ablatum est. Tum Pilatus, cū audiret quod se dei filiū faceret: ne id verum esset, & cōtra legem facere putaretur, formidauit. Iudæi cum id re & verbis intelligerent, non sunt perterriti, sed interimūt quem adorare debuissent. Ideo Pilatus trepidus, aliis omisis, an esset Christus interrogat, cui Iesus non respōdit. Nam cū audisset, In hoc natus sum, & ad hoc veni, & regnum meum non est de hoc mundo: & propterea eum absolvere debuisset, obtemperauit tamē furori Iudæorum, qui cū nihil amplius quod criminarentur haberent, ad publicum crimen confugiunt, dicentes: Omnis qui se regem facit, contradicit Casari. Inquirendum igitur diligenter, an tyrannidem affectaret, & regno Cæsarem depellere tentaret: sed non inuestigat diligenter, ideo nihil ei responder, cū sciret frustra omnia. Præterea rebus testimonium perhibentibus, noluit verbis conuincere, neque excusationem adducere, ostēdens spōtē ad hoc venisse. Cū taceret, inquit Pilatus: Nescis quia potestatem habeo crucifigere te? Vides quo modo seipsum condemnauit: Si in tua potestate est, quare infontem nō dimittis? Cū ergo contra se sententiam tulisset, inquit Iesus: Qui tradidit me tibi, maius peccatum habet. Indicās ipsum quoque reum esse criminis. Et vt tumorem eius deprimeret, ait: Non haberes potestatem, nisi tibi datum esset desuper. Ex quo significat, nō simpliciter, & vt res plurimū solent, sed mysticē euenisse. Sed ne ea particula, Nisi esset tibi datum desuper: nullo ipsi crimini adscribendum duceret, ideo inquit, Maius peccatum habet, qui tradidit me tibi. Atqui si datū erat, neque hic, neque illi rei erant criminis: frustra hæc dicis. Hoc verbū, Datum: in hoc loco permissiuum est: quasi diceret, permisit hæc fieri, nō tamen propterea vos nō accusandi. Perterruit eum verbis, & manifestam attulit excusationem. Et exinde querebat Pilatus dimittere eum. Iudæi autem clamabant: Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris. Cū enim à sua lege crimina non proficerent, malignē ad externas leges confugiūt, dicentes: Omnis enim qui se regem facit, contradicit Casari. Et quod tyrannidis argumentū? Vnde hoc potest ostendi? A purpura, à diademate, à ab ornatu, à satellitibus: Nōne solus semper cum duodecim discipulis ambulabat, & vilibus utebatur cibis, vestibus, domo: Sed ò impudentiam, ò intempestiuā formidinem. Pilatus enim iam periclitari arbitratus, si id negligeret, egreditur vt rem inquirat. Hoc enim significat, cū sedisse dicit, & nulla habita quæstione, tradidit eum: se eis persuadere existimans, quod apparet, cū inquit: Ecce rex vester. Et cū illi dixissent, Crucifige eum: iterum ait, Regem vestrum crucifigam? Responderunt pontifices: Non habemus regē nisi Cæsarem. Spontē se reos professi sunt, ideo & deus tradidit, quando ipsi primi prouidētia, & protectione ipsius se subtraxerūt: & cū vno ore regnum abnegassent, permisit suis ipsorum sentētiis eos decidere. Atqui ea verba omnē iram sedare iam debuissent, sed timuerunt, ne dimissus iterum plebem alliceret: quod ne eue-

niret, omnia conabātur. Graue enim quiddam est ambitio, graue inquam, & quæ animā perdere valeat, cuius gratia nunquam audiebant. Pilatus quidē solis verbis motus voluit eum dimittere, hi perstant dicentes, Crucifige. Et cur tantopere hanc eius mortem affectabant? Quia ignominiosa erat: veriti ergo ne eius postmodum memoria seruaretur, hæc probrosam mortem elegerunt, nescij quod cū impeditur, magis apparet veritas. Nam quod hoc formidarent, audi quid dicāt: Nos audiimus, quia seductor ille dixit, post tres dies resurgam. Idcirco omnibus modis adnitebātur, vt postteris esset abominabilis. Et idē tēdum clamabant, Crucifige. Erat turba incomposita, & à principibus corrupta. Nos autem non modō hæc legamus, sed animo recondamus: hoc est, coronam spineam, vestimentum, arundinem, alapas, sputa, irrisiones, quæ frequēter mente repetita satis omnem iram sedare poterūt: etsi ludibrio erimus, si quid iniuste patiemur, frequēter dicamus, Nō est seruus maior domino suo: & allatrantiū Iudæorum verba nobis subeant, cum dixerūt, Dæmonium habes, & Samaritanus es, & in Beelzebub principe dæmoniorū eiicit dæmonia. Et ideo hæc omnia pertulit, vt eius vestigia imitemur, & maledicta perferamus, quæ ipse grauissima nō solum pertulit, sed omnia fecit, vt ipsos illatores saluos faceret, & ad eorum salutem apostolos misit. Audis eos dicētes: Scimus, ignoranter fecistis: vt ad pœnitentiam adducerent: hæc nos imitemur. nihil enim ad eō deum placat, vt inimicorum dilectio, & cura eis beneficiendi, Cū quis te persequitur, nō ipsum, sed dæmonem instigantem cōsidera, & aduersus illum iram euacua, & eius miserere qui ita à diabolo irritetur, à quo si mendacium oritur, multō magis & iniusta ira. Cum maledicentem quempiam videris, cogita diabolum esse qui ipsum incitet. Non enim sunt Christianorum maledicta: nam qui flere iubetur, & qui audit: Vx vobis qui ridetis: inde maledicis, insectatur, furit: non ipse contra maledictis, sed lachrymis prosequēdus est. Nam & Christus Iudæ misertus est, qui nobis re ipsa in omnibus imitādus est: quod nisi fecerimus, frustra nati sumus, vel ad malum potius. Neque enim fides sufficiens est ad regnum consequendum, sed magis perperam viuentes condemnabit. Qui enim nouit voluntatem domini sui, & non facit, multum vapulabit. Et iterum: Si non venissem, inquit, & locutus eis non fuisset, peccatum nō haberēt. Quam ergo habebimus excusationem, cū penetralia ingredi dignati, & comunicantes mysteria, gentilibus eorum ignaris peiores inueniamur? Si enim illi ob inanem gloriam, tantam præ se tulerūt sapiētiam: longē magis nos decet, vt deo placeamus, virtutibus inuigilare. Illi nonnunquam suam contempserunt animam, & filios dæmonum insania bellis deuenerunt: nos neque pecuniā propter Christum contemnimus, non iram ponimus, sed inflamur, & febricitantium more incēdimur. Et quemadmodum illi morbo vexati, ita & nos affectu distracti, irā, auariciā, reliquas cupiditates sistere, nunquam possumus. Ideo erubescō simul atque obstupescō, cū multos gētilium pecuniarum contemptores, nos in eas insanientes videā. Quod si qui etiam nostrorum eas cōtemnunt, aliis affectibus, furorē videlicet, & inuidia cōsumuntur. Difficile sanē est veram sapiētiam inuenire. Quā nam gratia? Remedia scripturarum negligimus, neque cum contritione, fletu & planctu eis attendimus: sed simpliciter & incōsideratē, si quando ad legendum adducimur: propterea cū graue secularium rerum onus incumbit, omnia inundat,

Supra. 13. b

Ibidem. 3. f

Matth. 12. c

Luc. 11. b

Acto. 3. c

Luca. 6. d

Ibidem. 12. f

Supra. 15. d

inundat, & si quid profecimus, aufert. Neq; enim si quis cum vulnus acceperit, & medicinā imposuerit, non diligēter alligabit, sed decidere permittet: neque aquam, puluerem, & alia vulneri contraria cauebit, ne grauius malum sequatur: aliquid inde commodi accipiet, non medicinā, sed propriā desidiū culpa. hoc etiā nobis accidere solet, cum diuinis sermonibus parū, secularibus semper attendimus: ita semen omne suffocatur, fructus nullus prouenit. Quod ne accidat, in cœlum paululum suspiciamus, mortuorum monumenta & tumulos consideremus, & nos eundem exitum manere, eandem mi- grandi necessitatem, nonnunquam ante vesperum imminere, in mentem veniat. Preparamur ergo huic profecioni. Multo nobis viatico opus est, nā & multus labor, multus æstus, magna solitudo peragrāda est. Nul- lum est diuerforium, nisi hinc omnia nobiscum auferamus. Audi quid dicāt virgines, Ite ad vēdentes: & eun- tes, non inuenerūt. Audi Abraham: Chaos est inter nos & vos. Audi Ezechielem de die illo: Noë, Daniel, & Iob filios suos non liberabunt. Sed hæc vtinam nos nō au- diamus verba: sed accipientes hinc quē ad æternam vi- tam nobis sufficiāt viatica, cum fiducia videamus do- minum nostrum Iesum Christum, cum quo patri, simul & spiritui sancto sit gloria, in secula seculorum, Amen.

Homilia lxxxiiij. ex cap. xix.



Inc ergo tradidit eis illum, vt crucifigeretur. Susceperūt autem Iesum, & eduxerunt, & baiulans sibi crucem, exiuit in eum qui dicitur Caluarie locus. Felicitates facile improvidos deicere & prosternere

assolēt: ita & Iudæi à principio, diuino freti auxilio legem regni gentium quærebant, & in eremo post māna ceparum recordabātur: itidem & hic, Christi regnum recusantes, Cæsaris implorabant, ideo in regem secundum sententiam suam inciderunt. Quod cum audisset Pilatus, tradidit eum vt crucifigeretur, & quaminiustifimè. Erat enim inuestigandum, an regnum affectasset, sed solo metu tulit sententiam: quod ne committeret, Christus eum admonuerat, inquit: Regnum meum non est de hoc mundo, sed presentibus omnino additus, nihil magnum sapere voluit, quanuis vxoris somnium eum perterere debuisset: sed nullo horum factus est melior. Neque cœlum suspexit, sed tradidit eum. Et ei crucem tanquā reo imposuerunt (siquidem lignum illud abominabantur, ac ne attingere quidē volebant) sic & in ipsius figura factū est. Etenim Isaac ligna portauit, sed tunc in patris voluntate tantum constitit. Figura enim erat, nūc res secuta est, quia veritas. Et exiuit in eum, qui dicitur Caluarie locus. Vbi quidam dicunt Adam & mortuum, & sepultum esse: & Iesum vbi mors dominata est, ibidem trophæum erexisse, hoc est crucem, quam tulit contra mortis tyrannidem. Et quemadmodū victores, ita Iesus victoriæ signa humeris tulit. Quid enim, si id alio animo fecerunt Iudæi: Crucifigunt autem eum cum latronibus. Inuiti etiam in hoc prophetiam implentes. Quæ enim illi ad ignominiam faciebant, his veritas implebatur, vt intelligas quāta sit eius vis. Hoc nanque antiquitus propheta prædixerat, Quod cum iniquus reputatus est. Voluit dāno rem ipsam obregere, non tamen valuit. Crucifixi sunt tres, claruit vnus Iesus: vt intelligas eius virtute omnia prouenisse, atque tribus crucifixis miracula patuerūt: nemo tamen vllum alteri latronum attribuit, sed soli Iesu: ita diaboli insidiæ irritæ factæ sunt, & in eius caput omni-

Mat. 25. 4
Luc. 2. 16. 6
Ezech. 14. c

Num. 11. b

Supra. 18. g
Mat. 27. b

Gene. 22. b

Esai. 53. d

A modo irruerunt, nam ex duobus vnus saluus factus est. Non solum igitur crucifixi gloriam non offendit, sed nō parum auxit: neque enim minus fuit in cruce latronem conuerti, & paradysum intrare, quā petras colli- di. *Scriptum autem & tituli Pilatus*, cum vt Iudæos vlcisce- retur, tum vt Christum excusaret. Nam cum tanquam prauum tradidissent, & sententiam hanc latronum so- cietate confirmare vellent, ne quis iam turpem mortis notam inurere, & tanquam malum, & perditū eum ac- cusare posset, vt calumniatium os obstrueret, in regem suum insurrexisse denunciat, & tanquam trophæo cui- piam literas insculpsit, clara voce & victoriam & re- gnum profitentes, quanuis nō perfectè. Neque hoc vna lingua, sed tribus demōstrauit. Cum enim credibile ef- set multas ad festum nationes conuenisse, ne quis excu- sationem ignoraret, linguis omnibus Iudæorū imma- nitas notata est. Hoc autem agrè ferebant Iudæi. Atqui quid hoc vobis nocebat: Nihil. Nam si mortalis erat & imbecillis, & moriturus, quid scripturā timuistis, quod esset rex Iudæorum: Et quid dicunt? vt scriberet, Quia ipse dixit. Nam nunc quidem sententia est communis. si verò additum fuisset, quia ipse dixit, eius fuisset temeritati & iactantiæ adscribendum. Non tamen Pilatus mutatus est, sed perstitit in sententia. Non parua in hoc dispensatio, sed magna hinc pendet. Cum enim post- modum defossum esset lignum crucis, nulla de eo cura suscepta, cum & fideles timerent, & alii vacarent, con- tigit vt diu post perquiretetur: & cum tres cruces inue- tæ essent, par est, & quia media erat & propter titulum domini crucem agnitam: nam latronū cruces titulum non habebant. *Milites autē dimiserunt Iesu vestimenta, sed non tunicam.* Ecce quo modo semper malè faciendo pro- phetias implent. Nam & hoc prædictum fuerat. Atqui tres erant crucifixi, sed prophetiæ in Iesu implebantur. Quare enim non idem in aliis fecerant? Tu autem pro- phetiæ accuratā diligentiam considera, nō enim quod partiti sint tantum, sed quod non sint partiti, prædixit. Nam vestimenta partiti sunt, non autem tunicam, sed *psal.* sortem super ea iecerunt. Quod autem dicit, *Desuper contextam*, non simpliciter ponitur, sed alij allegoriam id significare dicunt, quod non simpliciter homo esset crucifixus, sed desuper habuerit diuinitatem. Alij dicūt per illud, genus vestis euangelistam declarare: nam in Palæstina ex duobus pannis vestes contextunt, quod si- gnificans Iohannes, inquit, Desuper contextam. Quod mihi dicere videtur, vt vestimentorum vilitatē osten- deret: nam quemadmodum in aliis omnibus, ita in ha- bitu vilem speciem præferebat, Et milites quidem hac faciebāt, ipse autem crucifixus matrem suam discipulo commendat: erudiens nos ad vltimum vsque spiritum parentum curam habendam. Cum intempestiuè ab ea appellatus est, inquit, Quid mihi & tibi mulier: Et alibi: *Supra. Mat.* Quæ est mater mea: Hic immensam charitatem ostendit, & commēdat eam discipulo, quē diligebat. Iterum nomen suum modestè subicit Ioānes: nam si se iactare voluisset, quamobrem diligeretur, exposuisset. Credibile enim est magnam esse & admirādam. Qua autem gratia nihil aliud dicit Ioanni, neque eum consolatur? Quod intempestiuum erat, præterea non paruo enim ho- nore his verbis afficiebat, neque paruum presentia suæ præmium capiebat. Tu autem cōsidera quo modo cru- cifixus omnia sine aliqua perturbatiōe trāsegit, disci- pulo matrem commēdauit, prophetias impleuit, latro- ni spem bonam dedit. Atqui antequam crucifigeretur, sudauit, perturbat⁹ est, timuit. Quid hoc sibi vult: Nihil dubij,

† accepit in sua.]

Supra. 10. d

† ad est.]

Mat. 23. c

dubij, nihil nō manifestum: illic enim natura imbecil- litas, hic potestas demōstrata est. Præterea his nos duo- bus admonet, vt licet antè malis perturbemur, non ta- men abstinendum est, quin ea subeamus: & cum in cer- tamen descēdimus, omnia facilia & leuia putāda sunt: nolimus ergo mortē formidare. In situs est animæ nat- uraliter viuendi amor, sed in nobis est, vel hoc vincu- lum soluere, & eam minuere cupiditatem, vel ligare, & vehementiorem efficere: quemadmodum enim nobis desiderium inest coitus, cum autem philosophamur il- lius vim cohibemus: ita & in vita accidit. Nam sicut ad seruandam prolis successiōem, deus procreandi cupi- ditatem hominibus indidit, non tamen prohibens al- tiorem continentia viam: ita & vitæ nobis in seuit de- siderium, prohibens ne quis se interimat, non impediēs tamen vt præsentem vitam contemnat. Hæc conside- rantibus modus seruandus est, ne spontè sibi morti- tem consciscat, etiam si innumeris vexetur calamitati- bus: neq; cum deo placuerit eam fugiat & reformidet, sed præsentem animo subeat, & futuram vitam huic præ- ferat. *Stabant autem mulieres iuxta crucem.* Et imbecillior sexus tunc fortior apparuit, ita omnia reformauit. Ipse matrem commendans inquit: *Ecce filius tuus.* O hono- rem quem discipulo tribuit. Cum enim iam abiret, ma- tris curam discipulo reliquit: nam cum par esset, vtpote matrem dolere & protectionem quærere, meritò dile- cto commendat, cui etiam inquit, *Ecce mater tua.* Hoc dixit, vt dilectione deuinceretur, quo cognito, discipu- lus eam t secum adduxit, J Sed cur non alius cuiuspiam mulieris meminuit cum adesset? admonens quiddam amplius matribus tribuendum. Vt enim cum spiritualia impediunt, parentes ne cognoscendi quidem sunt: ita cum nihil impediunt, meritò omnia his sunt tribuen- da, & omnibus præferendi: quia genuerunt, quod edu- carunt, quod innumeras pro ipsis molestias subierunt. ita Marcionis reprimatur impudētia. Nam si non esset secundum carnem natus, neque matrē habuisset, quam- obrem eam solam tantopere curaret? *Postea sciens Iesus, quia iam omnia consummata sunt,* hoc est, nihil eorum quæ dispensanda erant restare. Vbiq; demōstrare adni- titur nouam hanc mortem fuisse: siquidem in potestate morientis erat, ne priusquam ipse veller, & omnia im- pleta essent, moreretur: ideo dicebat, Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumēdi eam. Sciens ergo omnia cōsummata, ait: *Sitio.* Etiam hoc verbo prophetiam implens. Tu autem ad- stantium prauitate intellige, nam licet innumeros ha- beamus inimicos, qui nos grauisimè persecuti sint, cum tamē interimi eos videmus, flectimur misericor- dia: hi verò nil moti, magis efferantur, & irrident, ace- tumq; in spongia porrigunt, vt bibat tanquā reus: nam propter hoc hyslopum addidit: J quo gustato mortuus est. Vides quā non perturbatē, & quā potenter om- nia transigentem? quod & prosequens, ostendit: *Cum enim omnia consummata essent, inclinato capite,* quod affixum non erat, *tradidit spiritum.* hoc est, exspirauit. Atqui non post inclinatū caput expiratur, sed post expirationem caput inclinatur: hic autem contrā accidit, per quod o- stendit eum euangelista esse omnium dominum. Iudæi autem camelum deuorantes, & culicem excolātes, tan- tum nefas ausi de die consultant. *Quoniam paraſcēne erat, vt non rem aneret in cruce corpora sabbato, rogauerunt Pilatum, vt frangerentur eorum crura.* Vides quanti sit veritas? Per ea quæ illi faciunt, prophetia impletur, alia enim ex hoc manifestata est. *Venerunt ergo milites, & aliorū fregērūt crura,*

A Non Christi: sed ad Iudæorū gratiam cōciliandam, latus eius lancea aperuerunt, & mortuo adhuc insultāt. O pessimam volūtatem ac scelestissimam: noli tamen perturbari dilectissime, quæ enim malo illi animo pa- trarunt, veritati consentiebant, prophetia hinc imple- ta est, inquit: Videbunt in quem transfixerūt. Neque hoc tantum, sed non credituris fuit fidei argumētum: vt Thomæ, & qui cum eo erant. Ad hæc & arcanum mysterium consummatum est. *Exiuit enim sanguis & aqua.* Non casu & simpliciter hi fontes scaturierūt, sed quoniam ex ambobus ecclesia cōstituta est. Sciunt hoc initiati: per aquam enim regenerati, sanguine & carne nutriti: hinc mysteria ortum habent, vt quoties ad admirandum calicem accedis, tanquā ab ipso latere hau- riens, accedas. *Et qui vidit, testimonium perhibuit, & verum est testimonium eius.* Hoc est, non aliunde audiui, sed ipse affui: & verum est testimonium, & meritò sanè. Contu- melias narrat, non magnum aliquid & admirabile, vt possis quicquam suspicari. Hic hæreticorum os cauet, & futura prædicit mysteria, & repositum thesaurum con- siderans, super his quæ euentura erant, consultat, jim- pletur etiam & illa prophetia: *Os eius non comminuet.* Licet enim de Iudæorum agno hoc dictum sit, transi- uit tamē figura illa ad veritatem, & multo magis in eo impleta est: propterea & propheta meminit. Cum enim suum attulisset testimonium, & non videretur fide di- gnum, adducit Moſem, quod non temerè id factū est, sed antiquitus prædictum, quod os eius non cōminue- tur: & per se quoque propheta fidem facit. Hæc dixi, in- quit, vt intelligatis cōuenientiam inter figuram & ve- ritatem. Vides quātam adhibet diligentiam, vt creda- tur quod turpe & ignominiosum videbatur? Illudere enim mortuo, quā ipſum crucis supplicium longè pe- ius est. Veruntamen hæc dixi, inquit, & magna quidem diligentia, vt credatis. Nemo igitur his fidem non ad- hibeat, neque pudore nostra offendat: quæ enim maxi- mē ignominiosa videtur, hæc sunt nostrorū bonorum honestissima. *Post hæc autem rogauit Pilatū Ioseph ab Arima- thia, eo quod esset discipulus Iesu.* Non ex duodecim, sed fortasse ex septuaginta. Iam enim putantes sedatā iram Iudæorum, ad crucem liberè accesserunt, & funus cu- rabant. Accedens ergo ad Pilatum, corpus Iesu rogat, & concessum est: nam cur non debuisset? Iuuit autem ipsum & Nicodemus, & magnificè sepeliunt. Adhuc enim de eo tanquā de puro homine opinabantur, & ea ferunt aromata, quæ maximè corpora seruare solent: quod nihil magnum de Iesu ipsos existimare arguebat, multum tamen amorem præ se ferunt. Sed quare nul- lus ex duodecim eò accessit? Non Iohannes, non Petrus, inquit enim discipulum occultum fuisse propter me- tum Iudæorum: neque dici posset, quod contemneret, sed timens accedebat. Iohannes autem qui affuerat, & vi- derat expirantem, hic non affuit. Quid ad hoc dicen- dum? Mihi videtur nobilissimum fuisse Ioseph, quod ex sepulchro constat, & Pilato erat notus, quare impe- trauit & sepeliuit Iesum: non vt reum, sed magnificè se- cundum Iudæorum consuetudinē, tanquam magnum aliquem, & admirabilem. Cum autem tempore vige- rentur, nona enim hora mortuus erat, & dum peteret eum à Pilato, & dum lauarent, iam vesperè aduentā- rat, quo tempore nihil licebat operari, in proximū mo- numentum posuerunt. Dispensatum est enim, vt in no- uo monumento sepeliretur, in quo nemo positus fuerat, ne quis

Zach. 12. 8

† de eo quod euenerat ac curate lo- quitur.]

Exod. 12. 6
& Nu. 9. 6

† per cruce- cem.]

Cap. XX.

ne quis alium resurrexisse arbitraretur: & vt discipuli eò facile se cõferre possent, & quæ fierent in propinquo intuerentur: & vt sepulturæ testes, non ipsi tantum, sed & inimici essent. Signaculum enim, & custodes sepulchro impositi sepulturæ erant testimonio. Mortem enim non minus quam resurrectionem manifestari Christus voluit: quare discipuli multum admittuntur ostendere, quod mortuus sit. Resurrectionem enim omne futurum tempus erat cõfirmaturum. Mors si tunc dubia fuisset, resurrectionis ratio non constaret: neque horum tantum gratia propè voluit sepeliri, sed ne falsò potuisset quispiam furtum insimulare. *Vna autem sabbatorum, hoc est, die dominico, cum adhuc tenebræ essent, Maria Magdalenam venit mande ad monumentum, & videt lapidem reuolutum & monumentum.* Surrexerat Iesus, & lapide & signis impositis: sed cuna hoc alius manifestari oporteret, post resurrectionem aperuit monumentum, & ita res credita est. Hoc Mariam mouit, maximè nanque magistrum diligebat, postquam sabbatum præterit, cessare non potuit: sed cum adhuc essent tenebræ, à loco sibi aliquam quærens consolationem, eò se contulit: & cum videret lapidem reuolutum, neque intrauit, neque introspexit, sed ad discipulos cucurrit ex nimio desiderio. Id enim curabat quam citissimè quid de corpore factum esset intelligere, hoc & cursus, & verba significarunt. *Tulerunt, inquit, dominum meum, & nescio vbi posuerunt eum.* Ecce quo modo mundum quicquam de resurrectione certum norat, sed esse ablatum suspicata est, & simpliciter omnia discipulis nunciat. Euangelista autem tanta laude mulierem non fraudauit, neque sibi dedecori arbitratus est, vt ab ea noctu profecta, primùm hæc intelligeret: hoc pacto semper eius veritas lucet. Cum venisset Maria, & id significasset, audientes illi, ad sepulchrũ properant, & vident lintheamina posita: quod erat resurrectionis signum. Neque enim si qui corpus abstulissent, in corpore nudando operam consumpsissent: neque si furati essent, sudarium detrahere, & illud inuoluere, & ponere in vnum locũ curassent, sed vt erat corpus, abstulissent: propterea prædixit Ioannes, quod cum multa myrrha esset sepultus, quæ non minus quam pix corpori lintheamina conglutinat. Vt cum audieris Iudaria in sepulchro separatim posita, furto abreptum non arbitreris: non enim fur ad eò stultus fuisset, vt in superflua re tantum laborasset. Quã nam gratia sudaria dimisit: quo modo id faciẽdo latere potuit: Etenim diutius in eo erat immorandum, & deprehẽdi potuisset. Cur autem separatim lintheamina posita erant, & sudarium separatim inuolutum: vt intelligeres non perturbatè & festinatè fecisse: ex hoc resurrectionem cre-

ab aspectu in fide non videndo crediderunt. Considera hoc in loco euangelistæ humilitatem, quo modo certitudinẽ resurrectionis Petro manifestatam dicit: *præcedens enim visis lintheaminibus positis, nihil amplius perquirat, sed nec Petro attribuit.* Illi autem seruo quodam ingressus, omnia quæsiuit diligenter, & amplius quiddam vidit: & tunc consolatus est videndo lintheamina posita, & sudarium separatim reuolutum, quod bene diligentem arguebat. Tu autem cum audieris nudum dominũ resurrexisse, cessa quæso, ab insana funeris impensa. Quid sibi hoc superfluum vult, & inutile dispendium, quod ipsis qui faciunt, plurimum affert detrimenti, mortuis nullã utilitatem, vel damnum potius: Sumptuosa nanque sepultura nonnunquam causa est, vt fures cadauer effodiant, & nudũ, & insepultũ proiciant: sed ò inanem gloriam,

quantam etiam in luctu vim, quantam amentiam ostendit: Multi igitur ne id accadat, tenuia scindunt lintheamina, & multis implent aromatibus, vt duplici ratione inutilia furibus reddantur, ita terræ mandant. Nonne hæc insanietium, nonne furientium sunt, ambitionem præ se ferre, & rursus tollere? Sanè, inquit, vt nulla furandi sit occasio, hæc omnia molimur. Quid ergo, si nemo furabitur? Nonne tineæ, & vermes consumunt: Et si non hi, nonne tempus & putredo? Sed esto neque fures, neque vermes, neque tempus, neque aliud quippiam timendum, sed corpus ad resurrectionem vsque intactum permanens, & ea omnia noua præseruari: quid inde mortuis emolumentum, cum nudum corpus resurgit? Hæc enim hic remanent, nihil illi exanimi conferunt. Sed cur, inquires, id in Christo seruatum est? Meritò sanè. Noli hæc humanis rebus comparare, nam & vnguentum effudit meretrix, & sanctos pedes vnxit. Quod si de hoc dicendum est, hæc primùm à non intelligentibus resurrectionis rationem facta sunt, ideo inquit, Sicut mos erat Iudæis. Neque enim ex duodecim erant qui hæc fecerant, sed qui nõ multo Iesum honore profecti sunt. Duodecim autem non sic, sed morti, cædibus, & periculis pro eo se exposuerunt, qui honor longè maior. Præterea, vt dixi, de hominibus nobis nunc sermo est: illa autem domino exhibita sunt: & vt intelligas nulli curæ hæc Christo esse, inquit: Esurientem me vidistis, & dedistis mihi manducare: Sitientem, & dedistis mihi bibere: Nudum, & induistis me: non autem mortuum, & sepelivistis. Quod ego non vt sepulturam tollam, dico, absit: sed luxuriam & superfluam ambitionem. Assuetus, inquit, & dolor, & mortui misericordia hæc assuet: non est misericordia, sed inanis gloria: nam si vis mortui misereri, aliam tibi viam ornandi funeris ostendam, & docebo his mortuũ vestibus ornare, quæ simul cum eo resurgent, & conspicuum reddet: hæc vestes nec tineis corroduntur, neque tempore consumuntur, neque diripiuntur à furibus, Quæ nam hæc sunt? Eleemosyna: vestis est, quæ cum eo resurget. Eleemosyna tãquam signaculum cum eo. His vestibus fulgebunt, qui tunc audient: Esurientem me vidistis, & dedistis mihi manducare: hæc insignes faciunt, hæc cõspicuos, hæc securos. Præsentia enim nihil aliud sunt, quam tinearũ & vermium esca, nõ tamen sepulturam prohibeo, sed modus seruetur, vt tegatur corpus, non nudũ mandetur terræ. Nam si viuentibus præcipitur, ne quid habeant præter vestimentum, longè magis mortuis. Neque enim ita mortuus veste indiget, vt viuus, dũ enim viuimus & frigoris gratia, & pudoris, vestibus egemus: mortuis nulla horum impendit necessitas, ne autem nudum iaceat corpus, operiendum est. In primis autem terram optimum habemus operimentum, & ipsi corporum naturæ decentius: Quod si vbi tot necessitates vrgent, nihil superfluum est inquirendũ, multò minus vbi illæ cessant. Sed qui viderint, ridebunt, inquires. Quid tum? Quãuis ridearis, minimè curandum est stulti iudicium, sed potius multi te admirabuntur, & doctrinam nostram prosequentur. Non enim hæc digna risu sunt, sed illa quæ nũc facimus, cum lugemus, cum plangimus, cum simul nos cũ mortuo defodimus, hæc & risu, & supplicio digna: in his autè & modo sumptibus adhibẽdo, sapientia vt perquam laudabile est, & omnes nobis plaudet, & Christi virtutẽ admirabuntur, & dicent, papæ quantæ est crucifixi potentia? Persuasit morientibus, & his qui corrumpuntur mortem non esse mortem. Non enim vt in pereuntes afficiuntur, sed vt in meliorem locum

† circumponentes catus plorantium mulierum]

4. Reg. 19. g

Acto. 9. f. g

† & nostris familiaribus mandemus, vt nobis mortuis per eleemosynã opẽ ferant]

locum migrantes: Persuasit corpus hoc mortale & terrenum, vestem induere, serico & auro distincta, longè preciosiorem, hoc est immortalitatem: quam obrem nõ multum de sepultura curant, sed sepulturam optimam putant vitam optimam: Hæc si ita nos philosophari viderint, dicent. Sin plangentes, effeminatos † circumstantes plorantibus mulieribus ridebunt, & maiorem in modum reprehendent, & impensam, amentiam appellabunt, etenim hæc accusari audimus, & meritò sanè. Quam enim habebimus excusationem, cum corpus tabe & vermibus mox consumendum ornatum, Christum esurientem, nudum errantem, contemnimus? Cessamus, quæso, ab hac insana diligentia, sed eam morientium curam habeamus, quæ & nobis, & illis cõferat ad gloriam dei. Largas pro his eleemosynas faciamus, mitamus eis pulcherrima viatica. Nam si memoria clarorum virorum, qui mortui sunt prodest viuentibus: Protegam, inquit, hanc ciuitatẽ propter me, & propter Dauid seruum meum: longè magis eleemosyna id faciet. Hæc mortuos suscitauit, quando circumsteterunt viduæ, ostendentes quæ fecerat ipsis Dorcas. Cum ergo quispian moriturus est, qui morituro familiaris est, illi comparet iusta funebria, & discedenti egroto persuadeat vt indigentibus aliquid relinquat: cum his emittat in dumentis, Christum heredem relinquant. Nam si reges heredes scribentes, familiaribus partem relinquunt in puerorum cautionem: cum Christum coheredem filiis tuis dimittis, intellige quantam tibi & illis concilias beneuolentiam. Hæc sunt funera pulcherrima, hæc & remanentibus, & obeuntibus proficiunt. Si ita sepeliemur, in resurrectione clari apparebimus: quod si curato corpore animam neglexerimus, multa illic gratia perpetiemur, & multum ridebimur. Non enim parua est ignominia, nudum & inopem virtutem hinc migrare: neque corpus insepultum proiectum ad eò ignominiosum videtur, vt anima tunc carens virtutibus: hanc vestiamus vestibus semper duraturis. Quod si in hac vita negleximus, saltem in morte nobis consulamus, † & ex rebus nostris nobis opem ferre per eleemosynã curemus: sic inuicem mutuo auxilio adiuti, futurorum fiduciam habere poterimus, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

Homilia lxxxv. ex cap. xx.



*A*berunt ergo iterum discipuli ad semetipsos. Maria autem stabat ad monumentum foris plorans. Procliuè est, & ad misericordiam facile muliebre genus: quod dico ne admireris, cur Maria tam amarè fletet ad sepulchrum, non autem Petrus. Discipuli, inquit, abierunt ad semetipsos, Maria autem stabat ad monumentum plorans. Imbecillis enim natura erat, & de resurrectione nondum norat: quemadmodum illi visis lintheaminibus, credentes resurrexisse, † se abierunt bona. Et qua gratia non statim abierunt in Galileam, vt cum his constituerat ante passionem? Reliquos fortasse expectabant, præterea maximè perturbati erant, hi ergo abierunt, illa autem adhuc illic perstabat. Multum enim, vt dixi, eam consolabatur cõspectum monumentum. Videtne vt ad dolorem leniendum se inclinat, & vult locum videre vbi sepultus fuerat Iesus: propterea non paruam inde mercedem accepit: quod enim non viderant discipuli, ipsa prior vidit, sedentes angelos, vnum ad caput, & vnum ad pedes in albis, plenos splendoris & læticiæ. Nam cum mulieris mens humilis esset,

† & abierunt ad semetipsos admittentes]

& rudis, nec ex sudario resurrectionem coniectatur, videt angelos sedentes speciosos, vt iam motorem deponeret, & consolaretur; sed nihil primum de resurrectione dicunt, sed paulatim ad id docendum veniunt. Vidit eorum splendorem, & supra consuetudinem vidit speciem, audiuit commiserantium vocem. Dixerunt enim: *Mulier quid ploras?* Quibus omnibus tanquam apertis ianuis paulatim ad resurrectionem ostendendam venit, & selsio ipsa ad interrogandum eam adduxit: præferbant enim se rem omnem scire, ideo non simul sedebant. Cum enim non par esset, eam per se ausuram interrogare, ipsi ad rogandum trahunt. Tum illa & seruo quodam, & amore percita: *Tulerunt, inquit, dominum meum, & nescio vbi posuerunt eum.* Quid inquis? Nõdum resurrectionem concipis? Vides nõdum animum in altum erexisse? *Hæc cum dixisset, conuersa est retrorsum:* Et quæ nam hæc consequentia, cum illos alloqueretur, & nihil adhuc respondissent, respicere? Vt sentio, loquente Maria, cum Christus repente à tergo ipsis apparuisset, ad domini conspectum obstupuerunt angeli: & vultu, & motu, & gestu se dominum vidisse significarunt, ideo mulier respexit: illis ergo deus sic apparuit: Mariæ autem, ne primo eam aspectu pertereret, vili & communi specie, & hoc vel ex eo constat, quod hortulanus ei visus est. Nam cum ad eò humi iaceret, nõ erat repente ad alta erigenda, sed paulatim: rogat ergo eam Iesus, *Mulier quid ploras? Quem quæris?* Ostendit se intelligere, quod vellet interrogare, & vt responderet, adduxit: quod mulier intelligens, non amplius Iesum nominat, sed tanquam ille sciret, de quo interrogaret, ait: *Si tu susculisti eum, dicito mihi, vbi posuisti eum, & ego eum tollam.* Iterum & positum & sublatum, ac si mortuus esset, dicit, quasi dicat, si propter Iudæorum metum ulisti eum, dicito mihi, & ego eum accipiam. Magnus amor & beneuolentia mulieris, sed nihil altum cogitat, propterea iam non vultu, sed voce se notum facit: quemadmodum enim Iudæis nunc notus, nunc ignotus, etiam præsens erat: ita loquendo cum volebat, cognoscebatur. Et cum Iudæis inquit, *Quem quæritis?* neque vultu, neque voce notus est, quoad voluit: quod & nunc contigit. Et nomine eam tantum appellauit, exprobrans quod de viuo id imaginaretur. Quo modo autem conuersa respondet, si ad ipsum loquebatur? Mihi videtur cum dixisset, vbi posuisti eum: rursus ad angelos respexisse tanquam rogatura, quid obstupuerint, & ab his ad Christum se vocantem, & voce quis esset ostendentem, conuertisse. Cum enim dixit, Maria, tunc cognouit: ita non visus, sed vocis fuit cognitio. Quod si quis diceret, Vnde constat angelos obstupuisse, & propterea Mariam respexisse? etiam dicit, vnde constat tetigisse eum, & procidisse: sed quemadmodum hoc constat, quod dixit, *Noli me tangere.* Ita illud, quod conuersa sit. Sed cur inquit, Noli me tangere? Quidam dicunt spiritalem gratiam petere, cum eum discipulis dicentem audisset, Si vadam ad patrem, rogabo eum, & dabit vobis alium paraclitũ. Sed quo modo absens hæc audiuit? Præterea longè est à sententia hæc imaginatio. Quo modo petit, cum nondum ad patrem ierit? Quid ergo est? Mihi videtur velle eam adhuc cum eo versari, vt solebat, & ex læticia nihil de eo magnum cogitasse. Siquidem longè melior factus erat secundũ carnem, quare eam sententia abducens, & vt reuerenter se alloquatur admonens: (neque enim cum discipulis similiter versari deceat) eius mentem erigit, vt reuerentius accedat. Nam si dixisset, Noli vt prius ad me accedere, non enim

Supra. 18. b

Supra. 14. d

enim eadem sum conditione, neq; simul vobiscum con- uersaturus sum amplius, elatius & superbius dictum vi- deri potuisset: sed dicendo, *Nondum ascendi ad patrem:* Et si lenius, idem tamen significauit. Ostendit enim illuc maturare, & cum illuc abiturus, nec amplius cum homi- nibus conuersaturus esset, non erat eodem quo prius ani- mo aspiciendus. Et quod hic sensus sit, ex sequentibus significatur: addidit enim, *Vade ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum: & deum meum, & deum vestrum.* Atqui non continuo ascensus erat, sed post quadraginta dies. Quo modo ergo hoc dicit? Vt eius metem excitaret, & se in caelum abire persuade- ret. Illa autem particula, *Patrem meum, & patrem ve- strum: & deum meum, & deum vestrum:* dispensatione spe&at. Ascendere enim carnis est, haec enim ad eam qua nihil magnu imaginabatur, loquitur. An aliter noster pater est? Sanè quidem. Nam si aliter iustorum, aliter a-

filij secun- dum carne est. I.

hoc aequalem arbitrareris, ostendit differentiam. Ipse enim sessurus erat in throno patris, illi autem adfuturi. Itaque licet secundum carnis substantiam frater noster factus sit, honore tamen multum differt, quantum autè ne dici quidem potest. *Abiit ergo Maria Magdalene, hac nunciatura discipulis.* Tanti est sedulitas, & tolerantia. Illi autem quare non doluerunt magistri absentiam, neque ut antea locuti sunt? Tunc ut morituri desiderio afficie- bantur, nunc cum resurrexerit, cur erat dolendū? Nun- ciauit itaque Maria vidisse Iesum, & allocutam: quæ sa- tis eos consolari poterant. At cum verisimile esset dis- cipulos id audientes, vel nō credere mulieri, vel si cre- derent, agrè ferre, quod ipsi quoque eum videre digni non fuerint habiti, quannus in Galilæa se ipsi apparitu- rum pollicitus esset. ne igitur propterea agrè ferrent, ne diem quidem remoratus est: sed in desiderio trahens, & quod iam scirent resurrexisse, & quod à muliere au- dierant, & desiderantibus, & timētibus, quod etiam de- siderium augebat, vespere illius diei magna cum admi- ratione adstitit. Et cur hac hora? Quoniā credibile erat eos magis formidare. Sed id mirandum est, q̄ phantasma eum non sunt suspicati. Clausis enim foribus, & re- pentè est ingressus: sed profectò à Maria pramoniti, fi- dem confirmarant, præterea certa & mansueta specie se eis obtulit. Die autem non venit, vt omnes congregarentur, valde enim timebāt: nec ostium pulsauit, sed repentè adstitit. *Et ostendit latus, & manus,* Simul autè & voce fluctuantem animum confirmauit, inquiens: *Pax vobis:* Hoc est, nolite perturbari: & verbi ante

Suprà. 14. d
Suprà. 16. g

Ibidem.

Roman. 1. a
1. Cor. 1. a
Colof. 1. a
1. Cor. 1. a
1. Cor. 1. a

tuit, & omnia meliora facta sunt: Inde inquit: *Sicut mi- sit me pater, & ego mitto vos.* Nullum habetis impedimen- tum, & propter ea quæ iam facta sunt, & propter meam vos mittentis dignitatem. Quare hoc dicit: Eorum ani- mos erigit, & suam proponit auctoritatem: siquidem suum eis relicturus erat ministerium: & cum nondum rogasset patrem, sua eis auctoritate potestatem præbet. *Insuper enim, & dixit: Accipite spiritum sanctum. Quorum- cunque remiseritis peccata, remittentur eis: & quorum v. t. inueneritis, re- tenti sunt.* Quemadmodum enim rex prefectos mittēs, vt in carcerem reos intrudant, & vt liberent, potestatem præbet: ita Iesus discipulos dimittens, hac munit autho- ritate. Quo modo ergo, inquit, Nisi ego abiero, ille non veniet: at nunc spiritum dat? Quidam dicunt, non dedisse spiritum, sed idoneos ad eum accipiendum per insufflationem reddidisse. Nam si Daniel viso angelo perterritus est, quid illis arcanam illam gratiā accipien- do vsuuenisset, nisi prius eos Iesus præparasset: ideo in- quiunt: Non dixit, accepistis: sed, accipite spiritum san- ctum. Non tamen quispiam erraret, si tunc eos potesta- tem quandam, & gratiam spiritalem accepisse diceret, non tamen vt mortuos suscitarent, & virtutes ostede- rent, sed vt peccata dimitterent: differentes enim sunt gratiæ spiritus, quare addidit, Quorumcunque remis- eritis peccata, remissa sunt: ostendens, quod virtutis ge- nus largiatur. Post t̄ quinquaginta autem dies, signorū operationem acceperunt, ideo inquit: Accipietis virtu- tem venientis in vos spiritus sancti, & eritis mihi testes: Per signa scilicet. Est enim inenarrabilis spiritus gratia, & multiplex donum. Hoc autem fit, vt intelligas patris, & filij, & spiritus sancti vnum donum, & vnam esse po- testatem: quæ enim patris propria, eadem & filij esse, & spiritus sancti videntur. Quo modo ergo: Nemo venit ad filium, inquit, nisi pater traxerit eum? Sed hoc filij esse ostenditur. Ego, inquit, sum via, nemo venit ad patrem, nisi per me. Vide & hoc idem spiritus esse: Nemo potest dicere dominum Iesum Christum, nisi in spiritu sancto. Et iterum apostolos aliquando à patre, aliquando à filio, aliquando à spiritu sancto datos ecclesiæ, & diui- siones gratiarum patris, & filij, & spiritus videmus esse communes. Omnia ergo faciamus, vt spiritū sanctum habere possimus: & qui eius gratiam assecuti sunt, eos quantauis reuerentia colamus. Magna enim dignitas sacerdotum. Quorumcunque remiseritis, inquit, remis- sa sunt peccata. Quamobrem Paulus dicebat, Obedite præpositis vestris, & subiaccete eis, vt maximum ipsis ha- beatis honorem. Tu enim rem tuam curas, quam si bene ordinaris, nulla tibi alia sollicitudo impendet. Sacer- dos si vitam disposuerit, tuam autem non diligenter cu- rauerit, cum impiis in gehennam detrudetur: & non- nunquam non propriis actionibus, sed nostris damna- tur, nisi omnia quæ ad se spectāt, efficiat. Cum igitur pe- riculi magnitudinem videatis, multa eos beneuolentia prosequamini: quod & Paulus significauit, dicens: Ipsi peruigilant, quali rationem pro animabus vestris reddi- turi: idcirco maxime colendi sunt. Quod si eis insulta- bitis, neque vestra bene disponetis. Quoad enim bono & lato animo est gubernator, etiam nauæ securi sunt: sin inuisus his esse cœperit, & molestè ferrè, neque iti- dem vigilare, neque artem exercere poterit, & inuitus multis eos malis afficiet: ita & sacerdos si debitum à no- bis cultum sibi præstari viderit, rectè nos gubernare poterit: si afficietis mœrore manus eius debilitantes, simul vobiscum fluctibus, etiam si maximi animi sit, obicietis. Intellige quid de Iudæis inquit Christus: Su- per cathedram

Suprà.

Daniel.

1. Tim.

1. Corin.

1. Tim.

1. Tim.

Ibidem.

1. Tim.

Matth. 23. a
2. Cor. 5. d

Matth. 7. a
Luc. 6. f

† sacerdotij
munus in-
digne ad-
ministrates
prohem]
Lutherane
vide:
Num. 22. e
& sequent.

1. Corin. 3. d

Homilia lxxxvi. ex cap. vicefimo.



*H*omias autem ex duodecim vnus, qui dicitur Didymus, non erat cum eis quādo venit Iesus. Dixerunt ergo ei alij discipuli: Vidimus dominum. Ille autem dixit eis: Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digi- tum meum in locum clauorum, & mittam manū meam in latus eius, non credam. Et post dies octo iterum eū discipuli eius inuas, & Thoma- mas cū eis. Venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit eis: Pax vobis, &c. Quemadmodum simpliciter, & vt con- tingit, credere facilitatis est: ita præter modum inquirere, & inuestigare, crassissimæ mentis, ideo Thomas accusatur. Dicentibus enim apostolis, Vidimus domi- num, non credidit: nec tantum illis fidem derogans, quantum rei tanquam impossibili diffidēs, quod scilicet resurrexerit. Non enim dixit, non credo vobis: sed, nisi mittam digitum in locum clauorum, non credam. At quo modo aliis omnibus congregatis, ipse solus absuere Credibile est ex fuga nondum rediisse. Tu autem cum Tomus tertius

discipulum non credentem videas, considera domini clementiam, quo modo pro vna etiam anima vulnera sua ostendit, & vt vnum saluū faceret, apparuit: & cum crassioris esset ingenij, à crassissimo sensuum fidem sibi quarit. Neque enim oculis credebat, quippe qui nō tantum dixit, nisi videro: sed, nisi manum misero & tracta- uero, ne imaginatio esse putaretur. Atqui discipuli ista nunciātes tunc fide digni erant: atque etiam ipse qui se resurrectorum pollicitus fuerat. Veruntamen cum ampli- us quæret, neque his eum priuauit Christus. Et qua gratia ei continuo non apparuit, sed post dies octo? Vt interea à discipulis edoctū, iisdem auditis in maius tra- heretur desiderium, & magis in fide confirmaretur. Vnde autem intellexerat latus perforatū? Ex discipulis. Cur alterum credidit, alterum non credidit? Quia hoc mirabilis erat. Et considera quā verè loquantur disci- puli, quoniam neq; sua; neq; aliorum vicia abscondunt, sed quā verisimilè scribūt. Adstitit ergo iterum Iesus, neque ab illo rogari expectat, neque quicquam tale au- dit: sed nihil eo dicente, ipse Iesus primum eius satisfacit desiderio, ostendens se cum ea discipulis diceret, af- fuisse: iisdem enim vsus est, & acrius castigādo & ad fu- tura erudiendo. Nam cū dixisset ei, *Infer digitum tuum* hic, & vide manus meas: & affer manum tuam, & immitte in latus meum. subdidit, *Et noli esse incredulus, sed fidelis.* Vides ex incredulitate dubitare: Sed antequam spiritum accipe- rent, eo autem accepto, perfecti euaserūt: neque in hoc tantum reprehendit, sed in sequentibus. Cum enim ille certior factus, ad se rediit, & dixit: *Dominus meus, & deus meus: inquit, Quia vidisti me Thomas, credidisti: beati quā nō viderunt, & crediderunt.* Hoc enim fides est, accipere quæ non videntur. Est enim fides substantia sperandarum rerum, argumentum non apparentium. Hic autem non solum discipulos laudat, sed & qui post illos credituri erant. Atqui, inquit, discipuli viderunt & crediderunt. At ni- hil tale quæsiuerunt, sed ex sudario statim resurrectioni priusquam corpus intuerentur, verè crediderunt. Cum ergo quispiam dicit, Vellem illis fuisse temporibus, & Christum miracula faciētem vidisse: intelligat beatos, & qui non viderunt, & crediderunt. Dignum autem du- bitatione est, quo modo corpus incorruptibile formam clauorum acceperit, & mortali manu tāgi potuerit: sed hoc te non perturbet, hoc enim permissionis fuit. Cor- pus enim tam tenue & leue, vt clausis ianuis ingredere- tur, omni crassitudine carebat: sed vt resurrectio cre- deretur, talem se exhibuit, & vt ipsum qui crucifixus fue- rat, esse, & neminem alium pro eo resurrexisse intelli- gas, propterea cum signis crucis resurrexit, & māduca- uit: quod resurrectionis signum apostoli plurimi fece- runt, dicentes: Qui cum eo simul manducauimus, & bi- bimus. Quemadmodum igitur cum ante passionem su- per aquis ambularet, aliud à nostra natura corpus illud fuisse non dicimus: ita post resurrectionem vidētes id, signa clauorum habuisse: nō propterea corruptibile di- cemus, propterea discipulū hæc ita ostēsa sunt. *Multa & alia signa, inquit, fecit Iesus.* Nam cum pauciora quā alij hīc meminisset euangelista, dicit neq; alios omnes om- nia collegisse, sed tantum quæ ad faciendā auditoribus fidem erant necessaria. Nam si omnia, inquit, scriberen- tur, nec ipsum arbitror mundum capere eos qui scriben- di sunt, libros. Vnde constat non ambitionem, sed tantū utilitatis gratia scripsisse: siquidem qui plura omiserūt, quo modo ad ambitionem scripserunt? Sed, cur nō om- nia transegerunt? Maxime propter eorum multitudi- nem, præterea & illud considerarunt, quod qui his non crediderit,

Hebr. 11. a

Acto. 10. f

Hic infra. g

Supra. 24. c

Cap. XXI.

*vulgata

crediderit, neque pluribus credet: qui verò hæc acceperit, non indigebit pluribus ad fidem assequendam. Mihi autem hoc in loco de signis post resurrectionem dicere videtur, ideo inquit: *In conspectu discipulorum suorum.* Sicut enim ante resurrectionem multa fieri oportuit, vt dei filium esse crederent: ita post resurrectionem, vt resurrexisset crederetur: ideo addidit, *In conspectu discipulorum.* Nam cum his solis post resurrectionem versatus est, propterea dicebat: *Mundus me iam non videt: inde vt cognoscas, discipulorum duntaxat gratia hæc facta esse: prosequitur, Vt credentes vitam æternam habeatis in nomine eius.* Generaliter cum natura humana loquens & declarans quod non illi cui creditur, sed nobis ipsis plurimum gratificatur. In nomine eius. Hoc est, per eum: ipse nanque vita est. *Postea manifestauit se iterum discipulis ad mare Tiberiadis.* Vides non semper cum eis esse, vt ante passionem? Apparuit vesperi, & post octo dies iterum, & se subduxit: inde ad mare, & iterum cum multis timore. Quid autem significat, manifestauit: vt ostendat quod non nisi ex permissione videbatur, propterea quod incorruptibile corpus erat, & immortale. Sed cur meminit loci? Vt iam metum eos magna ex parte deposuisse ostenderet, quod iam foris extra domum versarentur. Non enim amplius domi se continebant, sed in Galilæam ierant, ad declinandum ludæorum periculum. *Vadit ergo Simon piscatum.* Cum enim non frequenter Iesus cum eis versaretur, neque adhuc spiritus datus esset, neque haberent quid facerent, ad artem suam redierant. *Et erant simul Petrus, & Thomas, & Nathanael qui à Philippo vocatus erat, & filij Zebedæi, & alij duo.* Cum ergo nihil haberent quod facerent, piscatum se contulerunt, & noctu, quoniam formidabant. Lucas non hoc, sed aliud meminit. Alij autem discipuli vnà sequebantur: volebant enim simul & esse, & videre veritatem, & oculum suum bene disponere. Laborant ergo, & laborantibus adstitit Iesus, neque continuo cognitus est, vt in sermonem prorumperent. *Dicit ergo eis: Numquid pulmentarium habetis?* Adhuc more hominis loquitur, ac si empturus esset aliquid ab eis. Cum illi abnuerent, iussit vt in dexteram rete iacerent: iecerunt, & ceperunt. Cum autem eum cognouissent, proprios mores referunt Petrus & Ioannes: Ille feruentior, hic altior erat: ille vehementior, hic perspicacior: Ideo Ioannes prior agnouit Iesum, Petrus prior ad eum properauit: neque enim parua erant signa. *Quænam? Primum, quod multos cepissent pisces, inde quod non scinderetur rete: præterea quod priusquam descenderent, prunas viderint, & piscem impositum, & panem: quæ non ex subiecta materia fecerat, vt propter quandam dispensationem fecit ante crucem. Vt ergo cognouit eum, omnibus reiectis, & piscibus, & reti, succinxit se Petrus. Vides & reuerentiam, & desiderium? Atqui ducentis quasi cubitis aberant, non tamen nauim appellere expectauit, sed natando ad Iesum venit. Quid ergo Iesus? *Venite, & prandete, inquit. Et nemo audebat eum interrogare.* Iam enim solitam fiduciam non habebant, neque ad eum loqui audebant, sed silentio, metuque, & reuerentia in eum intenti, discubuerunt: norant enim dominum esse, ideo non interrogarunt quisnam esset. Et cum formam mutatam, & horroris plenam viderent, admodum erant perterriti, volebantque de ea interrogare: sed & metus, & quod norant non alium esse, eos ab interrogando cohibuerunt, & tantum comederunt, quæ ipse immensa potentia sua parauerat. Hic non amplius in cælum suspicit, neque hominem agit, ostendens illa *permis-*

isionis gratia fecisse: & quod non frequenter cum discipulis esset, neque similiter, dicit. *Hoc iam tertio manifestatus est Iesus cum discipulis, cum resurrexisset à mortuis.* Et iubet de piscibus adferri, vt id imaginationem non esse demonstraret: sed hoc in loco non dicit Christum cum discipulis manducasse, Lucas autem * simul manducasse alibi dicit. Quo modo autem, non nostrum est dicere. Modo quodam perquam mirabili hæc facta sunt, non quod natura cibus amplius indigeret, sed ad resurrectionis veritatem demonstrandam ita permisit. Fortasse hæc audientes conflagratis, & qui cum Iesu tunc fuerunt, & qui futuri sunt, in communi resurrectione beatos ducitis. Adnitamur ergo pro viribus, vt faciem eius admirabilem intueamur: nam si nunc hæc audiendo ita flagramus, & illis temporibus quibus in terra versatus est fuisse, vocem audisse, faciem vidisse, allocutum esse, tetigisse, ei ministrasse desideramus: considera qualis visu futurus sit, non in corpore amplius mortali, neque humana disponens, sed angelis constipatus, cum nos quoque immortalis corpore eum videbimus, & summa fruemur felicitate, quæ omnem sermonem exuperat. Quare adnitamur, ne tanta excidamus gloria: neque enim difficile est, modò velimus, neque onerosum, si attenderimus. Nam si sustinebimus, & coregnabimus: hoc est, si tribulationes ferimus, si persecutiones, si arcta via ambulabimus: arcta enim, natura quidem laboriosa est, nostra autem electione leuis, spe futurorum. Id enim quod in presenti momentaneum est, & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitatem æternæ gloriæ pondus operatur in nobis: non contemplan- tibus nobis quæ videntur, sed ea quæ non videntur. Dirigamus ergo oculos in cælum, & illa semper imagine mur bona, atque inspiciamus: in quibus si semper versabimur, neque bona huius mundi nos allicient, neque mala molestè feremus: sed & hæc, & similia omnia deridebimus, & nihil nos aut seruos, aut superbia elatos facere poterit, modò nos eò semper desiderium propagemus, si illam dilectione intuebimur. Et quid dico presentibus malis non dolituros? Imò ne videre quidem ea putabimus. Tantus enim est amor, vt non presentes tantum, sed absentes quos diligimus quotidie cernere videamur: magna nanque dilectionis vis. Omnia negligit, & dilecto animum colligat: si ita Christum diligereamus, humana omnia vmbra, omnia imago, omnia nobis somnium viderentur: diceremus & nos, Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio, an angustia? Non dixit pecunias, aut diuitias, aut formam: hæc enim vilissima sunt & ridicula: sed, quæ grauius videntur, posuit, Fames, persecutiones, mortes. quæ ille quidem vt nullius momenti contempsit: nos autem propter pecunias vitam contemnimus, & lucè recusamus. Et Paulus quidem, non mortem, non vitam, non presentiam, non futura, non aliam creaturam, diuinæ præponit dilectioni: nos si vel parum auri videmus, eius cupiditate incendimur, & diuinas leges pessundamus. Quod si hæc dictu non ferèda sunt, longè minus factu: & quod graue est, auditu horrescimus, re ipsa minimè: sed facile iuramus, peieramus, rapimus, vsuras exigimus, continentiam negligimus, à vera oratione desistimus, plurima præceptorum transgredimur, & pecuniarum gratia membra nostra omnino contemnimus. Nam qui pecunias amat, innumeris malis proximam, & seipsum cum illo afficiet: et enim irascetur facile, maledicet, stultè appellabit, iurabit & peierabit, neque veteris legis modum seruabit. Non enim diligit proximum qui aurum diligit. Atqui nos & inimicos

Matth. 5. c

* seipsum defraudat, & quoniam paupere miserius afficitur] Pecuniis non abutendū.

Prover. 30. c

inimicos propter cælorum regnum amare iubemur. *Quo modo ergo id cõsequi poterimus? Nam si vetera præcepta implentes, non erit nobis ad regnum aditus, nisi abundauerit iusticia nostra plus quam illorum: si illa transgrediemur, quis nobis erit excusationi locus? Amator pecuniarum non modo inimicos non diligit, sed amicos inimicorum loco habebit. Et quid amicos dico? Ipsam sæpenumero naturam ignorat amator pecuniarum, neque cognationem nouit, neque consuetudinis recordatur, non reueretur ætatem, nullum habet amicum, sed omnes odit, & in primis seipsum: non tantum quoniam perdit animam suam, sed quoniam innumeris sollicitudinibus, laboribusque, atque miseriis distrahitur. Etenim peregrinationes, odia, pericula, insidias, & alias huiusmodi subit calamitates, hæc duntaxat gratia, vt malorum radicem secum habeat, & multas numeret pecunias. Quid hoc morbo grauius? omnibus priuatur deliciis, omni voluptate: multum gloriæ, multum honoris amittit: amator pecuniarum multos formidat, multos habet accusatores, inuidos, calumniatores, insidiatores: qui ab eo iniuriam acceperunt, oderunt vt pote offensus: qui minus, timore ne offendantur, & offensorum misericordia illum vt hostem obseruant, & cauent. Maiores, potentioresque, indignantes pro pauperum misericordia, & liuore moti, similiter vt inimicos odio habent. Et quid homines dico? Cum deum inimicum habeat, quid spei reliquum ei fuerit: quid cõsolationis? Amator pecuniarum his vti minimè potest, sed seruus, & custos est, non dominus: augere eas semper contendit, nunquam erogare vellet. Eum cõtemplare, & omnium pauperum pauperiore iubicabis,] nulla cupiditate cõtentus est. Atqui pecuniæ, non vt custodiamus, sed vt vtamur inueniunt. Quod si eas aliis defossuri sumus, quid nobis est miserius, qui vndique congregare inhiamus, vt clauas teneamus, & communem vsum auferamus: Est & alter morbus, neque hoc minor: hi certè defodiunt, illi in ventrem, voluptatem, atque ebrietatem iniuste omnia conferunt, & sibiipsis præter iniusticiam luxuriæ etiam supplicium parant: alij parasitis & adulatoribus largiuntur: hi in ludis & meretricibus, hi aliis huiusmodi dispèdias sternunt, recta ad cælum derelicta, quæ nõ lucrum tantum, sed & voluptatem prædictis longè maiorem affert. Qui meretricibus dat, ridiculus & infamis est, & multos sibi inimicos parat, & breuem voluptatem, vel nullam potius. Quæcunque det alienis mulieribus, ex his nulla gratia habebitur. Vas enim pertusum est domus aliena. Præterea muliebre genus temerarium est, & inferno eius similatur cupiditas: illi enim mulieris amorem Salomon comparauit: tunc cessat, cum omnibus rebus amantem spoliavit: imò nec tunc quidem, sed magis conuiciatur, & insultat iacenti, eumque maiorem in modum ridet, & tot eum malis circumuenit: quæ nullo pacto narrari possent. At sanorum voluptas minimè talis est: nullum riualem habet, sed omnes congratulantur & plaudunt: & qui beneficia acceperunt, & qui collata viderunt, nulla ira, nulla tristitia, nullus pudor aut ignominia eius animum expugnat: sed multa conscientia læticia, multa futurorum spes, clara gloria & splendor, & quod maximum est, dei benevolentia, & securitas: nullum præcipitium, nulla suspicio, sed tranquillissimus portus. Quibus omnibus cognitis, voluptatem voluptati comparantes, meliorem eligamus, vt futura bona consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria, &c.*

Tomus tertius



Homilia lxxxvii. ex cap. xxi.
*Q*uo modo ergo id cõsequi poterimus? Nam si vetera præcepta implentes, non erit nobis ad regnum aditus, nisi abundauerit iusticia nostra plus quam illorum: si illa transgrediemur, quis nobis erit excusationi locus? Amator pecuniarum non modo inimicos non diligit, sed amicos inimicorum loco habebit. Et quid amicos dico? Ipsam sæpenumero naturam ignorat amator pecuniarum, neque cognationem nouit, neque consuetudinis recordatur, non reueretur ætatem, nullum habet amicum, sed omnes odit, & in primis seipsum: non tantum quoniam perdit animam suam, sed quoniam innumeris sollicitudinibus, laboribusque, atque miseriis distrahitur. Etenim peregrinationes, odia, pericula, insidias, & alias huiusmodi subit calamitates, hæc duntaxat gratia, vt malorum radicem secum habeat, & multas numeret pecunias. Quid hoc morbo grauius? omnibus priuatur deliciis, omni voluptate: multum gloriæ, multum honoris amittit: amator pecuniarum multos formidat, multos habet accusatores, inuidos, calumniatores, insidiatores: qui ab eo iniuriam acceperunt, oderunt vt pote offensus: qui minus, timore ne offendantur, & offensorum misericordia illum vt hostem obseruant, & cauent. Maiores, potentioresque, indignantes pro pauperum misericordia, & liuore moti, similiter vt inimicos odio habent. Et quid homines dico? Cum deum inimicum habeat, quid spei reliquum ei fuerit: quid cõsolationis? Amator pecuniarum his vti minimè potest, sed seruus, & custos est, non dominus: augere eas semper contendit, nunquam erogare vellet. Eum cõtemplare, & omnium pauperum pauperiore iubicabis,] nulla cupiditate cõtentus est. Atqui pecuniæ, non vt custodiamus, sed vt vtamur inueniunt. Quod si eas aliis defossuri sumus, quid nobis est miserius, qui vndique congregare inhiamus, vt clauas teneamus, & communem vsum auferamus: Est & alter morbus, neque hoc minor: hi certè defodiunt, illi in ventrem, voluptatem, atque ebrietatem iniuste omnia conferunt, & sibiipsis præter iniusticiam luxuriæ etiam supplicium parant: alij parasitis & adulatoribus largiuntur: hi in ludis & meretricibus, hi aliis huiusmodi dispèdias sternunt, recta ad cælum derelicta, quæ nõ lucrum tantum, sed & voluptatem prædictis longè maiorem affert. Qui meretricibus dat, ridiculus & infamis est, & multos sibi inimicos parat, & breuem voluptatem, vel nullam potius. Quæcunque det alienis mulieribus, ex his nulla gratia habebitur. Vas enim pertusum est domus aliena. Præterea muliebre genus temerarium est, & inferno eius similatur cupiditas: illi enim mulieris amorem Salomon comparauit: tunc cessat, cum omnibus rebus amantem spoliavit: imò nec tunc quidem, sed magis conuiciatur, & insultat iacenti, eumque maiorem in modum ridet, & tot eum malis circumuenit: quæ nullo pacto narrari possent. At sanorum voluptas minimè talis est: nullum riualem habet, sed omnes congratulantur & plaudunt: & qui beneficia acceperunt, & qui collata viderunt, nulla ira, nulla tristitia, nullus pudor aut ignominia eius animum expugnat: sed multa conscientia læticia, multa futurorum spes, clara gloria & splendor, & quod maximum est, dei benevolentia, & securitas: nullum præcipitium, nulla suspicio, sed tranquillissimus portus. Quibus omnibus cognitis, voluptatem voluptati comparantes, meliorem eligamus, vt futura bona consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria, &c.

† cura]

Petrus os est principis apostolorum.

Galat. 2. d

Supra. 23. d

Matth. 26. d

† eius desiderium ex-

pletur]

m iij cula pro

cula pro Christo subire vellet, Confide, inquit, ita enim A
 tuum implebo desiderium: nam que non passus es iuue-
 nis, patieris fenex. Inde erigens auditoris animu euan-
 gelista, addidit: *Hoc autem dixit, significans quia morte cla-
 rificatus esset deum.* Non dixit, moriturus: vt intelli-
 gas mori pro Christo gloriam esse & honorem. *Et
 cum hoc dixisset, inquit ei, Sequere me.* Quibus verbis ite-
 rum curam & familiarem in eum affectum ostendit.
 Quod si quis percontaretur, quo modo igitur Iacobus
 sedem Hierosolymis acceperit: responderem hunc to-
 tius orbis magistrum praposuisse. *Conuersus Petrus, vi-
 dit illum discipulum, quem diligebat Iesus sequentem: qui & re-
 cubuit in cœna super pectus eius, & dixit ei: Domine, hic autem
 quid? Quia gratia recubitus illius meminit? Non ab re,
 sed vt ostendat Petri post negationem fiduciam: qui
 enim tunc non est ausus Iesum interrogare, sed id muneris
 alteri delegarat, hic commissa sibi fratrum cura, B
 non modò alteri vicem suam mandat, sed & ipse ma-
 gistrum interrogat: & Ioannes quidem tacet, ipse au-
 tem loquitur, præterea & suam in eum præ se fert dile-
 ctionem. Diligebat enim maiorem in modum Ioan-
 nem Petrus, quod & ex sequentibus apparet, & passim
 per euangelium, atque etiam in actibus eorum vincu-
 lum demonstratur. Nam cum magna Christus Petro
 communicasset, orbis terrarum curam demandasset,
 martyrium prædixisset, & maiorem erga eum dilectio-
 nem testatus esset, cum vellet Petrus Ioannem socium
 & collegam, inquit: Hic autem quid? Nunquid ean-
 dem viam aggredietur? & quemadmodu in cœna in-
 terrogare non ausus, Ioannem suffecit: ita nunc vicem
 reddit, arbitratus eum velle, sed non audere de se sci-
 scitari. Tum Christus: *Si cum volo manere donec veniam,
 quid ad te? Nam cum nimia id charitate diceret Pe-
 trus, nec ab eo diuidi vellet: ostendens Christus, quod
 quantauis eum dilectione prosequeretur, suam assequi
 non posset, inquit: Si cum volo manere, quid ad te?
 His verbis nos erudiens, neque dolendum, neque cu-
 riosius præter diuinam voluntatè inuestigandum. Nam
 cum Petrus semper in huiusmodi interrogationes fer-
 uentius profliret, iterum eius feruorem retundens, quod
 non sit vterius inquirendum, in hunc modum respon-
 dit. *Exiit ergo sermo iste inter fratres quod discipulus ille non
 moritur. Et non dixit ei Iesus, quia non moritur: sed si volo eum
 manere donec veniam, quid ad te? Noli arbitrari, inquit, eo-
 dem modo me de vobis disposuisse: hoc autem dixit,
 vt intemptum affectum, & consuetudinis desiderium
 tolleret. Cum enim essent orbis terrarum curam
 suscepturi, simul amplius esse non oportebat: magnum
 enim fuisset mundo detrimētum, idcirco inquit: Opus D
 suscepisti, id considera, perfice, labora, & te certamini-
 bus expone. Quid ad te, si volo eum manere hictu of-
 ficium tuum cura, & exequere. Tu autem hoc in loco
 euangelistæ lenitatem intellige. Videns nanque disci-
 pulorum suspicionem, corrigit eam, tanquam quid di-
 xerit, non intelligerent. Non dixit, inquit, Iesus, quia
 non moritur: sed, si volo eum manere. *Hic est discipu-
 lus ille, qui testimonium perhibet de his, & scripsit hæc. Et scimus,
 quia verum est testimonium eius.* Quid tandem præter ali-
 orum morem hic solus secundum de seipso perhibet
 testimoniū? videtur enim auditoribus occurrere. Quæ
 nam hæc causa? Dicitur vltimus se ad scribendum di-
 uina inspiratione contulisse, ideo & suam dilectionem,
 & causam quare ad scribendum venerit, frequenter o-
 stendit ac meminit, hinc sibi fidem comparans, quod
 inde motus sit. Et scio, inquit, quod verum dico, quod***

si multi non crederent, ex eo credendum est, quod se-
 quitur. *Sunt, inquit, & alia multa que fecit Iesus, que si scri-
 bantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere eos, qui scri-
 bendi sunt libros.* Vnde constat, quod non ad gratiam
 locutus sum. Cum enim ex tot & tantis operibus, ne-
 que vel ea que alij, meminerim, sed pluribus eorum o-
 missis, Iudæorum insidias, lapidationes, odia, iniurias,
 maledicta, & quo modo dæmonium habentem, & de-
 ceptorem appellabant, in medium protulerim: perspi-
 cuum est me non ad gratiam conciliandam prolocu-
 tum, quam qui aucupatur, contrafacere oportet, con-
 tumelias tegere, laudes prædicare. Cum ergo certissi-
 ma scripserit, non recusat etiam suum in medium fer-
 re testimonium, quod singula inuestigarit, examinaue-
 ritque. Mos enim nobis est, vt verissimi esse videamur,
 nostrum non recusare testimonium: quod si nos faci-
 mus, multò magis ille qui ex spiritu scribebat: quod &
 alij Apostoli prædicabant, Nos testes sumus eorum que
 dicimus, & spiritus que dedit obedientibus sibi: omni-
 bus enim assuerat. neque crucifixum dereliquit, Matrè
 commendatâ habuit, quæ & signa amoris erât, & quod
 certò omnia sciret. Quod si tanta signa facta dixit, no-
 li admirari, sed immensam authoris potestatem intel-
 lige, & crede. Vt enim facile nobis est loqui, ita & illi,
 imò longè facilius facere quæ vult: voluntas sola suf-
 ficat, & cuncta ei parent: his ergo diligenter attenda-
 mus, neque omittamus, quin explicemus atque inuesti-
 gemus. A frequenti nanq; congressu aliquid consequemur:
 ita vitam nostram purgare poterimus, ita spinas inci-
 dere. Tale enim peccatum est, & secularis cura res
 infructuosa, & molesta. Et quemadmodum spina vbi-
 cunque tangitur, rangentem pungit: ita secularia vbi-
 cunque comprehendis, lædunt. Verum non huius-
 modi spiritalia, sed margaritæ cuidam similâtur: quam
 cum tractaueris, delectat oculos. Vt exempli gratia:
 Fecit aliquis eleemosynam, non modò spe futurorum
 nutritur, sed & seculi bonis semper confidens læta-
 tur: & omnia audenter faciens, malas vincit cupidita-
 tes, & ante regnum hîc iam fructum accipit, cum lau-
 detur, cum in admiratione sit, & ante omnia à pro-
 pria conscientia: & singula bona opera huiusmodi sunt,
 quemadmodum mala etiam ante gehennam hîc tor-
 quent, vulnerant enim conscientiam: Et si quid ma-
 neat peccatores intelligeres, meticulosus & trepidus,
 etiam nemine puniente, efficereris: & si diuitiæ tibi es-
 sent, multos haberes inimicos, & suspiciosè viueres,
 neque iam resistere posses iniuriaribus, vel potius &
 non iniuriaribus: neque enim tantum ab eis voluptatis,
 quantum mœroris assequimur, intus reclamante
 conscientia, foris hominibus accusantibus, deo indi-
 gnato, gehenna nos cupidè expectante, non quiescen-
 tibus cogitationibus. Grauis, grauis inquam res, & o-
 nerosa peccatum, & plumbo omni onerosius, qui id co-
 gnoscit ne minimum quidem oculos erigere potest, et-
 si sensu careat. Sic & Achab, quanuis perquam impius,
 esset, postquam cognouit peccatum suum, deiectis oculis
 ambulabat contritus, & ægerrimè ferens, propter
 ea saccum induit, & fontes fudit lachrymarum. Si iti-
 dem & nos faciamus, & vt ille lugeamus, exuemus pec-
 cata nostra, vt Zachæus, & aliquam veniam conse-
 quemur. Vt enim in morbis & fistulis, nisi quis prius
 fluentem humorem, & vulnus sistat: quæcunque im-
 posuerit medicamenta, non amota morbi causa, om-
 nia frustra contendet: Ita & nos nisi manum ab auri-
 cia, & malum hunc amorem cohibuerimus, licet ele-
 mosynam

mosynam demus, omnia in cassum laboramus. Quod A
 enim per eum boni fecimus, accedente auaricia fati-
 cit, atque disperditur, & priore peius efficitur. Cesse-
 mus ergo à rapina, & ita eleemosynas impendamus.
 Quod si in principitia nos deserimus, quo modo res-
 pirare poterimus? Etenim si quis casurum erigeret, vt
 eleemosyna: alter autem humi premeret, vt auaricia,
 nihil aliud ab hac pugna expectandum est, quàm vt di-
 scerpatur. Quod ne nobis accidat, nève auaricia de-
 orsum premente, eleemosyna nos derelinquat, leues
 efficiamur, & volemus, vt & malorum liberatione, &
 bonis operibus perfecti, sempiterna bona consequamur,
 gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi,
 cum quo patri, simul & spiritui sancto gloria, ho-
 nor, & imperium, & nunc & semper, & in secula se-
 culorum, Amen.

*Homiliarum lxxxvij. D. Ioannis Chrysostomi
 in euangelium Ioannis, finis.*

**DIVI IOANNIS
 CHRYSOSTOMI ALIQUOT**

*homiliæ in euangelium Ioannis, secundum or-
 dinem capitum: quæ hæctenus variis in
 codicibus sparsæ extabant, in com-
 mune omnium emolumen-
 tum redactæ.*

**DE FIDE IN CHRISTO,
 Homilia, Incerto interprete.**



Sic credis quod deus erat verbum: secundum euangelistæ testi-
 monium crede, quia hoc verbum ca-
 ro factum est: hoc est, homo factus
 est, ita vt inconuertibilis deitas
 permaneret. Deus enim incō-
 uertibilis est, quem nulla substan-
 tia capiat: cum ipse sit omniū ca-
 pax, non habens neque augmentum dierum, neque im-
 minutionem temporū. Non enim ex tempore aliquod
 initium habet, qui est ante secula: non aliqua factura
 est, quæ temporibus excludatur: sed in patris natura ma-
 nens semper absque initio inuenitur, qui coæternus est
 genitori initium non habenti. Vnde & tēporibus in-
 itium dedit ipse non in tempore permanens, sicut scrip-
 tum est: *Quia in se manens, innouat omnia: per quē om-
 nia facta sunt, & sine ipso factum est nihil.* Si verò &
 temporale aliquid de ipso volueris cogitare: quia cum
 sit vnigenitus dei filius, dicitur etiam filius hominis in
 dispensatione carnali: cognosce vocem illam patris di-
 centem: *Ego hodie genui te: vt quod ait, hodie genui
 te, filio hominis ex Maria nato adscribas, auferens pror-
 sus temporalitatem ab illa inconuertibili deitatis natu-
 ra. Si autem & secundum paternam generationem
 eum consideres, per id quod ingenuus est pater: pro-
 pria verò generatio filius vnigenitus, & ideo filius vnigenitus:
 & ideo si distinctionem aliquam inter genitorem
 & genitū definire velis, hæc vide vt intellectu pio
 tantæ necessitudinis intuearis arcanum. Quoniam &
 priusquam nasceretur vnigenitus, in suo iam genitore
 generandus manebat, non habens distantiam tempo-
 ris, sicut impij dicunt: quia erat quando non erat, qui*

Tomus tertius

ineffabilem domini creatoris generationē, mortaliū
 creaturarum specie metiuntur, quæ gradibus ætatum
 generantur & generant. Verūtamē etiam de ipsis eos
 conditionis humanæ generationibus arguamus. Nam
 si etiam homini inest antequam generet, & id quod ex
 eo generandum est, secundum est secundum naturam;
 & antequam generet non aliunde mutatur; vt seminet
 progeniem, quam generaturus est: quātò magis in deo
 patre omnipotente ista ratio cernenda est, vt æquē in-
 conuertibilis & sempiternus filius, in æterno, atque in-
 commutabili patre semper fuerit: qui secundum natu-
 ram inseparabilis substantia est, excludēs illam impio-
 rum blasphemiam, quæ dicit: erat quando non erat. Si
 verò manifestius volueris agnoscere, qui erat semper in
 patre priusquam nasceretur. Non legisti in factura &
 constitutione mundi, Moise exponente, quo modo ex
 B persona officis dictum sit: *Producat herbam fœni se-
 minans semen, secundum genus, & similitudinem: & li-
 gnum fructiferum facientem fructum, cuius semen eius
 in ipso secundum genus, & similitudinem super terram.
 Si ergo lignum fructiferum, quod in escam datum est
 hominibus, priusquam producat fructus, in semetipso
 fructum habet secundum genus, & secundum similitu-
 dinem suam: quātò magis deus qui creator & largitor
 eorum est, in semetipso habuit natum suum antequam
 signaret? Nō enim duos ingenitos dicimus, sed vnū
 ingenitum patrem perfectum, qui filium ex seipso ge-
 nuit perfectum, sicut ipse est perfectus pater. Tu ergo
 qui vides dicentem: Pater, si possibile est, transeat ca-
 lix iste à me: veruntamen non sicut ego volo, sed sicut
 tu vis, non vides eundem dicentem: Potestatem habeo
 ponere animam meam, & iterum sumere eam, & nemo
 eam auferat à me, sed à meipso pono eam, vt rursus as-
 sumam illam. Quod vtique dicens, docet te, vt vi proprie
 voluntatis eius, non extrinsecus eum natum esse arbi-
 treris: quia non sicut indigens sumpsit aliunde virtu-
 tem, cum qua sit ope ei, sed suæ potestatis imperio vsus
 est, & non assumptiua assumptionis beneficio. Consi-
 dera ergo liberum, & principalem diuinæ voluntatis ar-
 bitrium, & noli contrahere, atque concludere in angu-
 stis mentis tuæ deum maiestatis, qui propter te suscep-
 tam fragilitatis tuæ carnem vestitus est: sed redde alti-
 tudinem gloriæ suæ habentem potestatem animæ suæ
 ponendæ, & resumendæ. Diminutionem verò ad eum
 refunde qui passus est, & resurrexit: passus est tamē, quia
 voluit: surrexit, quia potuit. Vides ergo dicentem: Non
 veni voluntatem meam facere, sed voluntatem eius
 qui misit me: & qui me misit, maior me est. Et è diuerso
 non consideras eum dicentem: *Ego & pater vnū sumus.*
 Vt quod sumus, personis adscribas: quod verò di-
 xit, vnū: diuinitati assignes. Et si eum quondam vide-
 ris, si crucifixum, si ex tempore orantem consideras, se-
 cundum quod ad eum dictum est: *Ego hodie genui te:*
 illum mihi intellige, de quo scriptum Apostolus ad He-
 brasos dicit: *Quid est homo, q̄ memor es eius, aut filius
 hominis, quoniā vilitas eum? Minorasti eum paulomi-
 nus ab angelis, gloria & honore coronasti eum, & cōsti-
 tuisti eum super opera manū tuarum, omnia subiecisti
 sub pedibus eius. Et idē magister illico suæ disputatione
 subtexuit: Nunc adhuc nō vidimus omnia illi subiecta,
 paulo antè minus ab angelis minoratū vidimus, inquit,
 Iesum propter passionē, gloria & honore coronatū. Cū
 verò audieris & illud, qd̄ de eodē Iesu domino nostro
 beatus Apostolus dicit: *Quādo subiecta illi fuerint oīa,
 tūc & ipse subiect⁹ erit ei, qui sibi subiecit oīa, ve sit deus
 in iij omnia***

Ioan. 1. a

*Sapient. 7. d
 Ioan. 1. a*

Psal. 2. b

Gene. 1. b

Mat. 26. d

Luc. 22. e

Ioan. 10. d

Ioan. 5. e

Ibid. 10. f

Psal. 2. b

Heb. 2. a

Psal. 8. b

Hebr. 2. b

1. Cor. 15. d

omnia, & in omnibus. Et recurrere oportet ad Apostolum, & per ipsius magisterium intueri: quia dixit, necdum videmus vniuersa illi subiecta, neque omnem linguam confitentem, quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris: ut quando adimpleta fuerit subiectio confitentium, quia dominus Iesus in gloria est dei patris, in subiectione eius, cui subiicitur omnis lingua, hoc est, filio hominis, secundum Apostolum. Tunc filius hominis, secundum Apostolum, in subiectione plenitudinis credentium subiicitur diuino verbo, ut sit iste qui assumptus est homo, sit deus, omnia in omnibus. Quia per ipsum iudicem erit retributio iustis iusticie in gloriam, & peccatoribus iustum iudicium tormentorum in iram damnationis. Si autem volueris magnitudinem filij in agnitione patris considerare, vade ad Philippum apostolum, & interroga cum ipso, dicens: Ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Et poteris discere ipso domino respondente: quia pater meus vsque adhuc operatur, & ego operor. Et cum Philippo audies: Tanto tempore vobiscum sum, & non me vidistis: Philippe qui videt me, videt & patrem: quia ego in patre, & pater in me est. Hoc autem ait illuminans nos.

Ioan. 14. 6

Ibid. 5. c

Ibid. 14. 6

EIVSDEM DE DIVO IOANNE

Baptista, homilia, incerto interprete.

Ioan. 1. 6

DE Ioanne dicitur: Fuit homo missus a deo. Vide quare sit distantia inter deum & hominem. De deo: In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Videte quo modo piscator indoctus nouum verbum proprietatis dixit, sic de deo: In principio erat verbum, quare iam locuti sumus: neque enim possumus eadem replicare. De homine videte quid dicat: Fuit homo missus a deo. Videte quid dicat, fuit. De filio dei, erat: de homine, fuit. De deo dicitur: In principio erat verbum: de dei filio, verbum: de homine videte quid dicitur, fuit homo: quia ergo homo, propterea missus est a deo. Cui nomen erat Ioannes. Gratia in homine comprehenditur. Ioannes enim domini gratia interpretatur. Io enim dicitur domini, anna dicitur gratia. Cui nomen erat Ioannes. Quia maiorem accepit gratiam, propterea in eremo philosophatur, & reseruat se in aduentum Christi, quia nunciaturus erat Christum, statim in eremo nutritur, statim ibi crescit, non vult cum hominibus conuersari. In eremo cum angelis philosophatur: nouerat Christum Ioannes semper esse venturum, & non solum nouerat ab infantia, sed in vtero matris nouerat, & eum salutauerat. Denique scribitur: Exultauit infans in vtero matris sue. Vide quo modo in vtero matris constitutus sensit aduentum domini. Considerate monachi dignitatem vestram. Ioannes princeps vester est dogmatis, ipse monachus. Statim ut natus est, in eremo viuit, in eremo nutritur, Christum expectat in solitudine. Videte differentiam. Eo tempore quo Ioannes natus est, & erat in eremo. Hoc templum quod videmus esse destructum, quantas habebat diuitias, quid auri, quid argenti, quid multitudinis? Vultis scire quam habuerit multitudinem? Iosephus Iudaica scriptor historiae describit eo tempore quo capta est Hierusalem, hoc est a Vespasiano & Tito, dicit mille & octingenta milia vna die capta. Videte quid dicat, vbi tanti sunt capti, quanti habitatores erant: quanti sunt mortui, quantos fames, quantos gladius interfecit? Deinde scribit historia quantum auri fuerit in templo, quantum argenti, quantum gemmarum, quantum serici, quanti erant sacerdotes, quanti scribae,

Ioannes, quid interpretatur.

Luce. 1. 6

Ioannes dicitur monachus.

& diuersa genera officiorum. Videte quo modo semper Christus humilitatem diligit. Christus dei filius in templo nascitur, & in eremo predicatur. Humilis enim humiles diligit. Hoc totum quare dico? Ut doceam dogmatis nostri principem esse Baptistam Ioannem. Felices sunt qui imitantur Ioannem, quo inter natos mulierum maior non fuit. Expectabat Christum, nouerat esse venturum, oculi eius nihil aliud dignabantur aspicere.

Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est. Multi enim male legunt, dicentes: Quod factum est, in ipso vita erat. Sed ita distinguitur: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est: hoc est, sine ipso quod factum est, non est factum. Spiritus enim sanctus non est factus, propterea non per ipsum est. Spiritus enim sanctus qui fecit omnia, non est factus a domino. Verbo domini caeli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum, Vides quia duo sunt qui fabricant, dimitto patrem, quia de patre nulla dubitatio est, licet in isto verticulo tres personae demonstrantur. Quando enim dicitur: Verbo domini caeli firmati sunt, nominat: id est, verbum nominat, & deum patrem, & filium, ergo duae personae dictae sunt: Verbo domini caeli firmati sunt. Aliis verbis hoc dixit: Filio patris caeli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Ergo manifeste in isto verticulo demonstratur, quod pater, & filius, & spiritus sanctus omnium creatores sunt. Omnia per ipsum facta sunt. Si ergo omnia per ipsum facta sunt, ergo exclusus est pater, exclusus est & spiritus sanctus, & solus filius operatus est. Quoniam ergo dixerat, omnia per ipsum facta sunt, ne spiritus sancti & patris tolleret creationem, adiecit: Et sine ipso factum est nihil, quod factum est. Quando dicitur, sine ipso nihil, ostenditur quod alius fecerit, sed quod sine ipso nihil fecerit: denique & sapientia in Prouerbis quid dicit: Quando preparabat caelos, aderam, &c.

Et vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucebat, & tenebra eam non comprehenderunt. Generaliter quidem de conditore dicitur deo, quoniam semper inter medias creaturas suas sit, & tamen creatura non intelligit creatorem suum: specialiter autem dicitur de domino saluatore: quoniam hoc verbum quod erat deus, & erat in deo, esset etiam in mundo, ut luceret in renebris Iudaeorum: & Iudaei qui sunt tenebrae, non comprehenderunt lucem. *Fuit homo missus a deo.* Breuiter de singulis dicamus. Fuit homo missus a deo. Videte significatiam, proprietatesque verborum. De deo quid dicitur: de filio dei quid dicitur? In principio erat verbum. Qui erat, principium non habet. Qui erat, non fuit aliquod tempus quando non erat. De Ioanne licet verum sanctus sit, licet praecursor sit, non dicitur erat: non enim erat antequam nasceretur, non erat antequam praecursor fieret, non erat antequam conciperetur in vtero. Audiat hic, & alia heretici: Non mittitur ille qui erat, sed mittitur & sit ille qui non erat. Quid dicitur, fuit homo missus a deo? Videte proprietates verborum. In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum. Legimus & literas seculares, legimus Platonem, legimus & ceteros philosophos. Piscator non ster inuenit quod philosophus non inuenit. Si dixisset: in principio erat deus filius, videbatur patrem exclusisse, aut etiam duos deos facere: & nihil nobis proderat de gentibus, si reliquisset plurimos deos, & credidisset in duobus diis. Vide ergo quo modo paulatim, & prudenter irripit. In principio non dicit erat deus, ne videretur deus & deum facere deos duos iunctos, sed filium verbum nominat.

Matth. 10. d

* 715 2

Esa. 6. c

Ioan. 10. b

Ioannis interpretatio.

Coloss. 1. d

Esa. 53. c

Esa. 7. c

Luce. 24. f

Ezech. 44. a

nominat. Et dum dicit ipsum verbum esse in patre, sic & filium deum dicit, ut non offerat vnum deum. Ergo & nos qua ratione filium deum dicimus, & vnum tamen deum dicimus in patre, & in filio: sic in patre, & in filio, & in spiritu sancto triplex quidem est, sed vna diuinitas. Fuit homo missus a deo. Ioannes fuit, qui ante non erat. Factus est, qui non erat. Fuit homo non verbum. Homo ideo fuit, quia homo: verbum non fuit, sed semper erat. Fuit homo missus a deo. In principio erat verbum. Non mittitur homo missus a deo. Quicquid ergo homo loquitur, non auditur qui mittit. Qui enim vos recipit, me recipit: honor mittentis suscipitur in eo qui mittitur. Fuit homo missus a deo. Quod nos dicimus missus, Graeci dicunt *επεσταλμένος*, hoc est, missus, quod dicitur lingua Hebraica silaos. Ergo vides, quod iste Ioannes propheta, non solum propheta, sed & apostolus est. Mittitur Esaias, apostolus fuit. Ecce ego, mitte me. Missus a deo. Pulchre dixit, missus. Dominus enim dicit in euangelio: Omnes qui ante me venerunt, fures fuerunt, & latrones, non dixit, omnes qui missi sunt, fures & latrones: sed qui per se venerunt. Quid dicit: omnes qui venerunt ante me: Qui dicunt, haec dicit dominus, & dominus non misit eos, isti qui venerunt per se, & non sunt missi, ipsi fuerunt fures & latrones. Iste ergo missus est a deo, cui nomen erat Ioannes. Et nomen ipsius officio conuenit. Ioannes enim interpretatur domini gratia, Io enim dicitur dominus, anna, gratia. Ergo Ioannes domini dicitur gratia. Quod missus est, a domino accepit. Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine. Multa sunt quae dicuntur, sed excludimur tempore. *Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis.* Verbum caro factum est, & quo modo factum est, ignoramus. A deo rationem habeo, conscientiam non habeo. Scio quia verbum caro factum sit, & quo modo factum sit, nescio: miraris quia ego nesciam? Omnis creatura ignorat. Mysterium enim quod absconditum fuit in omnibus seculis: in nostro seculo reuelatum est. Dicat aliquis, si reuelatum est, quo modo te nescire dicis? Reuelatum est quod factum est, ceterum celatur quo modo factum sit. Denique dicit Esaias: Generationem eius quis enarrabit: & quo modo ipse dixerat, Ecce virgo in vtero concipiet, & pariet: dicit quid factum sit: quando autem dicit, Generationem eius quis enarrabit: hoc nobis ostendit, quoniam natus quidem sit: sed quo modo natus sit, ignoramus. Sancta Maria, beata Maria, mater & virgo, virgo fuit ante partum, virgo post partum. Ego hoc miror, quo modo de virgine virgo natus sit, & post nationem virginis mater virgo sit. Vultis scire quo modo de virgine natus sit, & post natiuitate mater ipsa sit virgo? Clausa erant ostia, & ingressus est Iesus. Nulli dubium quin clausa sint ostia. Qui intrauit per ostia clausa, non erat phantasma, non erat spiritus, vere corpus erat. Quid enim dicit: Respicite & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, quae me habere videtis. Habebat carnes, habebat ossa: & clausa erant ostia. Quo modo clausis ostiis intrauerunt ossa & caro? Clausa sunt ostia, & intrauit quem intraerant non vidimus. Vnde intrauit, omnia clausa sunt: locus non est per quem intret, & tamen intus est qui intrauit, & non apparet quo modo intrauit. Nescis quo modo factum sit, & das hoc potentiae dei. Da potentiae dei, quia de virgine natus sit, & tamen ipsa virgo fuerit virgo post partum. Legimus in Ezechiel, in templi aedificatione: Porta haec, inquit, Orientalis, quae respicit ad Orientem, semper clausa erit: & nemo, inquit, intrabit per eam, nisi so-

lus pontifex. Clausa est porta, & nemo intrat per ipsam portam, nisi solus Pontifex. Sepulchrum saluatoris in petra durissima fuerat excisum, in petra durissima, quae nullam habebat molliciem: & scriptum est: quoniam in isto ipso sepulchro nullus ante sit positus, sed nouum sepulchrum erat. Manifestum quidem est secundum litteram quod factum est, & propterea in petra excisum est: debemus enim primum secundum litteram dicere: Et in durissimo lapide fuerat excisum, & in nouo sepulchro positus est, & grandis lapis positus est ad ostium, & custodia militum in circuitu, ut quantum fortius seruetur ne furari possit, tanto magis virtus dei appareat cum resurrexerit. Si enim sepulchrum fuisset in terra, dicere poterant: suffoderunt terram, & furati sunt eum: si fuisset lapis paruulus positus, dicere poterant, paruus lapis fuit, & dormientibus nobis tulerunt eum. Denique in euangelio quid scriptum est? Venerunt, inquit, alia die scribae & Pharisei, & sacerdotes, & venerunt ad Pilatum, & dixerunt ei: Domine, magus ille dicebat, quoniam surrecturus est: ne ergo veniant discipuli eius, & furentur eum, & dicant, surrexit, & peior error fiat, quam modo factus est, da nobis qui eum custodiant, ne eum furentur. Et dixit Pilatus: Habetis custodiam, ita facite quo modo vultis. Diligentia scribarum & hostium prodest fidei nostrae. Seruate Pharisei, seruate: deus includi non potest, deus in sepulchro teneri non potest. Qui fecit caelum & terram, cuius in pugillo terra est & caelum, qui appendit mundum in tribus digitis, quod dicitur Hebraice. Qui ergo appendit mundum, vno sepulchro non potest contineri. Denique mulieres Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Ioseph mater, pia quidem voluntate, sed errantes deum quaerebant in sepulchro. Recipit quidem voluntatem, sed errorem arguit angelus ille qui reuoluebat lapidem, & sedebat super lapidem. Et quid ostendebat lapis iste, cui ego insideo, qui seruus sum istius, qui certus sum quod non potest includere dominum meum, cum prematur a seruo suo. Lapis ergo ille non potuit claudere Iesum. Et dicit ad mulieres quae venerant ad quaerendum eum: Iesum quaeritis, non est hic. Vbi est? in caelo? ultra caelos est: in terra? ultra terram est, vbicumque voluerit est, vbicumque est, totus est: vbicumque est, & vbicumque fueris, tu ipse qui illum quaeris, in ipso es quem quaeris. Audi ergo quid dicit angelus ad mulieres: Quid quaeritis viuentem cum mortuis? quid quaeritis dominum in sepulchro? Iesum quaeritis, dominum quaeritis, quia tantum Iesum quaeritis. Certe si sciretis illum esse viuentem, audiretis: Medius inter vos est, quem vos ignoratis. Regnum dei intra vos est. Angelus quid dicit his mulieribus: Iesum quaeritis in sepulchro. Credite eum resurrexisse, & putate in vobis quem quaeritis. Maria Magdalene cum vidisset dominum, & putasset quod hortulanus sit, putabat illum quod esset hortulanus: errabat quidem in visu, sed ipse error habebat typum suum. Vere enim hortulanus erat Iesus paradisi sui, arborum paradisi. Putabat, inquit, quod hortulanus esset, & voluit inquirere pedes eius. Et quid ei dixit dominus? Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum. Noli me tangere, non mereris me tangere, quem in sepulchro quaeris. Noli me tangere, quem tantum putes, & non credis resurrexisse. Noli me tangere, tibi enim necdum ascendi ad patrem meum: cum tibi ascendero ad patrem, tunc mereris me tangere, praestante Christo domino nostro, cui sit honor & gloria in secula seculorum, Amen.

Matth. 27. g

Ibidem.

Esa. 40. d

Luce. 24. 4

Ioan. 1. d

Luce. 17. e

Dini

Diui Iohannis Chrysofomi contra Iudæos, Gentiles, & hereticos sermo, de euangelio, Nuptia facta sunt, &c.

Irundinum pulli in nidulis sedentes, parentum suorum qui tibi alimenta afferunt, aduentum expectant: & cum ipsos venire conspexerint, leui ala mouent aërem cantillantes, & ad illorum aduentum applaudentes: similiter & eorum parentes, cum nidulo appropriant, cantillant, pullis aduentum suum nunciantes. Similiter autem & vos in nido templi huius sedetis, meum aduentum expectantes: & quia venientem videtis, leui mentis ala volatis. Neque ego dissimiliter spirituali huic nido appropriaturus, deum voce praemissa glorifico, quod mihi filios dedit tam mei amantes. Sed hirundines alimenta sua ab ore in os tradunt: nos autem nostra non sic, sed ab ore in aurem. Illa enim in corruptionem procedunt, nostra vero in incorruptibilitatem: illa corpora pascunt, nostra animas impingunt. Haec omnia non temere a me dicta sunt, sed quia lecti Euangelij continentia ad haec docenda nos inducit, necessarium ut vos doceam. Vocatus est, dicit, Iesus ad nuptias. Oro, compositis moribus estote, & audite quae dicuntur. Quoniam multi nuptias praetexunt, alij filios, alij militiam, alij negociationem, alij artificium, alij seruitutem, alij diuitias, alij inopiam, & quaecumque talia sunt. Volo igitur declarare vobis, quod neque diuitiae impediunt, neque inopia, neque militia, neque negociatio, neque nuptiae, neque pueri, neque seruitus, neque opificium, neque aliquid tale. Vocatus est Iesus ad nuptias. Venit, vel non venit: Certum quod venit. Quod si venit, quo modo ergo nuptiae malae non potes excusare. Ego autem non dico, quod tantum uenerit, sed quod & dona secum attulerit. Aquam in uinum mutauit. Ne excuses te propter nuptias, dominus tuus nuptiis interfuit, & nuptias honestauit: & tu nuptias arguis, & dicis nuptias obstaculum esse ad pietatem. Nullum enim ad pietatem est obstaculum. Vis cognoscere quod nihil nocet habere uxorem & pueros? Moses, nonne uxorem habuit & liberos? Helias, nonne uirgo erat? Nonne Moses manna e caelo deduxit? Nonne Helias ignem e caelo deduxit? Nonne Moses coturnices aduolare fecit? Nonne Helias uerbo caelum clausit? Nonne Mosi deus locutus est? Nonne & cum Helia conuersatus est? Nonne Moses mare diuisit & transduxit populum? Nonne Helias curru igneo in caelum sublatus est? An nocuit huic uirginitas, an impedimento fuerunt illi uxor & liberi? Vidisti Heliam aurigam in aere, vidisti Mosem in mari uiatorem? Vide & Petrum Ecclesiae columnam, quod & ipse habuit uxorem. At non est scriptum, inquit, quod Petrus habuit uxorem: unde ergo liquet, quod uxorem habuit? Ego dico: Ingressus est Iesus ad socrum Petri, & erat illa infirma, & tetigit eam: & reliquit eam febris, & stetit & ministravit. Vides quod & Petrus uxorem habuit? Vbi enim socrus, manifestum quod ibi & mulier. Vides quod & Petrus uxorem habuit, ne incuses nuptias. Haec dico, ut ne quis praetextat vel uxorem, vel liberos, vel militiam, vel negociationem, vel opificium, vel seruitutem, vel diuitias, vel paupertatem. Haec excusatio, hic praetextus, diaboli insidiae sunt. Militiam praetexis, & dicis, Non possum esse pius. Centurio nonne miles erat? & dicit ad Iesum, Non sum dignus, ut intres sub teetum meum: sed dic uerbo, & sanabitur puer meus. Et admiratus Iesus ait: Amen amen dico uobis, neque in Israel tantam fidem inueni. Nihilque nocuit illum sua militia. At quid si opifex? Et Paulus operatus est manibus, qui & antea Eccle-

Ioh. 2. 4
Ibidem.
3. Reg. 18. 6
Mat. 8. 6
Ibidem.
1. Cor. 4. c

suarum deprædator, & post hoc factus prædicator & apostolus. Quid uero si diues? Et Abraham diues, & ipse uxorem habuit & pueros. Credidit enim Abraham, & reputatum est ei ad iusticiam, & amicus dei uocatus est: tam nihil obfuerunt ei diuitiae, & mulier, & pueri. Non habes excusationem. Tria quae praetexere potes, unus ille habuit, & uxorem, & pueros, & diuitias. Sed quo modo si seruus? Et Onesimus seruus erat, & scribit Paulus Philemoni, dicens: Onesimum qui olim nullius frugis, nunc autem & mihi, & tibi uelut. Verum, quid si rex? Erat & David rex, & cum ingressus ad eum Nathan propheta, & arguit ipsum de peccato quod fecerat. Nunquid in illum tyrannidem rex exercuit: nunquid vel asperum aliquod uerbum prophetae dedit: an non & in regno seruum se fatebatur, dicens: Peccaui domino? Et propheta uidens poenitentiam eius, dixit: Et dominus abstulit peccatum tuum. Velox poenitentia, uelocior condonatio. Num aliquid tribuit sibi rex, & dixit: Rex sum, amictus purpura, circumdatus diademate, fero tela, sagittas, scuta, arma: mihi sunt milites & armigeri, & pauperem illum timerem: ferrumne eum, & non occiderem? Sed nihil talium, quauis rex esset: sciebat enim quod peccarat, & ob hoc poenituit: quia sciebat se grauius peccasse. Et nihil ei obfuit regnum. Iam quid si iuuenis? Erat & Daniel iuuenis, & leonum ora contrinxit, & dracones confregit, Bel subuertit, & presbyteros iudicauit, Susannam liberauit, tantaeque uirtuti imperfecta aetas non obfuit. An non & talis erat fratrum amator Ioseph, qui tantam praese tulit sapientiam & continentiam apud Aegyptiam? Vestem suam diuisit, fidem non dirupit, impudentiam mulieris uicit, concupiscentiam non latiauit, & nihil impediuit illius uirtutem adolescentia. Sed quid si uidua? Erat & Sidonia uidua, quae Heliam hospitio excepit, & pauit pane & aqua, & authorem famis non est reuerita. Quid autem si meretrix? Erat & Raab, quae exploratores occultauit, & cum filij Israel terram promissionis accepissent, saluata est ipsa cum domino & genere suo. At quo modo si pauper? Pauper erat talis & Lazarus. Et quantum ille sapientiam ac patientiam in extremis ostendit, licet nihil illum in tanta necessitate leniret. Iam si mulieri quis deditus sit, an non & Sampson? nam licet a muliere sit proditus, tamen ipsi deus dedit, ut se de alienigenis uisceretur. Sed quid si amas filios? amabat & Iob, sed tentaris, tentabatur & Iob. Vides quod saluati sunt? Habes fidem, habes omnia: non habes fidem, rex licet sis, non tibi proderit regnum: sed ne promissionis obliuiscar: Vocatus igitur est Iesus ad nuptias: & cum ipse ibi esset, uinum non habebant. Dicit ei mater sua: Vinum non habent. Dicit ei Iesus: Implete hydrias aqua. Et impleuerunt hydrias aqua, & fecit aquam uinum. Quare autem dixit, implete hydrias aqua: an non qui uerbo caelum fecit, & terram fundauit, & omnia quae in eis, cuius oculus aere facit abyssos, a quo tremat omnis creatura tam caelestium, quam terrestrium, qui ea quae non sunt facit esse, potuit etiam hydrias aqua implere? & dicit, Haurite aquam. Ad quid? Ego dico, quod si negarint, manus eorum quae hauserunt, & humeri qui gestauerunt aquam, ipsos redarguant. Idem etiam fecit cum Lazarum suscitauit, antequam ad locum illum ueniret, dicit discipulis: Lazarus amicus noster obdormiuit. Postquam autem uenerunt sorores Lazari, & dixerunt ei, Lazarus mortuus est: dixit eis: Quod posuistis eum? Dicit ei, Veni & uide. O noua & inopinata opera, paulo antea dixerat discipulis, Lazarus mortuus est: & nunc dicit, Vbi posuistis eum? Mortem praedixerat discipulis suis,

Gen. 3. b
Ioh. 11. f
Ioh. 2. b
Dent. 10. d
Exod. 32. c
Ibidem. d
Exod. 16. 4
16. b

365 SERMO CONTRA IVDÆOS GENTILES ET HAERETICOS. 366
suis, & locum nescit. Sciebat, sed propter Iudæos dicebat, quia rudes erant. Et ita cum dicit, Vbi posuistis eum: non ignorantia erat: sicut & cum in paradiso dicebat Adam, Adam ubi es? Ignorabatne ubi esset: non est dicendum: sed quia dicebat illis diabolus, quod in die in qua comedetis ex ligno hoc, eritis ut dii. Et suspicati sunt illi, quod futuri essent dii. Ob hoc arguit ipsum deus, Adam ubi es? pro eo quod comediti & mansisti homo. Sic & apud Lazarum egit. Nam ut appropriauit monumento, dixit Iudæis: Tollite lapidem de monumento, & tulerunt. Dicit ipsi soror Lazari, Iam factet, nunc enim quadriduus est. Et ut clamauit uoce magna, dixit: Lazare, ueni foras. Et prodiit uinctus iustitiis. An non qui transfert montes in cor maris, potuit uerbo lapidem mouere: qui stimulos mortis confregit, qui portas inferni contriuit, non potuit uincula dirumpere? & dicit ipsis, Soluite ipsum. Ad quid? ut si neget, manus eorum & oculi ipsorum redarguant ipsos. Ob hoc dixit, Soluite ipsum. In primis autem soror Lazari testimonium dedit, dicens: Iam factet. Idem & in nuptiis fecit, dicendo eis: Imple hydrias aqua. Et impletis hydriis aqua, fecit aquam uinum. Et propterea uide quae certos ipsos reddebat. Semper enim increduli erant Iudæi, & impudentes. Vultis cognoscere quanta eis fecit deus, & permanserunt semper ingrati? Discite, sed oro, accommodate uos mihi, & auscultate quae dicuntur. Demonstrabo enim uobis, quod ab initio ingrati & increduli fuerunt. Septuaginta & quinque animae Aegyptum ingressae sunt, & factae sunt sexcenta milia. Mortuus est Ioseph, & surrexit alius rex, qui Ioseph memor non fuit, afflixit igitur filios Israel ualde. Clamauerunt ad deum, dicentes: Domine tu iurasti patribus nostris, daturum te femini nostro terram fluentem lacte & melle: nunc domine memor esto testameti, quod posuisti patribus nostris, & erue nos de manu Pharaonis regis Aegypti, & ex seruitute Aegyptiorum. Audiuit igitur dominus uocem eorum, & misit ad eos Mosem. Sed attendite uerba, dicit Mosi deus: Accipe agnum immaculatum, anniculum primogenitum, & immola, & sanguine eius uniusquisque obliniat fores, ut cum uenerit angelus habens gladium extentum, & uiderit quod sanguine sit linata domus, illa transeat: sin uiderit non oblitam, ingredietur & omnia perdet. Fecit igitur Moses sic, & tradidit populo, & illi accepto cruore ianuam linierunt. Et uenit angelus, habens extentum gladium suum, & uidit sanguinem in foribus, & transtulit: ubi autem non uidit, ingressus, & omnia perdidit. Haec omnia non absque ratione facta sunt: sed quia per lignum & sanguinem saluandi eramus, propterea iussit deus unumquemque sanguine fores signare. Et quare non dixit deus, Lini muros sanguine? quia non eramus saluandi per lapides, sed per lignum. Eduxit itaque eos Moses ex terra Aegypti, & tulit in desertum, & dicunt Mosi: Eduxisti nos in desertum, ut occideres, quasi non sint sepulchra in Aegypto? Nonne nobis melius erat cum essemus in Aegypto, dum comederemus melones & pepones, allia, & cepe? Vidisti ingratitudinem, ipsi dicebant deo, & precabantur ut educeret se ex terra Aegypti: at ubi in desertum uenerunt, fuerunt ingrati. Cognoscis ingratitudinem? sed rem maiorem & singularem uide. Quadraginta annis fuerunt in deserto, capillusque ipsorum non creuit, neque unguis, uel ueritamentum ipsorum non fuit sordidatum, calceamentum ipsorum non fuit contritum: non laborauerunt, non foderunt, boues non uinxerunt, aratrum non traxerunt, sulcos non fecerunt, tribulos non euel-

lerunt, semina non sparserunt, imbres non expectauerunt, Solis aestus non tulerunt, tempus messis non expectauerunt, falcem non acuere, neque messuere, non colligarunt aristas, non comportarunt, non couexerunt in aream, non extriuerunt, non repurgarunt, non pinsuerunt, non coxerunt panes, & nihil omnino illorum fecerunt: sed panem e caelo nullis manibus elaboratum comederunt: praeponebatur mensa nullo praeparante, impasibilitate imitabantur angelos, natura sua imbecillitatis oblita erat: & post tot beneficia dixerunt Aaroni, Da nobis deos, qui nos praecedant: Mosi enim illi, qui nos eduxit e terra Aegypti, nescimus quid acciderit: feceruntque vim magnam Aaroni. Ille ut uidit eos duri cordis & incircuncisos, dicit ipsis: Tollite inaures uestras, & mittite in ignem, & si quid ascendit, hoc deus sit: & ascendit bubulum caput. Hic obserua haereticum, parasitum, ingratum Iudaeum, dicentem: Si deus genuit, igitur & fluxuram sustinuit, & corruptibilis est. O miser & perdit: haecne de filio dei suspicaris? At nos, absit, ne sit. Sed genuit pater filium, unus uerum, deus deum perfectum: ita sentiunt Christiani. Quia autem licet te ipsum nescias, superna curiosus putas perquirenda, dic: Putasne te scire, quo modo in auribus in pyram coniectis, bubulum caput ascenderit? Non hoc chalcotypus operatus est. Non erat conflator, quo modo ergo egressum est bubulum caput, aures dicere: Si nescis haec inferiora, quo modo curiose superna inquiris? qui nescis propria, quo modo curiose aliena inquiris? Et afferunt nobis euangelicam uocem, quod Iesus dixerit discipulis, Ego sum uitis, uos palmites, pater meus agricola est. Vides, dicit, quod fecit filium. Inutilis enim uitis, nisi ab agricola colatur. Et putauit quod magnum aliquid & egregium dicant. Sed auscultate obsecro. Dicebam de ingratis & reprobis Iudæis, finite dicam, & aduersus impudentes haereticos. Potes mihi dicere ingratis, & impudentes haereticos, agricolam non pacisci a uite? Armis tuis te capiam. Sicut agricola colit uitem, ita & pater operatur suum filium. Videamus quis ab altero educetur, an uitis ab agricola, uel agricola a uite, ut dicis, Pater a filio habet esse: non est igitur agricola, qui non ex operibus suis pascitur. Quid ergo? filius pascit patrem? Non, absit. Desine insipientissima haec loqui. Nam sicut agricola gaudet de uite, ita & pater in filio. Non enim dixit, Pater meus operatus est me: sed, pater meus agricola est. Gaudis enim pater in filio. Non audiisti ipsum dicentem, Ipse est filius meus dilectus in quo mihi complacuit, ipsum audite: Quam stetit in iordanis fluentis, non dixit, Ille est quem creauit, quem feci: sed dixit, in quo mihi beneplacitum. Num & uocem illam reuocis? Et iterum dicit: Descendi e caelo, non ut uoluntatem meam facerem, sed eius qui misit me patris. Quibus dicebat: Omnino Iudæis, qui dicebant ipsum esse fabri filium: & quasi inimico dei contrarij erant, & propter hoc dixit, descendi. Et quia deo contrarium dicebant, respondebat: Non ueni ut faciam uoluntatem meam, sed eius qui misit me patris. Nam licet uidebantur colere patrem, ipsum tamen negabant, & ob hoc infirmati eorum consuluit, sic loquendo. Alioqui quo modo is qui ubique est, uel qui omnia adimplet, demittitur, uel descendit? Vides igitur quod propter Iudæos dixit, descendi e caelo, non propter seipsum. Nullam habes excusationem. Afferunt autem hic nobis & aliud testimonium Apostoli dicentis, Unus deus pater, & ex quo omnia: & unus dominus Iesus Christus, per quem omnia. Dicis quod alius deus praeter patrem non sit: & ego dico quod

Exod. 32. 4
Ioh. 15. 4
Ioh. 6. d
Matt. 13. 5
1. Cor. 8. b

co quod præter filium, alius talis dominus nõ sit. Quid igitur contedemus? Minime, absit. Scimus enim propter quos, & quibus hæc Paulus dixerit, sed audite diligenter sermonem. Quia gentiles multos deos colebant, Iudei vero vnum principatum. Vt ergo & multitudinem deorum, & principatum vnus simul auferret, dicebat: Siue enim sint dii multi & domini multi, siue in cælo siue in terra: sed nobis vnus deus pater. Et dicendo vnus, sustulit deorum multitudinem. Vbi enim vnus, ibi nõ sunt multi: dicendo vero, pater: sustulit principatum vnus. Vbi enim pater, manifestum quod ibi & filius. Et propterea dixit: Vnus deus pater, ex quo omnia: & vnus dominus Iesus Christus, per quem omnia. Vides quod ad Gentiles & Iudæos sermonem verterit Paulus, ob hoc dixit, Vnus dominus noster Iesus Christus, per quem omnia. Quia omnia tam visibilia, quam inuisibilia, de quo audi Ioannem dicentem: In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum, hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil quod factum est. Vides quod ipse omnium est opifex. Non audebis, inquit, mihi ostendere, quod filius cum patre numeretur. Increduli quousque non cessatis contradicere, peruertentes scripturas, vt filium simplicem dicamus creaturam vel facturam? Vultis cognoscere, quod cum de filio verbum aliquod sublime & deo dignum audiunt, infanire incipiunt, & putant in ora sua amaritudinem immittere: eius rei vobis exemplum dicam: Cum quis morbis & febribus laborat, & paululum relinquitur ab eis, si ordinant medici, vt os eius melle obliniatur, faciuntque id serui vt præcipitur: existimat infirmus quod amarum sit mel, licet circumstantes infirmum moneant dulcissimũ esse mel, videtur tamen infirmantis ori amarum, non quod amarum sit mel (quid enim dulcius melle?) sed quod ille qui mel accipit, infirmus est. Sic & illis contingit, cum audiunt consubstantialiam, opinantur offundit sibi amaritudinem, non quod sermo eius naturæ sit, sed quod infirmæ illorum sunt aures. Pater filium vocat, similiter Apostoli: ipsi autem creaturam & facturam. Et quo modo filius creatura & factura? An idem est gignere, & creare? Si omnis qui gignit, creat, & omnis qui creat, gignit: colligemus omnes creaturas filios & genitos esse dei: quia omnia per filium facta sunt. Igitur qui creauit, idem etiam genuit. Vides quod nati sunt dei, sicut tu dicis: Quandiu eritis increduli? Dicite mihi, quo modo colatur filius, quandoquidem filius dicitur? Nonne & tu filius? sed quid, quod deus dicitur? nonne & tu? Sed potes mihi dicere, Ille re filius, tu nomine. Ergo filius? Ecce os tuum te redarguit. Ille enim nec factura, nec creatura. Ille re filius, tu appellatione. Ille a solo patre genitus est, tu autem ex præiacente materia formatus. Hæc contra Gentes, Iudæos, & hæreticos dicta sint. Nos autem glorificemus patrem, & filium, & spiritum sanctum, cui gloria in secula seculorum, Amen.

1. Cor. 8. b

Ibidem.

Ioan. 1. a

Homilia D. Ioan. Chrysostomi in dictum Ioannis, Veniet hora, quando veri adoratores adorabunt patrem, in spiritu & veritate, Incerto interprete.

Nnumera beneficia dei, quibus per momenta perfruimur, si iugi meditatione animo & sermone reuoluimus: inueniemus nihil tam congruere nobis, quam continuare preces, narrare laudes, prædicare virtutes, atque in eius maiestatis cultum, tota animi veneratione, obsequio, semet deuouere. Sic enim efficitur, vt dum deo gratiarum actionem referi-

mus: & nostra officia compleamus, & eius potentiam cunctis populis demonstremus. Veniet, inquit, hora, quando veri adoratores adorabunt patrem, in spiritu & veritate. Dum veros adoratores, dicit: esse quosdam falsos ostendit, suos veros esse monstrauit. Eius est enim, quod verum est: cuius quod falsum est, & non potest. Diuisit substantiam, dum speciem separauit: genus ostendit, dum patrem constituit. Et vt verius dicam æmulis: Cuncta consistunt: nec quicquam inuenio, quod contrarium habere possit. Denique separata sunt diuersæ naturæ. Falsum enim veritas non capit, amaritudinem dulcedo nõ patitur: noctes & dies diuersæ sunt, frigus calori non conuenit. Perdet res quæque, quod nascitur, si aliquando æmulo copuletur. Adeo & bonus malo si connectitur, aut pares redduntur, aut cito ab inuicem separantur. Amicitia enim, pares aut quærit, aut faciunt: diuersa vero, aut voluntas, aut necessitas iungit. Caterum nefas est iungere, quod natura copulari non patitur. Si communicauit, inquit, lupus agno aliquando: sic peccator iusto. & iterum, Nolite coniungi cum infidelibus. Quæ enim participatio iusticiæ iniquitati? Quis autem consensus Christo ad Belial? Quæ autem particula est fideli cum infideli? Quæ conuentio templo dei cum simulachris? Igitur quoniam quod verum est, dei est: quod falsum, diaboli: enitendum est, vt Christianus veritatis sectator in spiritu & veritate deum adoret: vt inter veros adoratores constitutus, dei sit orator effectus, vt eum clementer exaudiat deus. Non omnis, inquit, qui dicit mihi domine, domine: introibit in regnum cælorum: sed is, qui fecerit voluntatem patris mei, qui in cælis est: ipse introibit in regnum cælorum: & iterum, Quid mihi dicitis domine, domine, & non facitis, quæ mando vobis? Falsos enim & simulatores veritatis author nec amare poterit, nec audire. Tunc etenim facile poterit esse verum quod dicitur: si qui in veritate constitutus est, spiritu fuerit veritatis instructus. Nam primo, veritas extra Ecclesiam non est: quia veritas Christus. Ego sum, inquit, via, veritas, & vita. Ergo si veritas extra ecclesiam non est: in ecclesia sit constituta, necesse est. Vnde quicumque in ecclesia constitutus est: in veritate iam positus sit, necesse est. Is spiritu veritatis sit instructus, quia idem spiritus sanctus non nisi sanctæ ecclesiæ a deo per Christum dominum attributus est. Vnde in ecclesia Christianus exoptet, vt sanctum spiritum mereatur accipere: & acceptum sanctis actibus retinere, vt inter veros adoratores, & ipse possit deum adorare. Caterum frustra sibi quisquam aliquid a deo promittit, qui aut extra Ecclesiam fuerit, aut in ecclesia simulator existens aliter, quam debuerit, vixerit. Nec a veritatis authore quicquam merebitur impetrare, qui veritatis rebellem sese voluerit exhibere. Perdet enim orationis precem, qui dominicam spreuerit iusionem. Non vult suam orationem audivi, qui putauerit præcepta dei debere contemni. Difficilis est enim ad impetrandum aditus, cum præcedit iusionis diuinæ contemptus. Caterum facile quod postulatur, accipitur: si quod iubetur, instantissime compleatur: vt homo sibi beneficiorum aditus aut claudat, aut referet: aut intercludat, aut tribuat: aut neget, aut præstet. Vt enim obsequia parant beneficia, sic contemptus exhibet pœnam. Nec enim poterit de contrario prosperum prouenire, quia de prospero nunquam potuit euenire contrarium. Denique ipsius orationis habitum recognosce. Nonne cum ostendis manus, aperis pectus, faciem erigis ad cælum, oculos attollis, totum te

† Ne pilum quidem hic agnosco phariseas Chrysostomiana. Huius author videtur qui ex penultima de resurrexione.

† Hæc ad populum Antiochenum in ultimo tomo, homilia lxi. de sacrosancti participatione mysteriorum: & quod communicare nolens, nec orationi dignus est interesse. Ex Ioan. euangel. cap. 6.

De Lazaro resuscitato, homilia, Incerto interprete.

Randi fratres stupore, grandi miraculo hinc, & inde fluctibus dolorum Lazarus mortuus est: & vt terrenis artubus, vel membris foetibus debeatur, sepultus est, & humatus. Contractis igitur membris inter ieiunas, & innumerabiles costas, pellis tetra distenditur, & humoris riuus, qui de gurgite viscerum laxabatur, foetenti iam sentina per solum cadaueris teter, & cæruleus labebatur. Sed quia iustum iuuenem Lazarum (quem loquor) dominus in seculo dilexisset, præfaga voce præfatus futurorum Apostolis suis dormire Lazarum dixit: & quem promissit, si ad illam ciuitatem accederet, protinus excitandum. Huic ergo Lazaro, cui per cæruleas venas membra tabuerunt, quem locatum spelunca incisæ rupis, immani obiectus ex pondere lapidis perenni valida detruferat. Bono maiestatis munere serena augustæ virtutis æternitas, saluatoris flectitur pietate, & ad sorores pueri, quas Lazaro crines sparfos per genas tristes capillos obdlexerant, resurgere posse Lazarum, si isti crederent, sacratissima vera dei pietas intonabat. Mox sorores constipate turba, miraculi eiulatu, æstu, ieiuniis, lachrymarum vbertatibus, ebrietate dehinc genibus a statu totius corporis miserandæ iactantur. Heu luctus pius, precum pulsus tenuante defectu carmine palpitati, sorores lachrymas pro germano fundebant, & Hebræas grafsitando voces fractis in vnum singultibus saluatoris in laudibus explebant. Quis illic rogo vos populi festinatus, quæ spectantium turba, qualis tanti miraculi potuit esse conuentus, vbi essent plagentes puellæ, mortuus frater, & Christus fratrem promitteret excitandum? Conuenerunt, credo, ad hoc spectaculũ seruandæ memoriæ sempiternæ milites, Iudæi, Gentiles, Christiani, profelyti, nautæ, nobiles, serui, senatores & iudices, an resurgere possit. foetor longius de sepulchro populum feriebat, tota ciuitas morabatur. Qualis illic eras Iesu Christe, quam croceus, quam decorus, fonte purior, niue candidior, luna clarior, septies sole candentior. Ecce inter hæc Christe Iesu domine deus fleuisse narraris. Agè agè serue dei viui, si aliquando præuales de lachrymis domini, vel pauca narrato. Flebat deus mortalibus lachrymis excitatus: & cum Lazarum (potestate sua fretus) mortis de vinculis reuocaret, præstabat pietatis officium solatio lamentorum. Flebat deus, non quod ante se mortuum perisse cognosceret, sed quod sororum fletibus obtemperaret: flebat deus, vt quod homines pro hominibus facerent, deus lachrymis & pietate mō-

straret: flebat deus, cur vsque ad hoc mortalis deliquisset, & vt discussus de perennitatibus inferos adamasset: flebat deus quod eos qui immortales esse potuerunt, diabolus fecisset esse mortales. Heu tenuis aura de cælo, corpus quod rexerat, succidiuis artubus deferebat, sed non te pater, non filius aliquando despexit. Pro tua morte factus est & Christus ipse mortalis. Flebat Maria, & fratre ipso mortuo soror Martha plangebat. Harum ad lachrymas saluator pietate commotus, fletus è fletibus contrahebat, vt quia ipse sororum lachrymis filij sui etiam inter ipsos cælos paternitas flecteretur. Reuoluuntur saxa, secretariũ patefcit horroris, curiosi affatim gentium populorum oculi mittebantur in antrum. Ecce vox domini saluatoris, Lazare, inquit, veni foras. Et vt Christus docet, & præuidet, exeunte mortuo, qui curiosos oculos in antrum sollicitius prætendebant, veniente foras, expauescenti formidine longius recurrebant. Visus est tecta facie, manibus pedibusque constrictus, & ad documētum virtutis ipse mortuus adhuc vincularum, vt Christus iusserat, suis manibus resoluabant. Quæ rogo docet illic, qualis pressura videntium, quam curiosa micantium lumina, qualis in ceruicibus præuenientium multitudo pendeat: qui fletus, quæ gaudia, quale murmur, quam nouum & celeste miraculum. Mors vincitur, homo redditur, inferorum catenæ franguntur, & post quadriduum Lazari lingua mouetur, manus officio præparantur, oculis visus redditur, in orbibus currunt, vestigia gressibus explicatur, auribus renouatur auditus, acies diriguntur in parentes. Cognatio recidiuis obtutibus renouatur, vox profapæ currit in auribus Saluatoris, vnde ad motus oscula recognoscunt frigida: poscitur & panis, nec non & domus petitur, Christi miracula referuntur, cui est gloria in secula seculorum, Amen.

Homilia prima D. Ioan. Chrysostomi in dictum Ioannis, Vos amici mei estis, &c. Incerto interprete.

Omnis Christus in euangelio suo loquitur, dicens: Vos amici mei estis, si feceritis, quæ mando vobis. Dominus Christus clementer suos alloquitur: beneuole atque amanter suo nomini dicatos hortatur. Vos, inquit, amici mei estis, si feceritis, quæ mando vobis. Non es, inquit, seruus, sed amicus: si quæ tibi mando perfeceris. Non es famulus, sed amoris nostro coniunctus: si quod impero, instanter impleueris. Transies enim in amicum ex seruo, in familiarem ex famulo, migrabis in amabilem de externo. Non enim peccatum, seruitutis tibi notam inurit: sed indulgentia, amicitia nostræ coniunxit. Nec peccata facient te iam iamque obnoxium, quæ donando tibi, mecum te destinavi in regnum. Serua igitur amicitia fidem: cõiunctam nobis obtine charitatem. Vnum sumus, vterque, par sit iubentis & facientis assensus: vt par sit in cælestibus dominatus: vt enim hominem nascendo ipse suscepi, & cõiunctus homini deus apparui: ita tu homo per gratiam me suscepto, & mihi redemptori coniunctus, eris sociatus in cælo, vt nunc es mihi copulatus in mundo. Amicitia tibi nomen indulgentia mea, non tua merita contulerunt: te amabilem mihi benignitas nostra, non tua præstiterunt officia. Nihil meruisti, & amicus es: quod mereri incipies, si fueris, vt iubeo, obsecutus. Quinimodò amicus esse non poteris: nisi quod iubeo, studiose ac beneuole perpetraris. Vt enim ego te redimerem, ad terras descendi: ita vt tu mecum permaneres, ad me migrabis ad cælum. Nam inter homines amicitia cum

Ioan. xi. f

Ioan. 15. b

cia cum amantibus copulantur: & inter socios, dū seruat fides, perseverans societas invenitur. Denique tolle amorem, & amicitia nō sustuleris: tolle fidem, & societas inter homines non erit. Ut enim amore, amicitia fides, societate consistit. Nec contemptor amicum, nec societas perfidum poterit retinere. Sic amicitia cœlestis fastigium sancti omnes Apostoli adepti sunt. Sic in amorem domini patriarchæ venerunt: sic inquam, Abraham dum diuinis iussis obtēperat, dum cœlestia præcepta conseruat: & Hebræorum primo, & Christianorum postremo pater esse cōmeruit: vt arenæ maris & syderibus cœli æquaretur duplex semē ei promissum, & utrūque pro meritis haberet effectum: dum obtineret cœleste semen per Christum, & terrenum semen deficeret per contemptum: vt fuit aternū, quod præcepta seruaret: & temporale fieret, quod contemptui subiactisset: vt Abrahæ cœleste semen inchoaretur, vt dixi per Christum: quia terrenum cessaturum fuerat per Hebræum. Igitur nascitur Christus Abrahæ semen ex Abraham, qui ipsum fecerat Abraham. Nascitur, inquam, ex patre, qui prior genuerat patrem: vt esset filius patre anterior, esset Christus genitore prior. Nec enim nasci corporaliter potuisset, nisi genitori originem tribuisset: vt esset genitoris genitor, & suæ originis fabricator. Vnde dominus dicebat Iudæis: Amen, dico vobis, ante Abrahā ego sum. Quare tu quisquis es, qui de femine Abrahæ Christiane descēdis: quisquis eius te filium gloriaris: si filius es, serua quod pater: si amicus, imple quod præcipit Christus: vt possis lætari de amicitia domini, si tuis actibus eum feceris gloriari. Si quis te de potentibus mundi, aut heredem vellet conferbere, aut amicum sibi coniungere, aut in filium voluisset forsitā adoptare: nōne admiratus, & stupens totum illi diceres obsequium? Nōne eum omni cultu suscipere religionis parares, officia impartires, ne in aliquo offensus, aut volūtatem reflecteret, aut dispositionem mutaret, aut in meliōre te forsitā quod decreuerat, transuisset: Nunc vero heredem te deus, amicum Christus constituit: & per eūdem, genitoris factus es filius. Si hæres es, testatoris delegata conserua: si amicus, amicitia fœdera inuiolata ostenta: si filius es, lineamenta patris demonstra. Ut enim hæres testamento, amicus officio, amore filius comprobatur: ita Christianus esse, quod dicitur, potuerit: si quod profiteretur, impleuerit. Qui sibi placet de amicitia Christi, proposita respondeat cōditioni. Vos, inquit, amici mei estis, si feceritis, quæ mando vobis. Mandatorum obseruatio, amicitia est cōfirmatio. Non potest quis & amicus esse, & mandata cōtemnere, quia qui contemnit mandatum, amicus esse non poterit. Primum igitur, bene tibi dei cultor hoc cōtigit. Vnde tibi munus tātum venit: vt ad Christi amicitias posses accedere, vt ad familiaritatem posses domini peruenire: Si ex merito: nullum in nobis meritū, nisi quod contulit Christus. Si ex precibus: nullus precū effectus, nisi quas dominus deo patri commēdat. Igitur si neq; ex merito neque ex precibus, neq; vlla prærogatiua istud nobis potuerit prouenire: restat, vt benignitas dei hoc nobis per Christū contulerit: qui pro nobis corpus induit, crucem pertulit, inferos penetrauit, & resurgens victor, in cœlum ascendit, & nos in amicitias suæ benignitatis allegit, dicēs: Vos amici mei estis, si feceritis, quæ mando vobis. Benignitas Christi proponit præmium, vt exigit officium: confert dignitatem, vt de nobis exigit seruitutem: beneficiis prouocat, vt officia nostra eliciat. Nec est gratuitū, quod seruitur: quia præ-

miū est, quo seruitus ista pensatur: vt iam negociatio sit ista, non seruitus: mercatio sit, nō famulatus. Per vsuram enim redditur, quicquid in isto tēpore per nostra obsequia fœneratur: vt contemptus in homine confundatur, qui ad cultum Christi eius amicitias noluit prouocari. Erubescit igitur, quisquis es: erubescit, qui in amicitias Christi vocaris, nec obsequeris: qui familiaris diceris, nec eius mandatis intendis. Nam qui præmiis in obsequium cogers, qui donis ad officia inuitaris, quid faceres, si gratuitum subires seruitium, qui tam liberale Christi contemnis imperium: vt iam qui amicitias noluit pensare obsequium, contemptus sui gratuitum incurrat supplicium? Non enim tibi seruus o homo, præmiis inuitatus obsequitur, aut donis & muneribus illectus quispiam famulatur: quem conditio subdiicit, familiaratus addicit: seruitus ipsa compellit: cum discreta ista separataq; consistant: dum alius est dominus, alius seruus, alius imperans, alius qui dignitate suscipitur, alius qui conditione subiici demonstratur. Deniq; tūc & homo ipse beatus est, si imperanti animo seruiat corpus, si virtutibus subiecta sint vicia, si contraria prosperis cedant, si bonis aduersa succumbant. Vnde tibi homo ex teipso nascetur iudicium: dum imperas seruo, & nō pares domino: dum famulis dominaris, & dominati ipse non seruis: & tu tamē sine præmio imperas, ille tibi præmiis, quod desiderat, suadet. Deniq; volo, inquit Christus, & amicum asciscere te: volo te familiarem allegare: volo tibi amabilem me exhibere: si tamen tu, quæ mōdo perficias: si quæ iubeo, compleas: si quæ tibi persuadeo, studiose instanterq; adimpleas. Cæterū amari non potes, si contemnis: contemni non potes, si seruiaris: seruus non eris, si parueris: amicus firmaberis, si quæ mando, perfereris. Da quod exigo: & accipe, quod promitto. Imple, quod iubeo: & posside, quod dispono. Etenim quid obseruanti promittitur, si contemnentis præmium dispensatur? Aut quo modo poterit in obsequium quispiam prouocari, si contumax indigne cœperit numerari? Tunc enim amicus dignus est nuncupari, si mandata implere contendit Christi.

Homilia secunda D. Ioannis Chrysostomi in dictum Ioannis, Vos amici mei estis, si feceritis &c.

Vos amici mei estis, si feceritis, quæ mando vobis. Cum enim in hominem collatos considero diuinos affectus, & cœlestis potentie magnificos fructus, ad postremū illi impartitos attendo: tunc & supernam benignitatē admiror, & familiaritatē Christiano cōcessam dum cogito, stupeo: dum tracto, hæsto: dum recolo, perhorresco: vt quantum natura homo sit preciosus, tantum sit indulgētia Christi magnificus. Nam si quoties hominis qualitas retractatur, toties redemptoris sublimitas cogitatur: inuenies ex redemptore præcellentem, quem ex proprio nosti degenerem. At cum cœlestia forte iura seruauerit, & quid redemptori debeat, cognouerit: inuenies ita merito dignum, vt redemptione noris præcipuum: vt tunc mireris in homine deum, cum dei opus in hominis moribus fulgere vitæ splendore perspexeris. Dominus loquitur, dicēs: Vos amici mei eritis, si feceritis, quæ mando vobis. Pendet amicitia Christi promissio certo cōditionis obsequio: Proponitur enim familiaritatis sublimitas officiorum fœnore comparāda, cum domino certa negociatio copulatur. Promittit enim & exigit, sublimat & subiicit: benignus est, & cōpellit. Christiano enim diuinæ amicitia promittitur, vt ab eo obsequia debita reperatur: Famulatu

Famulatu dignitas quæritur, officio sublimitas comparatur: ad amicitiarum verō cœlestium potentiam, seruitutis obsequio peruenitur. Inuitaris amicitiarum præmio Christiane, nec inobediētiæ excusari poteris: cuius officia liberalitate tanta pensantur: vt qui obsequi sponte debueras, præmio ad obediētiam inuiteris: nec te à bonis debere vacare obsequiis, cui promittit benignitas Christi præmium. Considera enim quanta sit apud deum liberalitas, benignitas quanta: vbi obsequia sine præmio patri nō possunt, vbi seruitus dignitate expūgitur, & amicitia Christi officio comparatur: cui seruire, promoueri est: & obsequi, sublimari. O veneranda pietas Christi, qui præmia tibi, vt obsequaris, promittit: dignitatem, vt famuleris, ostendit: amicitias inuitat, vt seruitutē extorqueat. Suos esse, quod ipse, desiderat: si modo vt patri ipse, sic Christianus obtemperet genitori. Nam si deriuationem nominis à Christo Christiane sumpstisti: nec aliter tibi competit amicitiarum coniunctio, aut hæreditatis participatio: nisi par fuerit officiorum cōmunio. Qui dicit se, inquit, in Christo manere: debet, quo modo ille ambulauit, & ipse ambulare. Nam si Christus patrem obsequendo promeruit, & obsequio fastigium tantæ maiestatis accepit: cur non imitaris dominum: cur non eius iubentis seruas imperium? Nā si dominus deo patri seruiuit, cur seruus domino obsequia seruitutis nō reddit? Non potest amicus existere, qui amicitia iura non seruat. Non potest ad familiaritatem Christi accedere, qui eius mādāta noluerit obseruare. Adeptio amicitiarum, est obseruatio mandatorum. Amicitia, amoris est vinculum: vnde nominis ducit exordium. Frustrā tibi amici nomen imponis, si amici iussa non feceris. Frustrā nomen vsurpas, si nomini per contemptum repugnas. Aut enim factis, quod vocaris, ostende: aut obseruantibus nominis vocabulum cede. Præuaricationis crimen incurris, si aliud feceris, quā vocaris. Quinimō amicitias respiciis Christi, qui in te & fœdera pietatis cōtulit, & amicitia iura donauit. Noli ingratus existere, noli dona collata contemptu sacrilego repudiare. Ad inuitandum te Christus publice eum patrem exorat. Pater, inquit, volo, vt vbi ego fuero, & isti sint mecum: & videant claritatem, quam mihi dedisti, priusquam mundus fieret. Si te quispiam diues in amicitias asciscere vellet, si in familiaritatem suam potēs aliquis voluisset te charitatis vinculo copulare: quanto seruitutis obsequio, quanto ve famulatu insisteres, ne in aliquo forte offensus amicitiarum iura mutaret? Deus te in familiaritatem vocat, & eius mandata non seruas? Christus te amicum nuncupat, & eum contemnere non formidas? Nec vereris, ne ex familiaritate hostis, ex amico inimicus existas: vt qui in æternum cum Christo posses gaudere, cum diabolo incipias gehennæ ignibus conflagrare: O stupenda benignitas domini, o veneranda pietas Christi: quæ antē tibi in amicitias obuēnit, quā te sibi amicum cōstituit. Antē se tibi dominus familiaritatem exhibuit, quā te in familiaritatem vocauit. Propter nos, corpus induit, crucem pertulit, mortē excepit. Nos peccauimus, & Christus sanguinem fudit. Nos deliquimus, & iugulari filius dei voluit. Immortalis pro mortalibus mortuus est: innocēs pro reis occisus est: iustus pro peccatoribus interemptus est. Vnde cognoscitur quantum præstabit feruentibus, qui tantū peccatoribus præstitit. Tātum in te Christi amorem, quo amore Christiane pensabis? Tantos in te benevolentie fructus, quo officio cōparabis? Quicquid in eius obsequiū

A erogaueris, parum est, Quicquid in eius seruitutem impenderis, minus est. Nec si animam dederis, aut sanguinem fuderis, cōpensabis. Non enim sanguis noster proderit Christo, vt Christi profuit nobis: aut nostra passio beneficiū collatura est domino, vt domini passionem nobis contulisse gaudemus. Sed idcirco passionem nostras libeter acceptat: quia sibi fieri deperat, quicquid propter se à nobis geri aspectat: quia nec ipsum virtute nostra sustinemus, quod patimur: pro eius potentia agredimur, & eius victoria coronamur. Denique ipse in suis pugnat, ipse dimicat, & victoriam Christianis assignat. Nec poterit quisquam sibi vedicare, quod dei est: licet deus, quod suum est, homini dignetur adscribere. Quare cœlestis amicitia dignitas mandatorum obseruantia teneatur: ne noster exterminet cōtemptus, quod pollicetur beneuolētia dominus. Custoditio enim præceptorum, perceptio est promissorū. Ut enim cōtemptor amicus esse nō poterit: ita amicitia gloria perfruetur, qui Christi mandata seruauerit: sicut ipse dicit, Vos amici mei estis, si feceritis, quæ mando vobis.

ERASMVVS ROTERADAMVS
LECTORI S. D.



Em aggressus essem vertere commentarios in Acta Apostolorum, capi de titulo subdubitare, non quod displiceret opus, sed quod stylus haberet concisum quiddam & abruptum, id quod à phrasi Chrysostomi videbatur alienum. Quamquam alioqui multa congruebant, crebra percontationum ac dialogismi, & illud opus & dicitur quibus subinde lectori renouat attentionem. Ad hæc digressiones locorum communium, præsertim sub finem homiliarum, vt si non sit Chrysostomus, finium quæpiam huius fuisse oporteat. Verum hic iudicio meo nolui fidere, proinde paucas homilias in gustum dedimus, daturi reliquas volente domino, si docti censuerint opus esse Chrysostomo dignum. Quorum iudicio facti, libenter hoc quicquid est suspitionis ponemus, quam tamen haud temere concepimus, toties tam insigniter delusi mendacibus titulis. Bene vale.

SANCTI IOANNIS CHRYSOSTOMI
commentarium in Acta apostolorum, Des. Erasmo Roterodamo interpretate.

Primum quidem sermonem feci de omnibus, o Theophile, quæ cepit Iesus tunc facere tunc docere usque ad eum diem, quo præcipiens Apostolis per spiritum sanctum quos elegerat, receptus est.

HOMILIA PRIMA.



Omnes sunt quibus hic liber adeo ignotus est, vt non solum ambigant de authore, à quo cōscriptus sit, verum ne id quidem cognitum habeant, an omnino extet hæc rerum ab apostolis gestarum historia. Atq; hac potissimum de causa coactus sum negocium hoc suscipere, vt ignorantes allicerem, neq; sinerem tam insignem thesaurum in tenebris abditū latere.

Liber Actarum olim incelebris.

Vtilitas
Actorum.

Ioan. 14. b

Nonator
spiritus.

Ioan. 13. d

1. Cor. 15. b

2. Tim. 4. b

2. Cor. 8. c

1. Cor. 15. a

2. Cor. 4. a

Acta qua
re no logius
producta.

tere. Siquidem hinc non minor nobis contingere poterit utilitas, quam ex ipsis euangelis: tanta scaturit philo-
sophia, tanta abundat cum omnium dogmatu rectitu-
dine, tum precipue eorum qua de spiritu sancto prodi-
ta sunt. Proinde cauendum est ne negligenter praeter-
curramus huc librum, sed exactissima cura scrutentur,
excutiamusq. Etenim promissa qua Christus in euan-
gelis ante verbis pollicitus erat, ea hic re prestita & ex-
hibita videre licet, ipsamq. veritatem ipsis factis relucen-
tem intueri. Simulq. videre est discipulos mirifice ad
meliora transmutatos, nimirum sancto spiritu vim sua
in illis exerente. Audierant enim Christum dicentem,
Quisquis crediderit in me, signa qua ego facio, & ipse
faciet, & his maiora faciet. Audierant & illa praedican-
tem discipulis suis, quod ad praesides & reges essent du-
cendi, quodq. in synagogis suis Iudaei essent ipsos fla-
gellaturi, quod essent atrocissima quaedam passuri, sed
his omnibus euasuri superiores: ad haec quod euangelium
praedicandum esset toto terrarum orbe: qua quidem
omnia sic euenisse vt nulla in parte promissoris fides
desiderari possit, videre licet in hoc libro. Neque vero
haec tantum qua modo commemorauimus, verum etiam
alia plura, qua dixerat dominus cum ageret cum disci-
pulis. Conspicis autem hic & illa, nimirum Apostolos
ipso ceu volucres, terram mariaq. percurrentes, ac timi-
dos illos quondam rudessq. subito in alios homines
esse versos, factaque diuitiarum, gloria, ira, concupiscen-
tia, breuiter rebus omnibus superiores esse factos. Vide-
bis summam inter ipsos concordiam, nec quicquam om-
nino prioris illius liuoris aut inuidientiae residere, nec
iam loci principis ambitum inter ipsos feruere, sed om-
nem virtutem in eis absolutam perspicies, tum summam
eximiamque charitatem in illis relucetem. Nam de hac
quoque multa illis praeeperat, dicens: Per hoc cognos-
cet omnes, vos esse meos discipulos si dilexeritis inui-
cem. Quin & dogmata quaedam hic reperire licebit,
qua nisi liber fuisset proditus, haudquaquam fuissent vl-
li tam dilucide cognita, quin potius quod est caput sa-
lutis nostrae, fuisset occultum & in obscuro latuisset: ta-
de his loquor qua ad bene viuendum, quam qua ad fi-
dei nostrae dogmata pertinent. Porro eorum qua hic
tractantur, maior pars, sunt acta Pauli, qui plus omnibus
laborauit. Huius rei causa est, quod is qui librum hunc co-
scripsit, discipulus & cultor Pauli fuit: nimirum beatus
Lucas, cuius virtutem, cum ex aliis multis argumentis,
tum hoc praecipue licet perspicere, quod praepertori suo
indiuulsus adhaerit, quodq. per omne tempus, illum
fuerit affectatus. Itaque cum Demas & Hermogenes il-
lum in periculo deseruissent, alter in Galatiam profes-
sus, alter in Dalmatiam: audi quid de hoc dicat, Lucas,
inquit, adhuc solus mecum est. Quin & Corinthiis scri-
bens de eodem: cuius, inquit, laus est in euangelio per
omnes Ecclesias. Rursus cum dicit, Conspectus est Ce-
phae, deinde duodecim. Item cum ait iuxta euangelium
quod accepistis, de Lucae euangelio sentit: vt iam non
aberrarit a vero, qui voluminis huius descriptione ad
hunc authorem retulerit. Caterum cum dico hunc ip-
sum, Christum dico. Quod si quis dixerit, quid tandem
fuit in causa, quo minus omnem historiam ad finem
vsq. persecutus sit, cum illi semper adhaerit: huic sic re-
spondere poterimus, Primum quod haec quoque suffi-
ciebant his qui vellent animum aduertere: deinde quod
euangelista semper incubuerunt in ea, qua magis vr-
gebant, nec illis cura fuit historiam describere. Siqui-
dem non parum multa & absque scripto tradiderunt.

Itaque cum omnia sint admiratu digna, quaeque hoc
libro continentur, tamen illud potissimum admiran-
dum in apostolis, quo modo sese ad infirmorum ac ru-
dium captum demiserint, atque hoc ipsum eis spiritus
sanctus suggessit, in hoc illos praeparans, vt in dispen-
sando verbo dei versarentur. Vnde factum est, vt cum
tam multa de Christo disseruerint, pauca dixerint de
eius diuina natura, plurima vero de natura eius huma-
na, de morte, de resurrectione & ascensu. Etenim quod
id temporis quaerebatur, illud erat, vt homines audiret
eum excitatum a mortuis, ascendisse in caelum. Quem-
admodum igitur ipse Christus illud in primis agebat,
vt perspicuum faceret, quod venisset a patre: ita hic
praecipue studet hoc persuadere, quod renixit, quodq.
in caelum receptus est, quodque ad eundem reuersus
est a quo profectus fuerat. Nam nisi haec prius credita
fuissent, praesertim cum accessisset assertio, de resurre-
ctione, deq. in caelum reditu, nimirum vniuersum dog-
ma Iudaeis visum fuisset vanum & incredibile. Quapro-
pter sensim ac paulatim illos ad sublimiora prouehit.
Quin etiam apud Athenienses, Paulus eum simpliciter
hominem appellat, nihil attribuens amplius: Idq. iusta
de causa. Etenim si Christum ipsum de aequalitate qua
habet cum patre disserentem frequenter aggressi sunt
lapidibus obruere, eaque de causa blasphemum appel-
larunt, haudquaquam eum sermonem a piscatoribus ac-
cepissent, praesertim cum crux praesessisset. Quid autem
de Iudaeis loquor, cum ipsi tum temporis discipuli, quo-
ties audiebant sublimiora dogmata crebro turbati fue-
rint & offensis: Vnde & dicebat dominus, Multa habeo
qua vobis dicam, sed in praesentia non potestis ea fer-
re. Quod si illi ferre non poterant, qui tantum tempo-
ris cum ipso consuetudinem habuerant, & quibus tam
multa arcana communicarat, quiq. tot miracula viderant,
quo modo homines qui recens ab aris, simulacris,
& sacrificiis, a felibus & crocodilis venerant: nam hu-
iusmodi tum erant gentium numina, quique & ab aliis
malis tum primum fuerant auulti, repente sublimes il-
los de dogmatibus sermones receperunt: Imo quo mo-
do ipsi quoque Iudaei qui quotidie discerant & institue-
bantur a lege, frequenter illud audientes, Audi Israel, Deus
Dominus deus tuus vnus est: cum vidissent eum affi-
xum in ligno crucis, atque adeo cum ipsi crucifixus essent
illum ac sepeissent, nec eum vidissent resuscitatum, si
audissent, hic ipse deus est, ac patri aequalis: nonne ma-
xime omnium ab his verbis abhorruissent, ac resillissent,
& oblatrasent? Proinde paulatim ac sensim illos insti-
tuunt, seseq. miro studio ad captum imbecillium in di-
spensatione dogmatum demittunt. Caterum quo ma-
gis se demittunt Apostoli, hoc vberior contingit illis
diuini spiritus liberalitate gratia: dum in eius nomine
maiora faciunt quam ipse fecerat, nimirum vt utroque
modo proficiat euangelium, dum sese demittentes, au-
ditores humiles & humi iacetes erigunt, & sermonem
de resurrectione miraculis probabilem reddunt. Siqui-
dem quod maxime agit hic liber, est resurrectionis de-
claratio: Quae si credita fuerit, & ceteris aperta est via.
Argumentum igitur & scopus huius libri, si quis rei sum-
mam cerasiore sermone velit complecti, hic potissimum
est. Superest vt praefationes audiamus. Primum quidem
sermonem feci de omnibus d. Theophile qua cepit Iesus tum facere,
tum docere. Statim hic quaeret aliquis, Quamobrem Theo-
philo renouat mentionem euangelij: Vt suam declara-
ret exactam diligentiam: Nam in illius operis praefatio-
ne dicit, Visum est & mihi ab initio assectato omnia,
diligenter

Actoru no
simplex bi-
storia.

Ioan. 21. g

Ioan. 3. b

Ibid. 15. d

Infra. 2. c

Infra. 10. f

Ioan. 19. f

Miracula
per Luc. am.

2. Cor. 8. c

Luca mo-
destia.

Quaestio.
Ioan. 21. g

diligenter ordine tibi scribere. Nec sub vnus testimo-
nio contentus est, sed omnia potius refert ad apostolos,
dicens: Quemadmodum tradiderunt nobis, qui ab initio
spectatores ac ministri sermonis fuerunt. Quare quum
illic verbis suis fidem conciliarit, nihil hic opus erat alia
confirmatione, quum ibi semel habita sit a Theophilo
fides ipsius sermone, ac per illum certissimam veritatem
eum edocuerit. Etenim cui fides est habita scribenti que
audierat, huic multo magis habenda fides, ea conscri-
benti, que nequaquam ab aliis accepit, sed qua vidit ip-
se simul & audiuit. Etenim si ea qua Christus gessit re-
cepisti, multo magis recipies res ab apostolis gestas.
Quid igitur: nihil hic aliud est, quam historia, & narra-
tio spiritus expers: Nequaquam. Qui sic: Quoniam & il-
la qua ab initio ipsi, qui spectatores fuerunt ac ministri
sermonis, Luca tradiderunt, spiritus erant. Et quare no-
dixit, quemadmodum nobis tradiderunt, qui spiritus
sancti donum promeruerunt, sed quorum ipsi spectato-
res fuerunt: Quoniam hoc maxime fidem conciliat, si
quis didicerit ex his qui qua narrat, oculis suis vide-
runt. Illud autem, si spiritus autoritate pra se tulissent,
fastui & arrogantiae tribuissent imperiti. Vnde & Ioan-
nes sic loquitur: Ego vidi & testimoniū perhibui, quod
hic est filius dei. Christus autē sic loquitur, Nicodemo
videlicet crassior. Quod scimus loquimur, & quod vi-
dimus testificamur, & testimonium nostrum nemo reci-
pit. Rursus declarans, multa testimonia proficisci ab
oculis, dicebat discipulis: Et vos testificamini de me,
quoniam ab initio mecum estis. Quin & ipsi apostoli fre-
quenter hunc in modum loquuntur, Testes nos, & spi-
ritus sanctus, quem dedit deus fidetibus sibi. Postea Pe-
trus comprobans resurrectionem dicebat, Qui simul
edimus & bibimus cum illo. Facilius enim testimonium
auditores recipiebant ab his, qui vixerant cum illo, quod
id temporis adhuc multi abessent ab intellectu spiritus.
Vnde & Ioannes in suo euangelio, quod scripsit, ait se
vidisse, quod narrat de fluxu sanguinis & aquae, hoc ip-
sum grauiissimi testimonij loco ponens, quod vidisset,
etiam si qua spiritus suggerit certiora sunt iis qua vide-
mus, sed non apud incredulos. Porro quod Lucas non
fuerit expers spiritus, pluribus ex argumentis perspicuum
est, vel e miraculis, qua nunc per illum fiunt, vel quod
tum quilibet participes siebant spiritus sancti, non so-
lum eximij, qualis erat Lucas, vel ex ipsius Pauli de illo
testimonio. Ait enim, cuius laus est in euangelio, vel ex
hoc quod ecclesiarum suffragiis delectus fuit. Siquidem
supra dictis & illud adicit, Quin etiam electus est ab
ecclesiis, vt nobis peregrinationis sit comes, in hac gra-
tia, qua administratur a nobis. Iam mihi vide quam hic
euangelista sermo absit ab omni fastu. Non enim di-
cit, prius euangelium quod euangelizauit: sed, priorem
quidem sermonem feci, nimirum euangelij praedica-
tionem magnificentius quiddam esse ducens, quam pro
ipsius dignitate aut viribus: Et tamen apostolus hoc ti-
tulo ornat illum dicens, Cuius laus est in euangelio. Ip-
se contra modestē loquitur, dicens: Priorem quidem
sermonem feci de omnibus d. Theophile, qua cepit Iesus
tum facere tum docere, non simpliciter de omnibus,
sed ab initio ad finē vsque, ait enim: ad eum vsq. diem
quo receptus est in caelum. Atqui Ioannes declarat im-
possibile perscribere omnia. Siquidem hoc vt ostende-
ret, vbi dixerat, Quae si scribantur singulatim, nec ipse
vt arbitror caperet mundus: addidit, qui scribendi fo-
rent libri. Quo modo igitur, inquiet aliquis, hic Lucas
loquitur de omnibus? Atqui non dixit omnia, sed de
Tomus tertius.

omnibus, perinde ac si quis dicat summam & in ge-
nere: aut de omnibus loquitur, qua necessaria sunt vr-
gentq. Ac mox indicat, qua sint illa omnia, qua cepit
Iesus, tum facere tum docere: intelligi volens miracula
ac doctrinam. Nec id verò solum indicauit, verum et-
iam quod Iesus faciendo docuerit. Vide porro huma-
nitatem eius ac mentem apostolo dignam, etiam si vnus
hominis causa tam diligentem sollicitudinem suscepisset,
vt totum euangelium conscriberet: vt, inquit, habeas
eorum sermonum quos audisti certitudinem. Audierat
enim Christum dicentem, Non est voluntas patris mei,
vt vel vnus pereat ex his pusillis. Et quam ob causam
non vnicum fecit librum, quem vni mitteret Theophi-
lo, sed in duo partitus est argumeta? Nimirum quo res
distinctione voluminum esset dilucidior, simulq. vt in-
termissione respiraret ac refocillaretur auditor. Quam-
quam & alioqui distinctae sunt res qua in his libris tra-
ctantur. Quin & illud considera, quo pacto Christus di-
ctis suis per opera fide conciliarit. Ad mansuetudinem
hortatus est, dicens: Discite a me, quod mitis sum & hu-
milis corde. Docuit nos paupertatem, & vtrunque fa-
ctis demonstrauit. Siquidem filius hominis, inquit, non
habet vbi caput suum reclinet. Rursus praecipit, vt di-
ligeremus inimicos. Exhibuit hoc in cruce, deprecans
pro crucifigentibus. Dixit, volenti trahere in ius vt tu-
nicam eripiant, per mitte vt & pallium auferat. Ipse verò
non vestimenta tantum, verum sanguinem quoque suum
dedit. Idem vt facerent & discipulis praecipit: vnde &
Paulus dixit, quemadmodum habetis formam ex nobis.
Nihil enim doctore frigidius, qui verbis duntaxat phi-
losophatur: Neque enim hoc doctore est, sed histrionis
& hypocritae. Eoq. apostoli prius vitae exemplis doce-
bant, deinde verbis. Quin potius ne verbis quidem erat
opus, quum clamarent opera. Nec aberrarit a vero, qui
passionem eius actionem dixerit. Nam patiēdo fecit
ingens illud & admirandum opus, quo mortem deie-
cit, reliquaque omnia peregit. Ad eum vsque diem, quo pra-
cipies apostolis per spiritum sanctum, quos elegerat, in caelum receptus
est. Per spiritum praecipiens, hoc est spiritualia ad illos
verba loquutus, nihil autem humanum. Vide igitur,
num hic sensus placeat, an magis placet accipere, quod
per spiritum eis praeeperit. Vides vt adhuc Lucas mo-
dicē de Christo loquitur, quemadmodum & ipse do-
minus de se ipso loquebatur: Quod si ego per spiritum
eiicio daemonia. Etenim spiritus ille sanctus operaba-
tur in eo templo. Quid tandem praecipit? Profecti, docete
omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus san-
cti, docentes illos seruare omnia, quaecumque praeci vobis. Magna
laus apostolorum, quum talia fuerint aggressi, nimi-
rum totius orbis salutem, quum horum verba spiritus
essent plena. Quod ipsum sanē innuit, quum dicit, per
spiritum sanctum, hoc est, etiam verba qua locutus
sum vobis, spiritus sunt. Caterum quod dicit, hoc est:
primum auditorem rapit ad cupiditatem, deinceps
discendi cognoscendiq. praeperta, tum apostolis fidem
conciliat, quando quidem spiritus verba dicturi sunt,
& Christi praeperta. Itaque quum praepisset, inquit, re-
ceptus est: Non dixit, ascendit: Nam adhuc tanquam
de homine loquitur. Videlicet & post resurrectionem
docuit discipulos, caterum huius temporis historiam
nemo nobis explicuit exacte totam. Verum immora-
tur quidem huic rei Ioannes magis quam ceteri, quem-
admodum & hic: sed nullus omnia euidenter disseruit,
propterea quod ad alia festinarent. Didicimus igitur
haec per apostolos, qui qua audierant retulerunt, quibus
& se ipsum

Facere
doceres

Math. 28. d

Lucas qua
re scripsit
duos libros

Ibid. 11. d

Ibid. 8. c

Math. 5. f

Philip. 3. d

Patiens agit

Math. 21. e

Ioan. 6. g

& seipsum præbuit viuum. Prius autem de assumptione loquutus, dicit & de resurrectione. Posteaquam enim dixit eum assumptum, ne putares illum ab aliis assumptum esse, adiecit, quibus & exhibuit seipsum viuum. Et enim si semetipsum exhibuit in re maiore, multo magis in minore. Vides quo modo clanculū aspergit magna hæc dogmata? *Per dies quadraginta visus est ab illis.* Neque enim ita tunc perpetuo quemadmodum ante resurrectionem fecerat, versatur cum illis. Illud vide, non dixit, quadraginta diebus, sed per quadraginta dies. Advolabat enim, ac deuolabat rursus. Quur ita tandem? Subducebat animos illorum ad altiora, nec patiebatur illos similiter erga ipsum sic affectos esse quemadmodum prius fuerant. Neque verò hoc simpliciter faciebat, sed ad vtrūq; diligenter præparabat, & vt crederetur resurrectio, & vt deinceps maior humana conditione haberetur. Atque hæc erant inter sese contraria. Vt enim persuaderetur resurrectio, oportebat multa esse facta, quæ erant humanæ naturæ. Vt autem crederetur id quod est mirabilius, videlicet diuina natura, contra. Et tamen vtrunque factū est opportuno tēpore. Cæterum qua de causa nō apparuit omnibus, sed discipulis tantū? Quoniā multis illorum visum fuisse spectrum, videlicet iis qui non nouerant arcanum mysterij. Etenim si ipsi discipuli diffidebant in initio ac turbabantur, & opus erat vt manibus contrectarent, opus erat mensa communi: quo modo verisimile est affectos futuros fuisse, vulgares istos? Proinde ex miraculis certam & indubitatam facit resurrectionis fidem, vt non solum euidēs esset eius ætatis hominibus, verum etiam omnibus sequuturis. Quod enim in illis effecerūt conspecta prodigia, hoc in omnibus posteris erat effectura fides. Quapropter & incredulos per fidem colligimus. Etenim si non resurrexit, sed manet adhuc mortuus: quo modo in nomine eius apostoli edidere miracula? At nō edidere miracula, dixerit aliquis: Quo modo igitur nostra natio collecta est? Nec enim hoc saltem sic habere negabunt, neque repugnabunt iis quæ videntur. Itaque quum aiunt non esse facta miracula, tum magis etiam seipsos pudefaciunt. Nam hoc ipsum maximum est miraculum, absque miraculis orbem terrarum accurrere, à duodecim pauperibus & illiteratis hominibus attractum. Neque enim opulencia diuitiarum, neque sapientia dicendi, nec alia re simili vicerūt piscatores, vt iam vel inuiti fateantur homines in illis diuinam esse virtutē. Nam erat impossibile, vt vnquam res tanta viribus hominum conficeretur. Atque hac de causa & ipse diebus quadraginta commoratus est post resurrectionem, lōgo temporis spacio certis argumentis declarans & comprobans conspectum sui ipsius, ne spectrum & inane fantasma crederent quod videbatur. Ac ne his quidem contentus fuit, sed mēsam etiam addidit. Nimirum hoc est, quod deinceps dicit: *Et cœnescent simul cum illis.* Sic hoc argumento ipsi quoque apostoli, semper astruxerūt resurrectionis fidē, vt quum aiunt, qui quidem cibum simul sumpsimus, & bibimus cum illo. Sed quid apparens faciebat? Per quæ illos ad fidem adduxerit ostendit, dicens, Apparens illis, & loquens de regno dei. Quoniam autem deiectis erāt animis & his quæ facta fuerant conturbati, ac restabat, vt magna aggredieretur certamina, recreat & erigit illos: prædicans quid esset illis euenturum, ac præcipiens ne discederent ab Hierosolymis, sed expectarent promissa patris. Primum euocarat illos in Galilæam, metuentes etiā mnum ac trementes, quò vacui pauore, possent

Miraculum inuouati mundi.

Acto. x. f.

audire quæ dicerentur. Deinde quum audissent, & in his quadraginta dies essent versati, præcepit ab Hierosolymis ne discederēt. Quur ita tandem? Quemadmodum milites in multitudinem erupturos, nemo patitur exire, priusquam armati fuerint, neque quisquam equos sinit à carcere proflire priusquam aurigam naeti sint: ita nec Christus discipulos suos passus est in acie cōspici, priusquam descēderet spiritus, ne faciliē caperentur, & abducerentur à multitudine. Verum non hæc sola causa est. Sed posteaquam complures erant illic credituri, & rursus cum his alij, ne qui dicere possent, quòd prætermisissis notis, ad peregrinos abissent ostentandi sui gratia: hac de causa, apud ipsos qui Iesum occiderant, exhibent argumēta resurrectionis: apud ipsos, inquam, qui eum crucifixerant, qui sepelierant, in ipsa ciuitate in qua facinus illud impiū erat patratum, vt aduenis etiā omnibus os occluderetur. Etenim quum ipsos etiam qui dominum crucifixerunt, palam esset credidisse: satis constat, quòd verè crucifixus fuerat dominus, & euidentis erat eius facinoris impietas, denique resurrectionis fides apertè comprobatur. Post hæc ne dicerent, quo modo ergo poterimus inter homines impios & homicidas, ad hæc tam multos durare, quum si mus pauci cōtempitiq; vide, quo modo desperationem hanc dissoluat dicens, sed expectate promissionem patris, quam audistis ex me. Et quando audierunt, dixerit aliquis: Quum diceret, Expedit vobis vt ego discedam, nisi enim ego discessero, consolator ille non veniet ad vos. Ac rursus, Rogabo patrem, & alium cōsolatorem mittet vobis, vt maneat vobiscum. Et quare is non aduenit quum adhuc adesset dominus, aut mox ab illius discessu, sed ipse quidem abiit die quadagesimo, spiritus autem aduenit quum compleretur dies quinquagesimus? At si non dū aduenerat, qui cōsistit, quòd dixerat, Accipite spiritum sanctum? Nimirū vt eos capaces redderet, & idoneos accipiendo spiritui. Etenim si Daniel angelum visurus semotus est, multo magis hos decebat fecedere, tantum dei donum accepturos. Vtrum igitur licet hoc pacto quæstionem propositam soluere, an sic potius accipiendum est, quòd de eo quod erat futurum, perinde quasi iam factum esset sit loquutus: Vel quum dicit, Calcate serpētes & scorpions, & omnem virtutem inimici? Quam igitur ob causam nō tum protinus aduenit spiritus? Oportebat illos desiderio promissi teneri, atque ita donū accipere. Ideoque quum ipse digressus esset, tum aduenit spiritus: Qui si venisset eo presente, non habuisset illos tam ardēs expectatio. Et ideo nō protinus ab ascensione domini venit spiritus, sed post octo aut nouem dies. Itidē & nos tum maximè excitamur in deum, quoties in necessitate cōstituti sumus. Sic & Ioānes tum maximè mittit discipulos ad Christum, quum maximè futurum erat, vt opus esset Iesu, quando ille iam habitabat in carcere. Sed aliter exponi potest: Oportebat in cœlo comparere naturam nostrā, & perfectam reconciliationem fieri, ac tum venire spiritum, quo purum merumq; gaudium fieret. Nā si spiritu presente dominus quidem abisset, ille verò mansisset, non fuisset perinde magna consolatio: Siquidem sic erāt affecti, vt admodum ægrè ab illo diuellerentur, vnde & consolans illos dicit, Expedit vobis, vt ego discedam. Itaq; diebus aliquot interiectis differt missionem spiritus, vt paulisper afflicti, & in necessitate, quemadmodū dictū est, constituti, mox solido puroq; gaudio fruereantur. Porro si spiritus esset minor aut inferior filio, non erat sufficiens consolatio. Sed quo modo dictū est illud, Expedit

Expedit

Expedit vobis: Ideo spiritui seruata est maior doctrinæ portio, ne putarent illum minorem. Iam illud considera, quantam eis imposuerit necessitatem mandati Hierosolymis, ex eo quòd pollicetur sese illic exhibiturum spiritum: Nam ne rursus post ascensionem ipsius fugerēt, hoc promisso, ceu vinculo quodam eos illic alitruigit. Cæterum quum dixisset, *Expectate promissionem patris, quam audistis ex me, subiecit, Quoniam Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini spiritu sancto post non multos hos dies.* Demonstrat in sequentibus, quid intersit inter Ioannem & ipsum, non iam adumbratē, quemadmodum prius: vehementer enim obumbrat sermone, quum diceret, Qui autē minor est in regno cœlorum, maior est eo: sed nunc manifestus, Ioannes, inquit, baptizauit aqua, vos autem baptizabimini spiritu sancto. Non iam vtitur testimonio, sed personæ tantum meminit, quo memoriā illis refricit eorum quæ prius dixerat, simulq; declarat eos iam maiores factos Ioanne, quandoquidem & ipsi baptizaturi erant spiritu. Neque dixit, ego vos baptizo spiritu sancto, sed baptizabimini, nos interim docēs, vt modestè de nobis sentiamus. Nam hoc iam ex Ioannis testimonio dilucidum erat, quòd ipse esset qui baptizaret, quum diceret, Ipse vos baptizabit spiritu sancto & igni. Atque hac de causa, huius vnus facit mentionem. Igitur euāgelia quidem eorum quæ Christus gessit ac dixit, narrationem & historiam quandam continent. Cæterum Actorum liber refert ea quæ alter ille paracletus dixit ac fecit. Nā & tum quidem multa ipse faciebat. Quemadmodum & nunc Christus agit occulta vi, sicuti & tunc quoque temporis agebat. Sed tum quidem per ipsum templum, nunc autem per apostolos. Ac tum quidem in virginem venit vterum, templumq; construxit: nunc verò in animos apostolicos: Rursus tum venit in specie columbæ, nunc in specie ignis. Quur ita? Videlicet illic præferebat mansuetudinem, hic verò etiam vindictæ feruitatem. Tempestiuè sanè commonefecit iudicij: quum enim iam oportebat peccata concedere atque abire, plurima opus erat mansuetudine. Rursus posteaquam adepti sumus donum, iam instat iudicij & examinationis tempus. Sed quo modo dicit, baptizabimini, quum aqua non esset in cœnaculo? Quoniam in baptismo præcipua pars est spiritus, per quem & aqua fit efficax. Itaque quemadmodum ipse dicitur vnctus, quum nequaquam vnctus esset oleo, sed accepisset spiritum sanctum, sic & baptizati dicuntur discipuli. Est & alia interpretatio. Cōperire licet illos aqua fuisse tinctos. Idq; diuersis temporibus. In nobis enim vtrunq; fit pariter, tunc verò disiunctim. Siquidem initio à Ioanne baptizati sunt. Id ne cui mirum videatur. Etenim si meretrices ac publicani ad baptismum illum venerunt, multo magis venerunt hi qui post erant baptizandi spiritu. Post hæc ne dicerent totum hoc nihil aliud esse quàm pollicitationes: Iā enim multa de hoc baptismo dixerat, ne putarent, hæc spiritus vim talem vt nusquam appareret, renocās illos ab huiusmodi suspitione dicit, Post non multos hos dies. Nec expressit, quando, quòd semper vigilarent, tantum dixit breui futurū ne deicerentur animis: quando verò id esset futurum, nondum addidit, vt semper essent vigilantes. Nec hac re solum illos inducit ad credendum, videlicet breuitate temporis, verum etiam quum dicit promissionem quam audistis ex me. Porro quòd dicit hoc est, Nō nunc, inquit, tantum dixi vobis, sed & iam pridem promisi, quæ sine dubio facturus sum. Quid igitur miraris, si non expris

Math. xi. b

Ibidem. 3. c

Vnctio spiritus.

Apostoli à Ioanne baptizati.

Dies quare

mit diem, quo hæc erant perficienda: quandoquidem hunc instantem ac vicinū noluit esse manifestum, idq; iustissima sanè de causa: nimirum vt vigilantes sollicitius promissum expectarent. Non enim datur, non datur, inquam, gratia nisi vigilanti. An nō vides quid dicat Helias discipulo? Si videris me quum abripiar, sic erit tibi: hoc est, continget tibi quod postulas. Quin & Christus vndique ad ipsum cōfluentibus dicebat, Credis? Etenim nisi addicti fuerimus ei quod datur, ne sentiamus quidē magnopere beneficium. Sic & Paulo non statim data est gratia, sed triduum intercessit, quo fuit cæcus, atque interim metu purgatur ac præparatur. Etenim quemadmodum qui purpuram tingūt, prius aliis quibusdam coloribus præparat id quod tincturam accipiet, ne flos dilutus & euavidus fiat: Itidē & hic prius animi sollicitudinem deus præparat, ac deinde infundit gratiam. Eadem ob causam nec spiritum illico misit, sed in die quinquagesimo. Quòd si quis dixerit, quare non & nos eodem tempore baptizamus: illud sanè respondere possumus, quòd gratia quidem tum esset eadem quæ nunc est, cæterum animus nunc fit sublimior & excelsior, dum ieiunio præparatur. Quamquam & Pētecostes tempus habet aliquam rationem haud quam absurdam. Quam tandem dicis? Existimauerunt patres satis idoneum malæ cupiditatis frēnum, magnamq; doctrinā esse baptismum ad hoc, vt etiā tempore deliciarum sobrietatem tuerentur. Itaque perinde quasi simul cum Christo cibum capiamus, communisq; cum illo mensæ participes simus, ne quid temerè faciamus, sed in ieiuniis, in precibus, multaq; sobrietate degamus. Etenim si quis aditurus annonæ præfecturam, sibi parat quicquid ad vitæ vsum pertinet, atque vt sibi nonnihil dignitatis assequatur, & pecunias consumit, & tempus impendit, & innumerabiles suffert labores: quo malo nos digni fuerimus, si cum tanta socordia regnum cœlorum adierimus, neque vlla cura nosmetipsos ad hoc præparauerimus, priusquam accipiamus? quin & postquam acceperimus socorditer egerimus? Ideo nanque posteaquam accepimus socordes sumus, quòd priusquam acciperemus nō vigilauerimus. Ideo complures posteaquam acceperunt, protinus redierunt ad priorē vomitum, ac redditi deteriores, grauius supplicium sibi accersierunt, eo quòd à prioribus peccatis liberati, hoc pacto grauius etiam iudicis iram in se prouocarunt, dum tanto liberati morbo, ne sic quidem ad sanitatem mentis conuerti potuerint, quin illud potius illis vsu venit, quod paralytico cōminabatur dominus, dicens: Ecce sanus factus es, noli posthac peccare, ne quid tibi deterius eueniat. Item quod de Iudæis prædicabat, ostendens quòd illos ob ingratitudinem immedicabilia manerent mala, Si non venissem & loquutus eis fuisset, peccatum nō haberent. Itaque posthac dupla & quadrupla peccata fiunt. Qui sic? Quoniam post exhibitam nobis dignationem ingrati sumus & improbi. Quapropter nihil nobis proficit lauacrum ad hoc, vt mitius puniamur. Illud verò considera: Habuit aliquis commissa grauia, vel homicidio, vel adulterio, vel alio quopiam facinore patrato, hæc per lauacrum remissa sunt. Non enim est, non est, inquam, vllum iam peccatum, vllāve impietas, quod nō cedat, locumq; det, dono dei. Nam diuina res est gratia. Denudò mœchatus est aliquis, aut homicidium perpetravit: prius quidem adulterium condonatum est, & homicidium illud simul cū adulterio concessit, ac nequaquam reuocatur: Nesciunt enim pœnitentiam, dona, & voca-

non expris mitur.

4. Reg. 2. b

Infra. 9. b

Pētecostes mysterium.

Simile.

Cōtra socordes locus cōmunis.

Ioan. 3. c

Ioan. 15. d

Baptismo cōdonantur omnia.

Relapsi post baptismum.
Hebr. 10. c.
Baptismi dilatio periculum.
 tio dei. Ceterum pro his, quæ post baptismum commissa sunt tantam damus poenam, quasi & illa reuocata sint, ac multo etiam grauiorem. Iam enim non simplex peccatum est, sed duplex aut triplex. Quod autem his grauior poena debeatur, audi quid dicat Paulus: Qui spernit legem Mosi, sub duobus aut tribus testibus, absque misericordia, morte luit poenas. Quanto putatis grauiore vindicta dignus censebitur, qui filium dei conculcarit, ac sanguinem testamenti immundum duxerit, ac spiritui gratiæ cõtumeliam fecerit? Fortasse multos auertimus, ne nũc accipiant baptismum. Verum non propterea diximus hæc, sed vt qui iam acceperunt, perseuerant in multa sobrietate multaq; modestia. At dicit aliquis, metuo. Si metueres, accepisses vtique seruafesq;. Verum ob hoc ipsum, inquiet, non accipio, quod metuam. At non metuis sic ex hac vita decedere? Humanus, inquiet, est deus. Igitur accipe baptismum. Humanus enim est, & opitulatur. Tu verò vbi vigiladum erat, non occupas istam humanitatem dei: vbi verò tibi visum fuerit differre, tum venit in mentem illius humanitas. Atqui tunc erat tempus vtendi hac humanitate, quam tum magis assequemur, quum eam nostra spõte amplectemur. Etenim qui posteaquã curam vniuersam cõiecit in deum, post baptismum redierit in peccatum, nimirũ homo, si poenituerit, dei benignitatem experietur. Atqui veluti deludens dei bonitatem, excesserit expers gratiæ, nullo pacto valebit effugere vindictam. Quis autem istiusmodi causificationes aduersus tuã ipsius salutẽ vsurpas? Impossibile est, impossibile est inquam, eum qui tali spe differt baptismũ, agere quicquam egregium aut honestum. Tu verò cuius tandem rei gratia tantum periculi recipis, & incertũ futuri amplecteris? Quin potius istum timorem mutas in laborem, ac studium, vt magnus sis ac suspiciendus. Vtrum melius est metuere an laborare? Si quis te collocasset officium in domo ruinosã dicens, expecta donec in caput tuum deciderit testudo iã putris, fortassis enim cadet, fortassis non cadet: quod si id non placet, operare, ac tutissimum inhabita thalamum: vtrum magis eligeres? ociũm ne illud cum timore, an laborem cum securitate? Sic igitur & nunc facito. Siquidem incertus euentus futuri ceu domus quedam est putris, semper ruinam minitans. At industria illa, quanquam laborem habet, tamen spondet securitatem. Absit igitur vt in tantam necessitatem incidamus, vt post baptismum recidamus in peccatum. Attamen si quid acciderit istiusmodi, ne sic quidem abiiciamus spem. Benignus est erga genus mortale deus, multaq; vias nobis dedit abolendorum criminum etiam post baptismum commissorum. Ceterum quemadmodum hi qui post baptismum delinquant, ob id grauius puniuntur quã catechumeni: ita qui sciunt esse poenitentiaẽ remedium, nec eo volunt vt, grauiora luent supplicia. Etenim quò maior est dei benignitas erga nos, hoc maior erit vltio, nisi illius benignitate sicut oportet vtamur. Quid ais homo, qui tantis malis plenus es ac deploratus? Semel factus es amicus, semel vltioni suprema subductus es, haudquam ex propriis laboribus, sed ex dei dono. Rursus ad pristinam turpitudinem reuolutus es, dignus qui grauius puniaris. At deus ne sic quidem auersus est abs te, sed dedit innumeras reparandæ salutis occasiones, per quas redeas in gratiam. Et hæc quidem facit deus. Tu verò ne tanta quidem lenitate prouocatus vis laborare. Et qua tandem venia posthac dignus habebis? An non optimo iure gentes te ridebunt, ceu fucum quempiam

sterilem, frustra q; viuentem? Si potens & efficax est, inquit, philosophia quam profitemini: ostendite quid sibi velit tanta nondum initiatorum multitudo. Præclara verò & expetenda mysteria. At nullus animam agens, capit lotionem. Non enim illud est tẽpus mysteriorum, sed testamentorum. Mysteriorum tempus est, sanitas mētium, & puritas animarum. Etenim dic mihi, si quis ad istum affectus modum nolit scribere testamentum, si verò scripserit etiam dat in posterum ansam rescindendi testamenti (siquidem propterea solent his verbis præfari, Viuus, sanusq; & integrẽ mētis ordinaui de bonis meis) quĩ fiet, vt qui iam sui compos esse desit, possit ad plenum initiari mysteriis: Etenim si de rebus ad hãc vitam corporalem pertinentibus statuere volenti, non permetterent leges ciuiles ordinare, quoties testari volens non admodum cõstat animo, præsertim quum de suis ipsius facultatibus præscripturus sit: quo modo qui de regno cœlorum docetur, deq; bonis illis ineffabilibus, poterit ad plenum omnia percipere, frequenter & à morbo factus attonitus? Quando vero futurum est, vt illa verba dicas Christo, conspultus cum illo, quum iam sis mox abiturus? Nam factis & verbis oportet declarare beneuolentiã. Tu verò perinde facis, ac si quis tum postulet ascribi militia, quum iam bellum est solvendum: aut si athleta tum vestes exuat, quum iam surgere cœperint spectatores è theatro discessuri. Siquidem in hoc arma sumis, non vt protinus aufugias, sed vt acceptis illis ex aduersario trophæũ referas. Ne quis arbitretur intẽpestiuum esse hisce de rebus sermonem, eo quòd nunc non est dies quadragesimus. Nam hoc ipsum est quod vrit animũ meum, in huiusmodi rebus obseruari tempus. Atqui Eunuchus ille, quum esset barbarus & iter faceret, essetq; in via publica, non exquisiuit opportunitatẽ, sed ne carcerarius quidẽ ille, quum esset inter vinctos, conspiceretq; doctorem cœsum ac vinctum, præsertim quum id temporis crederet illum in carcere mansurum. Hic autem pleriq; qui nec in carcere habitant, nec in itinere sunt, proferunt salutis suæ negocium, idq; vsque ad extremũ vitæ halitum. Quòd si adhuc ambigis, num Christus sit deus, stato foris, ne diuinos sermones audias, nè te ipsum inter catechumenos numeraris. Quòd si fidis, & hoc certò cognoscis, quid cõtaris? quid refugis? quid detractas? Vereor, inquit, ne peccem. Verũ illud quod periculosus est non vereris, ne cũ tãtis sarcinis abeas illuc? Nec enim idem est, gratiam in medio positam nõ assequi, & quum iam aggressus sis ad honesta tendere, frustrari. Agẽ, dic mihi, si quis sic tecum expoſtulet, quam ob causam nõ accedisti? quam ob causam non pertendisti quòd cœperas? Quid dices? Nam illic fortassis habebis quod causeris, onus præceptorum, ac difficultatẽ virtutis: at hic nihil istiusmodi. Hic enim gratia est gratis largiens libertatẽ. Sed vereris ne pecces. Istuc dicito post baptismum, tunc istum habeto metum, quo serues libertatem quam accepisti, non, vt non accipias tantum donum gratis oblatum. Nũc verò contrã, ante baptismum socors & incogitãs. Sed tempus opportunũ expectas quadragesimã. Qua gratia? Nunquid enim amplius habet illud tempus? Ipsi apostoli non in Pascha donati sunt hac gratia, sed alio tempore. Præterea quũ baptizaretur tria milia & quinq; milia, nõ erat Paschæ tẽpus. Similiter quum baptizaretur Cornelius, & Eunuchus, aliq; cõplures. Proinde ne tẽpus expectemus, ne quando fiat, vt dum contamur & recraftinamus, discedamus hinc inanes, vacuiq; tantis bonis.

bonis. Quo modo creditis me discrucari animo, quoties aliquis nondum initiatus ex hac vita sublatus fuerit, mecum reputantem, intolerabiles illos cruciatus, & supplicium inuitabile. Rursus quot æstus pectoris sentio, quoties alius video sub extremum halitum festinantes ad initiationem, nec hinc fieri puriores? Eoq; sanè multa fiunt indigna tãto dei dono. Oportet enim epulari, choros ducere, gaudere & coronari, quoties alius initiatur. Ast vbi vxor egrotantis audierit hoc ordinatum esse à medico, veluti magnum aliquod malum acciderit, ita consternatur ac plorat, singultus & eiulatus totam vndique domum implent, non aliter quã cõplorantur iudicum sententia cõdemnati, quum ad capitis supplicium abducuntur. Ille verò multò magis etiam plorat, & si contingat à morbo conualescere, grauius etiam dolet, velut affectus contumelia. Quoniam enim nondum preparatus est ad virtutem, contatur ac detreſtat deinceps futura certamina. Vides quas artes excogitet diabolus, quod probrum, quantũ ludibrium. Itaque subducamus nos à tali ludibrio, viuamus quemadmodum præcepit Christus. In hoc dedit baptismum, non vt eo accepto mox decedamus, sed vt semper viuentes baptismi fructus proferamus: Quo modo dices hinc abeanti, fructifica, quo modo dices idem iam ex arbore execto? Non audisti quòd fructus spiritus est charitas, gaudium, pax? Quo modo igitur his diuersa proueniunt? Siquidem vxor adſtat lugens: quum oportuerit gaudere, adſtant liberi flentes: quum oportuerit gratulari parenti, ipse decumbens in tenebris, tumultu ac perturbatione plenus est: quum oporteat diem festum agere, toto cõsternatus est animo, quòd filios orbos relinquit, quòd vxorem viduam, quòd domũ desolatam. Dic mihi quis ad istum modum adit mysteria? Quis sic accedit ad sacram mensam? Hæc cœne ferenda videntur? Si rex missis literis iubeat vinctos è carcere dimitti, gaudium est ac læticia. Deus autem mittit spiritum è cœlis, non reliquias pecuniarũ debite, sed vniuersa peccata cõdonãs: & omnes fletis ac eiulatus. Quæ tandem est hæc inæqualitas? Nondum commemoro, quòd etiã mortuis infusa est aqua, & quòd sancta proiecta sint in terram. Non enim vestra culpa fiunt ista, sed ingratorum. Proinde exhortor, vt omnibus rebus omiſſis, conuertamus nosmetipsos, ac baptismum omni cum animi promptitudine adæmus, vt posteaquam in hac quoq; vita declarauerimus nõ vulgare studium animi nostri, futuram consequamur libertatem, quam nobis omnibus contingat assequi, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

illi quidem igitur congregati interrogauerunt eum dicentes:

Domine, num in tempore hoc restituis regnum Israël?

Homilia secunda.



Quomodo discipuli dominum parant interrogare, simul adeunt: hoc autem faciunt, quo pudore reuerentiãq; multitudinis quod scire desiderant extorqueant. Nouerunt enim quod prius dixerat, nemini cognitum esse diem illum, repellentis fuisse sermonem, non ignorantis, sed differentis responſionem. Vnde rursus aggressi eadem percontantur. Nequaquam autẽ interrogant, si verè persuasum habuissent. Nam quoniam audierat quòd spiritum essent accepturi, tanquam digni iam cupiunt discere, & ad libertatis spem habebant erectos animos. Nõ enim volebant sese conicere in pericula, sed respirare potius

ac refocillari, eo quòd nõ exigua forent, quæ illis contingerat, sed de extremis imminere periculum. Nihil igitur de spiritu loquuti, interrogant dicentes: Domine, num in tẽpore hoc restituis regnum Israël? Et non dixerunt, quando restitues, sed an nunc, inquit. Aded desiderabant diem cognoscere, eoq; multo cum honore adeunt. Equidem arbitror, ne illud quidẽ aliquo pacto cognitũ illis fuisse, quod tãdem esset illud regnum. Nondum enim erat spiritus, qui post docuit eos. Nec dicunt, quando hæc erunt, sed quid dicunt? Num in tẽpore hoc restituis regnum, tanquam quod iam sublatum erat. Hæc ad hunc modum sciscitantur, quòd rebus sensibilibus adhuc afficerentur, quanquã non æquẽ ac prius. Nondum enim tum facti fuerant meliores. Sic in posterum maiora de eo imaginabantur. Itaque posteaquã ad altiora prouecti fuerant discipuli, & ipse sublimius cum illis disſerit. Non enim iam sic illis loquitur, ne filius quidem hominis nouit illum diem. Quid igitur? *Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate.* Maiora, inquit, quã quæ vobis conueniunt postulatis. Atqui iam didicerant his etiam multo maiora. Id quò magis ac plenius intelligas, vide quã multa recenseam. Age, dic mihi, quid est maius quã didicisse quæ iam didicerant? Didicerant enim, Christum esse filium dei: didicerant, quòd deus filium haberet equalem honore: didicerant resurrectionem futuram: didicerant futurum, quod nunc factum est, videlicet, quòd confedit ad dexteram patris: Insuper & quod est his magis stupendum, didicerant quòd caro sedet in cœlis, & adoratur ab angelis: didicerant, quòd venturus esset rursus vt iudicet mundum vniuersum: didicerant, quòd & ipsi essent confesſuri iudices duodecim tribunum Israël: didicerant, quòd Iudæi essent eiiciendi, ac pro his ingressuræ gentes. Hæc scire futura magnum est. Ceterum discere, quòd aliquis sit regnaturus, & quando, nihil magni est. Didicerat Paulus quæ fas non erat homini loqui: Didicerat omnia quæ mundum hunc præceſſerant. Vtrum cognitu difficilius: Principium, an finis? Liqueat prius illud esse magis arduũ. Igitur & Moses hæc didicit: Et quando, & ante quantum temporis, conditus esset mundus: id declarat per hoc quòd numerat annos. Hoc & Salomon didicerat: proinde dicebat, Cõmemorabo ea quæ fuerunt à seculo. Itaque quòd post hæc dominus breui venturus esset, norunt & hi, quemadmodum & Paulus dicens: Dominus propè est, ne quid solliciti sitis. At tum quidem non nouerunt, tamen signa tradiderat illis dominus. Christus autem quemadmodum antè dixit, Post nõ multos hos dies: volens eos vigilare, nec euidenter aperuit tempus, ita & hic facit. Quanquam & alioqui hic isti non de fine mundi, sed de regno Israëlítico percontantur, eoq; dicebant, Num in tempore hoc restituis regnum Israël? Ille verò ne id quidem illis aperuit. De fine verò mundi & prius interrogauerant, sed non quemadmodum illic seuerius respondit, aduocans animos illorum ne putarent liberationẽ esse vicinam, coniciens eos in pericula: itidem & hic facit, sed mansuetus dat responſum. Etenim ne sibi videretur illud, nève existimaret ista quæ dicebantur, prætextus esse: audi quo modo pollicetur sese protinus eis daturũ, quo gauderet. Subiecit igitur, *Sed accipietis virtutem sancti spiritus superuenientis in vos, eritisq; mihi testes, tum Hierosolyma, tum in tota Iudæa & Samaria, & vsque ad extrema terra.* Deinde ne rursus ipsum interrogarent, protinus assumptus est. Quemadmodum igitur illic metu illis

offudit tenebras, negans se scire: sic & hic idē facit, post sermonem statim receptus in cælum: vehementer enim id scire desiderabant, nec desistissent percontari, quum esset vehementer necessarium, ne sciret, quod scire volebant. Agē, dic mihi, vtrum minus credunt gētes, futuram ne mundi consummationem, an deum hominem esse factum, & ē virginis vtero prodisse, & ab hominibus in carne conspectum esse: An hoc nequaquā dices, sed respondebis: omnino tuum fuerit & hoc dicere. At qui pudet me perpetuū hac de re loqui, veluti de negotio quopiā ancipiti vel indifferenti. Rursus ne dicant, quare suspēdis causam? Quæ pater, inquit, posuit in sua potestate. Atqui eadē est potestas, patris & illius, veluti quum dicit, Sicuti enim pater suscitatur mortuos, & viuificat: sic & filius quos vult, viuificat. An quum est operandum, eadē cum patre potestate operatur: vbi verō scire quippiam oportet, nō cum eadem scit potestate? Attamen longē maius est excitare mortuos quā scire diē. Quod si cum potestate facit id quod maius est, multo magis faciet & alterum. Verūm vt intelligatis rem, adhibita similitudine reddā dilucidiorē. Quemadmodum quum videmus infantem plorātem, semperq; cupiētem aliquid a nobis accipere, quo nihil illi est opus, tum occultatur potius quod concupiscit, ostēdimus illi manus vacuas, dicentes: Ecce non habemus: Itidem & ille fecit apostolis. Sed quemadmodū puer ille, si postea nihil ostendamus instat plorando, videns se esse delusum, deinde eo relicto discedimus, dicentes, vocat me talis, & aliud quiddam eius loco quod concupiscebatur, volentes illū auocare ab eo quod maluisset accipere, extollentēq; illud quod in alterius locū damus, eo dato, repente subducimus nos: Itidem fecit & Christus, illi quærebāt accipere, hic negauit se habere. Attamen primūm deterrebat. Ceterūm vbi rursus quærerēt, iterum negauit se habere, nisi quod nunc non territat: verūm posteaquā ostēderat, quod fecerat, dicit etiam probabilem causam. Pater, inquit, posuit in sua potestate Quid igitur, Nescis ea quæ sunt patris: An ipsum quidem nosti, ceterūm quæ facit ignoras? Ipse dixisti, nemo nouit patrem nisi filius, Et spiritus quidem omnia scrutatur, etiam profunda dei: tu verō ne hoc quidem scis? Absit, Non, vt hoc suspicemur, ad istum loquutus est modum. Sed ita se gerit quasi nesciat, quod illos reuocet ab intempestiua inquisitione. Timuerunt igitur iterum interrogare, ne audirent, Et vos sine intellectu estis? Longē magis enim illū nunc metuunt, quā antea. Sed accipietis virtutem spiritus sancti superuenientis in vos. Quemadmodū illic non respōdet ad ea quæ percontabatur: nam hoc doctoris est, docere nō quæ vult discipulus, sed quæ discere expediat: sic & hic quæ cōcessit illis scire, ideo prædicat, ne turbarentur, nimirum adhuc etiam imbecilles. Vt autem illos confirmaret, erexit illorum animos, simulq; textit ea quæ erāt auditu grauiā. Nam quum esset illos paulō post relicturus, hæc colloquens cum illis, nihil dicit molestū simpliciter, sed cum admixta laude mitigat per hæc quæ nunc facit, illud propemodum dicēs, Ne formidetis, capietis enim virtutem superueniētis in vos spiritus, & eritis mihi testes, & Hierosolymis, & in tota iudæa ac Samaria. Quādo quidem antē dixerat, In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne ingrediamini. Nūc autem vult eos per omnem iudæam ac Samariam prædicare. Et quod tum reticuerat hic addit, *Et vsque ad extremum terræ*: Eloquitus quod erat omnium maximē formidabile. Deinde ne rursus ipsum interrogarent.

Ioan. 5. d

Simile.

Luc. 10. d

Math. 25. b

Math. 10. d

Videntibus illis subleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum. Vides eos prædicasse & impleisse euangelium: Verē rem magnam illis donauit. Ceterūm vbi, inquit, tenuistis Hierosolymis, illic primum prædicare, post vsque ad extremum terræ. Deinde rursus astringitur fides his quæ dixerat, Videntibus illis eleuatus est, inquit. Non surrexit quidem illis videntibus, sed videntibus illis eleuatus est. Quoniam nec hic aspectus potuit omnia. Et resurrectionis finem quidem viderant, principium verō non item. Rursus assumptionis initium quidem viderunt, finem verō non item. Siquidem illud abstulit, videlicet vti resurrectionis principium viderent, quum præsens esset qui hæc loquebatur, quum ipsum monumentum declararet ipsum illic non esse. Ceterūm quod restabat, sermone discendum erat. Quoniam oculi non poterant assequi celsitudinem vt viderent, vtrum in cælum ascenderet, an velut in cælum, vide quid fiat. Quod idem Iesus esset, sciebant ex his quæ loquutus fuerat ad ipsos: quod autem susceptus esset in cælum, ipsi deinde docuerūt angeli. Eminus enim non potuissent agnoscere. Vides sic rerum ordinē esse dispensatum, vt non generetur per spiritum, verūm etiam nonnulla visu. Quam ob rem nubes suscepit eum: Et hoc signum erat illum in cælum ascendere. Non ignis, neque currus igneus, quemadmodum factum est in *Helia*, sed nubes eum suscepit, quod erat cæli symbolum: quemadmodum dicit propheta, Qui posuit in nube ascensum suum. Quāquam hoc & de spiritu dictum est: ideoq; dicit, in nube: declarans, quod in ipso signo diuinæ potentia ascenderet. Nec enim alia virtus vlla videtur in nube. Audi rursus quid dicat alius propheta, Deus sedet super nubem leuem. Mihi sanē videtur hæc, quum adhuc interrogaret, illis vehementer attendentibus iis quæ dicebantur vigilantibus minimeq; dormitantibus esse facta. Quāquam etiam in monte nubes cinxit illum, quum Moyses ingrederetur in caliginem, verūm non illius causa adhibita est nubes. Ipse verō nō dixit simpliciter vado, ne rursus in errore afficerentur: sed addidit, mitto spiritum. Nam quod abiret in cælum, oculis ipsis didicerunt. Papæ, quo spectaculo dignatus est illos dominus, *Erant*, inquit, intendentes oculos in cælum, eunte illo. Et ecce viri duo astiterunt illis in veste candida, qui & dixerunt, Viri Galilæi, quid stitis aspicientes in cælum? Hic demonstrantis est sermo, quo vti sunt, quum aiunt, *Hic qui assumptus est a vobis in cælum, sic veniet quemadmodum vidistis illum euntem in cælum.* Iterum læta rerum facies ostenditur. Siquidem angeli quidam simul coniuncti humanam speciem præ se ferentes, assistunt & aiunt, Viri Galilæi. Superest vt digni videantur, quibus fides habeatur, in his de quibus loquuntur. Itaque veluti dignitate præminentes, è loci vocabulo compellant illos. Quid enim alioqui opus erat, eos audire cuius essent patrie, quum id nequaquā ignorarent? Quin & ipsa specie reddiderunt illos in se intentos, videlicet hoc quoque modo declarantes, quod essent è cælo profecti. Quam ob causam, nō ipse potius dominus hæc discipulis loquitur, quā angeli: Imō preuenierat dominus, atq; hæc omnia prædixerat suis. Proinde per angelos commonefacit illos eorum quæ audierāt. Nec dictum est, quem vidistis assumptum, sed, euntem in cælum: nimirum vt intelligas, hanc assumptionem esse rediūm sue ascensum. Carnis autē est assumi, eoq; dicunt, qui assumptus est a vobis, sic veniet. Non mittetur, sed veniet. Vbi sunt igitur, qui dicunt filium patre minorem? Nubes suscepit eum. Rectē dictum est, eum ipse

Eph. 4. b

Ioan. 13. d

Mat. 13. a

Mat. 24. a

Psal. 96. a

4. Reg. 2. c

Deut. 37. a

Mat. 28. a

Ipse enim conscendit nubem. Proinde qui ascendit, ipse est qui descendit. Hic verō mihi considera, quo modo partim quidem iuxta discipulorum intelligentiam loquantur angeli, partim verō iuxta diuinæ naturæ dignitatem, tum quo pacto deinceps cogitatio vidētium tollatur in altum, eo quod illis secundi aduentus non mediocris cognitio data sit. Siquidem hæc verba, Sic veniet: perinde valent, ac si dicerent, cum ipso corpore veniet. Nam hoc audire cupiebant: deinde declarant, quod similiter nubi insidens iterum vēturus esset ad iudicium. *Et ecce, inquit, viri duo astiterunt.* Quorū ait, viri? Nam tota specie viros representabant, ne pauore consternerentur. Qui & dixerunt, Quid statis intuentes in cælum? Protinus addunt castigantiū verba, quæq; non sinerent illos protinus expectare reditum illius. Angeli quod minus est dicunt, quod maius est tacent. Quod enim sic esset venturus, quodq; idē è cælo foret expectandus, eloquuntur. Ceterūm quādo id esset futurum, silent. Deinceps igitur illos ab eo spectaculo seuocatos, reddunt attentos ad ea quæ dicebantur, ne quoniam non poterant iam videre dominum, crederent illum non ascendisse. Verūm hanc cogitationem suis verbis occupant ac præueniunt. Etenim si prius dicebant, quod vadis: multo magis & nunc dixissent, num in tempore hoc restituis regnum Israël? Vsq; adeo delectabantur illius mansuetudine, vt etiam post crucem ac mortem percontarentur illum, Num restituis? Atqui prius illis dixerat, Audietis bella & rumores de bellis, sed nōdum finis: neque Hierosolyma capietur. Nam tum de regno percontabantur, nō de consummatione mundi. Quāquam & aliās, posteaquam resurrexerat dominus, non miscet cū suis prolixos sermones. Igitur sanē velut ipsi quoque futuri in precio si id euenerit, percontantur. Ipse verō non aperuit, quando restitueret regnum. Quid enim opus erat illos hoc scire? Hoc ergo veriti, non rursus ita loquuntur, quod signum aduentus tui, & consummationis seculi: sed hunc in modum interrogant, Num restituis regnum Israël? Existimabant enim iam illud adesse. Ipse parabolis docuerat illos, quod non esset in propinquo. Itaque hoc percontantibus non respondit ad percontationem, verūm alium sermonem iniicit: Sed accipietis, inquiens, virtutem sancti spiritus superuenientis, non misis: nimirum quod declararet honoris æqualitatem. Vbi es igitur o tu qui bellās aduersus spiritum, creaturam illum facis? *Eratis mihi testes.* Inuit assumptionem, quin potius eorū quæ prius audierāt memoriam illis renouat, vt palām faceret, quod in cælū ascendisset. Animaduerte verō, quod quæadmodum dixit Dauid, Nubes & caligo in circuitu eius, ita nunc ad id alludit dicēs, Nubes suscepit eum: his verbis declarās illum esse regem cælorum. Quemadmodum currus regalis declarat ipsum regem, sic & ad illū missum est regale vehiculū, ne quid triste loquerentur, nec idē illis accideret, quod accidit Helisæo, qui magistro assumpto in cælum, dilacerauit tunicā suam. Quid autem dicūt angeli? Hic Iesus qui assumptus est a vobis in cælum, sic veniet. Et ecce viri duo astiterunt illis. Congruēter. Siquidem in ore duorum testium stabit omne verbum, præsertim quum eadē loquantur. Et in veste, inquit, candida. Quemadmodum antē iam angelus ad monumentū visus est in vestimentis fulgurantibus, qui & prædixit illis quid in animo versarent, sic & assumptionis præco exhibetur angelus. Quod si prophetæ nunquam prædixerūt, ne mireris. Superuacaneū enim erat, Tomus tertius.

A separatim eius rei mentionem facere, cuius intellectus cum resurrectionis intelligentia coniunctus est. Ceterūm vbique apparent angeli, velut in natiuitate, rursus apud Mariā. Iterum in resurrectione. Itidē apparuerūt & in assumptione. Magis autem & in secūdo aduentu apparebunt angeli præcursores. Quum verō sic essent loquuti, Hic Iesus assumptus est a vobis: ne cōsternerēt illorum animos, subiecerunt, Sic veniet: Respiraturit aliquid tantū quum audissent, cum denuō rediturum: præterea sic rediturum, vt intelligerent illū sic rediturum, vt adiri possit. Rursus hæc particula, A vobis, non simpliciter addita est, sed commēdat domini charitatem erga illos, quos è mundo selegerat, docetq; eum nunquam deserturum, quos elegerat. Itaque suæ quidem resurrectionis ipse fuit testis, quod id esset omnium maximē mirandum quæ acciderant post virginis partum, imō & omnium quæ contigerūt ante virginis partum, videlicet quod ipse suscitaret seipsum. Ait enim, Soluite templū hoc, & ego excitabo illud. Ceterūm posterioris aduentus angeli fuere testes, dicēs, Sic veniet. Proinde si quis desiderat videre Christum, si quis dolet quod illum nō viderit, hoc angelorum audito sermone, Sic veniet: vitam admirādis virtutibus cōponat, & omnino visurus est quem desiderat, nec frustrabitur suo voto. Nam maiore cū gloria veniet, sic tamē veniet cum nube: sic veniet cū corpore: sed multo magis admirandū est videre eum è cælo descendente, quā è terris in cælum ascendente. Venturum igitur dixerūt, in quo verō venturus sit, nondum addiderunt. Hic sermo cōfirmat resurrectionis fidē. Etenim si in corpore assumptus est, multo magis cum corpore resurrexit. Vbi sunt, qui pertinaciter negāt resurrectionē? Qui sunt, dic mihi, Ethnici, an Christiani? Nō enim satis agnosco. Quin potius optime noui, nimirū Ethnici sunt, qui nec mundum à deo conditū credunt. Nā eorundē est, non concedere deo potestatem aliquid è nihilo creandi, & negare illū posse suscitare, quæ sepulta sunt. Mox erubescentes quod non cognoscant virtutem dei, ne vocentur in hoc crimen, tergiversantur, dicentes, Non eō hæc dicimus, sed quod corpore non sit opus. Aptū profectō cōgruumq; responsum. Fatuus enim, vt dicit Esaias, fatua loquitur. An non pudet detrahare deo potestatem ex nihilo creandi quæ vult? Quod si tantum creat ex his quæ sunt, quæ re differit ab hominibus? Sed vnde, inquit, mala? At tu quia nō intelligis, vnde, non ideo debes aliud inducere malū in cognitione malorū. Hic enim gemina committitur absurditas, altera quidē quod sic audes loqui: Etenim si negas deum ex his quæ nō sunt creare quæ sunt, multo magis ignorabis vnde sint mala. Altera verō, quod dū ista dicis, inducis maliciā creatam. Cogita quā sit absurdū, dum studes inuenire fontē malorū, & hunc ignorare, & alterū huic addere. Quere fontē malorū, & ne blasphemias inferas deo. Quo modo, inquit, blasphemias infero deo? Quid ais? An non blasphemus es, dū malū inducis increatū, dum illi tribuis potestatem deo parem? Dū vim malorū inducis, æqualis cū deo potētē, dū malū facis increatū? Vide quid dicat Paulus, Inuicibilia enim illius, ex creatione mūdi, per ea quæ facta sunt, intellecta cōspiciūtur. Ceterum ille diabolus vtraq; dixit esse hyles, hoc est, primæ materiæ, ne deinceps vlla ex re deū cognoscamus. Agē dic mihi, vtrū difficilius, creare quod natura sit malū, si tamen vllū est (Loquor enim iuxta vestram sententiam. Nō enim potest creari natura malū, quod bono sit adiumento) an creare ex non extantibus? Vtrum facilius?

Ioan. 2. d

Excessus in locum commune.

Esai. 30. b Contra Machab. 10.

Rem. 1. b

Verbi causa de qualitate loquor, eam quæ non sit inducere, an quæ sit in diuersum vertere? Vtrum difficilius domum quæ non sit extruere, an desertam instaurare? Perpicuum est illud esse difficilius. Non hoc igitur impossibile, quemadmodum autem hoc impossibile, ita & illud impossibile. Sic enim loquor, vt in cōtrarium colligam disputandi gratia. Quin potius si hoc non est impossibile, nec alterū erit impossibile. Agē dic mihi, vtrum facilius vnguentum cōficere, an efficere vt cœnum habeat eandem vim, quam habet vnguentum? Vtrum facilius, quandoquidem deum nostris rationibus effingimus, non nos, ab sit hoc, sed vos potius. Ipsos oculos vt sint creare, an efficere, vt cæcus videat acutius videte? & ipsa cæcitate abuti ad acuendum visum, & surditate abuti ad facultatem audiendi? Mihi videtur prius illud difficilius. Quod ergo difficilius est quā tribuas deo, quod facilius est eidē non tribuas. Sed quid hæc commemoro? Etiam animas aiunt ex dei substantia profectas esse. At vide quantum hoc impietatis, quantumque demerit: dum enim probare nituntur deū esse malorum authorem, aliud magis etiam impium inducunt. Primum enim fingūt mala iuxta tēporis spacium æqualia deo, prædicantes hunc nihilo vetustiorē quolibet illorum. Nec verentur his senectūtem, ac longæuitatem immensam dare. Deinde maliciam asseuerant immortalē, neque enim interit quod non nascitur. Videtis blasphemiam? ita necesse est, vt aut nihil sit à deo: aut si hæc non sunt, ne deum quidē esse. Quod tertio loco proposueram, in hoc ipsi secum pugnant, ac maiorem æterni numinis indignationem in se prouocant. Quartum est, quod materiæ quæ nō subsistit, tantam vim tribuunt. Quintū, quod aiunt maliciam fuisse causam diuinæ bonitatis, quodque absque hac deus, qui bonus est, non fuerit futurus bonus. Sextum, quod viam nobis præcludunt perueniendi ad cognitionem dei. Septimum, quod deum ad homines deducūt, imo ad plātas & ligna. Etenim si nostra anima pars est substantiæ diuinæ, anima vero demigrat etiam in corpora cucurbitarum, peponum, & ceparum, cōsequitur vt substantia dei sit in cucurbitis. Iam si dicamus, quod spiritus sanctus in virgine construxerit templum dei, deridet. Si dixerimus quod deus habitavit in spiritali tēplo, rursus irident. Ipsos vero non pudet dei substantiam in cucurbitis, pepones, muscas, bruchos, & asinos detrudere, noua idololatriæ specie reperta. At non cepe, inquit, in deo est, sed deus est in cepe. Quir fugis ne videaris deo tribuere demigrationē in corpora? Turpe est, inquis. An non igitur istud multo turpius? An non hoc turpe est? Quo modo non turpe sit in deum, quod si nobis contingat, reuera turpe futurum sit? Videtisne fecem impietatis? Sed quam ob rem tandē nolunt corpora resurgere? Quid hic adferunt? An quod corpus sit malum? vnde igitur nosli deum? vnde habes rerum cognitionem? Tum philosophus quo pacto philosophus est, si nihil efficit corpus? Destruere sensus, & discere aliquid eorum quæ scire est opus. Quid autem insipientius esset anima, si ab initio sensus habuisset corruptos? Etenim si vna corporis parte corrupta, nimirum cerebro, leditur vniuersa vis animæ: quid futurum censet, si cæteræ quoque corporis partes corrumpantur? Vbi fuerit utilis anima? Ostēde mihi animam sine corpore. An non audisti medicos aliquando dicētes, Morbus quum adest, vehementer obscurat animæ vires? Quousque persistitis? Dic mihi, num corpus est materiæ? Pulchrè. Igitur habedum erat odio: Quir igitur illud alis? quare foues?

392
10.11.19.c
A Quin potius liberāda erat anima ab hoc carcere. Nam alioqui deus non potest vincere materiam, nisi illi cōmiscetur. Non enim potest illi præcipere, donec illi mixtus fuerit, ac per vniuersam materiam cōsiterit. O imbecillitatem. Rex quidem imperando peragit omnia, deus autem malis non imperat. Imò in totum nisi malicia boni cuiuspiam fuisset particeps, ne subsisteret quidem: talis est enim natura mali, vt nō consistat, nisi virtuti cuiuspiam admisceatur. Proinde nisi prius fuisset malicia admixta virtuti, iam olim perierat. Nam hunc in modum sese habent mala. Sit aliquis lasciuus, quidque sese prorsus non temperet, num vixerit decem dies? Sit rursus latro quispiam, quem a nullo facinore retrahat conscientia, sit etiam talis erga latrocinij socios, num vixerit omnino? Sit aliquis fur impudens, qui non vereatur etiam palam furari, num viuet istiusmodi? Mala non habent naturam, vt ex sese possint subsistere, nisi paulum aliquid à virtutibus ceperint: Sic ista deus cōparauit, vt alteris altera sint admixta. Sit ciuitas virorū improborum, an stabit vnquam? sed fac stare malos, vtrum stabunt iuncti bonis, an inter sese? At fieri non potest vt soli stent. Verè stulti facti sunt, quum se dicāt esse sapiētes. Si corpus malū est, omnia simpliciter mala sint oportet, & frustra sunt quæ conspiciuntur, aqua, terra, sol & aer. Siquidem & aer corpus est, quanquam inuisibile. Tempestiuum igitur existimauerunt iniqui loqui nugalia. Verum ista ne toleremus, quin potius aduersus illos obturemus aures. Est enim, est inquam, corporis resurrectio. Hoc declarat sepulchrum quod est Hierosolymis: hoc declarat lignum, cui fuit alligatus, quum flagellis cæderetur. Comedimus enim, inquit, & bibimus cum illo. Credamus itaque resurrectionem, & hac digna operemur quo simul & futura bona consequamur in Christo Iesu domino nostro, cui cum patre & spiritu sancto, gloria, imperium, honor nūc & semper & in secula seculorum, Amen.

Tunc reuersi sunt Hierosolymam à monte qui dicitur Oliueti, qui abest ab Hierosolymis iter sabbati.
Homilia tertia.



Tunc, inquit, reuersi sunt. Tunc, Quando? postquam audierant. Alioqui non sustinissent, nisi alter aduentus ipsis promissus fuisset. Mihi vero videtur hæc in sabbato gesta fuisse, alioqui non ad istum modum indicasset internallum loci, dicens, A monte qui dicitur Oliueti, qui abest ab Hierosolymis iter sabbati. Etenim certa viæ longitudo præscripta fuerat, quam peragere fas esset die sabbati. Et quum essent ingressi, ascenderūt in cœnaculum, vbi erant permanentes. Itaque posthac Hierosolymis manebāt post domini resurrectionē Petrus, Iacobus, & Ioannes. Non hic iam solus cum fratre recenseatur, sed & Andreas cum Petro. Philippus & Thomas, Bartholomæus & Mattheus, Iacobus Alphæi & Simon Zelotes, ac Iudas Iacobi. Rectè mentionem fecit discipulorum. Postquam enim vnus prodidit, alter diffusus est, declarat quod vno excepto, reliqui essent incolumes. Hi omnes erant vnanimiter perseverantes in deprecatione & obsecratione cum mulieribus. Pulchrè magna siquidem armatura in tentationibus est deprecatio, & hoc abundè didicerant prius ab ipso magistro. Quanquam & alioqui præsens tentatio ad orandum illos adiecit. Atque hac gratia confendunt etiam cœnaculum. Vehementer enim metuebāt Iudæos. Cum mulieribus. De his loquitur de quibus narrat euangelia, quod dominum sint sequuta. Et Maria matre Iesu, & fratribus eius. *Matth. 23.*

Quo

393
10.11.19.c
A Quo modo igitur dictum est, quod peculiariter in sua receperit eam ille discipulus? Sed rursus vbi congregasset illos, ita demum & illa simul aderat. Et cum fratribus eius. De his loquitur, qui prius diffusi fuerant. Et in diebus illis surgens Petrus in medio discipulorum dixit. Quam est feruidus? Quam agnoscit creditum à Christo gregem? Quam in hoc choro princeps est? & vbi que primus omnium incipit loqui. Erat autem turba hominū, inquit, simul ferè cœtum viginti. Viri fratres oportet impleri scripturam hanc quam prædixit spiritus sanctus. Quir non solus à Christo postulat, vt ipsi daret aliquam substituentum in locum Iudæ? Deinde, quir non potius per se ipsos perficiunt electionem? Iam Petrus erat seipso factus melior. Hoc ad priorem quæstionem responsum esto. Alterius verò, quam obrem non simpliciter, aut vulgari more, sed ex reuelatione postularint supplere ministerium, duas causas adferemus: vnam quidem, quod aliis rebus essent occupati: alteram, quod hoc esset certissimum argumentum, Christum adhuc illis adesse. Quemadmodum enim quum præsens esset, elegerat: ita & absens, elegit. Ea res non mediocre momentum habebat ad consolandos discipulorum animos. Iam & illud considera quam Petrus agit omnia ex communi discipulorum sententia, nihil autoritate sua, nihil cum imperio. Neque simpliciter dixit, hunc in locum Iudæ sufficimus, sed consolans illos super eo quod acciderat, vide quo pacto dicendi sumit exordium. Neque enim Iudæ factum mediocriter consternerat illorum animos. Nec id tibi mirū videri debet. Etenim si nunc vulgus hoc factum traducit, quid illos tum dixisse consentaneum est? Viri, inquit, fratres. Si dominus suos discipulos fratres appellauit, multo magis conuenit vt Petrus suos discipulos appellaret, quapropter & omnibus præsentibus sic loquutus est. Ecce dignitas ecclesiæ, & status angelicus. Nullus erat illic ab aliis diuisus, non masculus, non femina. Tales optarim & nunc esse congregationes. Nullus erat sollicitus de his quæ ad corporis victum pertinent, nullum torquebat cura rei domesticæ. Tantum boni affert tentatio. Tantum commodorum habet afflictio. Oportet impleri scripturam hanc quam prædixit spiritus sanctus. Semper consolatur illos ex eo quod ante fore prædictum sit. Itidem & Christus vbi que facit. Quem morem seruans & Lucas ostendit nihil accidisse noui, sed quod iam olim prædictum erat fore. Oportet, inquit, impleri scripturam hanc, quam prædixit spiritus sanctus per os David. Non ait, David dixit, sed spiritus per eum. Considera in ipsis statim libri principiis, qua doctrinæ ratione sit vsus. Vide quod aggressus hoc opus scribere, non abs re dicebam, hunc librum arbitrio sancti spiritus conscriptum esse. Quam prædixit, inquit, spiritus sanctus per os David. Perpende quo modo prophetam reddit familiarē, eumque adducit in medium, sciens & ipsis fratribus expedire, vt intelligant hoc per David fuisse dictum, & non per alium prophetam. De Iudæ, inquit, qui dux fuit. Vide & hic hominis prudentem moderationem. Non dicit contumeliam, neque insultat, dicens, de scelesto illo, & omnibus sceleribus inquinato, sed simpliciter quod accidit indicat. Neque dicit, de eo qui prodidit, sed in alios detorquet crimen, per quos ad hoc deuenit. At ne illos quidē acriter mordet, Qui dux, inquit, fuit comprehendē: Iesum. Ac priusquam eloquatur vbi prædixerat hoc David, narrat quod accidit Iudæ, vt ex præsentibus crederent futura, ostenderetque Iudæ iam dedisse pœnas. Quoniam connumeratus erat nobiscum,

A & sortitus est sortem ministerij huius. Hic quidem igitur possedit agrum ex mercede iniquitatis. Moralem reddit sermonem, & latenter crimen aperit, quod ita conducit ad correctionem. Non dicit, Iudæi possederunt: sed, hic agrum possedit. Etenim quoniam infirmorum animi nō tam respiciunt ad futura, quam ad præsentia, de vindicta præsentē commemorat. Et suffensus crepuit medius. Rectè non in peccato, sed in vltione sermonem facit acriter. Et effusa sunt, inquit, omnia viscera eius. Hoc audientibus adferebat consolationem. Et innotuit omnibus habitantibus Hierosolymis, ad eum ut vocaretur ager ille propria ipsorum lingua. Acedama, hoc est, ager sanguinis. Iudæi quidem hoc cognomen indidere agro, non ob agrum ipsum, sed propter Iudam. Nam is agrum adduxit in hoc nouum cognomen, impietatis suæ cognomen ferens ab hostibus. Id sentire Lucā declarat, tum id quod ait, nominauerunt: tum illud quod mox subiicit, propria ipsorum lingua. Deinde post digressionē nominatim prophetæ verba subiicit, dicens: Scriptum est enim in libro psal. Psal. 68. c. morum. Fiat commoratio ipsorum deserta, nec sit qui inhabitet in ea. Psal. 108. b.
Hoc de loco, de quo domo: & episcopatu eius accipiat alter: hoc est, principatum, sacerdotium. Proinde non hæc accidunt, inquit, meo consilio, meaque voluntate, sed illius qui hæc prædixit, ne videretur ipse rem arduā conari, sed talem cui Christus testem adhibuerit prophetam. Oportet igitur, inquit, de nobis congregatis in omni tempore. Quam ob rem communicat hoc negocium cum illis: Ne res verteretur in pugnam, ac delaberetur in contentionem. Nam si his ipsis hoc accidit, multo magis accidisset illis. Semper autem hoc deuitat, Quam ob rem exordiens dicebat, Viri fratres oportet eligere de nobis. Multitudini permittit iudicium, simul eos qui eligebantur, reddens reuerendos, & seipsum liberans ab inuidia simultateque, quæ poterat à cæteris oboriri. Nam hæc semper ingentia gignit mala. Quod igitur sic oportuit fieri, docuit adducto prophetæ testimonio. E quibus autem oporteat fieri electionem, ipse interpretatur dicens, Ex congregatis nobis per omne tempus. Etenim si dixisset, modestos oportet adesse, cæteros affecisset contumelia. Nunc autem tempori permisit iudicandi negocium, non simpliciter dicens, cōgregatis, sed addit: In omni tēpore, quo exiit & intravit ad nos dominus Iesus, exorsus à baptismo Ioannis vsque ad diem quo assumptus est à nobis: testem resurrectionis eius nobiscum fieri vnum ex his. Vt fieret quid? Ne chorus non haberet suum numerū. Quid? An non licebat ipsi eligere? Licebat, & quidem maxime. Verum id non facit, ne cui videretur gratificari. Quanquam alioqui nondum erat particeps spiritus. Et statuerunt, inquit, duos, Iosiph qui vocatur Barfabas, cognomento Iustus, ac Mattheum. Nō ipse eos statuit, sed omnes. Cæterum sententiam ipse protulit, sed hanc quoque declarans suam non esse, sed è supernis profectam iuxta prophetiam. Itaque recitator fuit, non præceptor. Iosiph qui dicebatur Barfabas, cognomento Iustus. Fortassis ob multos cognomines posuit, & agnomen & cognomē, quandoquidem & inter apostolos cōplures erant cognomines, Iacobus Zebedæi, & Iacobus Alphæi: Simō Petrus, & Simon Zelotes: Iudas Iacobi, & Iudas Iscariotes. Quanquam iuxta alium sensum ex vitæ mutatione, aut fortassis ex instituto cognomen est additū. Statuerunt, inquit, Iosiph, qui vocatur Barfabas, cognomento Iustus, & Mattheum. Et orantes dicebant, Tu domine qui nosti omnium corda, ostende quem elegeris ex his duobus vnum, & accipiat sortem ministerij huius, & apostolici muneris: vnde præuaricatus est Iudas, vt abiret in locum suum. Rectè commemorant illius peccatum,

catum, declarantes se testem querere, non suppletes numerum, sed non sinentes eum imminui. *Et dederunt sortes suas.* Quoniam non erat spiritus, sortibus rem peragunt. *Et cecidit fors super Matthiam, & suffragiis additus est undecim Apostolis.* Tunc, ait, reuersi sunt Hierosolimam à monte, qui dicitur Oliueti, qui abest ab Hierosolymis iter sabbati.

Hoc ait, vt declararet illos non facere longumiter: Ne quid terroris accideret, pauent adhuc metuuntque sibi. *Quum essent ingressi, ascenderunt in cœnaculum.* Non enim audebant in ciuitate comparere. Ac rectè ascenderunt in cœnaculum, ne promptum esset ac facile illos comprehendere. *Et erant, inquit, unanimiter perseverantes in deprecatione.* Vides quàm fuerint vigilantes. Duo quædam de illis testificatur, alterum quod in precibus perseveraret, alterum quod unanimiter velut hoc eodem animo facientes. Ioseph itaque forsitan iam erat vita defunctus, eoque noluit huius facere mentionem. Neque enim quum fratres credidissent ille erat incredulus, qui crederat ante omnes. Quapropter non videtur vulgari more ad hunc attendere, velut ad hominem, id quod declaratur ex eo quod mater dicit, Ego & pater tuus doleres quarebanus te. Ante omnes igitur ille cognouit dominum, Ad fratres autem dicebat Christus, Non potest mundus vos odisse, me autem odit. Vide verò Iacobi modestiã. Is acceperat Hierosolymis episcopi munus, & tamen hinc nihil loquitur. Considera autem & aliorum discipulorum singularem modestiam, quo pacto concedunt ei folium, nec amplius ambigunt disceptantes inter sese. Illorum enim ecclesia talis erat qualis est in cœlis, nihil habens rerum mundanarum, non parietibus, non marmoribus, sed feruore eorum qui conuenerat relucens. *Erant, inquit, ferme centum viginti.*

Fortassis septuaginta, quos selegerat, aut alij quoque probiores, qualis est hic Ioseph, Matthias, mulieres que à Galilæa sequute fuerant illum, simul & vbi que adfuerant. Hæc doctoris prouidentia. Primus hic doctorem constituit: Nô dixit, nos ad docendum sufficimus. Vsq; adeo aberat ab omni inanis gloriæ studio, & ad vnum tantum spectabat. Quamquam autem habebat constituti ius par omnibus, tamen hæc congruenter fiebant ob virtutem viri, & ob hoc, quod tum temporis, præfectura non honos erat, sed cura subditorum. Ea res nec patiebatur eos qui eligebantur efferrî, quod ad pericula vocabantur, nec eos qui non fuissent electi, veluti contemptos affici mœnore. Tametsi nunc non eodem fit modo, sed prorsus diuerso. Ecce centum & viginti erant, & vnum duntaxat postulat è tota multitudine. Meritò primus omnium auctoritatem vsurpat in negotio, vt qui omnes habeat in manu. Ad huc enim dixit Christus, Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. *Quoniam, inquit, connumeratus erat nobiscum.*

Quapropter oportebat alterum proponere, vt illius loco fieret testis. Iam illud vide, quo modo præceptorem imitatur, vbi que loquens è scripturis, neque quicquam adhuc loquens de Christo, quoniam id ipse dominus ante crebro iusserat. Neque hinc mentionem facit proditiōnis Iudæ. Velut illud, Os peccatoris & os dolosi super me apertum est. Verum hoc loco tantum vltionis facit mentionem. Id enim ad hoc vsque tempus expediebat. Ea res maximè declarat rursum domini humanitatem. *Quoniam, inquit, conuersus erat nobiscum, & acceperat sortem ministerij huius.* Sortem eius vbi que vocat, declarans totum esse gratiæ electionisq; dei, simul commonefaciens illos vt iustè legis, quod dominus sic eum forte asciuisset, quemadmodum asciuerat leuitas. Et im-

moratur his quæ dicuntur de Iuda, eo quod proditiōnis merces, eadem esset præco vindictæ, *Parauit, inquit, agrum ex mercede iniquitatis.* Vide quo modo quod factum est, fuerit diuinæ dispensationis. Iniquitatis inquit, Multa sunt iniquitates, sed hac nihil vnquam factum est iniquius. Itaque iniquitatis erat negocium. Neque presentibus tantum innotuit quod factum est, verum etiam posteris omnibus. Inscientes igitur eum sic nominauerunt locum, non data opera, quemadmodum & Caiaphas insciens edidit prophetiam. Ita deus compulit eos sic edere vocabulum Hebraicum aceldama. Hinc enim patefiebant etiam mala, quæ Iudæis erant superuentura. Hactenus ostendit ex parte euenisse quod erat prædictum hisce verbis, Bonum erat, si natus non fuisset homo ille. De Iudæis autem conuenit eadem dicere. Etenim si punitus est qui fuit dux, multo magis & isti. Sed horum nihil adhuc loquitur. Post hæc declarans, quod de eo congruenter dici debeat aceldama, allegat prophetiam dicentem, *Fiat commemoratio eius deserti.* Quid enim desertum esse possit sepulchro: Itaque meritò debuit hoc nomine vocari ager. Etenim qui precium numerauit, etiam si fuerint alij qui emerant, tamen is meritò pro domino habebatur magnæ desolationis. Hæc desolatio proœmium est Iudæicæ desolationis, si quis diligenter expedit. Nam & ipsi seipfos occiderunt fame, multosq; peremerunt, & ciuitas versa est in sepulchrum hospitum ac militum. Nam nec illos patiebantur sepeliri: neque enim sepultura fuerant digni. *Oportet igitur, inquit, ex nobis qui congregati sumus viris.* Vide vt illos voluit esse spectatores. Quamquam spiritus erat adfuturus, tamen huius rei magnam curam habebat. *Congregatis, inquit, nobis viris, in omni tempore quo egressus & ingressus est ad nos dominus Iesus.* Significat illos habitasse cum eo, non simpliciter vt discipulos adfuisse. Nimirum iam tum ab initio multi sequebantur eum. Vide igitur quo modo id declaret, dicens, Erat vnus ex duobus qui audierant à Ioâne, & secuti sunt Iesum.

In omni, inquit, tempore quo ingressus & egressus est apud nos dominus Iesus, incipiens à baptismo Ioannis. Pulchrè. Etenim quæ prius fuerant facta, nemo nouerat edoctus, sed spiritu didicerant. *Vsq; ad diem, inquit, quo assumptus est à nobis, vt testis resurrectionis eius nobiscum fiat vnus ex his.* Non ait, Cæterorum testis, sed tantum testis resurrectionis. Siquidem illi magis erat habenda fides, qui poterat dicere, Qui edebat, qui bibeat, qui crucifixus est, idem resurrexit. Itaque non oportebat esse testem, neque priorum temporum, neque prodigiorum quæ post gesta sunt. Nam quod quærebatur id erat, resurrectio. Siquidem illa erant manifesta & in confessis, hæc autem clam facta est, hisq; solis erat manifesta. Neque dicunt, angeli retulerunt nobis, sed vidimus nos. Vnde liquet istud: Ex miraculis quæ facimus. Ob id potissimum id temporis digni erant quibus crederetur. *Et statuerunt, inquit, duos.* Quare non multos? Ne maior fieret animorum perturbatio, ne res in multos distraheretur. Neque temerè, non præfert illum, videlicet ostendens eum frequenter qui apud homines in precio est, apud deum esse inferiorem. Omnes tamen communiter orant dicentes, *Tu domine qui nosti corda omnium, ostende.* Tu inquit, non nos. Apertè cordium cognitorem appellat. Hinc enim erat electio faciendâ. Hoc pacto confidebant, quod oporteret omnes vnum fieri. Non dixerunt, elige, sed ostende electum: hoc est, què tu elegisti, sciens, quod omnia prius à deo fuerant destinata. *Ex his duobus, vt vnus accipiat sortem huius ministerij & apostolici ministerij.*

neris. Hoc ideo dicunt, quod esset aliud ministerium. *Et dederunt eis sortes.* Nondum iudicauerunt sese esse idoneos, vt ipsi ex sese facerent electionem, eoque cupiunt aliquo signo edoceri. Alioqui si illic vbi nec erat deprecario, neque viri probi, tantum valuit fors, eo quod recto animo fieret super Iona: multo magis hinc expleuit chorum, ac perfecit ordinem, nec alter ille præteritus doluit. Non celarunt apostoli, si quid habuerunt minus perfectum, qui quidem de ipsis primoribus non veriti sunt dicere, quod alicubi commoti fuerunt, idque non semel, sed semel atque iterum ac sapius. Hos igitur & nos imitemur. Non iam omnibus loquor, sed his tantum qui principatum affectant. Si credis dei esse electionem, ne indigneris: illi enim indignaris, & aduersus illum irriteris. Illius enim est electio. Quod si ipse elegit, tu verò audes huic indignari, idem facis quod Cain. Oportet enim probare quod deo placuit. At ille quoniam prælata est victima fratris, incensus est, indignatus est, quum oporteret compungi. Ego verò non hoc dico, sed quod deus nouit vt iliter dispensare. Fit enim crebro, vt qui moribus es humanioribus, non sis idoneus. Rursus est tibi vita inculcata, moresq; liberales, cæterum in ecclesia non his tantum opus est. Quin & alioqui alius ad aliud est appositus. Non vides quot verba faciat super hac re scriptura diuina: Sed si quando ob aliquam causam res deuenerit ad contentionem, non tanquam ad principatum aut præfecturam fratrum accedamus, sed tanquam ad illorum honorem ac refocillationem. Etenim si nouisses, quod episcopus debet omnium onera gestare, quod aliis irascitibus datur venia, ipsi verò nequaquam: quod aliis peccatis superest excusatio, ipsi verò minimè: haudquaquam festinasses ad primatum, haudquaquam accurrisses. Hic enim omnium linguis expositus est, omnium iudiciis obiectus, & sapietium & intipientium: curis perpetuis obtunditur, tum diurnis, tum nocturnis. Multos habet quibus est iniustus, multos habet inuidentes. Nec enim mihi loquaris de his qui nihil non faciunt ad gratiam, qui dormire cupiunt, velut ad quietem accedunt, ad negocium. De his non loquor, sed de his qui vigilant pro animabus vestris, qui subditorum salutem anteponunt suam. Dic mihi, si qui decem habet filios subditos, assidue cum ipso viuentes, cogitur sine intermissione curam illorum agere: quid non patietur hic, qui tot habet, non domesticos sed obediētiam habentes in sua ipsorum potestate? Sed habetur, inquit, in honore. Quis honos? Pauperes triobolares conuicia iaculantur in illum in foro. Cur igitur illis non occludit os: Admodum sanè. Non enim opus episcopi narras. Rursus nisi semet omnibus præbeat, & his qui viuunt in ocio, & his qui in negotio, mille vndique criminationes. Nemo metuit accusare ac traducere. Nam in principibus vrget metus, in his verò nequaquam, quando dei timor apud istos valet nihil. Quis eloqui possit in dicendo docendoq; sollicitudinem? Quis difficultatem in electionibus? Fortassis aut ego sum vehemèter infirmus & infelix, nihilique, aut sic habet res, nihil à nauis fluctibus iactatur differt sacerdotis animus. Vndique premitur ab amicis & inimicis, à suis & ab alienis. Nonne terrarum orbis imperium tenet imperator? Hic autem vnus ciuitatis episcopus est. Sed tantò plus curarum habet hic, quantum interest inter aquam fluminis vento agitatam, & inter mare intumescens & insanens. Quam ob rem tandem? Quoniam illic còplures sunt, qui adiuant, eo quod legibus ac mādatis omnia peraguntur: hic verò nihil tale. Neque enim licet ex au-

thoritate præcipere. Verum si vehemèter commoueat, audit crudelis: si parum vehemèter, audit frigidus. Sed oportet hæc duo contraria concurrere, sic vt neque contemnatur, neque odio habeatur. Quin & aliàs, ipsa negocia præueniunt occupantq;. Quam multos cogitur offendere, volens nolens: Quam multos obiurgare, velit nolent? Nô temerè dico, sed vt affectus sum ac sentio. Non arbitror inter sacerdotes multos esse qui salui fiant, sed multo plures qui pereant. In causa est, Quoniam res excelsum requirit animum. Multas enim habet causas que depellant ipsum à suis moribus, & innumeris oculis illi opus vndique. Non vides quàm multas res oportet adesse episcopo, vt sit appositus ad docendum, vt tolerans malorum, vt tenax sit ac fidelis in doctrina sermonis: Quanta hoc difficultatis? & quod alij peccant, illi imputatur. Nihil dico præterea, si vel vnus tantum decedat, non initiatus, nonne totam ipsius subuertit salutem? Vnius enim animæ perditio, tantam habet iacturam, vt nulla ratio possit estimare. Etenim si vnus animæ salus tanti est, vt ob hæc filius dei fieret homo, tantaq; pateretur perditio, cogita quantam conciliabit pœnam. Quod si quis ob hominem, in hac vita perditum, morte dignus est, quātò magis ille? Ne mihi dixeris igitur, Peccauit presbyter, aut diaconus, omnium horum crimina redundant in caput eorum, qui hos elegerunt. Rursus aliud dico: Euenit vt quis successione accipiat virorum improborum, quid consilij capiat, hæret, peccatis præuentus. Vtrinque præcipitum est. Nec illum oportet amittere, nec alios offendere. Quid? An excutiendus est prior? Verum non adest occasio, An omittendus? Certè, inquit, Nam eius est culpa qui elegit. Quid igitur? Nô oportet eligere quemquam, nec in alium reuocare gradum? Verum ita fiet, vt omnes norint illum esse maiorem. Itaque rursus alio offendit modo. Ergo ad maiorem gradum promouendus est? Hoc multo deterius. Proinde si quis ad summum sacerdotium acceperit, velut ad sollicitudinem & curam, nullus illud facile susceperit. Nunc autem non aliter quàm prophanos magistratus, & hæc affectamus dignitatem, nimirum vt glorificemur, & honoremur apud homines, perdimur apud deum. Quid lucri fert hic honos? Quo modo demonstratum est eum esse nihil? Quum concupiscens sacerdotium, ex aduerso pone criminationes quas illi perpeti necesse, pone vitam à negociis liberam, pone supplicij modum. Quoniam si pecces priuatim, nihil tale passus es: sin in sacerdotio, peristi. Reputa, quàm multa sustinuerit, in quàm multis philosophum præstiterit Moses, quàm multa præstiterit bona: sed quoniam peccarat vnum peccatum, acerbe punitus est, idque meritò, quippe quum id aliorum iactura factum sit. Itaque grauiores pœnas dedit, non solum ob id quod propalam factum est, sed & quod esset sacerdotis peccatum. Neque enim simili pœna plectimur pro commissis manifestis & occultis. Propterea quod peccatum quidem idem est, iactura non est eadè, imò hæc peccatum quidem est idem. Neque enim idem clam occulteq; peccare, & in propatulo. Episcopus autem non potest peccare clam. Bene enim cum illo agitur, si non peccans liber esse possit à criminationibus, tantum abest, vt peccans id possit. Si vel irascatur, si vel rideat, si vel somnum relaxationis concupierit: multi sunt qui leges præscribant, multi qui priorum memoriam refricent, & præsentem deiciant, idque faciunt non vt illos laudent, sed vt huc mordeant. Dulce aiunt bellum

inexpertis. hoc & nunc cōuenit dicere. Imò potius hoc dicimus prius quàm veniamus in certamen. Ceterum postea quàm eò descendimus, sic nos gerimus vt popularis conditionis hominibus etiam ignoti sumus. Non enim est nobis bellum aduersus eos, qui potètia opprimunt pauperes, neq; sustinentis propugnare greges, sed ad exemplū pastorum, quorū meministis Ezechiēl, matam ac deuoramus. Quis nostrū prastat tantam sollicitudinem pro ouibus Christi, quantam prastitit Iacob erga greges Laban? Quis potest recensere toleratū noctis gelu? Ne verò mihi dixeris pernegilatas noctes, tantamq; curam exhibitam. Totū itaq; contrarium est. Primate ac prastati non tanto potiūtur honore, quāto qui prastat ecclesiā. Si ingrediatur in aulam regiam, quis prior? Si apud matronas, si in edibus versetur magnatū, nullus alius illi prastatur honore. Perierunt omnia, corruptaq; sunt. Hęc loquor non vt vobis pudorē incutiam, sed vt vestram cohibeam cupiditatem. Quē enim consciū adibis, si procuraris vel per teipsum, vel per aliū? Quibꝰ oculis obtueberis illū, qui tibi fuit auxiliō? Quid habebis quod excuses? Etenim qui nolens & inuitus compulsus est, habiturus est aliquam excusationem. Quamquā maximē & hic priuatus est venia, nisi quod ad hoc collatus habet aliquid excusationis. Cogita quid acciderit Simoni. Quid enim refert si non das pecuniam, sed pecuniā loco adularis, subornas, multa; machinaris? Pecunia tua sit tecum in perditionem, ad illum dictum est. Et his dicitur, Ambitio tua sit tecum in perditionem, quoniam putasti ambitu humano parari donū dei. Verū nullus fortassis est talis, Vtinam non sit. Cupio siquidem nihil horum ad vos pertinere quā loquor. Sed interim ipse sermonis tenor in harum rerum mentionem me deduxit. Neq; enim quoties loquimur aduersus auariciam, aduersus vos loquimur, imò nec prorsus aduersus vllum. Vtinam contingat, vt remedia frustra sint a nobis parata. Talia sunt medicorum vota, nihil aliud postulatū, nisi vt post multum laboris insumptum prorsus abiiciantur pharmaca. Idem & nos optamus, vt nostra verba prorsus in aërem dicantur, & verba tantum sint. E quidem omnia promptē sustinuerō, vt nō sit opus hęc dicere. Quin si vultis tacebimus, tantū vt silentium careat periculo. Nec enim arbitror quēquam, quāuis admodum gloriā sitientem, nisi vocet necessitas, velle prorsus episcopum designari. Cōcedemus vobis doctrinam. Nam hęc maior est doctrina, quę docet ipsis factis. Quandoquidem & medici sunt optimi, qui tamen morbus agrotantium adfert ipsis mercedem, cuperent tamen suos amicos vt prospera valetudine. Et nos cupimus omnes bene valere. Non enim cupimus, vt nos probati simus, vos autem reprobi sitis. Optarim si fieri possit, vt ipsis oculis meam erga vos charitatem valeam ostendere. Id si fiat, nullus post hac mihi culpam vllam impingeret, etiam si sermo meus fuerit vehementer asper. Etenim quę ab amicis dicuntur, etiā si contumeliam habeant, tolerabilia sunt. Magis enim credendum vulneribus amici, quā spontaneis inimici osculis. Nihil mihi vobis charius, ne lux quidem ista? Optarim enim ipse vel millies execrabilis esse, si queam per hoc vestras animas conuertere. Adeo mihi luce dulcior est vestra salus. Quid enim mihi profunt Solis radij, si dolor per vos obortus, multam caliginē offundat oculis? Tunc enim bonum est lumen, quum in gaudio exoritur. Nam animā mœrenti, etiam mortuum videtur esse. Ceterum non mentiri me quā lo-

quor, vtinā nō contingat vnquam experimēto discernere. Verū si quando contigerit vestrum peccare quępiā, dormienti mihi obuersamini. Emoriar, nisi videor similis dolore exanimatis, nisi attonitus: & vt verbis propheticis vtar, etiam ipsum lumē colorum meorū non est mecum. Nam quę spes nobis, si vos non proficiatis? Rursus quantū animi solatium, si vos probati sitis? Gestire mihi videor, quoties boni quippiam audio de vobis. Implete meum gaudium. Hoc solū adfero ad votum, quoniam desidero profectū vestrū. Quod aduersus omnes decerto, hoc est, quoniā diligo, quoniam conglutinator sum, quoniam omnia mihi vos estis, & pater & mater & fratres ac liberi. Itaque ne quid eorum quę a me dicuntur arbitremini ab odio vestri proficisci, sed in hoc dici, vt corrigamini. Frater, inquit, qui a fratre adiuuat, vt ciuitas munita. Ne igitur aspernemini. Neq; enim ego contemno, si quid dicere vultis, sed cuperem & a vobis corrigi, cuperē discere. Omnes enim nos fratres sumus, vnus autem est noster magister. Quamquam & inter fratres fas est vt vnus prastat, ac ceteri obtemperent. Ne igitur aspernemini, sed omnia faciamus in gloriā dei: Quoniam ipsi gloria in secula seculorum, Amen.

Et dum completeretur dies Pentecostes, erant unanimiter congregati in vnum: & factus est repente de celo sonitus. Homilia IIII.



Quæ est hęc Pentecoste? quum falx mittēda esset in messem, quum fructus essent colligendi. Vides typum? Vide iam veritatem. Quum falx sermonis esset adhibenda, quū colligenda fruges: tunc spiritus ille veluti acuta falx aduolauit. Audi enim Christū loquentē, Attollite oculos vestros, & videte regiones, quod iam albæ sunt ad messem. Ac rursus, Melsis quide multa, operarij verò pauci. Vnde ipse prior falcem misit in messem: propterea quod ipse segetis primitias subuexit in cælū, nostra assumpta natura: atque hanc ob causam appellat messem. Dum completeretur, inquit, dies Pentecostes: Hoc est, non ante Pentecosten, sed circiter, vt ita loquar, Pentecostē. Nam oportebat festi tēpore rursus hęc fieri, vt qui cruci adfuerant Christi, in eadem hęc quoque spectarent. *Et factus est repente de celo sonitus.* Quare id non est factū absque signis sensibus expositis? Quoniā si quum hoc accidisset dixerunt, multo pleni sunt: quid nō dixissent, si signum non fuisset additum? Neque tantū modo repente factus est sonitus, sed vt magis excitaret illorum animos, totam etiam domum repleuit. Miram spiritus vehementiam expressit. Præterea demonstrat omnes fuisse congregatos, vt simul & qui aderant crederēt, & discipulos eo munere dignos ostenderet. Nec id accidit modò, verū etiam quod multo cognitu est mirabilis: *Et visæ, inquit, sunt illis dispersa linguæ, velut ignea.* Rectē vbiq; additum est, velut, ne quid sensibile de spiritu suspicareris. Velut ignea, inquit, & velut flatus. Ac tum quum Ioanni deberet innotescere spiritus, velut columbæ specie, in caput Christi venit: nunc verò quum tota multitudo conuertenda esset ad fidem, venit in specie ignis. *Et insedit, singulis illorum:* Hoc est, mansit apud illos, & in illis requieuit. Nam sedēdi verbum stabilitatem ac mansionem declarat. Quid autē, an in duodecim venit tantum, non etiam in ceteros? Nequaquam, sed venit etiam in illos centum viginti. Neque enim temerē Petrus allegauit prophetæ testimonium,

monium, dicens: Et erit in nouissimis diebus dicit dominus deus, Effundam de spiritu meo super omnē carnem, & prophetabunt filij vestri, & filia vestre, & iuvenes vestri visiones videbūt, & senes vestri somnia somniabunt. Animaduerte quod vt nō solū obstupescas, verū etiā gratia implearis, ideo venit in spiritu sancto & igni. *Et repleti sunt omnes spiritu sancto, & cœperunt loqui variis linguis, prout spiritus dabat illis loqui.* Non accipiunt aliud signum, sed hoc primum: erat enim nouum, nec erat opus alio signo. *Insedit, inquit, singulis illorum.* Ergo & illi qui non fuerat assumptus, eoq; iam nec dolet se non fuisse electum, quemadmodum fuit Mathias. *Et repleti, inquit, sunt omnes.* Rectē sic loquutus est, nec enim vulgariter acceperunt gratiam spiritus, sed eousque vt implerentur. Et cœperunt loqui variis linguis, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Quum & apostoli essent illic presentes, haudquaquam dixisset omnes, nisi ceteri quoque fuissent participes. Alioqui quum illos antea seorsum ac nominatim sit eloquutus, nunc non coniūxisset illos in eodem negotio, nisi fuisset omnium commune. Etenim si tum quū loquendum esset, quādo priuatim aderant, apostolorum meminit, multo magis hęc idem fecisset. Illud autem considera, quum instant deprecationi, quum charitatem inter se habent, tum aduenit spiritus. Ad hęc quo modo etiam commonefecerit illos alterius visionis, quum ait, velut ignis, quandoquidem & in rubo velut ignis apparuerat. *Prout spiritus dabat illis loqui:* Hoc pacto loquitur, indicās apophthegmata ac velut oracula esse, quæ ab illis dicerentur. *Erant autem Hierosolymis habitantes viri Iudæi religiosi.* Hoc ipsum habitare, signum erat religionis. Quo modo? Quia quum essent tam multis profecti nationibus, tamē & patria & domo, & cognatis relictis habitabant illic. *Erant enim, inquit, Hierosolymis habitantes Iudæi viri religiosi ex omni natione quæ sub cælo est. Quum autem facta esset hæc vox, conuenit multitudo & confusa est.* Quoniam id quod fiebat in domo gerebatur, meritò qui foris erant concurrebant. *Confusa est multitudo.* Quid est, confusa est? Turbata est, admirati sunt: deinde declarans quid admirarentur adiungit, *Quoniam eorum singuli audiebant illos, propria cuiusq; lingua loquentes. Et conuenit multitudo, & inter se dicebant. Nonne ecce omnes isti qui loquuntur Galilæi sunt?* Hęc dicunt respicientes ad apostolos, & addunt: *Quo modo nos audimus illos propria cuiusque lingua loquentes in qua nati sumus, Parthi, & Medi, & Elamita, & qui incolunt Mesopotamiam, Iudæam simul & Cappadociam, Pontum & Asiam, Phrygiam pariter & Pamphiliam, Aegyptum & eius partes Libyæ, quæ est circa Cyrenem: præterea qui hic agunt Romani, partim Iudæi, partim proselyti, Cretenses & Arabes. Audimus eos loquentes nostrarum linguarum proprietatibus magnifica dei. Stupuerunt autem omnes & hæsitabant inter se dicentes, Quid hoc vult esse?* Vides quemadmodum velut alati terrarū orbem percurrerint. Alij verò subfannabant illos, dicētes, multo repleti sunt. O vesaniā, ô maliciam inauditam. Atqui ne tempus quidem illud habebat mustum. Erat enim Pentecoste. Quodq; mirabilius est, quum omnes confiteretur, & qui erant Romani, & qui erant aduenæ, fortasse & hi qui dominum in crucem egerant, illi post argumenta tam multa dicunt, multo repleti sunt. Sed rursus ab initio quæ dicta sunt consideremus: Repleuit, inquit, domum flatus, & facta est veluti piscina plena aquarum. Porro ignis arguit gratiæ copiam ac vehementiam. Nequaquam idem accidit in prophetis: sed tum quidem sic accidit illis, prophetis autem alio modo. Nam capitu-

lum libri datum est Ezechiēli, edebatque quæ dicturus esset. Eoq; dictum est. Factum est in ore eius vt mel dulcescens. Rursus manus domini tetigit linguam alterius prophetæ. Ceterum hic ipse spiritus operatur omnia. Tanta est inter patrem & filium æqualitas. Ac rursus alius alibi, Lamentatio, & canticum, & v. Illis meritò in libris datum est donum. Adhuc enim eis opus erat parabolis. Quin potius ob id, quod illi prophetæ ad vnā duntaxat gentem mittebantur, eamque peculiarem ac propriam: isti verò ad vniuersum terrarū orbem, & ad nationes hæctenus incognitas. Helisæus per exuium ouillum accepit gratiam: Rursus alius per oleum quemadmodum David. Moses verò per ignem rubi vocatur: Non itidem hęc factum est, sed ipse ignis insedit. Et quam ob causam, dixerit aliquis, non apparuit ignis qui repleuit domum? Quoniā exterriti fuissent. Demonstrat tamen quod hoc factum sit. T verò considera, quod non solū dixerit, visæ sunt illis dispersa linguæ: sed additum est, ignis. Tam magnus ignis immensam sylvam potest incēdere: Ac rectē dixit, dispersa: Nam ex eodem fonte venerant, vt intelligas occultā vim esse a paraceto missam, qui quidem ignis, mundi peccata quasi sylvam exulsit. Vide verò & illos primū declaratos eo munere dignos, atque id temporis spiritu donatos fuisse, sicut & in David factum est. Nam quæ fecerat quum esset pastor ouium, eadem fecit & post victoriā ac trophæū, quod videlicet ipsi nuda, simplexq; fides declararetur. Rursus considera Mosē, qui & ipse regiā aulam contempnit, & Samuēlē qui post quadraginta annos quum populi rem ministrasset, tamen adhuc nutriebatur in templo: specta Helisæum omnia relinquentem, cumq; his Ezechiēlem. Porro quod ad hunc modū res illis gesta sit, perspicuum est etiam ex his quæ sequuta sunt, quandoquidem & hi facultates suas omnes pro desertis habuerant. Eoq; tum accipiunt spiritum sanctum, posteaquam suæ virtutis dedere specimen. Didicerant humanam infirmitatem ex his quæ ipsis acciderant: didicerant quod ea quæ piē fecerant, frustra gesserint. Sic & Saūl prius dum adhuc testimonium haberet quod vir bonus esset, tum accipiebat spiritum. Sed eodem modo quo nūc discipuli, nemo alius. Quin potius ne Moses quidem prophetis maior. Nam ille quum porteret alios afflari spiritu, ipse diminutus est. Hęc verò nō eodem modo, sed quemadmodū ab igni, quotquot vult aliquis lucernas accendit, nec ignis imminuitur: ita & in apostolis tum temporis accidit. Non enim per ignē tantum gratiæ largitas demonstrabatur, sed vnusquisq; spiritus fontem accepit: sicut & ipse fontem aquæ salientis in vitam æternā dixit accepturos eos, qui in ipsum credidissent. Idq; valde congruēter. Neque enim cum Pharaone disceptaturi abierant, sed cum diabolo luctaturi: quodq; mirabilius est, quum mitterentur nihil excusarunt, neque dixerunt se gracili voce esse linguæq; inexplanatæ. Siquidē Moses illos in hoc erudierat. Non dixerunt se iuniores esse. Nam Hieremias hęc illos reddit verecundos. Atqui multa audierat terribilia, multoq; plura quàm illi, & tamen veriti sunt cōtradecere. Ex quo liquet illos lucis angelos fuisse, & cœlestium negociorum administratores. Attamē istis quidem nullus e cælo apparuit adhuc in terris agentibus. Sed posteaquam abiit homo superna petēs, simul spiritus e supernis delabitur. *Quasi ferretur, inquit, flatus vehemens.* Per hoc perspicuum facit, neminem fore, qui posset illis resistere, sed ab eis aduersarios ceu puluere dissi-

disipandos. *Et repleuit totam domum.* Domus mundi A
typum gerebat. *Et sedit super singulos illorum, & conuenit
multitudo & confusa est.* Vides illorum religionē, & quo
modo non illico pronunciant, sed hæsitant? Alij verò
dementes pronunciat dicētes: musto pleni sunt. Quo-
niam licebat per legem ter quotannis apparere in tem-
plo, ideo habitabāt illic ex omnibus nationib⁹ viri re-
ligiosi. Hinc perpende quā nō adulari illis qui hęc
scribit. Non enim dixit pronunciarunt, sed quid? *Quis
facta esset hæc vox, conuenit multitudo, & confusa est.* Merito.
Existimabāt enim ipsis rem ad extrema peruenisse, ob
facinus quod ausi sunt in Christum. Quin & alioqui
conscientia perturbabat illorum animos, eo quod et-
iamnum in manibus esset homicidium, omnes illos
reddens attonitos. *Nōne ecce, inquit, omnes isti qui lo-
quuntur Galilæi sunt?* Pulchrè hoc dixit, quandoquidē
hoc se esse profitebantur. Vsq̄eadeo sonitus illos red-
diderat attonitos, quod hic maiorem orbis partem cō
prehenderit. Illud verò confirmabat apostolos, quod
quid tandem esset Parthicè loqui, non nouerant, ab
illis tamen id temporis scire putabantur. Porro gen-
tium meminit quæ illis erant hostes, Cretensium, Ara-
bum, Aegyptiorum, Persarū, videlicet declarans quod
eas omnes essent in ditionem suam redacturi. Quippe
quum id tēporis ludæi essent in captiuitate, conuenie-
bat vt illic multi adessent ex gētibus: siue quod iam ad-
gentes quoque fidei dogmata feminata fuerint, & hęc
ob causam complures ex illis aderant, vt memorarent
quæ audierant. Certissimum vtique nec vllam recipiēs
contradictionem testimoniū, à ciuib⁹, ab hospitibus,
ab aduenis. *Audiuimus eos loquentes linguis nostris magnifi-
ca dei.* Neque enim quidlibet garriebant, sed admirā-
da quædā loquebantur. Vnde merito hæsitant, nū-
quam enim tale quicquam acciderat. Vide hominum
modestiam. *Stupebant & hæsitant dicētes, Quid vult hoc
esse? Alij verò subsannantes dicebant, musto pleni sunt.* O impu-
dentiam si ob hoc irridebant. Et quid mirū? Quando-
quidem ipsum etiam dominū, qui dæmonia pellebat,
dæmonium habere dixerunt. Nam vbi cunq̄ fuerit
improbitas, vnum hoc duntaxat studet, nempe dicere.
Quid tandem? non vt dicat rei consentanea, sed tan-
tūm vt dicat, Musto impleti sunt. Prorsus sanè, quum
homines in tantis constituti periculis, extrema metuē-
tes, & in tanta versantes desperatione, eiusmodi audēt
proloqui. At quum id esset minimè verisimile, vt au-
dientibus imponant, persuadeantq̄; illos esse temulen-
tos, hebetudini crapulæq̄; rem totam adscribunt, dicē-
tes eos esse musto plenos. *Stans autem Petrus cum reliquis
vndecim, extulit vocem suam, ac loquutus est illis.* Vides ne illic
curiositatem, hęc animi fortitudinem? Etenim si admi-
rabantur, si stupebant: nōne & illud æquè mirandum
erat in tam numerosa multitudine in verba prorūpe-
re, hominem illiteratum & idiotam? Nam si quis inter
familiares dicturus perturbatur, quantò magis hoc acci-
dere debuit apud hostes & vociferantes? Quod autem
ebrii non essent, prorsus ex ipsa voce declarant,
quod non essent arrepti furore more vatum, quodque
nulla vi compellerentur. Quid autem est cum reliquis
vndecim? Communem, inquit, vocem edebāt, ac Pe-
trus omnium erat os, sed astabant illi vndecim testi-
monio suo comprobantes ea quæ ab illo dicebantur.

Extulit, inquit, vocem suam: Hoc est, multa cum fidu-
cia loquebatur. Id autem facit, vt cognoscerēt spiritus
esse gratiam, quum is qui vilis puellæ non tulerat per-
contationem, nunc in medio populi, cū eis vociferan-

tibus, tāta cum fiducia disserat, vt hoc indubitatum ef-
set resurrectionis argumentum, ridentibus interim ho-
minibus, taliaq̄; scommata in eos iacentibus tanta vt
libertate. Quantæ putas hoc esse improbitatis, quantæ
impietatis, quantæ impudentiæ, temulentæ ascribere
linguarum miraculum? Verūm id apostolis nihil attu-
lit tristitiæ, neque reddidit illos timidiore, quum eo
tempore audirent in se iaci scommata, quando iā ad-
uentu spiritus fuerant instructi, vt essent cunctis rebus
corporalibus superiores. Quoscuq̄; autē accesserit spi-
ritus sanctus, eos pro luteis reddit aureos. Iam mihi Pe-
trum considera ac reputa, timidus ille, adeoq̄; timidus,
vt nec mulierculæ vilis percontationē tulerit, qui vir
factus sit, post accessionem & largam suppeditationē
spiritus. Quin & illud considera, apostolorum concor-
diam, qui Petro cesserint concionandi ius. Neq̄; enim
oportebat omnes pariter loqui. Et sublata voce sua lo-
quitur, quæ res declarat ingentem illam fiduciam, ani-
miq̄; præsentiam. Tale quiddam est esse virum spiri-
tuale. Tantūm nos ipsos præbeamus dignos cælesti
gratia, & omnia fuerint facilia. Quemadmodum e-
nim igneus homo si in medias incidat stipulas, nihil
lædetur, sed magis vim exeret suā. Nec enim ille quic-
quam patitur mali, sed qui his reluctatur, ipsi se ipsos
perdunt: Ita nunc euenit. Imò potius ac si quis igne ge-
stans, luctetur cum eo qui importat fœnū. Itidē videli-
cet, & apostoli illos adorti sūt multa cū fiducia. Quid
enim obsecro, læsit illos tanta multitudo? Num illis cū
egestate & fame fuit conflictatio? Num cum ignomi-
nia & infamia? Num impostores esse credebantur? Nū
irrisoribus & cōiucis præsentium succubuerūt? Nam
vtraque hæc simul in eos incidebant, eo quod alij dei
debant illos, alij etiam scommatis incessabant. Nōne
totæ ciuitates furoribus & insaniis illos impetebant?
Nōne seditionibus & insidiis obiecti sunt? Nōne igni,
ferro & bestiis: Nōne vndiq̄; illos innumera bella val-
labant? Nōne perinde fuerunt affecti, quasi in somnis
vidissent hæc mala, aut in pictura? Quid igitur? Nōne
consumperunt omnium furoribus? Nōne in ipsos ani-
mi anxietatem retorserunt? Nōne illi furore metuq̄;
omnium maximè tenebantur? Nōne periclitabātur,
formidabant ac tremebant? Audi enim illos dicentes,
Vultis inducere in nos sanguinem hominis istius? Atq̄;
illud interim mirabilius, quod apostoli nudo corpore
consistebant aduersus armatos, aduersus principes qui
publicū in ipsos ius habebant, imperiti, elingues ac sum-
plices idiotæ, aduersus impostores & circumuentores,
aduersus sophistarum, rhetorum ac philosophorū tur-
bam, qui in Academia Platonis & Aristotelis deambu-
lationibus exercitati depugnant, & in Stoicorū por-
ticibus fuerāt occupati. Hos ita superauit Petrus, quasi
cum mutis piscibus certamen fuisset. Nec enim aliter
quā piscator mutos pisces, ita hic illos superauit. Ac
Plato quidem ille multa nugari solitus, obtulit: hic ve-
rò loquitur, non tantum apud suos, verūm etiam apud
Parthos, apud Medos, apud Elamitas, apud Indos, bre-
uiter, in omni loco, vsq̄; ad orbis terminos. Vbi nunc
Græciæ fastus, vbi nomen Athenarū, vbi philosophorū
deliramētā? Ille Galilæus, ille Bethsaide natus, ille rusti-
canus, vniuersos illos deuicit. Agedū, nōne ad nomi-
natam patriā illius qui vos deuicit erubescitis. Quod
si nomen ipsum hominis audieritis, Cephas enim di-
ctus est, multò magis obtegetis faciem. Siquidem hoc
vos, hoc inquam perdidit, quod ex politam habere lin-
guam laudi ducitis, ac huius rei imperitiā probrosam
existima-

existimatis. Nō ingressi fuistis qua oportuit, sed regali
omissa via, quæ facilis est ac leuis, operosam illam ac
præruptam difficilēq̄; calcastis, eoq̄; non peruenistis
ad regnum cælorum. Quis igitur, dixerit aliquis, non
in Platone & Pythagora operatus est Christus? Quoniā
Petri mens multò erat, quā illorum ad Philosophi-
am accommodatior. Nam illi re vera pueri erant, v-
bique supra modum gaudentes inani gloria. Hic ve-
rò vir fuit philosophicus & gratiæ capax. Quod si hæc
quum audis rides, mirum non est, quandoquidem &
illius temporis homines ridebant, eosque musto ple-
nos esse dicebat: verūm postea quum perpessi illa tam
acerba, vt omnes calamitates superarent, quum ciuita-
tem viderent direptam, quum incendiū in altum sub-
uolans, quum mœnia solo æquata, quum varias illas
debauchationes, quas nemo possit oratione consequi,
tum non ridebant. Similiter & vos tunc non ridebi-
tis, quum iudicij dies ingruerit, quum gehennæ ignis
fuerit incensus. Sed quid loquor de futuris? Vis osten-
dam qui vir sit Petrus, qui Plato? Iam mores illorum si
videtur expēdamus: videamusq̄; quid ambo gesserint.
Hic omnem vitam consumpsit distorquens sese circa
dogmata inutilia superuacaneaq̄;. Quid enim prodest
scire, quod anima philosophi sit musca? Re vera musca
est, non in muscam conuersa est, sed accessit animæ in
Platone habitanti. Quid hęc non est stultiloquij? Vn-
de tales nugari nugari illi venit in mentem? Homo ple-
nus erat ironiæ, ac zelotypia laborabat aduersus cun-
ctos. Itaque quasi studeret in hoc, vt nec ex sese, nec ab
altero quicquam adferret vile, sic ab alio mutuatus est
animarum transmirationem, ex sese verò rempub. cō-
mentus est, in qua leges prodidit multa refertas turpi-
tudine. Vxoribus, inquit, cōmunes sumto, nudæ virgines
sub oculis amatorum luctātor. Tum genitores, tum fi-
lij qui gignantur communes sumto. Quæ tam insignis
dementia est, quam ista non superent? Ad hunc igitur
modum habet illius doctrina. Hic porrò nō natura fa-
cit communes parētes, sed Petri philosophia, quando-
quidē & illud quod Plato docuit, sustulit. Nihil enim
is aliud effecit, nisi vt si quis verè pater est, tantūm nō
ignoretur, & qui non est inducatur, in ebrietatē quan-
dam & sterquilinum coniecit animū. Omnes, inquit,
vxoribus audacter vtuntur. Eoq̄; nō expendo Poëtarū
dogmata, ne quis me dicat fabulas expendere: sed alias
adfero fabulas, Poëticas multò magis ridiculas. Vbi
Poëtæ quicquam tā prodigiosum prodiderunt? Verūm
ille philosophorū Antesignanus, vt habebatur, & arma
addit mulieribus, & galeas, & ocreas, nec quicquam di-
cit hominū genus differre à canibus. Posteaquā enī,
inquit, inter canes fœmina & mas communicant in fa-
ctis, communicent & mulieres, cunctaq̄; sursum deor-
sum misceantur. Semper enim per illos hoc egit diabo-
lus, vt ostenderet nostrū genus nihil à brutis differre,
quando nonnulli in opinionem tam peregrinā & ab-
surdā venerunt, vt animalia rationis expertia, dixerint
rationalia. Vides verò quā multipliciter debacchat⁹
est in illis mētibus, posteaquā qui sunt inter illos pri-
mi, docuerunt animam nostram in muscas, canes, & a-
nimantia bruta transmigrare. Ceterū his successerūt
hoc veriti dicere, in aliam absurditatem delapsi sunt,
omnem rationalem scientiā brutis cum homine com-
munem facientes, ac demonstrātes ea quæ per nos fa-
cta sunt, meliora esse quā nos ipsos. Non solum autē
hoc, sed & futurorum præsentionem & religionē apud
illa esse prædicant. Coruus, inquit, nouit deū & cornix,

& prophetiæ donum habent, futuraq̄; prædicunt, quin
& iusticia adest illis, & resp. & leges, & apud illa canis
habet inuidiam, secundū Platonis sententiā. Fortasse
nō creditis quæ dicimus. Nec iniuria, quippe sanis im-
buti dogmatib⁹. Nam si quis hoc cibo sit nutritus, ne-
quaquam credere possit, esse hominem qui libenter ve-
scatur humanis excrementis. Proinde quoties illis dici-
mus, ista fabulæ sunt dementia plenæ, nō intellexistis,
inquiunt. Vtinam ne intelligamus vnquam vestra tā
ridicula. Multo sanè intellectū, sensuq̄; profundo opus
est, vt perdiscā quid sibi velit tanta impietas, tantaq̄; re-
rum confusio. Ne coruorum more loquamini ò demē-
tes, quemadmodum faciunt pueri. Nam re vera pueri
estis, quæadmodū illi. Petrus verò nihil tale docuit, sed
emisit vocem, quæ tanquā lumen in tenebris vehemē-
ter refulgens dispulit orbis terrarum caliginem. Verūm
mores illius quā erant mansueti, quā humani,
vt omni gloria inani erāt superiores, vt suspexit in cœ-
lum, alienus ab omni fastu, idq̄; quū excitaret mortuos?
Quod si cui dementiū illorum tale quid peractū fuisset,
non verè, sed fallaci specie, an non protinus arā po-
poscisset ac templū, ac deo par haberi postulasset? ma-
ximè quum semper talia somnient, etiā huiusmodi ni-
hil agētes. Quid enim illis vult Minerva, Apollo & lu-
no? Genera sunt apud illos dæmoniorū. Et rex est apud
illos, ideo non recusans mori, vt diis equalis habeatur.
Verūm apostoli nō item, sed contra fecerunt. Audi e-
nim illos loquentes de claudi sanatione, Viri Israëlita
quid nobis intenditis quasi nostra potestate nostrāve
pietate effecerimus vt hic ambulet? Rursus alibi, Et nos
homines sumus iisdem obnoxij quibus vos. Illic verò
multus est tumor, multa arrogātia, omnia propter ho-
norem humanum, nihil philosophiæ gratia. Vbi quid
enim gloriæ causa geritur, omnia manēt vilia. Quod si
quis, habeat quidem omnia, sed hoc nō obtineat, tota
excidit philosophia, violentissimo nimirū turpissimoq̄;
affectui obnoxius. Huius inanis gloriæ contēptus suf-
ficit ad docendum quicquid est rerum bonarum, & ad
propellendum ex animo omnem perniciosam cupidi-
tatē. Quapropter hortor vt & vos magno studio adni-
tamini, morbum hunc radicitus ex animis euellere, a-
lioqui nō potest is placere deo, nec illius oculi, qui ne-
scit obdormiscere, beneuolentiam vobis conciliare.
Omnem igitur curam adhibeamus, vt illius in nos
propensionem promereamur, quo simul & præsentū
malorum afflictionem effugiamus, & futuri seculi bo-
no digni inueniamur, per gratiam & benignitatē do-
mini nostri Iesu Christi, cui cū patre & spiritu sancto,
gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula
seculorum, Amen.

Haftenus D. Erasmus Roterodamus.

*Viri Iudæi & qui inhabitatis Hierusalem omnes hoc vobis
notum esto, & auribus accipite verba nostra. Homilia V.*



Vos superi⁹ peregrinos dixit, ad illos sermo-
nem hic cōuertit. Et videtur quidē disputa-
re cum illis, verūm re ipsa emēdat sublannā
res. Ita enim diuina dispensatione euenit, vt
quidā irrideret, & sic initio excusationis daretur oc-
casio, doceretq̄; apostolus inter excusandum. Magnū
sanè encomium arbitrabantur, etiam Hierosolymas
inhabitare. *Hoc vobis, inquit, notum esto, & auribus ac-
cipite verba mea.* Attentiores iam illos facit, deinde & satisfa-
ctionem profert. *Non enim sicut vos existimatis hi ebrii sunt.*
Vides

Vides quàm placida sit excusatio: tametsi multum apud se haberet populum, maiore tamē cum mansuetudine illis loquitur, & ante omnia, malā suspicionem tollit, & deinde apologiam proponit. Idcirco etiā nō dixit, Nō enim sicut vos subfannatis, neque sicut vos redetis, sed sicut suspicamini: volens ostēdere illos id non dedita opera fecisse, & magis illos ignorantia vel amēto honestat, quā malicia crimine notat. Nō enim sicut vos suspicamini hi ebrij sunt. *Est enim hora diei tertia.*

Et quare hoc dicit, an nō & tertia hora inebriari quidam possunt: possunt utiq; At in hoc nō multum laborat, neq; ita se gerebant, quemadmodū irrisores illi dicebant. Igitur hinc discimus, nō multos sermones præter necessitatem infumēdos. Et aliter: nam & quæ adiunguntur, huius nobis commendationem faciūt. Cæterū sermo ad omnes fit cōmuniter. Sed hoc est quod dictum est per prophetam Ioēl. *Et erit in diebus nouissimis, dicit dominus deus.*

Minimē nunc auditur nomen Christi, neq; promissio, illius promissio dicitur, sed patris. Vide sapientiā, non progressus est, & dixit statim, quæ per Christū facta, & quod ille pmiserit hæc mox post suam crucifixionē: nōnne sic loquens subuertisset omnia: Et profectō dixerit quispiā, sufficiebant illa ad diuinitatem eius ostendendam, verum est, si fidem habuissent, & credita ab his essent. Quod autē quærebatur, iam creditū esse oportebat. Quæ autē non credenda, etiam illos fecit præterire. *Effundam de spiritu meo super omnem carnem.*

Daret & illis spem bonam, si quidem vellent. Sed non permittebat illorum auaricia quæ scilicet & inuidiæ parens erat. Etiam hac ratione inuidiā minuit. *Et prophetabunt, inquit, filij vestri.* Neque vestra, inquit, est hæc virtus, neq; laus: pertingit hæc gratia vsque ad pueros vestros. Illorum filios seipfos vocans, & patres illos. *Et iuuenes vestri visiones videbūt, & seniores vestri in somnia somniabunt. Et quidem super seruos meos & ancillas meas in diebus illis effundam de spiritu meo & prophetabunt.*

Nunc ostendit se quidem probatos fuisse, utpote spiritum assequutos, illos autem minimē, eo quod crucifixerant. Sic & Christus volens illorum mulcere furorem, dicebat: Si autem filij vestri, in quo eiciūt dæmonia: non dixit, discipuli mei. Etenim visum fuisset adulationem sapere, ita & ille, non dixit quod non sint ebrij, sed spiritu loquuntur: & non simpliciter, sed ad prophetam confugit, & illo fretus asserit. Sic per se quidem ipsos ab accusatione liberauit, prophetam autem gratiæ testem adducit. Effundā de spiritu meo super omnem carnem. Sic dixit, quod aliis quidem per somnia, aliis verō manifestē effusa est gratia. Nam & per somnia viderunt prophetæ, & reuelationes acceperunt. Deinde progreditur in prophetia, habente terribile quiddam. *Dabo, inquit, prodigia in celo supernè, & signa in terra infernè.* Hæc & de futuro iudicio & de captiuitate Hierusalē dicens insinuat, *Sanguinem & ignem, & vaporem sumi.* Vide quo modo captiuitatem descripsit. *Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem.* Ab affectione eorum qui patiebantur hoc dixit. Dicuntur sanè, & multa id genus in celo sicut Iosephus testatur, facta esse. Interim tamen & illos perstrinxit, tenebras cōmemorans factas, & ad futurorum expectationem inducens, Priusquā veniat dies domini magnus & manifestus. Non enim quoniā nunc sine pœna peccatis, inquit, confidatis. Hæc sanè initia sunt magnæ dici cuiusdam, & grauissimæ. Vides quo modo concussit animū, & risum conuertit in defensionem? Si enim hæc sunt initia diei illi, necessariū est periculū in extremis

valde aggrauari. Iam, nūquid dicens terribilia in illis perseverat: minimē. Sed quid agit: iterum permittit illis respirare, ac dicit: Et erit, omnis quicūque inuocauerit nomen domini, saluus erit. Hoc dictum quidem est de Christo, sicut Paulus dicit. Iste autem hic nō audet manifestē illū reuelare. Videamus igitur quæ iterū dicta sunt. Bene quasi contra ridentes ac subfannantes insurgit, dicens: *Notum sit omnibus vobis, & auribus accipite verba mea.* Incipiens autem dicebat, Viri Iudæi. Iudæos mihi videtur dicere eos, qui Iudæā inhabitabāt. Ad hæc si placet apponamus verba illa in euangelio, ut discas quis repetē factus sit Petrus. Exiit, inquit, puella, dicens: Et tu eras cum Iesū Nazareno. Ille autem respondit: Nescio hominem. Et iterū interrogatus cepit deuouere ac iurare. Hic verō videliberatē illius in dicendo, magnamq; fiduciam. Non laudauit eos qui dixerant, Audiuimus loquētes illos nostris linguis magnaia dei. Sed & grauitate quadā insinuat, eaq; grauitate illos studiosiores efficere, & sermonem ab adulatione alienum asferre vult. Honestum est enim vt hoc vbiq; obseruetur, & vt quodā modo familiarior eis sit sermo, ab omni adulatione & contumelia fiat liber, id quod perquam difficile est. Et tertia hora hæc euenisse, non simpliciter ordinatū est. Tunc non curiosius prædij curā habēt homines, tunc clara lux est, tunc omnes sunt in foro. Vides & libertate plenum sermonem? Et auribus accipite verba mea. Quo dicto, nihil suū addidit, sed apposuit: Hoc est quod dictum per prophetam Ioēl, Et erit in diebus nouissimis. Ostendit enim post eā consummationem propē affuturam. Ita dicēs in nouissimis diebus, habet quandam euentiam. Deinde ne putetur quod res hæc ad solos filios pertineat, adiicit: Et seniores vestri somnia somniabunt. Vide ordinem dicentē, prius filij, sicut & David inquit: Pro patribus tuis nati sunt filij tui. Et Malachias iterū: Cōuertens corda patrum ad filios. *Et super seruos meos, & super ancillas meas.*

Et hoc virtutis indicium est. Serui enim illius facti, liberi sumus facti à peccato. Multiplex autem & hoc donum, quando etiam in alium sexum trāsit gratiæ donum, & non in muliere vna & altera sola substitit, vt olim in Debbora & Oida. Et nō dixit quid sit spiritus sanctus, neque interpretatus est ea quæ propheta dixit, sed solam prophetiam attulit per seipsam certantem. Et nihil de Iudæa iam loquitur, quoniā omnibus erat manifestum, qualem dedit pœnam: sed silet, sciens nihil posse fortius iis prophetis potuisse obici. Ea enim etiam operibus ipsis validiora sunt. Signa enim facienti Christo sapius contradixerunt. Quando autem Christus prophetam illis opposuit dicentem: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis: ita siluerunt, vt ne verbum quidem vltra quisquā ei respondere auderet. Et sapius scripturarum & ipse meminit, dicens: Si illos deos dixit, ad quos verbum dei factum est, imō vbiq; hoc quis inuenerit: idcirco & hic dixit: Effundam de spiritu meo super omnem carnem: hoc est, gentes. Cæterum nunquam reuelat, neque interpretatur, neque quod mox sequitur ad explanandum conferebat, quoniā & hoc obscurum.

Dabo prodigia in celo supernè. Imō illos terrebat obscuritas. Si autem interpretatus esset, magis illis obstisset. Postea etiam quasi manifestum præterit talem volens dare opinionem. Denique post hæc interpretatur illis, quando cum illis de resurrectione disputat, sermonique viam antea fecit. Propter hoc autem spontē præterit, quoniā ad conciliandos illos, bona non

non sufficiebant, tametsi hoc nunquam factum, nunc autem fideles dispersi sunt sub Vespasiano. Et hoc est quod dicit, Nisi abbreviati fuissent dies illi, non seruata esset omnis caro. Quod molestius erat, primum contigit. Initiō enim accidit, inhabitatores capi, & ciuitatem subuerti accendique. Deinde insisit metaphora, ante auditorum oculos ponens vrbs subuersionem ac captiuitatem. *Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem.* Videtur mihi per hoc maximam cædem dicere, & valde anxium sermonem complere. *Et erit, quicumque inuocauerit nomen domini seruabitur.* Dixit & nondum reuelat, siue seruus sit, inquit, siue liber. Nō enim est mas vel femina in Iesū Christo, neque seruus, neque liber. Meritō. Hoc enim discrimen hic est, vbi omnia vmbra sunt. Nam si in regum aulis, nullus nobilis est vel ignobilis, sed sua quæque opera insignem reddunt, & opus commendat artificem, multo magis in hoc ordine. Quicumque inuocauerit, inuocauerit inquam non simpliciter. Non enim omnis, inquit, dicens mihi, Domine domine, intrabit in regnū: sed qui loquitur cum affectione, cum vita optima, cum fiducia congrua. Iam minus molestum facit sermonem, de fide agens, & minus terribilem, supplicij grauitatem abscondens. Quo modo ostendit quod in inuocatione salus. Quid dicit, refer mihi, salutis post crucem memor es? Attende nunc. Multa enim misericordia dei est, & hoc non minus ostendit illum esse deū, quā resurrectio, & nō minus signis est illos inuocare: hoc enim valde bonum est, hoc deo maxime peculiare propter hoc & dicit: Nul-

Matt. 24. b

Matt. 19. a

Matt. 7. c

Luc. 18. d

Jobel. 2. g

Matt. 20. a

Luc. 19. d

Matt. 14. b

lus bonus nisi vnus deus. Sed ne bonitatem in desidia occasione arripiamus. Etenim etiam punit sicut deus. Illa certe ipse, qui dixit, Quicumque inuocauerit nomen domini, seruabitur, fecit. De excidio Hierosolymitano loquor, & grauissimo illo supplicio, de quo nūc pauca vobis narrare statui, profutura vobis etiam contra Marcionistas & multos alios hæreticos. Quoniā enim dicunt bonum deum Christum, illum autem malum, videamus quis hæc fecerit. Quis igitur hæc fecit, malus ne illum vlciscens: minimē. Quo modo igitur alienus ab illo: nunquid autem bonus? Cæterum ostenditur & pater & filius fecisse, pater quidem multis in locis, sicut quando dicitur, In vineam mittere exercitus suos. Filius vero quando dicit, Inimicos meos adducite & occidite coram me, eos qui me noluerunt esse ipsorum regem. Et aliter: Etiam ipse dicit tribulationes futuras, quarum nulla vnquam crudelior fuit facta. Et ipse illas annunciauit. Vis igitur audire quæ facta? Verbum illos transfixerunt: quid hoc spectaculo grauius? Iam non narrabo ne mulieris illam tragœdiam, quæ omnem aliam calamitatem obscurat: nec ostendā fames ac pestes: & transeo quæ his grauiora. Ignorata apud illos fuit natura, ignorata lex, bestias superarunt feritate. Omnia autem hæc belli vis inuexit, deo volente ac Christo. Hæc etiā contra Marcionitas congruēt, & contra eos qui non credunt esse gehennam. Idonea enim sunt hæc, & sufficientia ad illorum impudentiam confutandam. Nōnne mala hæc grauiora fuerunt his quæ in Babylone perpessi: nōnne fames hæc grauior, quā illa? De his & ipse pronunciauit Christus, dicēs: Erit tribulatio qualis non fuit, neque erit. Quo modo igitur dicunt quidam, quod remisit eis Christus peccatum? Fortasse videtur vulgaris quæstio, & ipsi potestis soluere. Nullus vsquam poterit tale figmentum ostendere, qualis est hæc historia quæ vere accidit. Et si quidem Christianus fuisset, qui eam conscripsit, esset for-

talis sermo suspectus. Quia autē Iudæus, & æmulator, qui post euangelium floruit, quo modo non omnibus manifesta sunt quæ facta? Videbis enim illum vbiq; res Iudaicas extollere: Igitur est & gehenna, & bonus est deus. Num horrescitis hæc audientes? Verum hæc quidem, quæ hic sunt, nihil sunt ad ea quæ alibi erunt. Iterum cogor videri iniucundus, onerosus & grauis. Et quid patior? In hoc positus sum, sicut pædagogus asper ad hoc constitutus est, vt odio illum persequatur quos erudit, sic sanè & vos. Quo modo enim nō absurdum, cum homines quibus aliquid à regibus præcipitur, etiā si iniucundum sit, vt cōtinuo imperatum facebant, vos autem propter vestram reprehensionem omittēte quod deus præcepit? Alius aliud opus habet. Multorū ex vobis opus est vt misereamini, humanitatem declaretis, suaues ac blādi sitis iis quibus benefacitis: nos vero quibus debemus esse vtiles, iis & graues & iniucundi videmur, non enim vtiles sumus docendo ea quæ oblectāt, sed ea quæ mordēt. Talis est & medicus, at ille quidem non valde iniucundus. Statim enim cum sua arte vilitatem adhibet, nos autem in futuro. Talis est & iudex iniuisus morbidis ac seditionis, talis & legislator molestus his qui legem accipiunt. At non item qui vocat ad delicias, neque qui facit publica festa & conuentus, neq; qui coronat populum: tales enim blandi ac amici sunt inuitantes ciuitates ad varia spectacula & sumptus facientes: vnde & illos celebrant vicissim ij quibus benefaciunt, & tapetis & lampadum multitudine, & coronis, & ramis, & veste splendida. Si autem medicum viderint laborantes, tristes ac mæsti efficiuntur: & si iudicem seditionis, contrahunt non diffundunt vultum, nec exultant, eo quod & ille ad hoc opus ordinatus est. Videamus igitur quoniam maxime vrbibus profint, num ij qui publica conuicia, & festa, & mensas, & delicias exhibent: an ij qui omnibus illis sublati ferentes sceptrū & fasces, & lictores & milites terribiles, & vocem terrificam præmittentes, & animaduertentes in noxiōs, & silentium triste facientes, & virga eos qui in foro sunt amouentes. Videamus igitur, vbi finis lucrosior, nam hi quidem insuaues, illi vero amabiles. Quid igitur ab illis qui oblectant, prouenit: voluptas quædam frigida, vsq; ad vesperam manens, & sequenti die diffuens, risus incompositus, verba iniucunda & dissoluta. Quid autem ab his qui contristant: timor, modestia, mens humiliata, animæ iusticia, desidia interemptio, frænū affectionum quæ intus sunt, murus aduersus ea quæ foris insultant: per hos vnusquisque facultates suas possidet, per illas autem ferias cum damno dilapidamus eas, nō inuadentibus latronibus, sed latrocinante vana gloria cum voluptate. Videt latronem vnusquisque depredantem omnia, & oblectatur. Nouus latrocinandi modus, persuadet spoliatis bono esse animo, verum illic nihil tale. Sed ab omnibus separauit deus sicut pater communis, & ab his quæ videntur, & ab his quæ non videntur. Videte enim, inquit, eleemosynam vestram, ne faciatis coram hominibus. Discit anima hinc, iniusticiam fugere. Iniusticia enim est non solum diuitias per auariciam conquirere, sed & plus dare ventri quā illi præscribitur, & laticiam è suis egredi terminis, inque insaniam transire. Illinc discit temperantiam, hinc intemperantiam. Non enim solum mulieri misceri intemperantia est, sed etiam incontinentibus oculis aspicere. Illinc humilitatem discit, hinc fastum, Omnia enim mihi, inquit, licent, sed non omnia expediunt. Illinc honestatem, hinc turpitudinem. Omitto enim ea quæ in thea-

Matt. 6. a

1. Cor. 6. c

tris fiunt. Quod autem neq; voluptas aliqua sit, sed iucunditas potius, ostendite mihi post vnum diem festi & eos qui sumptum fecerint, & ad spectacula inuitatos: & videbis quidem omnes tristitia correptos, maxime autem illum qui sumptum fecit. Et merito, nā pracedēti die oblectauit quidem popularem hominem, & popularis quidem spectator iucundus erat, ac delectabatur multum: tunc enim gaudebat splendida veste, propria autem illius cum non sit, videns se exui, dolet & cruciatur. Ille autem qui sumptus impendit, & suam foelicitatem paruum cum ea quæ ex sumptu habebat, cōspicere putabat. Idcirco sequenti die reddūt sibi vestes iterum, & maiorem dolorem ludi exhibitor concipit. Iam si in externis ea quæ oblectant, & lucrum minuūt, habent tantum tristitiæ, multo magis in spiritualibus. Eapropter nullus succēset legibus, sed omnes ad communem vtilitatem pertinere eas censent. Non enim peregrini aliunde aduenientes, vel hostes has leges ciuibus statuere, sed ipsi ciues, ipsi præsides ac curatores, salutisq; ac benevolentia indicium esse putant leges cōdere, tamen pœnarum plenæ sint leges, neque potest inueniri lex absque pœna. Quo modo igitur nō absurdum, illos quidem qui enarrant leges & seruatores, benefactores & præsides appellari, nos autem tetricos quosdā & morosos haberi, si leges dei loquamur? Quādo enim de gehenna differimus, illas leges citamus, & quemadmodum iurecōsulti leges de homicidiis & de manticulariis, & de nuptiis, & omnes tales: ita & nos punitiuas, quas non homo condidit, sed ipse vnigenitus dei filius. Qui immisericors est, puniatur, inquit. Iniuriarum memor, extremum lauat supplicium. Temere irascens, in ignem cōiciatur. Scommatibus incessens, pendat in gehenna pœnam. Si autem vultis nouas audire leges, ne tumultuemini. Si enim nō positurus fuisset nouas, cur etiam aduenit Christus? Illæ enim manifestæ vobis sunt, quod homicidam & adulterum oporteat punire. Si igitur eadem eramus audituri, quæ vtilitas erat magistris cœlestis? Propterea non dicit, Adulter puniatur, sed videns intemperantibus oculis: & vbi, & quando pœnam dabit, apponit: & non in statuis, neque in columnis leges inscripsit, neque columnas æreas excitauit, & literas insculpsit: sed animas duodecim nobis excitauit apostolorum, inquam, in illorum mētib; per spiritum has literas scripsit, has vobis nos merito prælegimus. Nam si Iudæis hoc licebat, vt ne quis illorum ad ignorantiam cōfugeret, multo magis & nobis fas est. Si autem quis dicat, Nō audiam, ne iudicer: hoc nomine magis punietur. Si enim nullus esset qui doceret, liceret ad talia confugere: sed cum absit doctor, nō item. Vide igitur quo modo Iudæos venia priuet. Nisi venissem & locutus essem illis, peccatum non haberet: Et iterum Paulus: Sed dico, an non audierunt? Itaque in omnem terram exiuit sonus eorum. Tunc enim venia est, quando nullus est qui dicit: vbi autem talis est intentio, & opus sic habet, non vltra est venia. Imò non voluit Christus ad illas colūnas solum nos respicere, sed etiam nos vult esse columnas. Quoniam autem indignos nos ipsos exhibuimus hisce scripturis, licet vt vel ad illas spectemus. Quemadmodum enim columnæ aliis minantur, ipsæ autem non sunt rex, sicut neq; leges: ita & beati Apostoli. Et vide, quo modo non in vno loco steterit colūna illa, sed vbiq; circumferuntur scripturæ, etiam si ad Indos proficiscaris, audies illas: etiam si ad Hispanos & ad ipsos terminos terræ, nullus est qui non audit, nisi forte quis propter suam delidiam. Ne au-

Mat. 5. d

Ioan. 15. d

Roma. 10. d
et Psal. 18. a

tem agrè feratis, sed attendite quæ dicuntur, vt possitis opera virtutum apprehendere, ac æterna bona assequi. In Christo Iesu domino nostro, cū quo patri simul ac spiritui sancto gloria, imperium, & honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Viri Israelitæ, audite hos sermones meos.
Homilia. vi.

Non est hoc adulatè dictum, sed quos acriter perstrinxerat, erga illos remissior esse incipit, tempestiuam Dauidis mentionem faciens. Et ne turbentur, nouum proœmium exorditur, quia mentionem facturum erat Iesu. Nam superius quidem, non essent turbati audientes prophetam, nomen autem Iesu statim illis propositum obstitisset. Et non dixit, persuadeamini: sed, audite, id quod erat minus molestum. Vide etiam, quo modo nihil dixit sublime, sed à valde humilibus incipit. *Iesum*, inquit, *Nazarenum*. Statim patriam dicit, quæ sane videbatur contemptior esse, & nihil iam magnum de illo dicit, neque quod de propheta alius quis diceret. *Iesum*, inquit, *Nazarenum virum demonstratum à deo erga vos*. Vide quā magnū hoc erat, quod à deo esse missum dicit. Hoc enim sursum ac deorsum cum ipse tū Ioannes ac alij apostoli monstrare studebant. Audi itaque Ioannem dicentem, Ille mihi dixit, Super quem videris spiritum descendente ac manentem super illum, hic est. Ipse autem Christus, frequētius hoc agit, dicens: A memetipso non veni, ille meminit, & vbiq; scripturarū hoc potissimum sollicitè tractatur. Idcirco & sanctus ille præcipiō in beato illo choro, amator Christi, ardentissimus discipulus, cui clauis cœlorum concedita, spirituali reuelatione accepta, cōpressis timore illis, cum ostendisset magna illos esse cōsecutos, fecissetq; credulos, tunc & de illo differit. Papæ quā audaciter in medio eorum qui occiderant dixit, quod surrexerit. Et non dixit quod resurrexerit statim, sed quod à deo ad nos venit. Hoc autem manifestum quibus fecit? Non iam dicit, quod ipse, sed quod per illum deus, vt magis modeste loquendo illos sibi conciliet, eo quod & ipsos testes vocat, ac dicit: *Virum demonstratum à deo erga vos virtutibus ac prodigiis & signis, quæ faciunt per illum deus in medio vestri, sicut & ipsi scitis*. Deinde vbi incidit in facinus illorum hoc scelestum, vide quā attentet liberare illos à crimine. *Hunc*, inquit, *desinito cōsilio & præsentia dei expositum cum accepisset, per manus iniquorum, crucifixum interemisistis*. Quasi illa Ioseph verba diceret, quæ scilicet ille quoque ad fratres dicebat, Ne timeatis quod prodidistis me, non vos, sed deus huc me misit, Deinde vt dixit, Consilio dei, vt ne dicant, Igitur bene fecimus, illos quoque reos facit, per hoc quod addidit: *Per manus iniquorum crucifixum interemisistis*. Hic Iudam insinuat, interim illis etiam ostendit, quod non ipsorum potentia fuerit, nisi & ipse concessisset, & exposuisset illum deus. Hoc enim est quod non dicit *εσθλοτορ* expositum, sic totum conuertit crimen in caput Iudæ traditoris. Ille enim ipsum tradidit osculo: vel igitur de hoc, quod per manus iniquorum, vel militum dicit, manifestans quod nō simpliciter interemisistis, sed per iniquos viros. Et specta, quo modo vbiq; curant vt passionem primum cōfiteantur. Quod autem ad resurrectionem attinet, quoniam magnifica erat, nūc adumbrat, & ita quodam modo in medio constituit: nam crux & mors quidē inter confessa erant, resurrectio autem nondum. Idcirco & postea de illa inquit, aduiciēs, *quem deus suscitauit solutus doloribus mortis, secundum quod non erat*

Ioan. 3. a

413
non erat possibile teneri illum ab ea. Hic magnum & sublimè quiddam insinuauit. Quod enim non erat possibile, declarat, etiam ipsum dantem comprehendere ac posse, & quod etiam ipsa mors illum detinens doluerit, & grauiam passus sit. Dolorem enim mortis scriptura periculum vbiq; solet appellare, & quod sic resurrexit tanquam iam non iterum moriturus. Vel dicendo: Secundum quod nō erat possibile illum teneri ab ea, hoc manifestat, quod resurrectio eius non sit communis cū aliis. Deinde priusquam aliquid mens illorum cogitet, assiluit illis Dauidem, qui omnem humanam rationem subuertat. *Dauid enim*, inquit, *dicit de eo*. Et vide quo modo iterum testimonium humile. Propter hoc & supra illud ex humilioribus accepit, vt ostendat quod mors non sit ex his quæ contristat. *Prouidebam dominum in conspectu meo semper, quia à dextris meis est, vt ne commonear, quia non derelinques animam meam in inferno*. Postea testimonio prophético addit, *Viri fratres*. Quando magnū quiddam diciturus est, hoc vtitur proœmio excitans illos & inde familiares sibi reddens. *Licet liberè dicere apud vos de patriarcha Dauid*. Magna est hæc animi modestia, vbi non est damnosum, condescendit. Idcirco & non dixit quod hæc de Christo dicta sint, non de Dauid, idq; valde prudētè, ob magnum erga Dauidem honorem illos reuerens, deq; re aperta ac confessa, tanquam audacius videatur dixisse paulatim deuitat eos quos laudabat. Ideo & non de Dauid inquit simpliciter, sed de patriarcha Dauid, quod & mortuus sit ac sepultus. Nō iam dicit, Et non resurrexit, sed aliter id ipsum probè confirmat ac dicit: *Et sepulchrum illius est apud nos vsque in hodiernum diem*. Deinde vt apparuit quod volebat, neque sic venit ad Christum, sed iterum assert laudes Dauid. Propheta igitur cum esset & sciret quod inreiu-rando iurasset illi deus. Hæc autem dicit, vt sermonem de resurrectione etiam propter illius dignitatem ac genus recipiant quasi propheta violaretur, nisi hoc esset, atque adeo & ipsorum honori derogaret. Et sciens, inquit, quod iureiurando iurasset sibi deus. Non dixit, promissit simpliciter, sed quod maius erat iureiurando iurauit, ex lumbo eius quoad carnem oriturum Christum, vt sedeat super thronum illius. Vide vt excelsa iterum insinuet, nam postquam illos sermonibus placauit, magna fiducia interposuit propheta, & de resurrectione differit, quod neq; anima illius detineatur in inferno, neque enim caro illius sciuit corruptionē. Hoc iterum admirabile est. Ostendit enim quod dissimilis aliorum sit resurrectioni resurrectio, nam comprehendit quidem illum, sed non fecit quod suum tunc mors. Et peccatum quidem adumbrado dixit, pœnam autem non addidit, Et quod crucifixerunt quidem manifestè dixit, deinde ad signum dei venit. Quando autem demonstratur, quod iustus occisus est, & quod amicus deo, etiam si tacueris pœnam, is qui peccauit seipsum magis quā tu cōdemnabit. Omnia igitur offert patri, vt accipiant quæ dicuntur. Deinde, quod non possibile fuerit, ex propheta adducit. Videamus itaque denuo quæ supra sunt dicta. *Iesum*, inquit, *Nazarenum virum demonstratum à deo erga vos*. Hoc est, de quo nō est ambiguum, sed operibus demonstratum. Ita & Nicodemus dicebat, Signa hæc nullus potest facere quæ tu facis. Virtutibus, inquit, & prodigiis ac signis, quæ per illum fecit deus in medio vestri, atque ita non elanculo si in medio. Primum incipit ab his quæ illis nota erant, & dein ad minus nota progreditur. Postea dicens, *Consilio dei*: Ostendit quod non ipsi potuerint, & quod factum est, sapiē-

Dolor mortis, quid in scripturis.

414
ter quidem ac diuina ordinatione & dispensatione. Et quod valde molestum illis fuisset, transit. Vbiq; illis studium est, ostendere quod mortuus est: licet vos negetis, inquit, illi testaturi sunt. Qui autem negocium fecit morti, multo magis iis qui crucifixerunt, poterit. Sed nihil tale dicit, quod potuerit vos occidere, sed simpliciter solum insinuauit. Iam autē discamus & nos per ea quæ dicta sunt, quid sit tenere. Qui enim dolet, non tenet quod tenetur, neque operatur, sed patitur, & abiicere cupit. Et bene dixit. Dicit enim Dauid de eo, vt ne propheta quod dictum est, imputes. Vides quo modo interpretatur mox prophetiam, & nudam constituit, manifestans quo modo super thronum illius sedeat. Regnū enim spirituale in cœlis est. Vide quo modo cum resurrectione & regnum declarat in resurrectione, ostendit quod necessitas fuerit propheta dicēdi. De illo enim erat propheta. Quare non dixit de regno illius, sed de resurrectione illius. Magnum hoc erat. Quo modo autem super thronum sedeat: regnans Iudæis, quod si Iudæis, multo magis his qui crucifixerunt ipsum. *Non enim caro eius vidit*, inquit, *corruptionem*. Hoc resurrectione videtur quidem minus esse, veruntamen idem est. *Illum Iesum suscitauit deus*. Vide quo modo non aliter illum vocat. *Cuius omnes nos testes sumus: dextera igitur dei exaltatus*. Iterum ad patrem confugit, quantum sufficiebat dicere quod prius, sed scit quantum momenti hoc habeat. Hic & de assumptione insinuat, & quod in cœlis sit: cæterum neque istud manifestè dicit. *Et promissione spiritus sancti accepta*. Vide quo modo incipiens dicit, quod non ipsemet illum demisit, sed pater. Postquam autem meminit signorum illius, & quæ Iudæi fecerant illi, & de resurrectione differit, liberè postea & de his sermonem inducit, iterum illos testes per vtrosque sensus adducēs. Porro resurrectionis quidem sape memor est, sceleris autem illorum semel, vt ne illos grauet. Et accepta, inquit, spiritus sancti promissione. Hoc iterum est magnum, opinor autē quod nunc promissionem dicat eam, quæ ante passionem facta. Vide quo modo quod illius postea facit totū suum, magna illa occultè operans. Nam si ille effudit, de illo propheta locutus est superius. In nouissimis diebus effundam de spiritu meo super seruos meos, & super ancillas meas, & dabo prodigia in cœlo superne. Vide quanta occultè interferit. Verū quoniam magna erant, iterum illa obumbrat in eo quod à patre accepit. Dixerat bona quæ facta, signa illa, & quod sit rex, quodq; ad ipsos venerit. Dixerat quod ipse spiritum det: quæcunque enim dicere quis poterit, nisi ad vtilitatem redant, temere dicit: *Quemadmodum & Ioānes facit*, Hic nos dicens baptizabit in spiritu sancto. Et ostēdit, quod nō solum ipsum non minuerit, sed etiam clariorem effecerit, quando quidē olim quidem promiserat ei deus, tunc autem dedit. Vel promissionem dicit quā nobis promissit, sicut præcius erat futuram, & maiora nobis post crucem largitus est. Et effudit, inquit. Hic dignitatē euidenter tradit, & nō simpliciter, sed etiam cum vbertate. Ideo & istuc ipsum manifestum faciens, adducit cætera. Postea enim liberè & de assumptione in cœlos loquitur. Et non simpliciter, sed iterum testem adducens, & illius meminit, de quo Christus dixit: *Non enim Dauid*, inquit, *ascendit in cœlos*. Hic iam non cum demissione concionatur, habēs ex dictis fiduciam. Neque dicit, licet dicere, neque vlla talia. Dicit autem manifestè, *Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*. Iam si dominus est

Hic sup. c
& Ioel. 2. g

Mat. 3. c

Psal. 109. a

Dauidis, multo magis illorum. Sede à dextris meis. Totum hic posuit. Donec posuero inimicos tuos, scabellum pedum tuorum. Hic etiam magnum metum incutit, quemadmodum initio monstrauit, qualia amicis, qualia etiam inimicis faciat. Et iterum, potestiam, ut ne minus credatur, patri acceptam fert. Itaque quoniam magna locutus, iterum ad humilia sermonem deducit.

Certo igitur sciat, inquit, tota domus Israel. Hoc est, ne dubitetis, ne ambigatis, postea & aperte definit, *Quia & dominum illum, & Christum deum fecit.* Hoc à Dauid, & à Psalmo commemorat. Oportebat enim dicere. Certo igitur cognoscat omnis domus Israel, quod à dextris sedet id quod magnum erat, sed eo relicto, aliud adducit multo humilior, ubi dixit, fecit: hoc est, constituit, atque adeo nihil hic de substantia dicitur, sed totum de hoc dicit, *Hunc Iesum quem vos crucifixistis.* Bene hic definit, concutiens illorum mentem. Quoniam enim ostendit, quantum hoc sit facinus, tunc eadem & ipsum aperuit, ut sic maius ostendatur, & metu illos corripiat. Non enim sic homines beneficiis adducuntur, ut timore castigantur. Verum admirabiles illi, & magni amici dei neutro horum indigent, qualis scilicet Paulus erat. Neque enim regnum vel gehennam magnificabat, & hoc est amare Christum, hoc est, non esse mercenarium, neque questum, vel negociationem existimare, sed verè esse virtute præditum, & omnia facere, eo quod grata sint deo. Quantis igitur lachrymis digni, qui tantam debentes mensuram, neque ut negociatores ambimus regnum cælorum. Tanta nobis pollicetur, & neque sic audimus. Quid huic inimicitia comparari poterit, quantum is qui insana pecuniarum cupiditate laborant, siue seruos, siue hostes, siue inimicissimos inueniant, vnum hoc expectant, si possint ab illis pecunias accipere, omnia faciunt, & adulantur, & seruiunt, & seruituti se addicunt, omnibusque se putant esse honestiores, ut quid ab illis accipiant. Pecuniarum enim spes, nihil horum illos sinit cogitare. Regnum autem non valet cõquirere tantas diuitias, neque tam multiplices, quauis neque is qui affectus est, promittit illud, sed incomparabiliter etiã ipso regno maior est. Quando autem, & quod promittitur regnum est, & deus qui illud promittit, magnum utique fuerit illud à tali accipere. Nunc autem perinde fit, ac si rex quidem hæredes suos & cohæredes filio volens facere post innumera etiam alia beneficia contemnatur. Princeps autem latronum, qui innumeris malis & nos & parentes nostros affecit, & impleuit, & confundens nostram cum gloriam, tum salutem, vnicò duntaxat obulo môstrato adoratur à nobis. Regnum promittit deus & contemnitur, gehennam apparat diabolus & honoratur: ille deus est, hic vero diabolus: sed videamus præceptorum discrimen. Si enim nihil horum esset, & hic non esset diabolus, ille vero non esset deus: & hic non gehennam, nec ille regnum exhiberet: nonne ipsa mandatorum natura sufficeret ad hoc persuadendum. Quid igitur vterque imperat: hic ea que confundunt, ille ea que gloriosos reddunt: hic ea que innumeris inuoluunt calamitatibus ac turpitudinibus, ille ea que multum refrigerij cõcedunt. Vide enim. Ille dicit,

Matt. 23.

Discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Hic inquit, Ferox esto & immanuetus, ac iracundus, & bestia magis quam homo. Videamus igitur quid vtilius? quid scilicet vtilius? sed non hoc solù, sed cogita quod ille diabolus est, maxime enim illud monstratum est. Ad hæc triumpi erunt maiores, non enim facilia imperat hic curator, sed vti-

lia tamen. Quia & patres molesta imperant, & domini seruis. Sed propter hoc alij quidem patres sunt ac domini, alij vero abigei & raptores hominum damnosi, suntque omnia contraria. Verùtamen quod & voluptatem habet, hinc manifestum. In quibus autem putas esse iracundum, in quibus etiam toleratorem malorum ac mansuetum? Nonne huius anima solitudini cuiuspiam, habenti multam quietem comparatur, illius vero foro & turbæ, in quo multus clamor sequentium camelos & mulos ac asinos, multum ad accedentes exclamantibus, ne conculcentur. Nonne illa quidem mediis quidem ciuitatibus comparata, in quibus hinc argenti fabricorum, inde ærifabricorum magnus auditur sonitus, & alij quidem inuadunt, alij autem inuaduntur: sed hæc vertici cuiusdam montis est similis, in quo leuis flat aura, & purus splendor fulget, & perspicua fontium ebullient fluenta, & multiplex florum producitur gratia, uti sunt verna prata ac horti, florentibus arboribus & flosculis, & defluentibus aquis. Quod si & sonus auditus fuerit, dulcis est, & multam effundit voluptatem: nam vel aues cantillantes summis arboribus insident, & cicadæ, & philomelæ, & hirundines concorditer vnam quandam perficiunt musicam: vel zephyrus blandè allidit arborum ramos, in quercubus & pinis stridens etiam, olores imitatur: vel pratum rosas producens & lilia inter se collisa & cõmota, quasi pelagus parum vndabundum referunt. Imò multas quis inuenit similitudines: nam quando quis rosas aspexerit, itidem putabit videre: quando autem violas, mare vndabundum: quando vero lilia, cælum. Neque spectaculo solo, & aspectu oblectatur tunc talis, sed & ipso corpore: nam & refrigeratur, & respirat, ita ut in cælo potius quam in terra videatur esse. Est & alius sonus quidam, quando aqua à summa altitudine per tubos suo motu fertur, & blando strepitu subiectis silicibus obstrepit, ita relaxat membra nostra voluptas, ut etiam oculis somnum membra fouentem immittat. Libenter audiuitis narrationem, forsitan etiam solitudinis facti amatores, sed hac solitudine multo suauior longanimis anima: non enim ut pratù describeremus, neque ut ad ostentationem sermonem ducamus, hanc attingimus similitudinem, sed ut per hæc descriptionem videremus quanta sit longanimorum voluptas, & quod multo suauius sit viro mansueto conuiuere, maioræque emolumenta ab illo accipiantur, quam si in talibus versetur locis. Hos imitemini. Quando enim neque validus ventus ex tali anima egreditur, sed benigni quidam sermones ac blandi, & zephyro placido rectè cõparantur, dum admonitiones nihil habent asperum, sed aues cantillantes imitantur. quo modo igitur hoc non melius? non enim corpori accidit sermonis aura, sed animas reficit. Non ita statim medicus febricitantem hominem à febribus liberat sua cura, ut longanimus vir & iracundus, & præ ira flagrantè apprehensum refrigerabit per spiritum propriorum sermonum. Et quid de medicis dico? Neque ferrum ignitum & aque intinctum ita statim calorem amittit, sicut si incidat in animam longanimem homo iracundus. Sicut autem si in forum ingrediantur cantillantes aues, & nugæ esse videntur, ita etiã nostra præcepta in animas iracundas immissa. Nonne suauior mansuetudo quam ira & temeritas: & non hoc solum, sed etiam hoc quidem diabolus, illud vero deus imperauit. Videte quod non temere dixi, quod si etiam non esset diabolus, nec deus: illa tamen præcepta sufficiant vos ad abducendum. Nã mansuetus quidem sibi ipsi dulcis & aliis est utilis. Iracundus vero & sibi in-

suauis

suauis & aliis dānosus. Nihil insuauius hominē iracundo, nihil onerosius, nihil molestius, nihil fœdus, quemadmodum scilicet nihil suauius est eo qui nescit irasci. Melius est cohabitare bestie, quam homini tali: nam illa quidem si semel cicuretur, seruat suam legem, illum autem quoties placaueris, iterum exasperatur. Sibi enim habitum quædam talem indidit semel. Quemadmodum enim dies candidus ac lucidus, & hyems plena conturbatione inter se multum distant, ita etiam iracundi ac mansueti animæ. Sed nondum quæ ab illis ad alios veniunt incommoda, sed solum quæ sibi ipsis inferunt aut diuimus: quauis & hoc non paruum damnum, alium damno affectis. Veruntamen nunc hoc consideremus, quis licet latera sic cõfringere poterit, que veru ignita sic trāsfingunt & explorant corpus, quæ infania sic stupida reddit naturalia præcordia, ut ira & furor? Scio multos ex ira morbos natos, suntque febres illæ acutissimæ. Si autem corpora ita offenduntur, cogita animam. Ne enim ratiocineris tecum quod non vides, sed cogita quod si ille qui accipit maliciam ita offenditur, id quod parit quantum suscipit dānum: multi oculos perdidit, multi in morbum grauiusimum inciderunt: at tamen ille quidem fortiter fert omnia & facile, quauis imperet molesta, & horum mercedem ponat gehennam, & diabolus ac inimicus salutis nostræ sit, & magis illi obtemperamus quam Christo, qui saluator est ac benefactor, taliaque dicit, quæ & vtiliora & suauiora sunt, & nobis & his qui nobiscum viuunt maxime. Nihil ira deterius profecto, & intemptiuo furore, non fert longam moram, acutus morbus est. Sape & verbum quis per furorem effudit, & perdit quoad ministerium totius vitæ opus habet, & facit aliquid quod totam vitam eius subuertit. Molestum enim hoc est, quod quis in breui tempore, & vno opere, & vnicò verbo nobis æterna bona aufert, & innumeros labores elargitur. Ideo oro vos, ut omnia faciatis, quod frænatur hæc bestia. Cæterum hæc de mansuetudine & ira dicta sunt. Si autem & alia quis dicendo assumpserit, ut auariciam, despectum pecuniarum: intemperantiam, sobrietatem: inuidiam, benignitatem, & scrutatus fuerit, etiam aliud quid excellentius sciet. Scitote quod per præcepta solum deus diabolusque monstrantur. Obtemperemus igitur deo, & ne in barathrum nos ipsos proiciamus, sed dum adhuc tepus est ab omnibus quæ animam nostram dāno afficiunt, nos abluamus, ut æterna bona assequamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri ac spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Auditis autem illis, compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum ac reliquos apostolos: Quid faciemus viri fratres? Homilia septima.



Ides quantum bonum sit mansuetudo. Ipsa peccata nostra magis quam vehemens austeritas extimulat, & plaga ferit maiore. Quemadmodum enim percutiens obdurata corda, non tam facile sentire facit, ut si eadē prius mollia faciat ac tenera: ita & hoc loco prius oportebat mollire, & tunc pungeri: mollit autem non furor, neque accusatio vehemens, neque conuicia, sed mansuetudo. Nam ille quidem iracundus auget morbum, hic autem qui mitis est, imminuit. Atque ita si volueris quempiam, qui iniuste egit corripere, magna cum mansuetudine illum alloquere. Vide igitur & hoc loco, quid faciat. Mansuete in memoriam reduxerat illis sua flagitia, & nihil addidit. Di-

Tomus tertius.

xit dei donum, adiecit gratiam, quæ his facta erant, testimonium dabat, & vltimus sermonem produxit. Reueriti sunt Petri mansuetudinem, quia his qui dominum suum crucifixerant, & contra ipsos clamabant, tãquam pater & magister curam gerens loquebatur. Non simpliciter obedierunt, sed seipos condēnarunt, senserunt quæ fecerant. Nō enim permisit illos furore intumescere, & mente obtenebrari, sed per modestiam, indignatione quasi nebula turbatis demonstrabat quod peccatum erat. Etenim sic vsuuenit, ut si quando dicimus nos iniuria affectos, illi attentent demonstrare, quod non iniuste egerint: quando autem dicimus nos, quod nos iniuria affecti non sumus, sed iniuste egerimus, magis illi contrarium faciunt: & ita si vis eum qui iniuste egit, reum facere, ne accuses illum, sed reum te cõstitue. Est enim genus hominum ad cõtentiones propensum. Hoc Petrus fecit, non accusauit illos seueriter, sed attētauit quantum possibile erat, etiam mansuete defendere, & idcirco illorum animos perstrinxit. vnde manifestum, quod compuncti fuerunt: Ex verbis illis. Quid enim dicunt: Quid faciemus viri fratres? Quos enim impositores vocarant, fratres vocant: non intantum se illis æquabant, quantum ad sui curam ac amorē his verbis attrahere nitebatur. Et aliter, Quoniam illi eos primū ita appellare dignati fuerunt, dicunt, Quid faciemus? Non dixerunt statim, Igitur respiscamus, sed permiserunt sese illis, quemadmodum in naufragio aliqui cõstituti vel morbo, conspecto gubernatore vel medico, omnia illi concedunt ac obediunt. Similiter & hi fecerunt: Confessi sunt se esse in extremis malis, & nullam salutis habere spem. Et vide non dixerunt, Quo modo seruabimur, sed quid faciemus? Quid igitur Petrus?

Iterum hic interrogatis omnibus ipse responderit, Respiscite dicit, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi. Et nondum credite, sed baptizetur vnusquisque vestrum. Hoc enim in baptisate accipiebant, deinde ostendit etiam lucrum. *In remissionem peccatorum, & accipietis donum spiritus sancti.* Si donum accipietis, si remissionem habet baptisima, Quid futuri estis? Deinde probabiliorē sermonem faciens, subdidit, *Vestra est enim promissio.* Hanc & hic, quam superius dixerat. *Et filiorum vestrorum.* Igitur & hinc maius donum est, quod bonorum etiam hæredes habeant. *Et omnium, inquit, qui longe sunt.* Multo magis vestri qui prope estis. *Quoscunque vocarit dominus deus noster.* Vide quando dicit eorum qui procul, tunc quando illos inuenit suos factos, & seipos condēnasse. Anima enim quando seipsam condemnarit, non vltra poterit inuidere. *Aliisque sermonibus plurimis testificabatur ac obsecrabat dicens.* Vide illum ubique submissum, & nec ambitiosum, nec ostentatorē. Testificabatur, inquit, & orabat dicens, Absoluta & perfecta est doctrina, quæ & metum incutit, & amorem declarat. *Saluumini à generatione hac peruersa.* Nihil de futuris, sed de presentibus dicit, quibus maxime aguntur homines: & ostendit, quod prædicatio nō solum à presentibus, sed etiam à futuris eripit malis. *Itaque illi libenter accepto sermone eius, baptizati, & apposti sunt die illo, anime quasi tria milia.* Quo modo putas hoc non magis recreasse Apostolos, quam signa? *Erant autem perseverantes in doctrina Apostolorum vnanimiter, & communicatione.* Duæ virtutes, & perseverare, & vnanimiter. Hoc autem dixit, ut ostendat quod lōgo tempore illos docuerint. *Et communicatione, & fractione panis, & oratione.* Omnia communiter, omnia cū perseverantia faciebant, inquit. *Obortus est autem omni anime timor, multaque prodigia & signa per Apostolos gerebantur.*

o iij

rebantur.

rebantur. Merito. Neque enim vt vulgares homines despiciabant, neque personis intenti erant, sed accensa erat eorum mens. Quoniam autem superius multiflua erant verba Petri, & ostenderat promissiones ac futura: merito correpti sunt metu, & testificabantur dictis signa. Itaque quemadmodum & in Christo primū videre licebat, signa, deinde audiebatur doctrina, & deinde veniebant miracula, ita & nunc. *Omnes autem credentes erant coniuncti, & habebant omnia communia.* Vide statim quantum incrementum. Non enim in precibus solis erat communicatio, neq; in doctrina sola, sed & in administratione. *Et possessiones ac substantias vendebant, & particibantur illa omnibus prout vnicuique opus erat.* Non simpliciter quemadmodum apud Græcos philosophi, quorum alij reliquerunt terram, alij multum auri in mare proiecerunt, id quod non erat opum contemptus, sed stulticia & insipientia. Vbiq; enim & semper diabolus studuit infamare creaturas dei, quod quis bene vti pecuniis nequeat. *Quotidie autem perseverantes unanimiter in templo.* Hic modum docet quo doctrina fruebantur. Et vide quo modo nihil aliud vel paruum vel magnū faciebant Iudæi, sed assidui erant in templo. nam qui inter illos erant feruentiores, etiam loco maiorem exhibebant reuerentiam, neque enim auellebant illos Apostoli, scilicet ne incommodent. *Et frangebant per singulas domus panem, simul accipiebant cibum in exultatione, & simplicitate cordis, laudantes dominum, & habentes gratiam apud omnem populum.* Panem, dicens, videtur mihi hoc loco ieiunium significare, & austeram vitam: simul enim accipiebant alimentum, non delicias. Hinc discito dilectæ, quod non deliciis sed cibis suauiter fruamur, & quod delicati sunt in mœre, & non delicati in gaudio. Vides quod sermones Petri etiam vitæ afferebant temperantiam? Sic non est exultatio, vbi non est tenuitas. Et quo modo, inquit, habebat gratiam apud omnem populum? propterea quæ faciebant per elemosynas. Ne enim attendas oro, inquit, quod sacerdotes præ liuore & inuidia illis obfistebant, sed vide quod gratiam apud omnem populum habebant. *Dominus autem addebat eos qui salui fierent quotidie Ecclesia. Omnes autem credentes erant coniuncti.* Sic vbiq; bonum est concordia. *Aliisque sermonibus testificatus est.* Hoc dixit ostendens quod non sufficiebant quæ dicta erant. Vel etiam dic, quod illa quidē vt ad fidem adducerent, hæc autem fideles redderent dicta sunt. Et non dixit: In cruce; sed in nomine Iesu Christi baptizetur vnusquisque vestrum, neque continuo illis crucis memoriam inculcat, vt ne opprobriare videatur: sed simpliciter Resipiscite, inquit, & baptizetur vnusquisque in nomine Iesu Christi in remissionē peccatorum. Ceterum longe aliter habent iudiciorum quæ hic sunt, leges: nam hic qui peccauit, quando confitetur, seruatur. Vide quo modo nō præterit quod maius, sed prædicta gratia illud subdidit dicens, Accipietis donū spiritus sancti. Dignus acceptione & fide sermo ille, ex his quæ ipsi iam acceperant. Iam enim quod facile dicit, multiplex habet donum, & tunc ad vitā ducit, sciens quod materia etiam ipsis est studij, iam tanta bona gustasse. Porro quia auditor desiderabat audire, quod plurimorum sermonum caput & quænam summa esset, etiam illud apponit ostendens quod donum sancti spiritus. Ceterum illi accepto sermone, laudauerunt quæ dicta sunt, quauis metu plena, & post indulgentiam, ad baptisma veniunt. Ceterum videamus iterum quæ dicta sunt. *Erant, inquit, perseverantes in doctrina: ex hoc est manifestum quod non vno vel duobus diebus,*

sed multis docuerint, vt pote in aliam vitam illos transferentes. *Et obortus est omni animæ timor.* Si omni, etiam his qui non crediderant, verisimile autem illis hoc accidit, quia viderunt tantam subitam mutationem, forsalsis etiam quia viderant signa. Non dixit autē simul, sed vnanimiter. Multi enim læpe congregantur, qui tamen non sunt vnanimes, sed sententiis disident. Sermonibusq; obsecrabat. Non dixit doctrinam succidēs. Licebat autem discere, quod sicut novos pueros educabant alimento spirituali, & angeli repente facti sunt. *Et diuidebant prout vnusquisque opus habebat.* Viderunt quod spiritualia cōmunia, & nullus alio plus habebat, & statim peruenerūt ad hoc vt sua omnibus distribuerent. Omnes enim credentes erant coniuncti: nō loco fuerunt coniuncti, vt manifestum est ex his, quæ addidit dicens, *Et omnia habebant communia.* Omnes autem inquit, non ille quidem habebat, ille vero nō habebat. Hæc erat angelica respublica, nihil dicere sibi propriū esse. Hinc radix malorum exacta est, & per ea quæ fecerunt, demonstrarunt quod audierunt. Igitur hoc erat quod dicebat, Seruamini à generatione peruersa ista. Et appositæ sunt die illo animæ quasi tria milia. Postquam tria milia facti sunt, eduxerunt illos foris, qui & magna cum fiducia iam agebant, quotidie ascenderūt, & assidui orant in templo. Quia & Petrus & Ioannes paulo post idem fecerūt. nihil iam Iudaicum mouebat, sed honor ille in locum pertingebat vsque ad templi dominum. Vidisti pietatis incrementum, diuitias abiciebant & gaudebant, & multa erat leticia. Maiora enim erant quæ accipiebant bona, nullus opprobriabat, nullus inuidebat, non erat fastus, non erat cōtempus, quasi pueri nuper nati, putabant se erudiēdos: Quid sicut in obscura dico imagine? Si meministis, quod quādo ciuitatem nostram concussit deus, & omnes erant attoniti, sic afficiebantur: nullus dolosus erat, nullus malignus. Etenim talem faciebant timor, talem tribulatio, non erat frigidum illud verbum, meum & tuum. Et ob hoc exultatio erat in mensa, nullus quasi ex propriis eaderet afficiebatur, nullus etiam quasi ex alienis, quauis videatur ænigma esse. Ea enim quæ fratrum erant, non arbitrabantur esse aliena: erant enim vt dominorum: neq; propria, sed vt fratrum: neque pauper cōfundebatur, neq; diues inflabatur. Hoc est exultare. Et ille qui cōmunicabat, quasi beneficium accepisset letabatur, & illi qui accipiebant, quasi sit honestati. *Et valde mirabantur coniuncti.* Quoniam in opum distributionibus, & contumelias, & contristationes, & molestias fieri contingit: propter hoc dicebat Apostolus, Ne ex tristitia vel ex necessitate. Vide quantum illis testificetur & tribuat, fidem germanā, vitam rectam, perseverantiam in auditorio, in precibus, in frugalitate, in leticia. Duo erant qui poterant illos conturbare, ieiuniū & pecuniarum erogatio, illi autem propter vtrunque gaudebant. Enimvero quis sic affectos non vt patres cōmunes dilexisset, nihil mali pariebant inter se, totum permittebant diuinæ gratiæ, non erat timor, idq; in medijs periculis. Vnde per simplicitatem omnē virtutem declarauit, quæ maior ipso ieiunio, diuitiarum erogatione, ac perseverantia in oratione. Sic autem & pure laudabāt, imò hoc est laudare deū. Vide isuper & illos hic statim accipere mercedē. Habere enim gratiā apud populum, est fuisse quosdā valde dilectos ac amabiles. Quis enim nō obstupesceret, quis nō admiraretur hominē morib; simplicē, vel quis nō se iūgeret ei qui subdolos nō est, & quorū aliorū est salus, & quorum magna bona? Nōnne pastoribus

pastoribus initiō euāgelium prædicatum est: nōnne Ioseph simplex quidam homo erat, & ita vt nec per adulterij suspicionem pertereretur, quo peccato perpetrādo consentiret? Nōnne agrestes fuci expertes elegit? Anima enim, inquit, benedicta omnis simplex. & iterum, *Qui autem ambulat innocenter, ambulat cum fiducia.* At dicet quis, Nōnne & prudētia opus est? Quid enim aliud est simplicitas, quā prudentia? Quando enim nihil suspicaris malum, neque moliri poteris malum, quando nihil fers moleste, neque vindictam meditari poteris. Contumelia quis te afficit, nō doluisti: calumniatus est, nihil inde affectus es: odio persequitur, & sic quoq; nihil affectus es. Via quædam est ad philosophiā simplicitas. Quemadmodum enim in corpore tristis & mœstus & cogitabundus, licet pulcher sit quis, multum tamen pulchritudini detrahit: hilaris autē & subridens aspectu, formositatem auget: Ita profecto etiam anima. Subdolos licet innumera habeat bona opera, disperdit ea, contrā agit mēte liber ac simplex. Et amicum talem quis cum simplicitate fecerit, & inimicum factum conciliarit. Non item opus habet custodia, & custodiæ custodia, neque vinculis & cōnexionibus ad hoc, sed multa est illi laxatio, & iis qui cum eo viuunt. Quid igitur si in malos inciderit viros talis? Deus qui præcepit esse simplices, porriget manum. Quid simplicius erat Dauid? quid Saule malignius? Vter igitur superauit? Quid item de Ioseph dices? nōnne simpliciter vsus est fratribus: nōnne propter hoc probatus fuit, eo quod ipse quidem omnia absque suspitione loquebatur, illi autē maligne insidiabantur? Somnia semel ac iterum dixit, & non sibi cauebat, & iterum cauebat, & iterum ad illos abiit cibos allaturus, & non sibi cauebat, totum cōmitens deo: verum hi erga ipsum tanquam hostem affecti sunt, ipse vicissim erga illos vt fratres: & poterat de^o illum non permittere incidere in illos, sed permisit, vt ostendatur miraculum, & quod licet illi quod poterat declarabant, illi tamen vincat: & sic quauis plagā accipiat, non à seipso sed ab alio accipit. Malignus autem seipsum quidem percutit primum, alium autē nullum, & sic sibi ipsi est hostis. Illius anima plena est mœre perpetuo, cogitationibus semper cōplicitis siue audendum siue dicendum quid sit, omnia trahit ad crimen, omnia incusat. Procul ab illis amicicia & concordia, proximæ autem illis habitant & inimicicia & cōditates, & sibi ipsi suspecti sunt tales, his neque somnus dulcis, neque aliud quippiam. Quod si & mulieres habent, papæ, quāam omnibus hostes ac inimici, innumera æmulationes, timor perpetuus. *πονηρός* malus autem *παρὰ τὸ πονεῖν* à laborando dictus est, sic scilicet scriptura semper laborem maliciam vocat, sic quando dicit, sub lingua eorum fatigatio & labor. & alibi iterum, Et quod reliquum illis: fatigatio & labor. Si autem admiraretur quispiam, vnde nam initiō tales facti sint, & hodie non sint tales. Discant causam esse afflictionem, doctricem philosophiæ, matrem pietatis. Quando pecuniæ in vltu non erant, tunc neque labor erat? Etiam, inquit, istuc ipsum enim rogo, nunc autem vnde tanta malicia, vnde ille tria milia & quinque milia statim virtutem arripuerunt, & mox adeo philosophi facti sunt: nunc autem vix vnus inuenitur, tunc autem sic conspirabāt: Quid hoc quod illos tam agiles & excitatos reddebat? quid illos repente accendit? quoniam cum multa accedebant deuotione, quoniam honores non erāt sicut nunc, quoniam ad futura suam mentem conuerterant, & nihil presentium expectabant. Hoc est ignitè

animæ in periculis versari, hoc putabāt illi Christianissimum esse, sed non nos: nunc in meris dissolutionibus viuunt, propter hoc neque quando oportet hæc assequemur. Quid faciemus interrogabant illi, condemnantes seipso, nos autem secus agimus. Quid faciemus, dicimus, venditantes nos presentibus; & sublimia de nobis ipsis sentientes. Illi faciebant, quæ sanè facere debebat, nos autem contrarium agimus. Condemnarunt seipso illi, desperarunt de salute sua, & propter hoc tales facti sunt, agnoscebant quantum donū acceperant. Quo modo autem vos eritis tales per omnia diuersum quod illi faciebant, operantes? Illi simul audierunt ac baptizati sunt, non dixerunt hæc frigida verba, quæ scilicet nos nunc, neque moras necdebant, quāuis scilicet non omnia non omnes audierāt iustificationes, sed solum, Seruamini à generatione hac praua, eos nō legnes effecit, sed acceperunt sermones: & quod acceperant, operibus declarabant, & monstrarunt quales essent. Simul enim vt in certamen ingressi, vestes exuerunt, nos autem insaniētes, cum vestibus certare volumus: propter hoc antagonista noster, laboribus non habet opus, sed impliciti in nobis ipsis sæpe deiicimur. Idē enim facimus, quemadmodum si quis athletam, puluere aspersum, nigrum, nudum, & ab arena, & à Sole multum habetē luti, & oleo, sudore ac luto simul deformatū viderit, ipse vnguentum olens acceptis fericis & aureis vestibus, & stola vsq; ad corrigias calcei demissa, & aureo ornatu in capite ingressus se immittat. Qui enim talis est non impediatur solum, sed omnem curam habet, ne inquinetur & disrūpatur vestis, vnde & primo aggressu cadet: & id quod timuit, statim patietur, cum plagis & damno accepto. Tempus adest certaminis, tu autem fericis indueris: tempus est exercitationis, tēpus stadij, tu autem quasi ad pōpam te ipsum ornas, & quo modo vinctus? Oro ne videas ad externa sed ad interna. Horū enim curis, quasi vinculis grauib; vbiq; anima colligata est, manum nō sinens extollere, neq; extendere cōtra hostem, molles faciens ac delicatos. Optandum, liberatum ab omnibus posse illam immundam superare potestatem, propter hoc & Christus quod non sufficiat solarum diuitiarum abiectio, vide quid dicat, Vide facultates tuas, & da pauperibus: & veni, sequere me. Si autem neq; quando deposuerimus opes, nōdum securitatem consequimur, sed & alia quadam arte ac diligētia nobis opus est: multo magis has adhuc habentes, nihil magni faciemus, sed ridiculi & spectatorib; & ipso maligno hosti erimus. Nam licet diabolus non esset, licet nullus qui impugnet appareat: innumera tamen viæ sunt, quæ diuitiarum amatores ad gehennam ducunt. Vbi nunc sunt qui dicūt, Quare diabolus factus est? Ecce hic diabolus nihil operatur, sed nos totū. Atqui hæc eos qui in montibus sunt dicere oportebat, qui post temperantiam, & diuitiarum contemptum, & aliarum rerū despectum, patrē ac domos, & agros, & vxorem, & pueros relinquere sapiēssime volentes, sed illi maxime hæc non dicunt. Isti autem quos nunquam dicere oportebat, dicunt. Illa reuera sunt diaboli certamina, ad hæc autem neque descendere dignum. Sed istam, inquit, diuitiarum cupiditatē immittit diabolus. Et improba ne approbes homo. Nunc autem si quidem videres aliquē, à ianua reicere lutum, deinde videre contra se iaci ac stare, & omnia capite assumere, non solum nō misereris, sed etiam indignareris, & diceres illum iuste passum esse: Et ne stultus sis, omnes ad illum loquerentur. Nūc autem vides quod diaboli est diuitiarū cupiditas,

vides quod innumera mala affert, vides illum sicuti luti acervos facere cogitationes fœdas, & nudo capite accipiens immundiciam illius non intelligis? parum declinare oportebat, & ab affectione liberari, quæ admodum si ille locum declinans liberetur, sic & tu accipe tales rationes & fugias peccatum, & repellas concupiscentiam. Et quo modo repellam, inquit? Siquidem Ethnicus esses, & præsentia solum admirareris, fortasse multa esset difficultas, quanuis illi id virtutis exercuerint. Homo autem cœlum expectans & ea quæ in cœlis, dicis, quo modo repellam? si contrarium dicerem, tunc oportebat hæsitare: si dicerem, concupisce diuitias, & quo modo concupiscam diuitias dicerem talia videns: dic oro: Si auro profuso & lapidibus preciosis dicerem, concupisce plumbum, non igitur opus erat hæsitatione: dixisses enim, quo modo possum? Si autem dicerem, Ne concupiscas, hoc facilius fuisset. Non admiror despicientes, sed eos qui non contemnunt. Hoc est animæ multa ignavia impletæ, nihil muscis & culicibus præstantioris, humiq; repentis. Quid dicis, Vitam hærediturus es æternam. Et dicis, quo modo contemnam præ illa præsentem? Non sunt æquæ amabiles illæ res, vestem accepturus regiam: dicis, quo modo contemnam pannosam. In regis ingressurus domum dicis, quo modo despiciam pauperem illam casam? Sic nos sumus vbique authores, nolentes vel parum excitari. Nam quotquot voluerunt, vitam in melius mutarunt amplexi virtutem, feceruntque illud strenuè, magnaque cum facilitate. Vtinam & nos præsentem admonitione persuasi recte agamus, & imitatores efficiamur eorum qui bene egerunt, Gratia & misericordia vnigeniti illius filij, cum quo patri & sancto spiritui, gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Cap. III.

Simul autem Ioannes & Petrus ascendebant in templum ad horam orationis nonam.
Homilia octaua.



Ioan. vlti. f.

Vbique duo illi inter se concordiam magnam habere cognoscuntur, huic innuit Petrus, simul ad sepulchrum veniunt. De hoc dicit Christo, Hic autem quid? Et alia quidem signa non curauit libri huius scriptor: quod autem magnum afferbat stuporem, & omnibus nouum videbatur, dicit. Et vide iterum non prius consilio capto ad hoc venisse, adeo ab ostentatione & honoris cupiditate erant alieni, & suum imitabantur præceptorem. Cur autem tunc ascenderunt in templum, nunquid adhuc Iudaicè viuebant? minime, sed vtiliter hoc faciunt. Fit autem signum hoc, alios quidem iterum confirmans, alios autem attrahens. Et signum quale nondum fecerant, naturalis morbus erat, & maior arte medica, imò quadraginta annis claudicans fuerat, sicut in progressu dicit, & nullus illum vnquam curauit. Scitis autem quod curatu difficiliora sunt, quæ scilicet à natiuitate insunt. Tam grauis autem erat morbus ille, vt nec sibi ipsi cibum operando parare posset, & insignis erat cum à loco, tunc à morbo. Et quo modo audi, *Et vir quidam, inquit, claudus ex utero matris sue gestabatur, quem ponebant quotidie ad portam templi, qua dicebatur Speciosa, vt peteret eleemosynam ab his qui ingrediebantur in templum.* Eleemosynam vtique accipere quærebat, & ignorabat, qui nam essent illi viri. *Qui visis Petro & Ioanne ingressurus in templum, rogabat vt eleemosynam acciperet: vt autem Petrus inspexisset in illum cum Ioanne, dixit, Respice in nos. Hoc audi. Ille autem neque sic surgit, sed adhuc manet inturbans. Hunc enim paupertas cogit, vt etiam vr-*

geat dare eos qui negant. Confundamur nos qui resiliamus, dum orat nos inopes. Vide autem aquitatem quo modo ostendit Petrus statim, vt dixit, *Vide in nos.* Sic illorum habitus morum facilitatem ostendebat. *Ille autem intendebat in eos, expectans aliquid ab ipsis accipere. dixit autem Petrus, Argentum & aurum non est mihi. Hoc autem quod habeo, tibi do.* Non dixit, Do tibi quod multo argento preciosius. Sed quid? *In nomine Iesu Christi Nazareni surge & ambula, & apprehensa illius manu dextra suscitauit.* Ita & Christus fecit, sæpe curauit verbo, sæpe & opere, sæpe & manum adhibuit vbi erant infirmiores in fide, vt ne videatur fieri natura. Et apprehensa illius dextra manu suscitauit. Hoc fecit manifestam suscitationem. Erat enim resuscitationis imago. *Et statim confirmata sunt illius planta & ac tali. Et exiliens stetit & ambulabat.* Tentans forsitan seipsum, & maiorem probationem faciebat. Non igitur simpliciter factum est, quod actum. Infirmi pedes illi erant, non fatigati, non secti. quidam autem dicunt, quod nesciuerit ambulare. *Et ingressus est cum illis ambulans in templum.* Reuera admiratione dignum. nõ ipsi illum adducunt, sed ipse sequitur, comitatu benefactores suos testatus. Et per hoc quod cum exultatione laudabat deum, non illos admirans, sed deum, qui per illos sibi benefecerat. Sic gratitudinis studiosus vir erat. Sed videamus iterum quæ dicta sunt. *Ascendebant, inquit, ad horam orationis nonam.* Fortassis per tempus illud gestantes claudum ponebant, quando maxime ingrediuntur homines in templum. Vt autem ne putet quis, quod propter aliud quiddam portabant, & nõ vt acciperet, vide quo modo hoc manifeste astruat in his quæ dicit. Ponebant illum, vt eleemosynam acciperet ab his qui ingrediebantur in templum. Et propter hoc etiam locorum meminit, argumentum dans eorum quæ scribit. Et quo modo illum non adduxerunt Christo? forsitan fuerunt infideles qui templo absidebant, qui quidem neque apostolis illum adduxerunt. Vt vidit autem illos ingredientes & miracula facientes talia, Rogabat, inquit, vt eleemosynam acciperet, quemadmodum illos viros pios quosdam ex ipso habitu statim considerabat. Et idcirco intendit in illos. Vide autem quo modo & Ioannes vbique tacet. Petrus vero etiam pro illo rationem reddit. Argentum, inquit, & aurum non est mihi: non dixit, Non habeo hic, qualia nos dicimus, sed profusus, non habeo. Quid igitur, claudus: Et despicias me orantem? Non dixit, sed ex his quæ habeo accipe. Vides quo modo à fastu alienus sit Petrus, & non ostentator, etiam neque erga illum cui benefaciebat. Os igitur & manus totum operabantur. Tales quidam erant & Iudei claudicantes, & opus erat illis petere sanitatem, ipsi autem magis opes petebant humi iacentes, qui & propter hoc templo absidebant, vt ditarentur. Quid igitur Petrus? Non despexit illum, non ditantem aliquem quæsiuit, neque dixit, Etiam si nõ fiat illi miraculum, nihil magni fuerit, nec honorem aliquem ab illo expectauit, neque presentibus quibusdam curauit illud. Erat enim vir in ingressu, non ibi sed intus erat multitudo, sed nihil horum quæsiuit Petrus, neque ingressus prædicauit, sed solo suo habitu claudum attraxit ad petendum. Et hoc miraculum, quod statim creditum. Qui enim liberati sunt à diutinis morbis: vix credunt, etiam cum viderint. Et qui sanatus est, deinde cum apostolis erat, gratias agens deo. Et ingressus est, inquit, cum illis ambulans in templo, exultans & laudans deum. Vide quo modo non solus erat: præ voluptate quidem saliebat, laudabat autem deum vt ora illorum obtura-

ret.

ret. Mihi autem videtur, vt ne putetur esse simulatio ipsum saltasse, quod certè ostendebat non esse hypocritam. Qui enim omnino ire non poterat, præsertim quæ antea etiam famès cogeret: neque enim voluisset in gestantes distribui ea quæ in eleemosyna vix sibi sufficiebant: multo magis tunc. Quo modo autem simulasset propter eos qui eleemosynam non dederant? Sed gratias agebat vir etiam post sanitatem. Vtrinque enim fidelis ostenditur & à gratitudine, & ex eo quod acciderat. Non sanè omnibus notus erat, vnde & agnoscebant illum. *Et vidit, inquit, illum omnis populus ambulans ac laudat deum, agnoscebantque illum, quod hic esset, qui ad eleemosynam accipiendam sedebat in speciosa porta templi.* Et bene dixit, Agnoscebant, qui ignotus postea ob miraculum esse cœperat. Hoc enim verbo vtimur in his quos vix agnoscesimus. Oportebat igitur credere, nomen Christi remittere peccata. Quum autem sanatus teneret Petrus ac Ioannem, accessit omnis populus ad vestibulum, quod vocatur Solomonis, & obstupescerebat, à beneuolentia quæ in illos, & amicitia qua ab illis non separabatur: Fortassis autem & gratias agens illis, & laudans. *Vt autem vidit illos Petrus respondit.* Iterum ipse & operatur ac concionatur. Igitur nuper illos ad audiendum excitat donum linguarum, nunc verò hoc miraculum: & tunc quidem initium accepit à crimine, nunc verò ab admiratione. Videamus autem quid differat cõcio hæc ab illa, & quid cum ea commune habeat. Nam illa quidem in domo fiebat, quum illi nondum progressi vel aliquid operati essent, hæc autem admirantibus omnibus, sanato propè assistente, nulloque dubitate. Quemadmodum tunc quando dicebant, quod musto pleni sint. Et tunc cum apostolis omnibus existens differebat, nunc autem cum Ioanne solo: nam liberè loquitur, & vehementior fit. Tanta enim res virtus est, vt initio sumpto progrediatur, & nusquam subsistat. Vide autem & qua dispensatione in templo contigit signum fieri, vt & alij fidentiores fiant. Neque enim in angulo operabantur alicubi, vel etiam occultè, sed neque intus in templo, vbi magna multitudo erat. Quo modo creditum esset, inquit, quod ipse qui sanatus prædicaret beneficium, neque enim mentitus fuisset, neque si ad alios quosdam venisset. Igitur vbi latitudo erat, & locus separatus, ibi faciebant miraculum. Et vide quid factum sit: Ad aliud opus veniunt. Sic & Cornelius, sed ieiunans orabat. & alia vide, etenim hæc tunc vbique Christum Nazarenum nominant. In nomine Iesu Nazareni, inquit, surge, & ambula. Iam enim hoc erat quod quærebat, credi illum. Ne obsecro ad initium fatigemur narrationis. Sed & licet bonum quoddam opus dixerit, & desinat, iterum resumamus initium, donec habitum cõsequamur: fortassis ad finem veniemus, fortassis colophonem imponemus. Studium enim, inquit, studiū generat, & ignauia ignauiam. Qui parum quiddam dextrè egit, accipit adhortationem, vt ad manus perueniat, immo vt ex illo vltro concedat. Et sicut ignis vt ligna corripuerit plura, hoc fit vehementior, ita & alacritas. Quod enim excitat cogitationes pias, hoc magis armatur & contra alia, exempli gratia dicam: Stant inter nos sicut spinæ, periurium, mendacium, hypocritis, dolus, malignitas, conuicia, scommata, risuum excitationes, turpiloquia, sales. Iterum ex alia parte, auaricia, rapina, iniusticia, calumnia, insidia. Iterum, concupiscentia mala, immundicia, luxuria, scortatio, adulterium. Iterum, inuidia, æmulatione, ira, furor, vindictæ cupiditas, retaliatio, blasphemia, & innumera talia. Si priora probè egerimus, non

solum illa rectè facta erunt, sed per illa etiam posteriora. Fortior enim fit cogitatio ad illorum subuersionem. Vt qui multum iurauit, amputet diabolicam consuetudinem hanc, nõ illud solum ille rectè egerit, sed & alia pietas inducta erit. Nullus enim non iurantium facile volet aliquid mali operari, sed reuerbitur virtutè quæ iam operatus est. Quemadmodum pulchrâ vestem portans erubescit semetipsum luto volutare: Sic & ille, Ab hoc veniet ad hoc, vt non irascatur, nec percutiat, nec contumelia afficiat. Si enim vel semel parua bene operatus fuerit, totum perfectum est. Contingit autem sæpius contrarium. eos qui semel bene aliquid fecerint, in eadem peccata ex ignauia iterum relabi, ita vt inde quasi impossibile reliquum opus constitueret, vt si posuimus vobis ipsi legem non iurandi. Virtutem exercuimus ad dies, tres, quatuor, post hoc necessitate quadam virgente, collectum lucrum totum disperimus, ac incidimus. Deinde in tantam peruenimus segnicem ac desperationem, ita vt non libeat eadem vltra attingere. Et merito. Nam qui sibi aliquid ædificauit, deinde videns struaturam deiectam, ignauior fit ac negligentior, & non iam æquus est ad extruendum. Verum non oportet negligenter agere etiam sic, sed iterum laborem aggredi. Ponamus igitur nobis quotidianas leges, iam à facilibus incipiamus. Malam iurandi consuetudinem ab ore nostro auferamus, frantum imponamus linguæ: Nullo hic sumptu opus, nullus labor exigitur, nõ indiget magna temporis mora exercitatio: Sufficit velle, & totum factum est. Res enim hæc à consuetudine pedit. Etiam obsecro & oro, studium tale afferamus. Dic oro mihi, si iussissem erogare pecunias, nõne alacriter omnes pro viribus contulissetis? Si me in periculis vidissetis extremis, nõne etiam carnis vestræ portionem si possibile esset dedissetis? Iam in magno & maximo periculo sum, nec magis dolerem, etiam si vel in carcere agerem, vel sexcentas plagas exciperem, vel in metalla contemnatus essem. Manum igitur porrigite, cogitate enim quantum periculum, neque hoc minimum est: minimum autem dico, quantum ad laborem attinet, posse bene agere. Quid dicam, quum arguar, quare tunc non redarguebas, quare non imperabas, quare non legem ponebas, quare non obtemperantes non prohibebas? Non sufficit mihi dixisse, admonui: Sed & acriore opus erat increpatione, inquit. Quoniam Heli admonebat (sed absit, vt vos illius conferam pueris) & ille admonebat, & dicebat, Ne faciatis sic filij, malus rumor est quem de vobis audio. Sed scriptura pergens dicit, Non admonebat filios suos. Hoc autem dicit, quoniam non acriter, neque cum austeritate faciebat. Quo modo igitur non absurdum, in synagogis quidem Iudeorum tam fortes esse leges, etsi docens imperet omnia fieri, hæc autem nos ita contemptos esse ac abiectos: Non mihi mea gloria curæ est, Gloria enim mea est, vestra probata vita, vestra salus. Quotidie clamamus, insonamus in aures vestras. Qui audiat, nullus est, & nihil egregium opere declaramus. Timeo ne ob intempestiuam illam & multam misericordiam, pœnam in futuro die sustineamus: propterea magna & clara voce prædicamus omnibus ac testificor, ita vt eos qui sic præuaricantur, quique ea quæ à malo ligno sunt loquuntur, hoc est enim iuramentum, ne limina ecclesiastica ascendant. Præstitutus autem vobis sit mensis præsens, vt sic corrigamini. Ne enim mihi dixeris, quod me negociorū vrget necessitas, quia fidem non inuenio. Iam remoue mihi illos, qui ex consuetudine iurant. Scio quod multi nos risuri sunt. Atqui melius est nos

Supra. 2. b.

Infr. 1. 10. a.

1. Reg. 2. e.

Ibidem. 3. c.

est nos nunc rideri, quam olim deplorari. Quis enim A
 seruans præceptum ridebitur: quod si omnino ridebunt,
 non nos, sed Christum ridebunt. Horruistis quod di-
 ctum est. Scio & ego. Nam si ego quidem legem hanc
 induxissim, & ego deriderer. Si autem alius legislator
 est, in illum transit irrisio. Et consputus est aliquando
 Christus, & in maxillam percussus est, ac alapam tulit.
 Fert etiam hæc nunc, & nihil dissimile: idcirco gehenna
 parata est, idcirco vermis immortalis. Ecce iterum
 dico ac testificor. Rideat qui voluerit, subfannet qui vo-
 luerit. In hoc positi sumus, vt rideamur scilicet ac sub-
 fannemur, vt omnia patiamur, purgamenta mundi sumus
 secundum beatum Paulum. Si quis noluerit hoc
 præceptum perficere, quemadmodum tuba quadam per
 verbum denunciatio, abstinere à liminibus ecclesiasticis il-
 lis, siue princeps sit, siue alius diademate cinctus. Nun-
 quid deposuistis me ab hoc principatu? vel si mansero, B
 nulla me manent pericula, non patiar vt ascendam in
 hanc sedem magna non faciens? Nam si hoc non pos-
 sibile, satius fuerit infra stare: nihil enim miserius præsi-
 de, subditis nihil utilitatis afferente. Adhuc oro attenti
 sitis, nec vagemini animis vestris, obsecro, immo cont-
 tendamus dicendum, & omnino aliquid amplius: lesu-
 nate, orate deum, & nos vobiscum, vt illam pernicio-
 sam consuetudinē eiiciamus. Nihil maius est quam fieri
 doctores orbis, nō parum fuerit, vbiq; audiri: quod
 nullus in hac vrbe sit qui iuret. Si hoc fieret, non solum
 vestrorum operum accepturi essetis mercedem, sed &
 nostri pro fratribus studij. nam quod nunc vobis sum,
 id vos toti orbi futuri estis. Omnino & alij imitabun-
 tur vos, omnino futuri estis lucerna super candelabrum
 posita. Est hoc, inquit, totum: non hoc est totum, sed
 hoc est initium aliorum. qui non iurat, omnino ad pie-
 tatem veniet, etiā aliam, siue velit, siue nolit & confun-
 ditur ac timetur. At multi sunt qui non ferunt ac resi-
 liunt, sed melior est vnus faciens voluntatem domini,
 quam innumeris peccatores. Ab hoc scilicet omnia sub-
 uersa sunt, omnia sursum ac deorsum facta sunt, quia
 quemadmodum in spectaculis multitudinem desidera-
 mus, non multitudinem probatam. Quid enim turba,
 dic mihi poterit prodesse? Vis discere, quod turba san-
 cti sunt, non multi? educite in bellum ceterum myriades,
 & vnū sanctum: scimus quis plura operetur. Exiit Iesus
 Naue in bellū, & sol^o omnia operatus est strenuē, & ita
 alij nihil profuerunt. Multitudo, dilectē, quando volun-
 tatem domini nō facit, nihil differt ab his qui nō sunt.
 Orarim sanē, & vellem, etiam libens & præ desiderijs
 æger sim, vt multitudine ornatur ecclesia, sed multitu-
 dine probata. Si autem hoc fieri nequit, saltem pauci il-
 li probati sint. Non videtis quod melius sit habere vnū
 lapidē preciosum, quam mille obolos? nōne melius est
 oculos sanos habere quam excæcati grauitate carnis
 onerari? nōne videtis quod melius sit habere paucos
 bonos filios, quam multos malos? Non videtis quod in
 regno pauci, in gehenna multi? Quid mihi cum multitu-
 dine: quæ utilitas: nulla. sed potius aliis damnū. Idem
 enim est, ac si cui licet decem habere sanos, vel sexcen-
 tos infirmos, & adiciat illis decem innumeros illos. Illi
 sanē plurimi nihil rectē agent, nihil aliud nobis afferēt,
 quam pœnam tunc, & in præsentī tempore ignominia.
 nullus enim quod multi sumus dicet, sed cuncti arguēt
 nos tanquam inutiles. Hoc sanē nobis semper dicunt,
 quādo dixerimus, quod multi sumus: subiiciunt, sed &
 mali. Ecce iterum denunciatio, & clara voce clamo: iocum
 nullus esse putet. Abarcebo, & prohibebo nō obtempe-

1. Corin. 4.c

Præf. quæ
do inutilis.

Eccl. 46.a

rantes, & quandiu in hac sede confedero, nihil illius iu-
 stificationibus præferam. Si me quis deiecerit, postea si-
 ne culpa fiam, donec reus fiam. Non possum despiciere,
 non propter meam pœnam, sed propter vestram salu-
 tem, quam plurimum cupio, pro illa lachrymor & do-
 leo: sed obtemperate, vt & hic & in futuro multam ac-
 cipiatis mercedem, & communiter æternis fruamur bo-
 nis: Gratia & misericordia vnigeniti illius filij, cū quo
 patri, simul ac spiritui sancto gloria, imperium, nunc &
 semper, & in secula seculorum, Amen.

*Quo viso Petrus respōdit ad populum: viri Israhel, quid
 admiramini super his, vel quid nos intuemini, quasi nos-
 tra virtute aut pietate effecerimus, vt hic ambularet?
 Homilia noua.*

Maiore sermonis fiducia referta est hæc oratio,
 quam superior: nō quod in priore sibi timue-
 rit, sed quoniam homines illi irrisores ac sub-
 fannatores, & concitatores risus ad tantam
 orationem nō fuissent idonei. Vnde illam quidem in-
 cipiens, statim in initio attētos facit. Hoc vobis notum
 fit dicens, & auribus percipite verba mea: hic autem nō
 habet opus tali præparatione. Non enim segnes erant,
 quos signum attentos fecerat: vnde & metu ac stupore
 plenis, non opus erat hinc incipere, sed aliūde, vnde il-
 los sibi maximē conciliabat, repulsa illorum opinione.
 Nihil enim ita prodest, & adducit auditores: vt si non
 solum nihil magnum de se dicat differens, sed etiam su-
 perbia suspicionem eximat. Sic tamen contempta glo-
 ria magis seipos glorificabant, interim demonstran-
 do nō humanum, sed diuinum esse quod acciderat: &
 quod dignum sit, vt ipsi admirentur cum illis, & nō vt
 in admiratione sint. Vides quā ab ambitione purus
 sit, gloriam quæ dei erat vrget. Sic & veteres faciebant,
 quemadmodum & Daniel dicebat: Et ego non in sa-
 pientia quæ erat in me, & Ioseph: Nōne à deo manife-
 statio illorum: Et Dauid, quādo veniebat leo ac vrsus,
 in nomine domini illos discerpebat. Et hic igitur:
Quid intenditis in nos quasi propria virtute aut pietate effecerimus, vt hic ambularet? Neque hoc nostrum est, inquit, nō
 enim quasi digni sumus, conciliauimus nobis diuinum
 fauorem. *Deus Abraham, deus Isaac, deus Iacob, deus patrum
 nostrorum.* Vide quo modo subinde progenitores refert,
 ne videatur nouum quoddam dogma inducere: & il-
 lic patriarchæ Dauid meminit: & illic Abraham & Isaac.
Glorificauit filium suum Iesum. Iterum humiliter sicut in
 præmio, deinde audacior factus, quod acciderat, ex-
 tollit, sed non quemadmodum antea adumbrat: facit
 autem hoc magis illos adducere volens. Quāto enim
 magis reos illos monstrabat, tantō magis hoc fiebat.
*Glorificauit filium suum Iesum, quem vos quidem tradidistis, &
 negastis illum in conspectu Pilati, qui iudicauit illum absoluendum.*
 Duo crimina, & quod Pilatus volebat dimittere, & quod
 illo volente nolebatis. *Vos autem sanctum & iustum negastis,
 & postulastis vt virum homicidam donaret vobis: principem verō vir-
 ta interfecistis, quem deus suscitauit à mortuis, cuius nos testes sumus.*
 Quasi diceret, pro illo latronem petiistis, & ita valde il-
 lis onerosum reddebat sermonem: Et quia illos in ma-
 nu tenebat, deinde acriter cædit. *Principem verō vir-
 ta, inquit. Hoc loco fidē resurrectionis apparat. Quem
 deus suscitauit ex mortuis.* Vt ne quis dicat, vnde hoc ma-
 nifestum, non iam ad prophetas confugit, sed ad seip-
 sum, quoniam iam fide dignus erat. Nam tunc quidem
 quum dixisset, quod resurrexisset, Dauidem adduxit te-
 stem: nunc verō id ipsum dicens, chorū apostolicū,
 cuius

Supra. 2.d

Dan.

Gen.

1. Reg.

1. Reg.

1. Reg.

1. Reg.

1. Reg.

1. Reg.

1. Reg.

1. Reg.

1. Reg.

1. Reg.

1. Reg.

1. Reg.

1. Reg.

1. Reg.

1. Reg.

1. Reg.

1. Reg.

1. Reg.

1. Reg.

1. Reg.

1. Reg.

1. Reg.

1. Reg.

1. Reg.

1. Reg.

1. Reg.

1. Reg.

1. Reg.

1. Reg.

1. Reg.

429 cuius nos sumus, inquit, testes: & in fide nominis illius
 hunc quem videtis & nostis, consolidauit nomē ipsius:
 & fides quæ per eum est, dedit illi integritatem coram
 omnibus vobis. Querens causam dicere, statim signum
 addit: In conspectu, inquit, vestri omnium. Quoniam
 valde illos carperat, & monstrarat resurrexisse crucifi-
 xum: iterum sermonem remittit, dans illis facultatem
 pœnitentiæ dicens: *Et nunc fratres scio quod per ignoran-
 tiam fecistis, sicut & principes vestri.* Secundum ignoran-
 tiam fecistis, vna est hæc excusatio: altera, sicut & prin-
 cipes vestri. Quemadmodum Ioseph fratribus dicebat:
 Deus me misit ante vos, imō quod contractē illic dixe-
 rat: Definito consilio, & præsentia dei expositū, quum
 accepissetis per manus iniquorum: hoc illic dilatat.

Gene. 45.b
Supra. 2.d

*Deus autem quæ prænuiciauerat per os omnium prophetarum suo-
 rum passurum Christum, impleuit sic.* Simul ostendit quod
 non illorum sit, si hoc demonstratum antea, & quod
 per voluntatem dei factum sit. dicendo autem: Quæ
 prænuiciauit verba, ea quæ in cruce opprobabant in si-
 nuauit. Si vult illum, saluet illum, dicentes: Dixit enim
 filius dei sum, confidit in illum, descendat nunc de cru-
 ce: Nunquid nugæ sunt hæc & stulti: absit. sed sic oport-
 tebat fieri. Et testimonium perhibent prophetæ, atq; ita
 non descendit, nō ob suam infirmitatem, sed ob suam
 virtutem. Et ponit hoc in excusationem Iudæorum, vt
 etiam accipiant. Impleuit itaque sic. Vides quo modo
 totum illuc refert? *Respicite igitur, inquit, & conuertimini.*
 Et non dicit à peccatis vestris, sed vt remittantur pecca-
 ta vestra. Istuc ipsum manifestans. *Vt cum venerint tem-
 pora refrigerij à conspectu domini.* Ostendit hoc loco, mise-
 ros illos factos, & multis malis subiectos. Ideo & sic di-
 xit: Sciens hunc sermonem patienti, & consolationem
 quærenti congruere. Et vide qua via procedit: nam in
 prima concione, paulatim resurrectionem, & in cælos
 assumptionem insinuauit: hic autem, & clarum aduen-
 tum. *Et miserit Iesum Christum, qui antea prædicatus est, quem
 oportet quidem cælum accipere.* Id est, necesse est, vsque ad
 tempora restitutionem omnium: Quare nunc non veni-
 at, causa manifesta est. *Quæ loquutus est deus per os om-
 nium sanctorum suorum à seculo prophetarum. Moses quidem ad pa-
 tres dixit: Prophetam suscitabit vobis dominus deus vester de fratri-
 bus vestris mei similem, audietis eum iuxta omnia quæcunque dixe-
 rit vobis.* Illic quidem Dauidis meminit: hic autem Mo-
 se. Omnium, inquit, quæ loquutus est deus: non dicit,
 quæ loquutus est Christus, adhuc adumbrando magis
 illos adducens paulatim ad fidem. Deinde confugit ad
 fide dignum illud: Prophetam vobis suscitabit domi-
 nus deus ex fratribus vestris mei similem, illum audietis
 per omnia. Deinde & pœna magna subditur: *Erit au-
 tem, inquit, omnis anima quæcunque non audierit prophetam illum,
 exterminabitur de populo: Quin & omnes prophete à Samuele ac de-
 inceps quotquot loquuti sunt, & annuiciauerunt dies istos.* Hic be-
 ne exterminij posuit. Quando enim aliquid magnum
 dicit, ad priores confugit, & testimonium reperit vtra-
 que complectens: quemadmodum illic dixit, Donec
 ponā inimicos tuos sub pedes tuos. Admirabile enim,
 quod simul hæc duo, & subiectio & præuaricatio & pœ-
 na. Sicut me inquit. Quid igitur facitis? *Vos estis filij
 prophetarum, & vt vobis dixi, propter vos omnia facta sunt.* Quo-
 niam enim propter facinus arbitrabantur se alienos es-
 se factos: etenim non erat consentaneum rationi, il-
 lum nunc crucifigi, & mox vt suos curare: ostēdit quod
 & illud iuxta prophetiam: Vos estis, inquit, filij propheta-
 rum & testamenti, quod testatus est deus erga patres
 vestros dicens ad Abraham: Et in semine tuo benedi-

centur omnes familie terræ. *Vobis primum, inquit, quan-
 suscitasset filium suum misit. Igitur & aliis, sed vobis primum qui
 crucifixistis illum, benedicientem vobis, ita vt vnusquisque vestrum
 conuertat se ab iniquitate.* Videamus autem iterum diligen-
 tius quæ lecta sunt. Prius instruit quod ipsi non fecerūt
 miraculum, dicendo: Quid admiramini, & non sinit
 discedere dicto, vtq; id credibilius faciat, primum illo-
 rum iudicium deprehendit: *Quid in nos intenditis, quasi
 propria virtute aut pietate fecerimus?* Si hoc vos terret ac tur-
 bat, discite quis sit qui fecerit, & ne obstupescite. Et vi-
 de vbiq; quod postquam ad deum confugit ac dixit,
 ab illo omnia facta esse, tunc securē illos perstringit: *Supra. 2.d*
 propterea & superius dicebat: Virum declaratum à
 deo, & exhibitum erga vos. Et vbiq; memores eos fa-
 cit facinoris sui, vt & miraculum ostendatur, & resur-
 rectione confirmetur. Hic autem & aliud addidit. Non
 enim iam Nazarenū dicit, sed quid? *Deus, inquit,
 patrum nostrorum glorificauit suum filium Iesum.* Vide vt ali-
 enus est à fastu: Non obiecit, neque mox dixit: Et nunc
 credite. Ecce homo quadraginta annis quum claudi-
 cans esset, in nomine Iesu Christi surrexit, Non sic di-
 xit. Contentiosiores enim fecisset: sed iam laudat, quod
 admirentur factum. Et iterum à progenitore vocat. &
 non dicit, Iesus illum curauit, quauis certē ille ipsum
 curasset, sed vt ne dicant, quo modo sunt hæc verisimi-
 lia, num præuaricatorem glorificat? idcirco illos me-
 mores facit iudicij apud Pilatum, ostendens quod si vo-
 luisent animaduertere, non esse præuaricatorem cog-
 nouissent. non enim Pilatus illum voluisset dimitte-
 re, nec dixisset quum voluisset, sed iudicasset illum di-
 mittendum, manifestans, quod eum quidem qui alios
 occidisset dimittendum petiueritis: occisos autem viui-
 ficantem nolueritis. Et vt ne dicant iterum, quo modo
 nunc illum glorificat, qui tunc non adiuuit, adducunt
 prophetas testificantes, quod sic oporteat fieri. Deinde
 vt ne putent dei dispensationem, ipsorum excusationē
 esse, prius illos perstringit. Et negare in conspectu Pila-
 ti, non erat fortuitum, quum ille vellet dimittere: &
 quia si voluissetis, neque erat illi possibile eum vobis
 negare: Accusat ergo ille à quo petitus. Sic & hoc mi-
 ra dispensatione contigit. Hic impudentiam illorum
 ostendit, & quod gentilis quidem qui primum illum
 tunc solum viderat, liberasset illum, quauis certē ni-
 hil magnum audisset. Illi autem qui inter signa enutri-
 ti contrarium fecerint. Quod autem iuste iudicauerit
 absoluendum, & hoc non in gratiam fecerit, audi il-
 lum alicui dicentem: Consuetudo vobis est dimitti vn-
 um quemdam. Vultis igitur hunc dimittam vobis: *Ioan. 18.c*
Vos autem sanctum & iustum negastis. Non dixit, Expo-
 suitis vel reliquistis: sed omnino, Negastis. Merito. Sic *Ibid. 19.c*
 enim dicebant: Non habemus regem nisi Cæsarem. &
 non dixit: Non expetiistis irreprehensibilem, neque ne-
 gastis solum, sed etiam occidistis. Quando excæcati e-
 rant, nihil tale dixit: vbi autem persuasum est animabus
 illorum, tunc perstringit acrius, quando scilicet sentire
 poterant. Quemadmodum & nos ebriis nihil dicimus:
 quando autem sobrij facti fuerint, & ab ebrietate reuer-
 si, tunc eos perstringimus. Sic sanē & Petrus agit, quum
 possent intelligere quæ dicta, tunc & linguam acuit,
 crimināque multa numerat, vt pote, quod eum quem
 deus glorificauit, ipsi tradiderint, quod eum quem Pi-
 latus absoluit, negarint in conspectu illius, quod præ-
 legerint latronem. Vide iterum quo modo occultē de
 potentia illius differit, ostendens quod seipsum suscita-
 uit, quemadmodum in priore oratione dicebat. Secun-
 dum quod

Ioan. 19.b

Deuter. 18.c

Psal. 109.a

Gene. 22.d

dum quod non erat possibile illum detineri ab illa. Et hoc loco: *Principem vero, inquit, vitam occidistis.* Non igitur ab alio habuit vitam, quemadmodum princeps malicia. Ipse enim qui maliciam peperit, princeps est malicia: & princeps homicidij qui homicidium primus induxit: sic & princeps vitæ, qui à seipso vitam habet. Quem deus suscitauit, inquit. Postquam hoc locutus est, subdidit: *Et in fide nominis illius, hunc quem spectatis, & scitis consolidauit nomen illius, & fides quæ per illum dedit illi integritatem hanc.* Cæterum si fides quæ in illum, operata est totum, & quod in illum credidit, quare non dixit: Per nomen, sed in nomine? Quia nondum audebant dicere, In illum fides. Ne autem sit humilium dictum, adiicit: Et nomen illius consolidauit illum. Et vbi hoc prius dixit, deinde subdit: Et fides quæ per illum, dedit illi incolumitatem istam. Vide quo modo declarat, quod etiam illud se paruitati nostræ accommodans dixerit. Non enim alio habebat opus ad resurrectionem, cuius nomen claudum à mortuo nihil differentem, suscitauit. Considera quo modo vbiq; testimonia illorum adducit: nam superius quidem dicebat, Sic ut ipsi scitis, Et in medio vestri. Et iterum: Quem spectatis ac videtis in conspectu, vestri omnium: quauis quod in nomine illius factum esset nescirent, sed hoc scierunt quod claudicans fuisset. Et illi quoque qui fecerunt, confitebantur, quod non propria virtute, sed Christi consolidatus sit. Si autem hoc non fuisset, & reuera credidissent resurrexisse, non tam mortui quam suam gloriam quaerissent. Hac dicendo, idque illis se aspicientibus, deinde perculsas illorum animas, statim fraterna consolatione mitigauit. Dicens igitur: Viri fratres. Illic quidem nihil de seipsis dixit, sed solum de Christo. Certo igitur dicēs: Cognoscat omnis domus Israël. Hic autem & admonitionem apponit. Illic expectauit ut illi diceret, hic sciebat quantum facturi essent, utpote magis nunc familiares. Sanè & quæ supra dicta, non processerant ex ignorantia: nam quod latronem petiuerint, quod iudicatum absolutio-
ne dignum voluerint, & quod occidere noluerint, quo modo ignorassent? Attamen dat eis potestatem negandi & pœnitendi de factis, imò & defensionem pro illis ponit verisimilem ac dicit: Sciebatis quidem quod occideretis innocentem: quod autem principem vitæ, forsitan ignorabatis, Et hinc non illos solos à criminibus liberauit, sed etiam præcipuos maliciæ authores. Nonne contentiosiores illos fecisset, si quidem sermonem ad accusationem produxisset? Nam quādo quis graue aliquid commisit, dum accusatur, attentat se maiore excusatione defendere, & non dicit vltra, Crucifixistis, occidistis: sed fecistis, ad veniam illos admittens. Si illi per ignorantiam egerunt, multò magis his: si illis remittuntur peccata, multò magis his. Hoc autē admirabile est, quod & supra & hic quum dixisset, illic quidem definito consilio & præscientia dei: hic autem, quod prænu-
ciauerit omnibus Christum, nullum adducit testimonium, propterea quod nullum sit, quod non cum multis criminibus & pœnis cōtra illos dictum sit: Et dabo, inquit, impios pro sepultura illius, & diuites pro morte illius. Et iterum: *Quæ antea prænu-
ciauerat per os omnium prophetarum quod passurus sit ille, impleuit sic.* Magnum demonstrauit consilium, quando quidem omnes hoc dicebāt, & non vnus duntaxat. Profectò quoniam per ignorantiam facta sunt, præter voluntatem dei facta sunt. Vide autem quanta dei sapientia, quæ aliorum malignitate vitur, prout res postulat. Implet (inquit) sic, ut ne possent postea omisum esse aliquid, hoc addidit, manife-

Supra. 2. d.

Supra. 2. c.

Esai. 53. c.

stans impleta esse quacunque pati oportebat. Cæterum ne putetis quia propheta illa dixerint, & per ignorantiam feceritis, quod hoc vobis ad defensionem sufficiat, non dicit sic, sed latius. Pœniteat igitur vos, Quare? ut deleantur peccata vestra, non dico illa sola quæ in crucifigendo commissa sunt, forsitan illa per ignorantiam contigerunt: sed ita, ut & alia vestra peccata deleantur. Deinde adiecit, *Si quo pacto veniant vobis tempora refrigerij.* Hic de resurrectione disserit obscure. Reuera enim illa refrigerij tempora, quæ inquirebat & Paulus dicens: Et nos qui sumus in tabernaculo, ingemiscimus grauati. Deinde ostendens, quod ille sit temporum refrigerij author. *Et misit, inquit, prænu-
ciatum vobis Iesum Christum.* Non inquit, Expunctum est peccatum vestrum, sed peccata etiam illud interim insinuans, *Misit.* Hoc, ut dixit, non dicit postea vnde veniat, sed solum addit, quem oportet quidem cælos accipere, adhuc accipere. Et quare non dixit, quem cælum suscepit: Hoc utpote de superioribus temporibus disserens dixit: Sic dispensatum est, inquit, sic constitutum est: de eterna illius existentia nondum dicit, sed adhuc versatur in ipsius dispensationis modis, & dicit: *Moses quidem locutus est patribus, Prophetam vobis excitabit dominus.* Deinde ut superius dixit, vsque ad tempora restitutionis omnium quæ locutus est deus, per os omnium sanctorum illius prophetarum à seculo, tunc tandem ipsum inducit Christum. Nam licet multa prædixit, illum tamen audire oportet, volens non prophetas ita prædixisse si quis peccet. Et aliter vult ostendere, quod eadē & propheta prædixerunt: & si quis diligenter exquirat, inueniet etiā in veteri obscure quidem prædictum. Dicta autem sunt hæc clarius nuperime. *Prius annu-
ciatum inquit.* Hic illos etiam terret, quasi multa adhuc reliqua sint. Quo modo igitur dixit: Impleuit ea quæ oportebat illum pati? Impleuit, inquit, non impletum est, ostendens quidem quod ea quæ pati illum oportebat impleuit, quæ autem futura relinquuntur nondum impleta sunt. *Prophetam excitabit vobis dominus deus ex fratribus vestris mei similem.* Quod maxime illos conciliabat dicens: Vides quo modo humilia iuxta sublimia feminat? Humile enim & excelsum est, non si ascensus in cælos similis sit Moysi, verumtamen tunc magnū erat. Nūquid & in hoc similis Moysi, quod quisquis illum non audiet, exterminetur ex populo: Innumera & alia dixerit quis, in quibus euidenter monstratur, quod ei mansit similis Moyses, atque adeo magnum quoddam testimoniū attigit. Deus illum suscitauit, inquit, ex fratribus vestris. Et quod Moyses ipse interminatus est his qui non audiunt. Hæc omnia satis dicta. *Et omnes quoque propheta, inquit, à Samuele.* Noluit singillatim tractare, ut ne prolixum faciat sermonem, sed tempestiue Moisaici testimonij memor, vltra mittit illos: *Vos estis, inquit, filij prophetarum, & testamenti, quod testatus est deus:* Testamenti, inquit, filij: hoc est, hæredes. Ut enim ne videantur hæc ex beneficio Petri accipere, ostendit quod olim illis debitum fuerit, ut magis credant, quod & deo hoc probetur. Vobis primum, quum suscitasset, inquit deus, filium suum misit. Non dixit simpliciter, misit filium suum, sed etiam post resurrectionem, & quando crucifixus est: ut enim ne putent quod ipse quidem hæc largitus sit, pater autem minime: propter hoc addidit, Benedicentem vobis. Si enim frater vester ipse etiam benedixit vos, promissio res est: hoc est, tantum abest quod non velit vos his communicare, & horum socios esse, sed etiam aliis vos authores ac duces fieri vult. Igitur ne tanquam abiecti vel repudiati vos

diati vos habeatis. *In hoc, ut se conuertat vnusquisque ab iniquitatibus.* Sic vos benedicet, & non simpliciter. Et quæ est ista benedictio? magna. nonne conuerti ab iniquitatibus, hoc sufficit & alia solvere? si autem soluisse non suffecisset, quo modo benedictionem exhibuisset? Nunquid enim qui iniuste egit, iā & benedicitur, sed liber fit à peccatis: id mihi videtur, nisi quis iuxta modum legislationis acceperit, minime aliter congruiturum. Illum audietis inquit, & non simpliciter: Sed erit omnis anima, quacunque non audierit prophetam illum, exterminabitur de populo. Quando illos indicauit, qui peccarunt, & veniē participes sunt, & promissit iucundat: tunc tandem ostendit, quod & Moyses idem dicit. Et quæ ista consequentia dicere, vsque ad tempora restorationis, & adducere Mosem dicentem, quod omnia audient, quæ dicit Christus, & non simpliciter, sed cum terribilibus minis: ostendit enim quod & propter hoc obtemperare debent illi. Quid est filij prophetarum & testamenti: hæredes, successores. Si igitur filij, quare erga res vestras tanquam erga alienas affecti estis? Igitur accusatione quidem digna fecistis, poteritis autem simul veniam assequi. Deinde vbi dixit hæc recte, & alia subdit. Vobis misit deus filium suum benedicens vos: non dixit seruantem, sed quod maius est, benedicentem, ostendens quod crucifixus benedicet illos qui crucifixerunt. Imitemur igitur & nos, eiiciamus animam, homicidij & bellorum audiam. Non enim sufficit, non vlsci. Hoc & in vetere lege factum est, sed omnia faciamus pro his qui iniusticiam fecerunt, quasi pro amicis germanis, quasi pro nobis ipsis. Illius imitatores sumus, illius discipuli, qui postquam crucifixus omnia fecit pro his qui crucifixerunt, etiam quum apostolos emitteret, quauis certe nos sæpe etiam iuste patiamur: ille autem non solum iniuste, sed etiam ab impiis. Benefactorem enim & eum qui nihil iniuste fecit, crucifixerunt. Quare dic oro: propter gloriam: certe ipse illos honestabat. Quo modo? Super cathedram Moysi, inquit, sederunt scribæ ac Pharisei, omnia igitur quæ dicunt vobis ut faciatis, facite: secundum opera autem illorum non facite. Et iterum in alio loco: Vade, ostēde te sacerdoti: & quum posset illos perdere, seruabat. Hūc igitur imitemur, & nullus inimicus cuiuspiam sit, neque hostis, quam solius diaboli. Non parum ad hoc confert etiam non iurare, & non irasci. Nam ex eo quod non irascimur, nec inimicū habebimus. Abiice hominis iuramentū, & etiam quæ iræ sunt abiiceris, iramque extinxeris omnem. Est enim sicut ventus ira & iuramentum. Sinuamus vela, nulla vtilitas veli, si desit ventus. Si igitur non clamamus, neque iuramus, neruos succidimus iræ. Si autem non creditis, periculum facite rei, & sic se habere cognoscetis. Pone irascenti legē, ne vnquam iuret, & non opus habebis illi de mansuetudine sermonem facere, & sic totum perfectum erit. Et neque peierabitis, neque iurabitis omnino. Nescitis in quot fœda hinc vos præcipitetis, necesse enim vinculo seipso constringentes, & omni conatu operam dantes, ut ab hoc ineffugibili malo animā suam eripiant. Deinde, si non poteritis reliquum ut in dolore agatis & pugnis, & damnum accipiatis ex ira. Num hæc temere ac frustra fiunt: igitur minare, defini, omnia fac, sed absque iuramento. Licet retexere etiā quæ dicta sunt, & quæ facta si volueris. Sic hodie necesse est vobis māsueti^o loqui. Quoniam enim si audieritis, etiam quod vobis reliquum, recte perfectum erit. Agē, dic quam ob causam introductum est iuramentum, & quare cōcessum: dicamus originem eius, & vnde natum sit iterum, & quo modo & à

Matth. 23. a.

Ibidem. 8. a.

quibus narrātes, remunerabimus vos, hac oratione pro vestra audiendi facilitate. Eum enim qui iuste facit, necesse est & sapientiæ studiosum esse, & qui nondum talis, neque dignus est qui audiat sermonem. Fecit olim pater Abraham, & immolauit victimas, & hostias obtulit, & nondum erat iuramentum. Vnde igitur ingressum est iuramentum? quando mala creuerunt, quando omnia simul sursum ac deorsum facta sunt, quādo ad idolatriam inclinarunt: tunc sanè, quādo infideles appa-
ruerunt, deum vocabant testem, quasi fideiussorem dantes dictis satisfacturum. Iuramentum enim est fideiussio, vbi mores fidem non habent. vnde primum taxatur is qui iurat, si ei fides non habeatur absque fideiussore, & fideiussore maximo: & quia tam parum homines sibi mutuum credunt, non hominem quærūt fideiussorem, sed deum. Secundo idem crimen est eius qui iuramentum recipit, si pro contractibus deum ad fideiussionem trahat, & dicat se non crediturum, nisi illum accipiat. O excellentem stuporem, o cōtumeliam, vermis ac terra ac cinis existens & fumus, audes talem dominum tuum in fideiussorem rapere, & illum cogis accipere? Dic oro, mihi, num si filius vestris contenditibus inter se, & sibi mutuū non habentibus fidem, dixerit conseruus, non credendum, nisi communis dominus fideiussor accedat: nonne illi irrogarentur plage multæ, ut discat quod domino in aliis, non in hisce uti oporteat? Quid dico conseruum? nam si magis venerādum voluerit virum, nonne cōtumeliam causa haberet? At ego volo, inquit. Igitur neque illum cogit, quoniam & in hominibus hoc fit. Si dixerit, Aliquando fideiussorem tu ne recipias. Quid igitur? Et perdā, inquit, quod datur: non dixerim hoc, sed deum cōtumelia affici ne sustineas. Ideo & qui cogit, quāquam qui iurat magis inuitabilem habet supplicium. Similiter & qui nullo postulante iurat, etiā hoc difficultus est, quod quis iurat pro vnico obolo, pro paruo emolumento, pro iniusticia. Et hæc sic periculosa, quādo non fuerint periuria: si autem periuria committentur, tunc omnia confunduntur, & in causa sunt, tam is qui dat, quā is & qui accipit iuramentum. Sed sunt aliqua quæ ignorantur, obiciunt. Verum hæc prauidentis, nihil temere facias: si autem quid feceris negligentius, pete à te ipso incommodi pœnam. Melius sic damno affici, vel aliter. Dic enim mihi, rapis ad iuramentum virum, quid expectans, num quod peieret: sed hoc extremæ insipientiæ. In tuum enim caput pœna conuertetur. Melius erat opes perire, quā illum perire. Quare cum tuo damno hoc facis, & cum contumelia dei? Bestiæ est talis anima & viri impij. Sed expecto, quod non peieret. Igitur & absque iuramento crede. Sed sunt multi, aiunt, qui absque iuramento audent fraudem facere, qui cum iuramento non item faciunt. Decipis te ipsum homo. Homo furari qui didicerit, & hominem iniuria afficere, vellet etiam iuramentum calcare sapius. Si autem reuerentiam habet in iurando, multò magis iniuste faciendo. Sed inuitus ais hoc patitur? Igitur venia dignus. Sed quid dicam de iuramentis illis, relictis forisibus? Illic enim nihil tale potes dicere, nam pro decē obolis iuramenta fiunt & periuria. Quia enim fulmen supernè non descendit, & non omnia subuertuntur, stas obstringens deum. Quamobrem: ut olera accipias, ut calceos, pro paruo argento in testimonium illum vocas: nūquid quoniam non punimur, putamus nos neque peccare? Hoc diuinæ misericordiae est, non nostræ virtutis. Iura per tuum puerum, iura per te ipsum: dic, Sic ne licetor assistat lateribus meis? Sed times. Lateribus igitur vilior est deus: capite tuo contēptior: dic,

Iuramentū, quid.

Philip. 2. b
Psal. 8. a

Exod. 39. f

tior: dic, sic ne excæcer? At Christus nobis quidem par- A
cit, vt prohibeat etiam per proprium caput iurare. Nos
autem sic despiciamus gloriam dei, vt vbiq; ille traha-
tur. Nescitis quid sit deus, & quali ore inuocari debeat.
Porro quoties de viro aliquo virtutibus prædico loqui-
mur, dicimus: Laua os tuum, & sic memor sis: nunc verò
honorabile nomē, quod est nomen super omne nomē,
quod admirabile in omni terra, quod demones audiē-
tes contremiscunt, simpliciter distrahimus, & consuetu-
dinem, quæ id fecit cōtemptissimum. Denique si impo-
sueris alicui necessitatem iurandi in domo sancta, quàm
horrendum iuramentum si sic afficeris, iniungis. Nun-
quid quod illo quidem simpliciter abutimur, hoc autē
minimè? Nōne horrere oportebat, quum nominatur
deus? At inter Iudæos quidem hoc nomen tam reueren-
dum erat, vt in tiaræ lamina scriberetur, & nulli eas di-
uini nominis literas licebat gestare quàm soli summo
sacerdoti: nunc autē temerè ita portamus nomen illius.
Si simpliciter nominare deum non omnibus fas erat,
hoc certè quod in testimonium vocatur, quantæ audaci-
æ: dic oro, quantæ insanitiæ? Ecce dico, & testificor vo-
bis, emendate iuramenta forensia, eos autē qui non ob-
temperat omnes mihi iudicate: ecce præsentibus vobis,
imperabo his qui ad ministeriū segregati sunt domū
orationis, & admonebo, & ostēdam nulli iurare licere,
imò neque aliter. Ad me igitur ducatur, quisquis fuerit,
quoniam & hæc oportet corā nobis agi, quali pueri ef-
fētis. Proh pudor, cōfusio enim est, quod de quibusdam
adhuc opus habetis erudiri. Num facram mensam tan-
gere audes, qui initiatus non es? Sed id adhuc peius, tu
qui initiatus es audes facram mensam tangere, quam
nec omnibus sacerdotibus tangere licet, & sic iurare: Et
tu quidem pueri caput non tangeres egressus, mensam
autem cōtingis, & non horres neque metuis: Ad me ta-
les affer, ego iustam pœnam inferam, & vtrosque cum
gaudio emendabo, quod volueritis facito, legem pono
omnino non iurare. Quæ salutis spes, sic vobis omnia
contemnentibus ac perdentibus: num propterea acce-
pisti literas & symbola, vt perdas animam tuam? Quid,
tantum lucraris quantum perdis? Peierauit, perdidisti
& te & illum. Sed nō peierauit: Etiam sic perdidisti, qui
coëgeris præceptum transgredi. Expellamus hunc mor-
bum ab anima, iam à foro illum pellamus, aque omni-
bus mercatorum & opificum officinis, maior labor no-
bis erit, ne putetis per transgressiones legum diuinarū
secularia corrigi. At non credit, inquit: Etenim & ego
hoc ab aliquibus audiui, q̄ si non iurauero multa iura-
menta, nō credetur mihi. Tu horum causa es, qui tam
promptè ac faciliè iuras: quod si hoc non esset, sed om-
nibus esset manifestum, quod non iures: crede mihi di-
centi, quod vel solo nutui plus crederetur tibi, quàm iis
qui innumera iuramenta deierāt. Cui igitur magis cre-
ditis, mihi nō iuranti, an iurantibus: Sed tu, inquit, prin-
ceps es ac episcopus. Quid igitur, si ostendero quod nō
hoc solum. Cum veritate respondete mihi obsecro. Si
continuo iurasset ac semper, nunquid priuilegium ha-
beret principatus meus? Minimè. Vides, quod nō prop-
ter hoc. Quid igitur lucraris, dic obsecro mihi, Paulus
esuriebat, & tu eligas esurire magis quàm transgredi
quædam diuina mandata, cur tam infidelis es? Itaque tu
quidē omnia eliges & facere, & pati vt ne iures, ipse au-
tem te non remunerabit: sed periuros quidem & multū
iurantes, quotidie pascit: te verò tradet fami, quoniā au-
diisti illum: Omnes sciāt quod his qui in hæc ecclesiam
congregantur, nulli iurare liceat, & ex hoc efficiamur

certi, & non sola fide, etiā hoc signo à Græcis & ab om-
nibus aliis differamus. Signaculum accipiamus ex cœle-
stibus, vt tanquam regia armenta vbiq; fulgeamus, ex
ore & lingua iam noti efficiamur, sicut barbari, & sicut ij
qui Græcè loqui sciunt: Lingua enim à barbaris discer-
nimur. Dic enim oro mihi p̄staci, vnde sunt cognobi-
les, nōne ex eo quod loquuntur sicut homines? & nos
quoque cognobiles siamur si loquamur sicut apostoli,
& loquamur sicut angeli. Si dixerit enim quis, iura: au-
diat q̄ Christus iussit, & nō iuro. Hoc sufficit ad omnē
virtutem inducendam. Ianua quædam est pietatis, via ad
philosophiam inducens, palæstra quædam est, hæc cu-
stodiamus, vt & præsentia & futura bona assequamur,
gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum
quo patri simul cum sancto spiritu gloria, imperiū, ho-
nor, nunc & semper in secula seculorum, Amen.

Loquentibus autem illis superuenerunt sacerdotes ac
magistratus templi. Homilia decima.



ONDŪ rectè à prioribus respirarant tentatio-
nibus, & statim inciderūt in alias. Et vide quo-
modo res dispēscentur: primum omnes simul
subsannati sunt, non parua erat hæc tentatio.
Deinde qui præcipui erāt, periculis implicabātur: postea
verò non duo hæc, & vulgaria fiebant, sed vt prius cō-
cionibus claruerūt, & post illas miracula operati sunt:
nunc deinceps magna cum fiducia, concedente deo,
certamina aggrediuntur. Tu autem obsecro considera,
quo modo quæsierint Iudæi primum proditorem, qui
Christum traderet, quod vt factum, manus ipsi iniice-
runt, nunc audaciores & impudētiore facti sunt, etiam
post crucem. Peccatum enim quādiu parturitur, habet
confusionem ac pudorem, vbi autem perfectum fuerit,
impudentiores facit eos qui ipsum patrarūt. Sanè quare
hic & magistratus assisit: Superuenerunt enim illis lo-
quētibus sacerdotes, inquit, & magistratus: hoc est, dux
militum templi, vt iterum ea quæ fiebant, publico cri-
mine infament, & non vt priuatum aliquod vlciscan-
tur, id quod vbiq; vt facerent studebant. *Molestè fren-
tes eo quod docebant illi populum.* Molestè ferebant, nō so-
lum quod docebant, sed quod non solum dicebant illū
resurrexisse, sed etiam nos per illum resurrecturos: eo
quod illi docebant, inquit, populum, & annunciabant
sub nomine Iesu resurrectionem mortuorum. Tam for-
tis & efficax est illius resurrectio, vt & aliis iste resurre-
ctionis factus sit author. *Et iniecerunt eis manus, & perse-
runt eos in custodiam vsque in diem posturum, erat enim iam vespere.*
O impudentiam. Habebant adhuc priore sanguine ple-
nas manus, & non cessabant, sed iniecerūt illas iterum,
vt & alio sanguine impleātur. Num fortassis etiam ti-
muerunt, quod illi iam iuste plebis numerum referrent,
& ea propter etiam dux militum illis superuenit. Erat e-
nim, inquit, vespere iam. Illi quidem igitur volētes eos
mitigare, hoc faciebant, & custodiebāt: apostolos verò
magis audaces reddebat mora temporis. Et vide qui cō-
prehendantur, apostolorum præcipui, aliis postea exem-
plum facti, vt terreatur alij, & non vltra se mutuum
inquirant, neque communiter agant. *Multi verò eorum
qui audierant sermonem, crediderunt, & factus est numerus virorum
circiter quinque milia.* Quid hoc: nunquid viderunt illos
honestari? nōne conspexerunt ligari, quo modo igitur
crediderunt? Vides manifestam efficaciam? Ceterū
eos qui iam crediderāt, oportebat infirmiores fieri,
sed non sunt infirmiores facti. Sermo enim Petri, le-
mina in altam miserat profunditatem, & mentem illo-
rum attigerat.

Luc. 22. b

Matth. 10. c

Matth. 23. d

rum attigerat. Alij verò ob hoc succensabant, quod ni-
hil ipsos illi reuerbantur, quod præsentia mala nihili
faciebant. Si enim crucifixus, dicebant, talia operatur,
& claudum suscitauit, neque nos timeamus illos. Igitur
& hoc diuina dispensatione cōtingit, quod nunc plures
inde crediderunt quàm prius. Quia licētores idcirco ap-
ostolos illis videntibus ligabant, vt & illos meticulo-
siores faciant. Factum est secus quàm illi volebant. Id-
circo etiam coram illis istos non examinant, sed priuati-
m, vt ne libertas qua illi loquebantur audientes lucrif-
aceret. *Factum est autem postero die, vt congregarentur prin-
cipes eorum & seniores, & scriba in Hierusalem, & Annas princeps
sacerdotum, & Caiphas, & Ioannes, & Alexander, & quotquot e-
rant de genere pontificio.* Iterum conueniunt simul. Nam le-
gem iam non vltra seruabant, sicut & multa alia mala
faciebant. Et iterum iudicij formam negotio huic ad-
hibent, vt iniusto iudicio reos illos faciant. Et quum sta-
tuissent eos in medio, interrogabant qua virtute, aut
quo nomine fecistis hoc vos, quauis nossent. Molestè
enim ferentes, inquit, eo quod annunciabant in Iesu re-
surrectionem: sanè propter hoc vinxerāt eos. Cuius igitur
gratia interrogant: expectabant & putabant, quod
propter multitudinem negaturi essent, & propter illam
nihil non facturos. Vide sanè, & quid dicant: *In quo
nomine fecistis hoc vos? Tunc Petrus repletus spiritu sancto dixit ad
eos: Oro recorderis nunc sermonum Christi, & quo
modo euenerit quod dixerat, Quando autem tradent
vos in synagogas, ne solliciti sitis, quo modo vel quid
loquamini, spiritus enim patris vestri est qui loquitur
in vobis. Itaque magna spiritus efficacia freti sunt. Audi
item quid dicat: Principes populi, & seniores Israel.* Vide
sapientiam viri, & quo modo magna cum libertate ni-
hil contumeliosum loquitur, sed cum reuerentia. *Prin-
cipes populi & seniores Israel, si nos hodie examinamur de eo quod
bene fecerimus homini infirmo, quo modo ille saluus factus sit, notum
sit omnibus vobis, & omni populo Israel.* Satis generosè etiam
in præmio illos perstringit ac carpit, immo illos com-
monefacit priorum, quod de beneficio ipsos iudicent,
quasi diceret: Omnino oportebat nos propter talia co-
ronari, & vt benefactores promulgari: nunc autem e-
tiam iudicamur, quia benefecimus homini infirmo, nō
diuiti, non potenti, non nobili, quauis quis hoc inui-
disset: magna enim grauitate sermo ille refertus est.
Ostenditur autem hinc, quod illi seipos malis immi-
scuerint. *Quod in nomine Iesu Nazareni.* Quod maxime
illos contristabat, apponit. Hoc erat quod illis Chri-
stus dixerat, *Quod audiuistis in aure, prædicate super
tecta.* *In nomine Iesu Nazareni, quem vos crucifixistis, què deus
suscitauit ex mortuis, per hunc ille astit vobis sanus.* Ne putetis,
inquit, quod occultemus patriam vel passionem eius
quem vos crucifixistis, quem deus suscitauit ex mortuis,
per hūc ille astit coram vobis sanus. Iterum passio, ite-
rum resurrectio. *Iste est lapis qui reprobatus à vobis adifican-
tibus, qui factus est in caput anguli.* In memoriam reducit
eis verbum quod terrere illos sufficiebat. Qui cecide-
rit enim, inquit, super lapidem hunc, confringetur: eum
autem super quem ceciderit, disilire faciet. *Nec est in
villo alio salus.* Quas putas ex his verbis plagas illos ac-
cepisse? *Nec enim aliud nomen est sub cælo datum hominibus,
in quo oportet vos seruari.* Hic & sublimia loquitur. Nam
quando non est corrigendum aliquid, sed sola liber-
tas declaranda, nō parci. Non enim timuerat, ne per-
cuteret. Et non dixit simpliciter, per alium: sed, non
est in alio villo salus, manifestans quod hic vos seruare
potest. Simul autem & volens illos terrere. *Videntes*

A autem Petri libertatem, & Ioannis, compertique quod homines essent
illiterati ac idiotæ admirabantur, & agnoscebant eos, quod cum Iesu
fuisent. Et quo modo, inquit, illiterati rhetoricati sunt
contra illos & summos sacerdotes: non ipsi loqueban-
tur, sed per illos gratia spiritus. Hominem autem viden-
tes stare cum eis qui sanatus fuerat, nihil poterant con-
tradecere. Magna hominis libertas & manifestū est, vel
ex eo quod & in ipso iudicij loco illos non reliquerit,
& ita si dixissent, non sic se habere, ille reprehendisset.
*Isis autem illis de concilio secedere, conferebant inter sese, dicen-
tes: Quid faciemus hominibus istis?* Vides vt perplexi sint, &
iterum humano timore omnia operantur? Itaque sicut
& cum Christo, quod factum erat subuertere, & tegere
non potuerunt: sed prohibentibus illis, ea quæ fidei, ma-
gis crescebant: sic & nunc fit. Quid faciemus? & inipien-
tiam, quod illos propter gustata certamina percussos
fore existimarunt, immo si propter suam dignitatem
quam ita liberè loquentes non curauerant, superauerūt
facturos aliquid. Quamto igitur magis prohibere vole-
bant, tantò amplius res crescebant. *Nam conspicuum si-
gnum editum esse per eos omnibus habitantibus Hierosolymis mani-
festum est, nec possumus inficiari, sed ne amplius diuulgetur in popu-
lum, minaciter interminemur eis, ne posthac loquantur sub hoc nomi-
ne illi hominum.* Et accersitis illis præceperunt, ne omnino loqueren-
tur, neque dicerent in nomine Iesu. Vide & horum impuden-
tiam, & apostolorum sapientiam. *At Petrus & Ioannes
respondentes, An iustum sit in conspectu dei vos potius audire quàm
deum, iudicate.* Non enim possumus, quæ vidimus, & audiuimus
non loqui. *At illi aditis nimis dimiserunt eos, non inuenientis qua
ratione punirent eos propter populum.* Miracula, ora eorum
concludebant, & postea non tulerunt eos implere ser-
monem, sed interrumpentes impediebant magna cum
contumelia. Quia omnes glorificabant deum super eo
quod acciderat. *Annorum enim erat amplius quadraginta
homo in quo factum est signum istud sanationis.* Sed iterum vi-
deamus quæ dicta sint. *Quid faciemus hominibus istis?* Pri-
mum propter gloriam humanā omnia faciebant, nunc
etiam propter aliud simulant, ne videantur esse homi-
cidæ, quod post hoc dicebant: Vultis super nos adduce-
re sanguinem hominis illius? Prohibeamus illis non lo-
qui in nomine hoc. Vides insipientiam? Persuasi quod
resurrexerat, inde sumpta coniectura quod deus sit: alij
autem docere in nomine eius quem neq; mors potue-
rat detinere, prohibere conati sunt. Quid huic insipien-
tiæ par? Et ne mireris, quod iterum attentant, quæ non
perficiunt. Tantum enim malum est iniusticia, nihil vi-
det, sed vbiq; tumultuatur, & in se ipsam ruit. Quasi de-
cepti ac ludificati ita consulunt, id quod facere solent,
qui se irrisos suspicantur: hoc sursum ac deorsum tra-
ctant, quod dixissent, deus illum suscitauit, & in nomi-
ne Iesu hic sanus assisit, ostendentes quod resurrexit Ie-
sus. Et aliter: Etiam ipsi resurrectionem putabant, frigi-
dè quidem ac pueriliter, putabant tamen, nunc autē nō
credunt, & tumultuantur consulescentes quid sibi facien-
dum. Hoc profectò solum nōne sufficiebat persuadere
illis, ne quid faciāt dum illi tam liberè loquuntur. Qua-
re non credis, dic Iudææ: Oportebat enim signa facta &
sermonem attendere, non quod tam multi mali sunt.
Et quare non tradunt illos Romanis: iam malè audie-
bant apud eos propter ea quæ in Christum egerant, at-
que ita seipos magis incommodarant imminuentes
suam æstimationē, & sanctimoniam nomen: at non item
Christo, quem media nocte raptum statim abduxerūt
mora impatientes ac multum timentes propter multi-
tudinem. De his autem nullam fiduciam habebant, ne-
que illos

Infr. 4. e

que illos ducunt ad Pilatum, timentes & suspicantes propter superiora, ne etiam de illis redarguerentur.

Factum est autem ut congregarentur ipsorum principes in Hierusalem. Iterum concilium in Hierosolymis, & iterum illic iniqua perpetratur, & neque ciuitatis habetur reuerentia. Non vidisti illorum malitiam, & quo modo attentantes quæ perficere nequeunt, non abiterentur. Vide postea, oro, & Petri sapientiam, & quid in mediū progressus illis loquitur: *Si nos iudicamur de eo quod benefecimus homini infirmo, in quo seruatus est. In quali nomine fecistis hoc?* In quali, quare non dicis sed adumbras? In quali nomine fecistis vos hoc? Etiam dicebat, non nos fecimus. Vidisti sapientiam, non dixit statim, In nomine Iesu fecimus. Sed quid? In nomine eius hic assisit coram vobis sanus. Et iterum: Si nos iudicamur, quod benefecimus homini infirmo, perstringit illos, quasi semper eiusmodi in crimen vocantes, & reprehendentes quod benefecit hominibus, & priora in memoriam reducit, quod ipsi ad cædes currat: & non hoc solum, sed etiam ob beneficia arguunt. Vides quod pondus habeant verba? In his enim excercebantur, & postea imperterriti fuerunt ex iis, ex quibus ostendunt illis, quod ipsi magis, tamen inuiti prædicant Christum, & diiudicando & examinando dogma extollunt. *Quem vos crucifixistis.* O magnam libertatem. *Quem deus suscitauit ex mortuis.* Id iterum maiore sermonis libertatem præ se fert. Igitur quod dicit, hoc est, Ne putetis quod ignominiosa occultemus, quæ tantum abest ne celemus, ut etiam liberè prædicemus. Hæc quasi opprobriis illis dicebat: & non simpliciter, sed etiam moratur in sermone. Hic est lapis reiectus dicens, à vobis, deinde ostendens hoc in magnam utilitatem celsisse, addit:

Qui factus est in caput anguli. Hoc est, qui natura nobilis & preciosus ac probatus, hic reiectus est. Ad eodè propter signum magna libertate dicendi utebatur. Tu autem obserua quo modo quãdo oportet docere, multas adducunt prophetias: quando autem liberè loquendū, solum affirmant: *Neque enim nomen est aliud sub cælo datum hominibus, in quo oportet saluos fieri.* Quia omnibus hominibus & non illis solis datum est nomen, proinde & illos adducit testes. Quoniam enim dicebat, In quo nomine fecistis? De Christo, inquit, non est aliud nomen. Quo modo igitur interrogatis? Sic vbique hoc manifestum est. Neque enim nomen est aliud sub cælo, inquit, in quo oportet saluos fieri. Hæc sunt animæ verba quæ de hac vita desperauit, id quod magna libertas ostendit. Hic manifestat, quod quando etiam humilia loquebantur de Christo, non hoc metu, sed attemperatone morum fiebat. Quoniam autem nunc tempus erat, sic loquitur sublimia, quod illo ipso etiã auditores omnes perterret. Ecce & aliud signum non minus priore.

Agnoscebantque illos, quod cum Iesu fuissent. Non temerè hanc particulam posuit euangelista, sed ut manifestet etiã vbi fuissent, nempe in passione. Illi enim soli tunc aderant, quando etiam viderunt illos humiles, exilesq;. Maximè illos mirari faciebat repentina mutatio: etenim illos viderant Annas & Caiphas quod assisterent tunc hi, nunc autem perterruit illos valde libertas. non enim verbis solis monstrabant non curare se de quibus iudicentur, & quod extrema intentetur pericula, sed etiam habitu, & voce, & aspectu, & in summa omnibus libertatem apud populum demonstrabant per ea quæ loquebantur. Admirabantur autem fortassis quod homines & illiterati, & idiotæ essent: quoniam reperire licet illiteratum, qui tamen non sit idiota, & cõtra idiotam qui

non planè illiteratus: ostendit hic quod duo illa conuenerint. *Comperitque.* inquit. Vnde ex his quæ dicebant. Non longos extendit sermones, sed & ab ipsa annunciatione & habitu, libertatem manifestat, ita ut & extrema authoritate mandassent eis, nisi præsens fuisset homo. *Agnoscebantque illos, quod cum Iesu fuissent.* id quod fecit illos credere, quod ab illo didicissent hæc, & sicut discipuli eius hæc fecissent. Non minorem autem vocem quàm illorum erat, emittebat & miraculum ac signum: quod sanè illorum ora maximè obturabat. *Si iustum est, inquit, coram deo, vos magis audiri quàm deum, indicat.* Quando timor magis succisus est, nam & interminari nihil aliud erat quàm dimitti, tunc mansuetus loquuntur, tam logè sacerdotes à temeritate erant, quia notum signum erat. Non possumus negare: atque adeo negassent, nisi ita fuisset, nisi plurimorum fuissent testimonia, omnibusque fuisset manifestum, sed talis bestia est impudentia ac temeritas. Minaciter minabimur. Quid dicitis, minando expectatis cessaturam prædicationem? Sic vbique principia ardua ac difficilia, magistrum interemittis, & non sustulistis prædicationem, etiam nunc minaturi estis, expectatis ut destituatis nos, vincula non persuaserunt humiliter loqui, & vos persuadebitis multum scilicet, maximè his qui vos licet minimini, nihili faciunt. An iustum est coram deo, vos magis audire quàm deum? Hic deum, inquit, pro Christo. Vidisti quo modo nunc eueniat quod dixit illis, Ecce enim ego mitto vos tanquam oues in medium luporū, ne timueritis illos. Deinde iterum stabiliunt resurrectionem per ea quæ apponunt, dicentes: *Nos non possumus non loqui quæ vidimus & audiimus.* Vnde nos fidei digni testes sumus, vos autem interminando, iterum frustra minamini. Oportebat sanè illos mutari, propterea quod populus glorificabat deum: illi autem mortè minantur, sic contra deum pugnabant. At illi additis minis dimiserunt eos. Hinc magis clari & illustres facti sunt, immo præter mandatū iam testificabantur. Quid est quod dicunt, nos non possumus non loqui ea quæ vidimus & audiimus? Si falsa sunt, inquit, quæ dicimus, reprehende: sin vera, cur prohibes? Tanta res est sapientia studium: ille in angustia, hi in gaudio: illi multa implentur confusione, hi cum summa libertate omnia faciunt: illi timent, hi cõfidunt. Qui enim erant, dic oro, qui timerentur, dicentes, ne diuulgetur amplius in vulgus: vel dicentes, non possumus quæ vidimus & audiimus non loqui: Erant hi in maiore voluptate, libertate, ac laticia quàm omnes: illi verò in tristitia, confusione ac metu. Populum enim metuerunt. Quæ volebant loquebantur hi, illi quæ volebant non faciebant. Qui erant in vinculis ac periculis, nonne hi maximè? Possidamus igitur virtutem, ne absque voluptate quæ dicuntur sint, & consolationem nullã afferat. Non est hoc theatrum dilecte citharædorū vel tragædorū, vbi solius voluptatis fructus est, & cum prætereunte die, præterit etiam voluptas, & veinam esset voluptas sola, & non noceret cum voluptate: attamen inde domum vadunt singuli, quasi à vico quodam in quo multum mercati referant & adulescens quidem recipit melodias carminis diabolici, & quantum potuit memoria complecti, continuo domi cõtat: senior autè utpote honestior, hoc quidem non facit, omnia autem quæ illic dicta sunt verba memorat. Hinc verò nihil habetis abitis, & quo modo non dignum confusione? Legem posuimus, immo non nos posuimus. Absit. Non enim vocabitis, inquit, magistrum super terrã. Legem posuit Christus, ne quis iuret. Quid factum

Psal. 37. b

Eccl. 23. b

Consuetudo.

2. Cor. 13. a

factum est, oro, cum hac lege? Nõ enim cessabo de illa differere, ne fortè iterum veniens sicut Apostolus ait, non parcã. Nunquid solliciti fuistis in opere? Nũquid adhibuit est studium à vobis: num iterum iidem sermones sunt attingedi? immo siue aliquid feceritis siue non, eosdem repetamus, ut in vobis fortiores sint, & alios cohortemini. Vnde igitur nos incipiemus, vultis à veteri lege, sed id in nostrã confusionem, quod ea quæ in veteri dicuntur, quæ excellere oportebat, nondū custodimus. Nos enim conueniebat nõ de his audire. Iudaicę enim prauitatis fuerint hæc præcepta: sed illa perfecta, abiice opes, ita viriliter, animam pro prædicatione impendito, ride terrena omnia, nihil sit tibi cū præsentem vitam cõmune, benefac si quis te iniuste afflixerit, siue defraudat fuerit benedic, si blasphemarit honora, omnibus esto sublimior. hæc & talia audire cõgruebat: nunc autem de iuramento differimus, & idè fit, quem admodum si quis cum qui iam debeat philosophari, ab illis doctoribus suis abstrahat, & syllabas ac elementa legere faciat. Cogita, oro, quanta sit confusio hominẽ quendam cui est grauis pera, & baculus ac pallium, ad Grammaticos cum puellis proficisci, & eadem quæ illi discere. Nõne magnus oritur risus, sed maior ex vobis: non enim tantum discrimen inter philosophiã & elementa, quantum inter Iudaicã & nostrã, sed quantum inter angelos & homines. Si quis, dic oro, angelum è cælo deuocet, ac dicat illi, ut hic stet ac audiat nostros sermones, quasi inde erudiendus sit: nõne ridiculū foret, & confusione dignum? Si autem de his erudiri adhuc ridiculum, illis nõ attendere, dic oro, quanta condemnatio, quanta confusio? Et quo modo nõ confusione dignum, Christianum erudiri debere, non iurandū esse? Veruntamè reprimamus affectus, ne magis rideamus. Agè igitur de veteri lege differamus hodie. Quid autem ista inquit, iuramento ne assuescas os tuum, neque cum nomine sancti coassuescas. Quare nam quẽadmodum famulus si continuò flagelletur, à cicatrice non purificabitur: sic neque qui iurat. Vide sapientiam istius sapientis. Non dixit, iuramento ne assuescas mentem tuam, sed os tuum. Quia sciuit totum oris esse, & quod facile corrigitur. Cõsuetudo enim est, quæ postea etiam absque electione fit, ut sunt multi, qui balnea ingressi simul ut fores transierint, signatur: hoc solet manus etiam propter consuetudinem, etiã nullo iubente. Iterum accensa lucerna sæpe mente aliud quiddã considerante manus signum facit, ita sanè & os non cum anima loquitur, sed ex consuetudine, & in lingua totū situm est. Neque cum nomine sancti, inquit, coassuescas. Deinde postquam hoc dixit, apponit: nam sicut seruus qui flagellatur continuò, à cicatrice nõ purgabitur, ita neque qui iurat. Non periuriū hoc loco, sed iuramentum amouendū admonet, apposita illi pœna. Igitur iurare peccatum est, talis reuera est anima, talibus plena est vulneribus, talibusque cicatricibus. An non vides? Hoc enim graue est, quãuis certè poteris, si voles videre. Dedit enim tibi deus oculos. Talibus oculis videbat propheta, dicēs: Fætuerūt & putruerūt cicatrices meæ à facie insipientium meæ. Contempsimus deum, odio habuimus nomẽ bonum, conculcauimus Christum, soluimus pudorẽ. Nullus cum reuerentia memor est nominis dei. Et tu quidẽ si dilexeris quempiam, & ad nomen illius excitator efficeris. Deum autè sic continuò vocas, quasi nihil. Voca illũ ut benefacias inimico, voca illum in salutem tuam animam, tunc aderit, tunc letificas illum, nunc autè exacerbās. Voca illum sicut voca-

Tomus tertius.

uit Stephanus. Quid dicēs? Domine, ne stannas illis peccatum hoc. Voca illum ut vocauit vxor Elcanã, cum lacrymis, cum lamentis, cum oratione, nõ prohibeo, sed & valde exhortor. Voca illum sicut vocauit Moyses, & clamabat orans pro illis qui ipsum in fugam egerant. Et tu quidem si alicuius viri reuerendi memor es sine reuerentia, contumeliam putas: deum autem circumferens, non solum sine reuerentia, sed etiam intempestiuè, nihilne facis rem illam? & quanto supplicio dignus eris? Non prohibeo deum perpetuò habere in animo. Hoc enim orarim & velim, sed non præter id quod illi placet, sed si laudas, si colis, magna si hoc cõcesserit nobis bona sunt: si quãdo oportet, ac in quibus oportet solum vocauimus illum. Quare dic oro, in apostolorum ore tot virtutes, tantaq; fiebant, in vobis autem non: quauis idem sit deus, idem nomẽ, sed nõ est par. Quo modo? quia illi quidem in his quæ dixi, ipsum inuocabant solum, vos autem non in illis, sed in aliis. Si autem ideo iuras, quia non credit, dic quidem crede. Veruntamen si vis iura per teipsum, non legislatori contrarium assero. Absit. Sit enim, inquit, sermo vester, etiam etiam, non non, ut in hoc condescendam vobis, ut magis in hos vos inducã, & à tyrannica consuetudine liberem. Quot sunt in aliis admodum probati, & in his rebus totum perdunt? Vultis discere, quare concedebat præscis iurare, peierare enim neque illis concessum erat: quoniam per idola iurabant. non confundemini in his legibus manentes, in quibus versabantur infirmi? Quia & nunc Græcum si accipio, nõ statim illi hoc impero, sed nunc ut sciatur Christus admonero. Fidelis autè & qui didicerit illum, & audierit, si vsurus est eadem indulgentia qua Græcus, quæ utilitas, quod lucrum? At ob consuetudinẽ difficile tibi est, & ab illa ægrè abstraheris. Igitur quoniam tanta consuetudinis est vis, eam in aliam transfer consuetudinẽ. Et quo modo, inquit, possibile? quod sæpius dixi, hoc etiam nunc dico. Sint animaduersores eorum quæ dicuntur multi, stent inquisitores & correctores. Nõ est confusio ab alio corrigi, immo confusio est repellere corrigentes, & in damnum proprię salutis hoc facere. Et tu quidem si vestem induaris inuersam, permittis te à puero admoneri, & nõ confunderis ab illis discens, quauis certè in hoc magna confusio. Hic autem in cõmodans, cõfusio ne est, dic mihi ab alio erudiri? & ornantem quidem te vestibus fers seruulium, & calceantem: ornantem autem animam tuam non fers: & quanta insipientiã hæc sunt? Sit & minister horum doctor, sit & puellus, sit & vxor, sit & amicus, & vicinus, & cognatus. Quem admodum enim bestia, quæ vndequaq; agitur, non facile euadit: Ita fieri nequit, quin is qui tot habet custodes, tot obseruatores, tot increpates, & vndique affligitur, facile effugiat, & non seruetur. Et in vno quidem die difficile feres hoc & in secundo, & in tertio. Deinde autem facile erit, etiã post quartū molestum, vltra non erit: periculum facite, siquidẽ non credideritis. Curam habete oro, nõ enim vulgare est hoc quod peccatur & corrigitur, sed vtrinque magnum, & bonum, & malum. Concedatur hoc bonũ fieri gratia, & misericordia domini nostri Iesu Christi, cū quo patri simul ac sancto spiritui, gloria imperiũ, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Dimissi autem venerunt ad suos, & annunciauerunt illis, quacunque ad ipsos principes sacerdotum & seniores dixerunt.

Homilia XI.

Non va-

Non vana gloria extimulante narrant, quæ aliena ab illis erat, sed gratiæ Christi indicia ostendunt. Idcirco & quæcumq; illi dixerant narrant, quæ autē per ipsos licet prætereant, attamen & sic magis fides sunt. Et cōsidera quo modo iterū ad verū auxilium confugerint, ad subsidiū orationis inuictum, iterum vnanimiter, & cū studio. Non est enim oratio, quæ simpliciter fit. At illi qui audierant vnanimiter susceperunt vocem ad deum, & dixerunt. Vide quā diligenter fiunt illorū preces, quādo apostolatu dignum sibi monstrari petierunt, sic dicebat: Tu domine omnium cordium cognitor ostēde: opus enim erat illic præscientia. Hic autem quoniā ora aduersariorū obturari oportebat, de domino differunt, ideo & sic cōperunt: *Domine deus, qui fecisti cælum & terram, ac mare, & omnia quæ in illis sunt, qui per os Dauid pueri tui loquutus es: Quare fremuerunt gentes, ac populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terra, & principes cōgregati sunt simul aduersus dominum, & aduersus Christum eius.* Prophetiam in medium afferunt, tanquam pactum à deo exigentes, & seipos interim consolātes, quod inuanum hostes meditentur omnia. Hoc autem est, quod dicere volunt: Illa in medium profer, & ostende quod vana meditati sint. *Congregati enim sunt reuera in ciuitate hac, contra sanctum puerum tuum Iesum, quem vnxisisti, tam Herodes quam Pontius Pilatus, cum gentibus & populis Israel, vt faciant quacumque manus tua & consiliū tuum fieri præsumit. & nunc domine vide in minas illorum.* Vides philosophiam, & quo modo his non imprecetur mala. Non posuerunt autem minas speciatim, sed solum dicunt quod minati sint. Abbreuiat enim conscriptor sermonem. Et vide. Non dixit, Dirumpe illos, deice illos. Sed quid? *Et da seruis tuis liberè loqui sermonem tuum.* Sic discamus & nos orare. Quauis quo non furore impleatur quis, si in viros incidat, occidere illum tentantes, & id genus comminantes, & quā non hostilitatem admittit? At non ita sancti isti. *In hoc vt manus extendat ad sanationes, & vt fiant signa ac prodigia per nomen sancti pueri tui Iesu.* Si in nomine illo fiunt efficaciam ac virtutes, magna erit fiducia, inquit.

Rogantibus autem illis, motus est locus in quo erant congregati. Factum est hoc signum, vt audirent illi etiam diuinā visitationem. *Et impleti sunt omnes spiritu sancto.* Quid est impleti sunt? reaccens sunt spiritu sancto. Etenim reaccēs sunt in ipsi charisma, & loquuti sunt sermonem dei cum libertate. *Huius autem multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna.* Vides quod cum gratia dei etiam sua afferebant. Vbiq; enim hoc obseruatu dignum est, quod cum gratia dei, & ea quæ ab ipsis erant, declarant. Quemadmodum Petrus dicebat, **A**rgentum & aurum non est mihi. Itaque quod superius dixerat, quod omnes fuerint in illo ipso, hoc est simul: iterum hic idem dicens manifestat, quod multitudinis credentium fuerit cor & anima vna. Vt dixit autem quod audierunt, dicit postea & eorum virtutē. Ingressus enim erat narrationem Sapphiræ & Ananiæ: id eo volens illorum ostendere scelus, prius de aliorum virtute differit. Dic, oro, mihi, an charitas paupertatē, vel paupertas charitatē pepererit? Mihi videtur, quod charitas paupertatem, quæ & illam magis astringit. Audi igitur quid dicat. *Omniū erat cor & anima vna. Ecce cor & anima idem sunt.* *Et nullus aliquid ex his quæ possidebat, proprium esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Et virtute magna reddebant apostoli testimonium resurrectionis domini Iesu Christi.* Ostēdit hoc, quasi eis cōmissum sit, vel quod tanquam debitores faciāt. Et gratia magna erat

Acum omnibus illis, neque indigus quispiam erat inter eos. Sicut in domo paterna filij, qui eiusdem honoris sunt: ita omnes affecti erāt. Sed hoc est mirabile, quod quasi relictis suis negociis, ita enutriebant, vt nō vltra, quasi ex propriis, sed quasi ex communibus educari videantur. *Quotquot autem possessores prediorum vel adiuuauerant, vendentes afferebant precia eorum quæ vendiderant, & posuerunt ad pedes apostolorum. Diuidebatur autem vnicuique, prout opus habebat.* Magnus honor, quando quidem non in manus, sed ad pedes apostolorum ponebant. *Iohes autem qui agnominatus est Barnabas ab apostolis: quod si interpretetur, est filius consolationis.* Non mihi videtur ille esse qui cum Matthia. Ille enim & Iohes dicebatur & Barfabas: post eā autē agnominatus est & Iustus. Hic autem Barnabas est filius consolationis ab apostolis. Et videtur mihi à virtute assumptum nomen, quasi ad hoc sufficiat & studiosus sit. *Leuites Cyprius genere, quum haberet agrum, vendidit & attulit pecuniam, & posuit iuxta pedes apostolorum.* Hic velim obserues, quo modo ostēdat legem solui, & quo modo inquit, quū esset leuites, Cyprius erat: quia post eā etiam quum migrasset, appellabatur leuitæ. Porro videamus iterum quæ dicta sunt. Dimissi, inquit, venerunt ad suos, & annunciauerunt omnia quæ ad ipsos principes sacerdotum & seniores dixerant. Vide apostolorum philosophiam à fastu alienam. Non circumuehentes inuulgauerunt & dixerunt, quo modo sacerdotibus responderint, neque de annūciatione gloriabantur, sed simpliciter vt venerunt, ea quæ audierāt ab illis senioribus annūciabāt. Hoc loco discimus, quod periculis seipos non iniecerunt, sed potius tentationes quæ intentabantur, strenuè tulerūt. Alius autem si quis esset, fortè multitudinis fiducia fretus, licet contumelias loquutus esset, licet innumera dixisset ineptas: at nō hi philosophi, sed omnia mansuetè & benignè. *Qui autem audierant, inquit, vnanimiter susceperunt vocem ad deum.* Clamor factus est ex voluptate, & magna affectione. Etenim quæ tales, efficaces sunt preces, quæ tanto sapientia studio sunt plenæ, quæ de talibus sunt, quæ in talibus temporibus, quæ hoc modo, sicut alia certæ abominabiles sunt ac immundæ. Vide vt nihil superfluum, sed de virtute illius solū differunt, immo quemadmodum Christus dicebat Iudæis, Si autem ego in spiritu dei loquor, ita & illi loquuntur per spiritum sanctum. Quid autem sit quod dicunt, audi: *Domine deus, qui per os Dauid pueri tui dixisti, Quare fremuerunt gentes.* Mos est scripturæ etiam de vno tanquam multis loqui. Sēs igitur dictorum est, Non illi valuerunt, sed tu qui permisti totum, etiam ad finem perducens, operatus es, qui industrius quiduis operaris: & sapiens es, qui inimicis pro tua voluntate vteris. Hic enim de mira illius facultate ac sapientia in operando differunt, manifestates quod illi quidem conuenerint, tanquam hostes animo sanguinario, & homicidarū, & aduersarij futuri, fecerint autem quæ tu volebas. *Vt facerent quacumque manus tua & consiliū tuum præsumit fieri.* Quid est manus tua? Hic mihi videtur manum dicere, potentiam ac consiliū. Sufficit, inquit, tibi velle solum. Nullus enim potentia præsumit. Igitur quæcumque manus tua, hoc est quæcumque præcepisti. Vel igitur hoc dicit, vel quod manu operatus est distinctè. Sicut igitur tunc vana meditati sunt, ita & nunc illos frustra meditari facito. Et da seruis tuis: hoc est, ne compleantur opere mine eorū. Hac autem dicebat illi nō detrectantes difficile quiddam pati, sed pro prædicatione. Nō enim dixerunt, Et eripe nos à periculis. Sed quid? *Et da seruis tuis cū fiducia omni loqui*

Supra 1. d

Psal. 2. d

Psal. 103. d
Ibid. 111. b

Supra 2. a

Supra 2. a

1. Corin. 2. a

Supra 3. a

445 *loqui sermonem tuum.* Igitur qui illa ad finem deduxisti, & hæc deduc. *Quem vnxisisti,* inquit, Vide quo modo & in precibus passionem distinguunt, & totum in illum referunt, & libertatis in loquendo illum authorē esse dicunt. Vidisti quo modo omnia propter deū petunt, & nihil ad suam gloriam. Itaq; quod suum, promittūt, quod non perterreantur: digni autem habeantur, qui miracula operentur. In hoc, inquit, vt manum tuam extendas ad sanationem, & vt signa ac prodigia fiant. Bene, nam absq; illis licet summam præ se tulissent alacritatem, omnia fecissent inuanum. Annuit eorum petitioni, & manifestum hoc fecit eis, cōmoto loco, quod assit ipsorum precibus: *Orantibus enim illis,* inquit, *motus est locus.* Quod autē propter hoc factū sit, audi prophetam: *Qui aspicit terrā, & facit illam tremere. Et iterum: A facie domini mota est terra, à facie dei Iacob.* Et facit deus etiam per maiorem terrorem, & ad fiduciam illos inducens post magnas illas minas, & ad libertatem maiorem exercens. Quia enim initium erat, & sensibili signo opus habebant, vt illi persuadeantur. Post hoc autem nunquam hoc fit. Tantam cōsolationem assequuti sunt ex precibus. Merito autē & signorum gratiam petūt. Nusquam aliunde enim potuissent ostendere, quod resurrexisset, quā ex signis. Et ita nō solum suam petebant securitatem, sed etiā ne confunderentur, verum liberè loquātur. Motus est locus, etiā illos magis consolidauit. Hoc autem aliquando quidem iræ est indicium, aliquādo verò visitationis & prouidentia, nunc autem iræ. Porro in saluatoris passione nouè & præter naturam facta est. Etenim tunc omnis terra commota est, & ita vt vbiq; agnoscat crucifixi virtus, & quod deus qui patiebatur, & non simpliciter homo. Et aliter: Licet iræ sit indicium, verum ea cōtra illos erat, hos autē & spiritu impleuit. Itaq; & apostoli post preces spiritu implentur. *Et magna,* inquit, *virtute reddebant testimonium, ex quoque gratia in omnibus illis, neque enim quispiam indigebat inter illos.* Vides quāta huius rei virtus, vbi scilicet & illic hac opus erat. Ista est enim bonorū occasio, cuius & secundo meminit, admonens omnes de pecuniarum contemptu. Superius quidem dicens, quod nullus aliquid eorum quæ possidebat, sibi dicebat proprium esse. Hoc autem loco, quod non indigus aliquis esset inter illos. Nam quod fiebat, non à solis signis esse, sed etiā à voluntate illorum manifestat. Sapphira & Anania. Non sermone autem solum, sed & virtute reddebant testimonium resurrectionis, sicut & Paulus dicit: *Et prædicatio mea non in persuasibilibus humanæ sapientia sermonibus, sed in demonstracione spiritus & virtutis.* Et non simpliciter virtute, sed magna virtute. Bene autem dixit, quod gratia erat in omnibus. Propter hoc enim gratia, quia nullus erat indigus: hoc est, ob magnam dantium alacritatem nullus erat indignus. Non enim partem quidem dederunt, partem autem reponderunt, neque omnia quidem, sed quasi propria: sic in æqualitatem è medio eiciebant, & in multa abundantia vivebant, & cum multo honore hoc faciebant, neq; enim in manus audebant dare, neque cum fastu suppeditabant: sed ad pedes afferebāt, & illos dispensatores permiserunt fieri, & dominos fecerunt, vt quasi ex cōmunibus postea infumantur, & nō quasi ex propriis. Hoc etiam cōferebat ad hoc, ne vana gloria extolleretur. Hoc si & nunc fieret, vtique maiore cum voluptate viueremus, & diuites & pauperes, nō maiorem autē pauperibus quā diuitibus hoc voluptatem afferret. Et si placet hoc sermone describamus, Tomus tertius.

A & sic voluptatē assequamur, quandoquidē operibus non vultis. maximè autem & ex illis manifestum, quæ tunc facta, quia vendentes nō erant indigi, sed & pauperes faciebant diuites: veruntamen & hoc nunc sermone describamus, & omnes sua vendāt omnia, & in mediū afferāt. Hoc sermone dico, nullus turbetur, neq; diues, neque pauper. Quantum putas aurum congeri, ego coniecto, neque enim hoc satis euidenter dici potest: quod si cuncti & cuncte vnueras pecunias suas euacuarint, & agros, & domos, & possessiones alienarint, (seruos enim non dixerim: nam & tunc nōn erant, & dominos sui ipsorum permittēbant fieri,) forsitan centū decem milia librarum auri congregaretur, imò bis ac ter tanta. Dic enim oro mihi: Ciuitas enim nostra promiscuorum hominum, quantū implet numerum, quot vultis esse Christianos, vultis esse centum milia? quantum autem numerus Ethnicorum & Iudæorū, quot pondus auri congregata fuerunt, quantum autem est numerus pauperum? non opinor supra centum milia pauperes. Hos sanè quotidie pasci quāta liberalitas esset, imò communi alimento facto, si simul pascerentur, nō plurimo sumptu esset opus. Quid igitur facturi essemus, in sumptis omnibus? Putas nē tu posse infumi omnia aliquando: nōne mille millies dei gratia auctiora fieret? nōne opulente gratia dei effunderetur? quid igitur, nōne cælum faceremus terram? Si hinc tria milia & quinque milia intantum fulserunt, vt nullus eorum inopiā quereretur, multo magis in tāta multitudine. Quis igitur etiam externus non aliquid adiceret? Vt autem ostendā, quod hoc in diuersa diuelli, sumptuosum sit, & inopiā causa, sit domus vbi pueri decem, & vxor, & vir; & illa quidem lanam operetur, ille autem externè afferat emolumēta. Dic, num plus infumant vnā habentes domum, vel dispersi manifestum quod dispersi. Dispersi enim decem pueri, decem domicilij opus habent, decem mentis, decem ministris, & alio huiusmodi emolumento. Cur autem hinc seruorum multitudo non est, nōne quia mensam vnā omnes habent, vt nō opus sit magno sumptu? Nōne diuisio semper minora cōmoda affert: vnanimitas autem & consensus, incrementum? Sic qui in monasterijs nunc viuunt, quæ admodū olim fideles. Quis mortuus est fame: quis non liberaliter educatus est: nunc tamen hoc timent homines, magis quā in immensum & inexhaustum pelagus incidere. Si autem periculum huius faceremus, tunc aggredemur rem, quantam putas & gratiam fore. Si enim tunc quum nullus esset fidelis, sed solum tria milia & quinque milia solum, quum omnes qui in mūdo, essent hostes, quum nusquam cōsolationem expectarent, sic aggressi sunt opus: multo magis nunc nihil defuturū, vbi gratia dei vbiq; terrarum fideles. Quis enim mansit Ethnicus reliquus: nullum equidem opinor, ita omnes attraximus, & nobis conciliauimus. Verūtamen si hac via progredimur, credo deo quod & hoc futurū sit. Obtemperate mihi solum, & per ordinem corrigemus negocia: & si deus vitam dederit, credo quod statim in hanc nos recepturi simus vitæ rationem. Iam legem illam de iuramento facite & stabilite, & is qui seruari eum qui nō seruari, manifestum faciat, & reprehendat postea acriter, vehemēterq; increpet. Præscriptus enim terminus propè est, & exquiram negocium, & deprehensum segregabo & excludam. Abiit autē ne quis talis apud nos inueniatur, sed omnes cum diligentia spirituale hoc seruet symbolum. Quemadmodum enim in bello tam commilitones quā alieni à signo

dignoscuntur, ita etiam nunc fiat (nam & nunc in bello sumus) ut & fratres agnoscamus nostros: quantum bonum erit nobis hoc signaculum, & hic & in aliena terra? quanta sunt hec arma aduersus diaboli versutias: Os enim quod nescit iurare, statim etiam deum in precibus inuocans conciliabit, & graui plaga diabolus percutiet. Os quod iurare nescit, neque contumeliis afficiendi consuetudinem habebit. Nam quemadmodum ex domo quadam, ita a lingua hunc ignem eice, & foras trahe. Minime illud respirare sinas, vltus infirmius fac. Etiam obsecro, ut nobis & aliam quandam doctrinam exponat. Nondum enim hoc non correcto, non ausim ad aliud quiddam venire. Hoc cum diligentia a nobis corrigatur. Huius correctionis sensum prius accipite, & tunc vobis etiam alias allaturus sum leges: immo non ego, sed Christus. Platate in anima vestra bonum hoc, & paulo post eritis paradisi ac hortus dei, multo melior illo paradiso: neque enim serpens apud vos, neque arbor mortifera, neque aliquid alium horum. Figite in profundo hanc consuetudinem. Si hoc euenerit, non solum presentibus eritis vtilis, sed etiam omnibus qui in mundo. & non his solis, sed & iis qui olim futuri sunt. Consuetudo enim bona semel recepta, & ab omnibus seruata, in longum tempus transit, & nullum tempus extirpare eam valet. Si ligna quidam sabbato colligens, lapidatus est, qui multo grauiora collectione illa operatur, & onus peccatorum colligit (est enim iuramentorum multitudo, onus) quid non sustinebit? quid non portabit? Magnum accepturi estis a deo adiutorium, si hoc vos recte correxeritis. Si dixerit, Ne contumelia afficias, statim furor mihi profertur in medium. Si dixerit, Ne inuideas, aliam causam dices. Hic nihil tale poteris dicere, propterea a facilibus incipio, quandoquidem & alij in artibus aliis omnibus idem faciunt, ut quis sic ad maiora veniat. Scietis quam sit hoc facile, si corrigentes, etiam aliam accipietis legem. Date mihi libertatem loquendi, etiam quae Ethnicis & Iudaeis est, & ante omnia quae dei est. Etiam oro per charitatem, per dolorem partus, quo vos peperit, filij mei. Quod autem sequitur, non adducam. Quos iterum parturio, neque dicam, donec figuratur in vobis Christus. Credo enim quod figuratus est Christus in vobis, sed alia ad vos dicam. Fratres mei dilecti & desiderati, gaudium & corona mea. Credite enim mihi, quod non aliter dicam. Si quis innumeras gemmatas coronas meo capiti nunc imposuisset, non tam laetificarer quantum in profectu vestro, immo neque regem opinor sic gaudere, sicut ego de vobis. Quid dicam? Si omnibus getibus aduersariis expugnatis victor rediisset, & preciosa corona plures alias preciosiores accipisset coronas, & diademata victoriae symbola: non opinor sic illum gauisurum in triumphis, sicut ego in profectu vestro: nam quasi innumeras coronas super caput habens, exultarem, & merito. Si enim diuina gratia hic mos a vobis acceptus fuerit, innumera bella deuicimus, & multo difficiliora quam ille, contra demones malignos, contra arrogantes & certantes, & praeriantes, non gladio, sed lingua & voluntate. Vide enim quanta correxeritis, si quidem correxeritis. Primum, quia consuetudine difficilem execatis. Deinde rationem malam, & vnde omnia mala, nempe quod putatis nihil referre, & nihil nocere. Tertio furorem, quarto auariciam. Omnia enim haec iuramentum parit. Quin ab hoc & ad alia bona opera magnam accipietis occasionem. Quemadmodum enim qui elementa discunt puerilia, non illa sola discunt, sed etiam per illa

Num. 15. d

erudiuntur paulo post legere. Ita sanè & vos non vltra decipiet mala ratio, neque vltra a dictis quod indifferens hoc sit, non vltra iuxta consuetudinem loquemini, sed in omnibus stabitis viriliter, ut perfectis per omnia virtutibus quae deo placet aeterna accipiatis bona, Gratia & misericordia vngenti illius filij, cum quo patri & sancto spiritui sit gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Ioseph autem qui agnominatus est Barnabas, ab apostolis quod si interpretaris, est filius consolationis, leuitas Cyprius genere, quum haberet praedium vendidit, & portauit, & posuit ad pedes apostolorum. Homilia XII.

Narraturus de Anania & Sapphira, & volens ostendere virum qui pessime egerat, prius memor est eius, qui bene fecerat. Quia quum tanta esset multitudo, tanta faciens, tantaque gratia ac tanta signa, a nullo horum emendatus, sed semel ab auaricia excacatus, perniciem illam sibi conciliauit suo capiti, quum esset illi praedium, manifestans quod illud solum possideret: vendito eo, attulit pecuniam, & posuit iuxta pedes apostolorum. *Vir autem quidam Ananias cum Sapphira vxore sua, vendiderat possessionem suam, seposuit tamen de precio, conscia vxore, & allatam partem quandam ad pedes apostolorum posuit. Hoc graue, quod peccatum fiebat, si quum mul illis reponentibus, & nullo alio conscio, vnde euenit misero illi hoc facere? Dixit autem Petrus, Ananias, quare impleuit tu satanas cor tuum, ut mentireris tui spiritui sancto, & seponeres de precio praedij? Vide & nunc magnum signum fieri, & priore multo maius. Nonne manens tibi mansisset, & venditum in tua potestate erat? Hoc est, nunquid necessitas vel violentia quaedam erat? Nunquid enim inuitos vos trahimus? Quid quod ponis in corde tuo rem hanc, non mentiris es hominibus, sed deo. Audiens autem Ananias, cecidit & expirauit. Vides vnde maius signum hoc? Ex eo quod sustulit, & quod cognouit ea quae in mente, & quae clam facta. Factus est autem metus magnus super omnes qui audierant haec. Surgentes autem iuniores, amouerunt elatumque sepelierunt. Factum est autem quasi trium horarum intervallo, etiam vxor illius, nesciens quid factum, intravit. Respondit autem illi Petrus, Num tanti agrum vendidisti? Hanc volebat seruare. Ille enim dux erat peccati, & propter hoc, huic dat fortasse tempus defensionis, & potestatem poenitentiae. Ideo & dicit, Dic mihi, si tanti praedium vendidisti? Illa autem dixit, Etiam tanti. At Petrus dixit ad illam, Cur conspiratum est inter vos tentare spiritum sanctum? Ecce pedes eorum qui sepelierunt virum tuum ad ianuam, & efferent te. Cecidit autem statim iuxta pedes illius, & expirauit. Ingressi autem iuuenes inuenerunt illam mortuam, & clam sepelierunt iuxta virum suum. Et factus est timor magnus super totam ecclesiam, & super omnes qui audiebant illa. Postquam factus est timor, maiora signa fecerunt: & quae fecerint, audi: Per manus autem apostolorum fiebant signa & prodigia in populo multa, & erant unanimiter omnes in porticu Salomonis. Aliorum autem nullus audebat illis adhaerere, sed magnificabant illos populus. Merito, etenim Petrus erat iam terribilis, puniens, & quae in mente erat redarguens, cui & magis adhaerant, tum propter signum, & primam concionem secundamque ac tertiam. Ipse enim & fecerat signum primum illud nunc, quod mihi etiam duplex, & non simpliciter vnum quoddam ac solum esse videtur. Vnum quidem, ex mente arguere. Secundum autem, occidere praeccepto. *Magis autem apponebantur credentes, inquit, multitudo virorum simul ac mulierum, ita ut in plateis exportarent infirmos, & ponerent in lectulis ac grabatis, ut venientis Petri vel umbram obumbraret aliquem horum. Hoc in Christo non est factum,**

1. Pet. 4. 2. 11

Quidam hoc in Luc. 11. 13. dicitur. Exclamaret Chryso. qui nihil est quod familiae est atque sacrilegium

449 tum, proinde videre licet re ipsa impletum esse quod dixerat, Qui credit in me, opera quae ego facio & ille faciet, & maiora illis faciet. *Conueniebat autem & multitudo vicinarum ciuitatum Hierosolymam, afferens aegros ac vexatos a spiritibus immundis, qui sanabantur omnes.* Tu autem considera quo modo omnis illorum vita, aduersitatibus contextatur: moeror primus erat, assumpto Christo: deinde laetitia, demisso spiritu sancto. Iterum moeror, subsannantibus Iudeis: & mox laetitia, ex fidelibus & signis. Iterum moeror, quia comprehendebatur, quem excepit excusationis laetitia. Iterum etiam hic & moeror ac laetitia, nam laetitia quidem erat, quod sic claresceret, & quod illis deus reuelationes faciebat: moeror autem, quod suos occidebant. Iterum laetitia, quod claresceret: iterum moeror, a principe sacerdotum: & vbiq; considerates, videre hoc possunt: quod sanè etiam apud veteres quis inuenit. Videamus autem iterum quae dicta sunt. *Ve debant, inquit, & afferebant precia, ac apponebant iuxta pedes apostolorum.* Vide dilecte, quo modo non permittebant apostolos vendere, sed ipsi vendebat, & illis precia dabant. At non sic Ananias, sed subtrahit aliquid de precio agri quem vendiderat. Ideo & punitur, tanquam non bene in hac re se habes, & deprehensus rerum propriarum fur. Hic sermo etiam nostri temporis sacerdotes plurimum taxat. Quoniam autem facti conscia erat & illius mulier, ideo & illam examinat. At dixerit fortasse quispiam, quod valde acerbè illam tractarit. Dic sodes, quae ista seueritas amara? Si enim qui ligna collegat, lapidatur, quanto magis qui sacra diripit, sacrilegus? Etenim pecuniae illae iam sunt sacrae. Igitur qui voluit sua vendere, ac distrahere, iterumque accepit de illis, sacrilegus fuerit. Si autem qui de suis accepit, sacrilegus, multo magis qui de alienis. Non enim, quoniam hoc non fit, ut euestigio sequatur supplicium, putetis impunita derelinqui. Vides, quod hoc crimen imputatur, eo quod pecunias suas accepit, quas consecravit. Nunquid non poterat illis, etiam quum vendiderat, tanquam propriis uti? Nunquid prohibitus es? Quare accipis, postquam promissisti? Vide quo modo statim ab initio, insidiatus est diabolus, etiam in medijs signis ac prodigijs quae fiebant, imò quo modo & hic ab illo excacatus est. Tale quiddam & in veteri lege accidit, quando Charmi deprehensus est, anathemathis fur: attamen nostri quantam & ille ut facinus admisit, poenam luit. Sacrilegium enim valde graue, & magno contemptu plenum. Neque vendere coegimus, inquit, neque pecunias, postquam vendidisti, dare. Tu vero ex tua voluntate fecisti. Quis igitur furatus es de sacris pecunijs? *Impleuit, inquit, satanas cor tuum.* Et si satanas hoc fecit, quis illi imputatur? Reus factus est illius operationi parens, & efficacia impletus. At oportebat, inquit, corrigi. sed non correctus esset. nam qui talia viderat, nullumque lucrum inde fecerat, multo magis nec alia ratione lucriferi poterat. Non oportebat igitur quod fiebat omnino contineri, sed ut putrefactionem quandam excindi, ut ne postea totum corpus incommodet: nam nunc quidem, & ille vtilitatem accipit, ne vltra pergat in malicia, & ceteri magis studiosi facti sunt. Tunc autem si contrarium accidisset, idcirco primum arguit & ostendit, quod non latuit illum quid factum sit, & tunc condemnat. Quare, inquit, hoc fecisti? Voluisti habere? Oportebat initio habere, & non promittere. Nunc autem postquam consecrasti, maius sacrilegium commissisti. Qui enim aliena rapit, forsitan alienarum rerum desiderio rapit. Tibi autem licebat tua retinere. Quis igitur sacra fecisti ea, & postea accepisti?

Num. 15. d

proprietas sacrilegium

1. Pet. 4. 2. 11

Quidam hoc in Luc. 11. 13. dicitur. Exclamaret Chryso. qui nihil est quod familiae est atque sacrilegium

450 Id fecisti ex magno contemptu. Facinus venia non habet, excusatione caret. Nullus autem offendatur, si quidam etiam nunc sint sacrilegi: si enim tunc fuerunt, multo magis & nunc quando multa mala: sed reprehendamus illos in omnibus, ut & ceteri metum habeant. Iudas sacrilegus fuit, sed non offendit hoc alios discipulos. Vides quanta mala, pecuniarum cupiditas facit.

Et ortus est, inquit, timor magnus super omnes qui audiebant haec. Ille punitus est, & alij lucrifacti sunt. Atque adeo non simpliciter hoc dispensatur, tamen & alia signa prius facta fuerint, attamen non erat talis metus. Sic verum est illud, quod cognoscitur dominus iudicia faciens: *Psal. 9. 4* Ita & in arca vsuuenit. Oza enim punitus est, & factus est alijs timor. Sed illic quidem, territus rex amouerat arcam. Hic autem illi attentiores facti sunt. Vidisti quomodo non vocauit illam Petrus, sed expectauit donec ingrederetur? Neque alius quispiam ausus fuit annunciare: quid acciderat. Hoc erat, metus magistris, honor discipulorum, & obedientia. *Trium horarum intervallo.* Et nondum didicerat vxor, neque aliquis eorum qui praesentes fuerant, annunciarat, quamuis ad diuulgandum sat temporis erat, veruntamen timebant. Hoc sanè etiam admirans historiae conscriptor dicit, quod ignoras quid factum, ingressa est. Sanè ex hoc poterat dicere, quod sciret ea quae occulta erant. Quare enim nullo alio interrogato, vos interrogat? Nonne manifestum, quod quasi conscia? Sed magna caecitas non permisit illam crimen deponere: verum cum pertinacia multa respondit. Putabat enim, quod cum homine loqueretur. Graue hoc, quod quasi ex vno consilio peccatum, vel quasi ex pacto quoddam. *Quis igitur conspiratum est inter vos, inquit, tentare spiritum sanctum? Ecce pedes illorum qui virum tuum sepelierunt, apud ianuam sunt, & efferent te.* Prius illam docet quid peccarit, & tunc ostendit quod iuste eadem quae vir passura sit, quandoquidem & eadem peccarat. Et quo modo? *Statim cecidit ad pedes illius, & expirauit. Quia prope astabat.* Sic illi in seipsum poenam accerferunt. Quis non timuisset apostolum? Quis non admiratus esset? *Et erant simul unanimiter omnes in porticu Salomonis.* Ex hoc manifestum, quod non in domibus, sed in templo quod occupant, conuersabatur. Neque vltra cauebant sibi, ne contingerent mortua, sed nihil curantes, eos attingebat. Et vide quo modo in suos erat austeri, in alios autem potentia non vtebantur. *Magis autem, inquit, apponebantur credentes domino multitudo tam virorum quam mulierum, ita ut in plateis ponerent infirmos in lectis ac grabatis, ut veniente Petro vel umbram aliquem eorum obumbraret.* Magna accedentium fides, & maior quam sub Christo ipso. Vnde autem hoc factum est? Ex eo quod ego facio faciet, & maiora faciet. Manentibus enim illis illic, & non circueuntibus, afferebant omnes in lectis & grabatis quos habebant infirmos. Et vnde quaeque illis constabat miraculum, a credentibus, & ab his qui curabantur, a fiducia quae erga illos, a virtute eorum qui non vulgariter crediderant. Neque enim quod fiebat, tantum erat signorum, licet & illi modeste se habentes, huic totum imputant, dicentes se in nomine Christi haec facere, sed etiam vita & virtus virorum hoc fecit. Considera autem quo modo numerum eorum qui crediderunt hoc loco non dicit, relinques hoc auditori, ut ex seipso conieceret. Sic ad immensam multitudinem ea quae dei sunt, se extendebat. Hinc & resurrectio magis praedicabatur. *Nullus autem audebat se illis coniungere, sed magnificabat illos populus.* Hoc dicit, quod non vltra erant

Psal. 9. 4

2. Reg. 6. 6

13. c

1. Ioan. 14. 6

contemptibiles, sicut & prius, & quod breui tempore ac vnico momento tanta facta sint à piscatore & priuato. Cælum itaque iam erat terra, tum propter viuendi rationem, tum ob libertatem dicendi, miraculâque omnia, & quemadmodum angeli, ita admirabiles erant ad nihil se conuertentes, non ad risum, non ad minas, non ad pericula. Non solum autem propter hoc, sed etiam quod valde humani, & pro aliis solliciti erant, alios enim pecunia, alios corporali ministerio iuuabant. *Quare impleuit satanas cor tuum? Quasi rationem reddens, Petrus puniturus illum etiam alios erudit. Quoniam factum hoc valde molestum appariturum erat, & propter hoc etiam in illo & in vxore eius, terribile iudicium faciebat. Si autem absque venia peccantes ambo non talem reportassent pœnam, quantus porro contemptus dei fuisset? Quia autem propter hoc, manifestum ex eo quod non statim ad punitum progreditur, sed ostendit principio peccatum. Vnde nullus ingemuit, nullus euilauit, sed omnes timuerunt. Merito autem, quia fides illorum crescebat, plura etiam signa fiebant, & magnus etiam apud suos metus erat, quoniam non sic externa nos turbant, vt domestica. Simus igitur inter nos coniuncti, nullus erit nobis inimicus, quæadmodum si inter nos dissideamus, omnes nobis inuidiabuntur. Ex hoc & illi postea fidentiores erant, & cum magna libertate etiam in forum se conferebant, & in medio inimicorum etiam potentes erant. Et implebatur illud quod dictum erat, Dominare in medio inimicorum tuorum: id quod & maioris virtutis initium erat, quia hæc quum comprehenderentur ac ligarentur, faciebant. Igitur si hæc patiebantur, qui solum mentiti erant, ij qui peierant, quid non patientur? Adde, quod & mulier simpliciter dicēs,*

Psal. 109. a

In periueros yvāpū cū exemplo.

Etiam, tanti. talem dedit pœnam, & non effugit. Cogitate qua pœna digni sunt qui iurant ac peierant. Tēpestium fuerit & hodie ex lege ostendere, periurij grauitatem. Falx, inquit, volans erat lata cubitis decem. Quod volat, manifestat pœnæ celerrimum aduentū, iuramentis adiuturæ. Quod autem cubitorum decem latitudine ac longitudine, vehementiam ac magnitudinem signat malorū. Quod autem à cælo, signum est sententiam in cælesti ferri iudicio. Porro quod in falcis speciem ostenditur, ineffugabilem pœnā monstrat. Quemadmodum enim falx, quæ in cervicē immissa, nec in seipsam retracta fuerit, manet quodam modo iam etiam resecta ceruice: sic & terribilis quædam pœna est, quæ super peierantes venit, nec desinit, nisi prius perfecerit opus suum. Si autem iurantes effugerimus, ne confidamus. In malum enim nostrum hoc fit, quoniam quid censetis, nōne multi eadem, quæ Ananias & Sapphira commiserunt, & non eadem passi sunt? Et quo modo, inquit, passi non sunt? Non quia condonatum est illis, sed quia grauiori malo seruantur. Atque ita qui multum peccant, magis timere debent si non puniantur, quàm si puniantur. Crescit enim ipsorum pœna, ex eo quod deus longanimis non vlciscitur: ne hoc igitur spectem⁹, quod nō punimur, sed si nō peccauerimus. Si autem peccantes non punimur, magis tremere debemus. Dic enim oro, si seruum haberes, cui semper minareris, & quem nō percuteres, quando magis terretur, quando magis fugit, ac fugitius sit: nōne quando solum minaris? quando etiam mutuum monemus non continuo minandum, vt ne sic terrore animam magis concutiamus, atque ita non magis discerpamus, quàm plagis ipsis. Et aliter: Et illic quidē

temporaria pœna, hic autem æterna. Ne igitur si nunc nullus patitur ea quæ falx minatur, sed illud cogitatum talia faciat quis. Quoniam multa sunt nunc, quæ in diluuiū, sed diluuium non accidit: gehennæ enim pœna nunc inter minas est. Multi peccant qualia hi qui in Sodomis, sed ignis pluuia non descendit: igneū enim flumen paratum est. Multi ea quæ Pharaō ausi sunt, sed non eadem passi sunt quæ Pharaō, neque submersi sunt in mari rubro. Expectat enim illos pelagus abyssi. Ibi non absque sensu pœna, neque suffocatio est, sed multo magis puniuntur, cruciantur, strangulantur. Multi quæ Israëlita ausi sunt, sed non deuorantur illos serpentes, manet enim illos vermis immortalis. Multi ea quæ Giezi ausi sunt, sed nō sūt lepra percussis: expectat enim illos pro lepra, quod dissecentur & ponantur cum hypocritis. Multi etiam iurarunt ac peierarunt. Si autem & effugerint, ne confidamus, manet enim illos stridor dentium, & fortassis etiam hic patientur & non effugient, etiam si non euestigio, sed in aliis peccatis, vt grauior sit pœna. Quoniam & nos sapius sumpta occasione à minoribus, etiam pro magnis, totam iram explemus. Et ita quando videris tibi aliquid contigisse, memor esto illius peccati tui. Hoc enim in filiis Iob contigit. Meministis fratrum Ioseph, vendiderant fratrem, occidere attentarant, imò quantum in ipsis erat occiderant, deceperant, contristarantque senem, nihil patiebantur. Itaque post multos annos extremis periculis laborarunt, & peccati sui recordantur: & quod non coniectura sit quod dico, audi illos quid dicant: Etiam in peccato enim sumus propter fratrem nostrum. Sic sanè & tu facito. Quando aliquid acciderit, dic etiam, in peccato sumus, quia non audiuius Christum, quia iurauimus. Iurandi consuetudo & periuria in caput nostrum reciderunt. Itaque confitère, etenim & illi confessi sunt, ac seruati. Quid etiam si non statim pœna inuadit? quoniam & Achas propter Nabuthem, non statim post peccatum passus est ea, quæ passus. Quare autem hoc fit? Dat tibi præscriptum tempus deus, ita vt abluaris: quando autem perseueraueris, adducit postea pœnā. Vidistis quid passi sint ij, qui mentiti? Itaque & cogitate quid patientur etiam hi qui peierant. Cogitate & desistite. Non est possibile, quod is qui iurat, non peieret, siue volens siue nolens. Non est etiam possibile, quod periurus saluetur. Sufficit vnum periurium ad hoc perficiendum, & totam pœnam nobis intendendam. Propterea oro, vt nostri ipsorum curam habeamus, vt & pœnam peccatis debitam effugiamus, & bona æterna cōsequamur. Gratia & miserationibus vnigeniti filij illius, cum quo patri & spiritui sancto sit gloria, imperium, honor, nūc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Surgens autem princeps sacerdotum & omnes qui cum illo, quæ est secta Sadducæorum, impleti sunt emulatione, & iniecerunt manus suas in apostolos, & posuerunt illos in custodiam. Homilia XIII.

Nihil impudentius neque audacius malicia. Qui experti antea didicerant, quanta illorum virilitas ac fortitudo ex his quæ attētarant at tamen denuo attentāt, & iterū simul conflurgunt. Quid autē est, *Surgens autem princeps sacerdotum, & omnes qui cum illo.* Motus ex his, inquit, quæ acciderant excitatus est, & iniecerunt manus suas in apostolos, & posuerunt eos in custodiam publica. Nunc vehementius illos insectantur, nec statim illos iudicauerunt, expectan

452

Tris 2a 85 τὰ ὑμῶν.

Ion. 2. b

Danie. 3. 8

τὸ πρῶτον ἀσφοδῶν.

ὁ ἱσραηλῆτις γὰρ τοῦ ἰσραηλῆτις γοῦ.

Tris 2a 85 ὑμῶν.

tes iterum, vt illis fiant benigni. Et vnde manifestum, quod illos aggressi sint durius? ex eo quod posuerunt illos in custodiam publicam. Iterum incidunt in pericula, iterum diuina gratia fruuntur. Et quo modo, audi cætera: *Angelus autem domini per noctem aperuit fores carceris, eductisque illis dixit, Ite & stantes in templo loquamini populo omnia verba vite huius.* † Hoc etiam in illorum consolationem factum est, & horum vtilitatem ac doctrinam, & vide etiam hic fieri, quod & de Christo legimus. Miracula enim quæ in quibusdam locis facta non finit illos videre, sed praparat aliqua ex quibus hæc discant: vt in resurrectione sua non permisit videre, quo modo resurrexit: indigni enim erant hanc videre, sed ostendit ea per quæ hæc fecit: similiter etiam in vino quod ex aqua factum, non vident discumbentes: inebriabantur enim, & aliis iudiciū permisit. Nam eos qui educebantur, non vident: coniecturam ex qua discere poterant ea quæ facta sunt, viderunt. Cur enim etiam per noctem emisit illos, quia sic magis quàm aliter eis creditum est. Et aliter dic, quod licet ad interrogandum venissent, vel alia ratione, etiam ipsi non credidissent. Sic & apud veteres accidit, vt Nabuchodonozori, vidit laudantes deum in camino pueros, & tunc obtupescere cepit. Oportebat igitur & hos interrogare primū, Quo modo egressi estis? Illi autem quasi nihil factū esset, interrogant, dicentes: *Nōne denunciando denunciavimus vobis, ne loquamini?* Et vide quo modo per alios discunt omnia. *Vident enim clausum carcerem cum summa securitate, & custodes stantes ante fores. His auditis autem, ingressi sunt sub ipsum diluiculum in templum, & docebant. Adueniens autem princeps sacerdotum, & qui cum illo, conuocauerunt conciliū & omnium catam seniorum filiorum Israel, & miserunt ad carcerem, vt adducerent illos. Quum venissent autem ministri, non inuenerunt illos in carcere, & reuersi annunciarunt dicentes, Carcerem quidem inuenimus clausum cum omni integritate, & custodes ante fores, vt autem aperuimus, intus neminem inuenimus.* Duplex securitas, sicut & in sepulchro, erat obli gnatio & homines. Vide quo modo cum deo pugnant. Dic oro, erantne hæc humana, quæ cum illis facta? quis illos eduxit ianuis clausis? quo modo exiuerūt custodibus ante fores stantibus, ita insanientibus & ebria verba proferentibus? Quos non detinuerunt carcer & vincula, fores clausæ, hos sperabant se posse vincere, insipientium puerorum rem discentes. Ministri sanè illorum, propter hoc adfuit, & factum confitentur, vt omnem in illis excludant occasionem. Vides signa varia cum signis, alia quidem ab illis, alia autem in illos facta, quæ & clariora erant: Bene, neque ipsis statim indicatū est, sed prius anxij secum fuerunt, vt cognoscentes diuinam esse virtutem, sic discant omnia. *Vt autem audierunt sermones illos & princeps sacerdotum, & dux militia templi, & primarij sacerdotes, ambigebant de illis quidnam futurum esset hoc. Adueniens autem quidam nunciavit eis, Ecce viri quos posueratis in carcere sunt in templo stantes ac docentes populum. Tunc abiit dux militie cum ministris, adduxit illos sine vi. Timebant enim populum ne lapidarentur.* O insipientia. Timebant, inquit, turbam. Quid enim illis prodesse poterat turba? Oportebat timere deum, qui tanquàm volucres illos semper ex ipsorum manibus eripiebat: sed magis turbam timebant. *Et interrogauit illos princeps sacerdotum, dicens: Nōne etiam atque etiam præcepimus vobis, ne doceretis in nomine isto, & ecce replestis Hierosolimam cum doctrina vestra, & vultis inducere sanguinem hominis istius.* Quid igitur apostoli, iterum cum mansuetudine illis loquuntur, quanuis certè dicere poterant, *Qui nam estis vos,*

qui contrarium deo præcipitis? Sed quid? Iterum tanquàm admonentes ac consulentes cum mansuetudine respondent: *Respondens autem Petrus & apostoli dixerunt, Obedire oportet deo magis quàm hominibus.* Magna cum sapientia ostendunt, quod illi cum deo pugnent.

Deus patrum nostrorum suscitauit Iesum, quem vos interemistis: suspendentes in ligno. Hunc principem & scriuam ex altari decetera sua, vt det pœnitentiam Israeli, remissionemque peccatorum.

Quem vos interfecistis, inquit, deus suscitauit. Et vide, quo modo patri totum imputauit, vt ne videatur alienus filius esse à patre. *Et ex altari, inquit, dextera sua.*

Non simpliciter hoc solum resurrectionem, sed etiã assumptionem manifestat. Vt pœnitentiam det israeli. Vide hic vtilitatem & doctrinam pro defensione exactè absolutam. *Ac nos sumus ei testes eorum quæ dicimus.* Magna libertas. Deinde sermonem faciens fidelem ac credibilem adiecit: *Insuper autem & spiritus sanctus, quem dedit deus obedientibus ipsis.* Vides quo modo non solum suo ipsorum, sed & spiritus testimonio vsi sunt. Et non dixerunt, quem dedit nobis, sed obedientibus, simul & modestiam seruantes, & magnum illud docentes, quod & illi possent accipere. Vide quo modo & verbis & operibus erudiuntur, & nō attendebāt, vt iusta illis condemnatio fiat: nam & propter hoc deus sinebat illos in iudicium duci, vt & illi erudirentur, siquidem discere voluissent. *Hæc autem quum audissent, discabantur, & consultabant, vt interficerent illos.* Vide excellentē maliciã, oportebat ex his quæ audierant, perterriti: illi autem discabantur, & consultabant illum vt sine causa occiderent. Sed necessarium est iterum lecta videre: *Angelus autem domini per noctem aperuit fores carceris, & eductis illis dixit, Ite, & stantes loquamini in templo verba vite huius.* Eductis: non ille eduxit eos, sed permittit, vt & hac ratione ipsi imperterriti essent: quod & ostenderunt, nocte ingressi in templum & docentes. Si autem emisissent illos custodes, effugissent: siquidem persuasi exiissent, imò si eos illi emisissent, neququam in templo docuissent, sed fugissent. Hoc autem nullus est tam insipiens, vt non videat. Nōne etiam atque etiam præcepimus vobis? Igitur siquidem & illi vobis obediissent, bene argueritis. Sed quia & tunc dixerunt, se non obedituros. superflua sunt illæ correctiones. Vide criminum contextum, & magnam insipientiam. Voluntates nūc Iudeorum cædis auidas ostendere volunt, quod non propter veritatē hæc faciant, sed vt sese vlciscantur. Propter hoc apostoli illis non respondēt audacter. Doctores enim fuerunt, quanuis quis est, qui si ciuitatem totā reparasset, tantam habens gratiam, non dixisset ac loquutus esset magnum quiddam. At illi non fecerunt, neque enim irascabantur, sed miserabantur illos & lachrymabantur: & considerabant, quo modo illos liberent ab errore & furore, & non iam dicunt illis, Vos iudicate, sed affirmant dicentes: *Quem deus suscitauit.*

Supra 4. d

Quid dicis: & quo modo non erāt probabilia, quibus A neque principes, neq; multitudo contradicere poterat: sed ora quidem illorū obturabantur, hæc autem docebantur: *Ac nos, inquit, testes horum verborū sumus. Quo- rum: quod remissionem ac pœnitentiã promissit. Nam resurrectio quidem erat iam ex confesso. Quod autem remissionem dat, nos testes sumus, & spiritus sanctus: qui non aduenisset, peccatis antea nondum solutis, atq; adeo argumentum hoc dubitatione ac cōtro- uersia caret. Remissionem peccatorum audis miser, & quod pœnam non exigit, & vis occidere? Quanta est hæc malicia? Quanuis oportuerat falsa docētes redarguere, etiam si non possent persuaderi. Si autē non voluissent persuaderi, non occidere, quid enim opus erat cædere? At illi præ furore, neq; sciebant quid factum. Vide, quo modo hic vt recordati sunt facinoris, de remis- sione etiam loquuntur: ostendentes facta quidē morte digna, quæ autem dantur, tanquã respicientibus da- ta. Quo modo aliter quis persuaderet illis? Num quasi bene egissent diceret? Et vide malignitatē. Sadducæi illis astant, qui maximē de resurrectione dolebant, sed nihil à malicia lucrifecerūt. At dixerit fortasse quis: Et quis homo assequutus tanta bona, quanta apostoli, nō esset magnus? Sed videre te velim, quo modo priusquã hanc gratiam consequuti sint, fuerunt simul perseverātes in oratione, & fīi sunt supno auxilio. Et tu dilectē, speras regnum cœlorum, nihilq; sustines? Et tu spiritū accepisti, sed non talia pateris, neq; periclitaris. Illi autē priusquam à prioribus respirarent, iterum ad illa ducūtur. Istud autem ipsum, non vana gloria inflari, quantum est bonum? Cum tanta mansuetudine loqui, quã- tum est lucrum? Non autem omnia gratiã miraculorū erant, sed etiam studij illorum magnæ coniecturæ. Nã quod in illis, ea quæ gratiã erant fulgebant: illorum di- ligentiã erat. Itaq; vide statim ab initio, quã sollicitus sit Petrus, quã sobrius & vigilans: quo modo creden- tes, pecunias abiiciebant, nihil propriū habebant. In o- ratione erant, concordia præ se ferebāt, in ieiuniis ver- sabantur. Hæc quãtã gratiã, dic oro. Idcirco & per eos facit fieri reprehensionem à ministris illorum, qui et- iam sicut apud Christum dicebant missi: Nunquam sic homo loquutus est, sicut hic homo. Annunciauerūt reuersi quæ scilicet viderant. Tu autem considera hoc loco & illorum consuetudinem, quo modo cædunt, & principis sacerdotum fictam mentem. Mansuetē enim hinc illis loquitur, vt pote timens, & prohibere magis volebat quã occidere, quoniam hoc non poterat, atque ita omnes monet, etiam extremum illis im- pendere periculum. *Vultis, inquit, inducere super nos san- guinem hominis illius? Adhuc homo illis esse videtur. Sic dixit, ostendens quod necessarium illis fuerit præ- cipere. Sed vide etiam Petrum quid dixerit: Hunc deus principem & seruatorem exaltauit dextera sua vt daret pœni- tentiam israeli, & remissionem peccatorum. Hic non mem- nit gentium, vt ne det ansam. Et volebant, inquit, oc- cidere illos. Vide iterum illos in angustia & dolore, i- stos autem in laticia & voluptate, non simpliciter do- lebant, sed dissecabantur. Hoc est profecto malè ha- bere, quemadmodum & hic videre licet: In vincu- lis erant isti, & sistebantur in iudicio, & qui iudica- bant erant anxii, consiliūque expertes. nam sicut qui a- damantem percutit, ipse sibi plagam infert, ita & hi- nam videbant non solum horum libertatem non im- pediri, sed prædicationem etiam magis augeri, & im- perterritos illos etiam non data occasione, loqui. Imit-**

Iqam-7-8

Simil.

temur hos dilecti etiam nos, & imperterriti simus in omnibus molestiis. Ei enim qui timet deum iam nihil graue est, sed sunt grania in his qui non timent. Qui enim per virtutē passiones vincit, & res præsentēs tan- quam vmbra prætercurrit: quo modo ab aliquo pa- tietur malum? quem timebit? vel cur grauiã putabit? Itaque confugiamus ad petram illam inconcussam. Si quis nobis ciuitatem construxisset, & murum apposuis- set, imò si segregasset nos in terram, in qua nullus ob- turbat, & omnem abundantiam suppeditet, non sinēs nos cum vilo habere negocium: non constituisset nos in tanta securitate, quanta Christus. Sit igitur si placet & ciuitas ænea, murum vnde quaque habens fortem ac inexpugnabilem, nullus illi adhareat hostis, vbe- rem terram habeat ac pinguem, asit etiam aliarum re- rum abundantia, stent etiam ciues mansueti ac amabi- les, & nullus illic appareat vir malefactor, fur, manti- cularius, calumniator, forumq; iudicis nullum, sed solum contractus pacifici, & hanc habitemus ciuitatem: neque sic tamen securē viueretur. Quare? quia neces- se foret, & à seruis, & ab vxore & à pueris differre, mul- tique mœroris esset occasio. Hic autem nihil tale, non enim offenderet etiam quod mœrorem exhibet: sed hoc mirabile, quod ipsa quæ negocium videntur ex- hibere, illa potissimum, omnis gaudij ac laticia essent causa. Dic oro quamobrem illi contristaturi sunt, vel stomachaturi? Vis afferamus quendam in medium? Stet quis ex principibus, magnas possideat opes, ciui- tatem inhabitet regiam, negocium cum nullo habeat, delictur solum, & huic rei soli vacet, sedens in ver- tice honorum, deliciarum, ac diuitiarum: opponat au- tem illi quis Petrus in vinculis, & sexcentis molestiis si placet, & hunc inueniemus multo magis in deliciis, nam quando tanta gaudij abundantia erit sicut oble- ctari in vinculis, cogita quanta erit gaudij magnitu- do. Sicut ij qui in magno sunt principatu, quæcunque illis grauiã accidunt, non sentiunt, sed perdurant in gaudio: sic sanè & hi, propter illa ipsa enim magis gau- debant, neque enim ratione poterit quis comprehen- dere voluptatem, quantam habent ij qui propter Chri- stum graue quiddã patiuntur: nam multo magis gau- dent in malis quã in bonis. Si quis dilexerit Christū, scit quid dicã. Iam quid? securitatis ne gratia, fugituri sunt mala? Sed quis dic, oro, innumeras possidens di- uitias tanta pericula posset effugere, cum tantis gen- tibus conuersans, si sola reipublicæ administratio trans- feratur? Hi autem quasi ex præcepto regio perficiebāt, imò & multo facilius. Non enim sic regum præceptū, vt illorum verba, omnia perfecerunt. Regiū enim præ- ceptum necessariò cogit, hi autem voluntarios ac spō- taneos, & maximas gratias habētes. Quale præceptum regium, omnes pecunias relinquere, animę persuaserit, ac contemnere domum, patriam, cognatos, & salutē suam: sed sunt piscatorum ac pellionum voces tam po- tentes, atq; ita etiam in voluptate erant & potentiores ac fortiores omnibus. Etiam, inquit, cōcedo quod illi, quia signa faciebant. Qui autē credebant, dic oro, quæ signa fecerunt, tria milia & quinq; milia, qui & in exul- tatione magna versabantur. Merito. nam omniū mœ- rorum sustentatio, diuitiarū cupiditas explosa erat. Illa enim & bellorum, & contentiōnū, & tristitiæ ac mœ- roris, & omniū malorū causa erat, quæ vitã facit mole- stam & tristitiorem, illa est. Et inueniet quis plures qui mœrorem habent diuites quã pauperes. Si autē non videtur quibusdã sic esse, hoc contingit: nō quod ea sit rerum

Matt. 5. 4

rerum natura, sed quod talis est eorum opinio. Iam si & diuites habēt aliquid voluptatis, haud mirum est: nam & qui scabiæ pleni sunt, sunt in magna voluptate. Quod autem & diuites ab illis non differant, & sit illis eiusmodi anima, manifestum inde: cōtristant illos cura, attamen volunt in illis detineri propter volupta- tem momentaneam. Qui autem ab his liberi, in sanita- te sunt & extra mœrorem. Vtrum suauius dic, oro, & vtrum securius? Pro vno, de pane & vestibus esse solici- tum, an pro multis, & seruis, & liberis qui pro seipsis nō sint anxii? Quemadmodum enim hic pro seipso timet, ita & tu pro his qui à tuo capite pendent. Et quare nam fugiēda videtur paupertas, inquit? Quoniam hoc mul- tis etiam de aliis virtutibus videtur, quæ sanè per se nō sunt fugiendæ, sed propter eum qui agrē operatur. Igitur & illa non est fugienda: sed ita videtur ei qui agrē amplectitur, atque adeo si quis illã ferre posset, vtique non esset deprecabilis. Quare enim illam apostoli de- precati nō sunt? quare multi etiam eligūt illam? Et non solum nō deprecantur, sed etiam aduolant: nam quod reuera horrendum, nequaquam eligibile est, nisi ab in- sanis. Si autē philosophi qui inter homines sublimio- res fuerunt ad hanc venerunt, quasi ad securū prædium & morbis non obnoxium, neq; mirabile si aliis non vi- deatur. Nam diues quidem nihil aliud mihi esse vide- tur, quã ciuitas absque muris in agro sita, & vndique insidiantibus exposita. Paupertas verò securum præsi- diū, æreis muris, & expugnatu difficile. At dixerit quis, res contrario se habet modo: hi enim sæpe ad tribunal trahuntur, hi sunt qui sæpe affliguntur, qui malè habēt. Non pauperes simpliciter, sed pauperes quidem qui di- tari volunt. Ego autem non de illis loquor, sed de iis quibus studium est in paupertate versari. Dic enim oro mihi, quare nullus eos qui in montibus habitant, trahit ad iudicē, quanuis si illi qui pauperiores magis trahun- tur ad iudicem, hos omnium maximē oportebat: Quare autem mendicantes nullus trahit ad iudicem? Quare nullus cogit, nullus calumniatur? Nōne quia in se- curiori loco habitant? Quã multis autem infelicitissi- mum videtur esse pauperem & medicare? Quid igitur? Estne bonum mendicare? Bonum inquam, si esset qui consolaretur & misereretur: si esset suppeditans, vitam sic ociosam & securam omnes probarent. Ego autem non hoc laudo, absit: sed ita, vt quis opes non desideret. Dic oro, mihi, vtrum dixeris magis beatū, eum qui vir- tutis studiosus est, vel eum qui procul ab ea est? Certum, quod studiosum. Vter igitur studiosus ad cognoscen- dum quid vtile ac clarum in philosophia, hic vel ille: omnibus manifestum, quod hic. Si autem non credis, discite. Ducatur à foro medicantium aliquis, & ille qui- dem sit cœcus, claudus, mancus: alius verò quidam, as- pectū formosus, corpore robustus, vnde quaque delica- tus, pecuniis affluens, genere ac potētia clarus: ducamus itaq; hos in philosophiæ scholam, & videamus vter il- lorum doctrinæ sit capaciōr. Sit igitur primū præcep- tum, humilis sis & mitis: hoc enim Christus præcepit. Vter horum, magis perficiet quod præceptum, hic vel ille? Beati qui lugēt: vter magis adhibebit dicto fidem? beati humiles, Vter magis audiet? beati mundo corde, beati esurientes ac sitientes iusticiam, beati persecutio- nem passi propter iusticiam: vter facilius hæc amplexa- bitur? & si vis, adaptemus hæc omnibus: nōne ille qui- dem ardet ac inflatur vndique? Hic autē humiliter sapit semper, & per omnia demissior est: certum quod ita est, id quod & externus versiculus testatur. Seruus qui-

dem Epictetus, corpore incuruus, paupertate Irus, & a- micus immortalium: & ita quidem habet pauper. Diui- tis autem anima, omnibus plena est malis, arrogantia, vana gloria, concupiscentiis innumeris, ira & furore, auaricia, iniusticia, & omni alio. Itaque certum quod hæc ad philosophiam magis idonea, quã illa. Omni- no queritis discere, vtrū magis suauis? Hoc enim à mul- tis queri video, siquidē ista vita suauior, & nec de hoc ambigēdum: nam qui sanior, idem & suauius agit. Vter autem dic mihi de lege quæ proposita, siquidem eam perficere velimus, magis idoneus? Ipse dico aptiorem pauperem, quã diuitem. Vter facilius iurabit, qui ira- scitur filiis an qui cum plurimis habet negocium? Nōne qui pro vno de pane ac vestibus est sollicitus: hic ne- que iuramētis opus habet si voluerit, sed semper in mā- suetudine versatur: imò qui doctus est non iurandum, is etiam faciliē opes contemnet: & vbique illum vide- bit quis virtutum sectantem vias, & omnes quæ ferunt ad mansuetudinem, ad opum despiciabilitatem, ad pie- tatem, ad compositionem ac moderantiam animæ, ad compunctiōnem. Ne simus ergo negligentes dilecti, sed iterum omnem adhibeamus diligentiam: & hi qui- dem qui se correxerint ac bene egerint, vt quod corre- ctum est conseruent, ita vt nō faciliē defluant, & retror- sum abeant: qui autem reliqui adhuc, & excitentur ac o- peram dent, ac posthac impleant: & ij quidem qui iam rectē viuunt, eis qui nondum potuerūt quasi in pelago natantibus, manum porrigant in portu, quò non iuret, suscipiant. Portus enim quidem securus est, non iurare. Portus in quo à ventis impetuosis quis non submergitur. Nam licet ira, licet furor, licet insultus efferuescat, licet quilibet sit, anima in securitate cōstituitur, & ita neque euiciat aliquid eorum quæ non oportet dicta esse. Non enim sibi necessariam putauit legem. Vide quid propter iuramentum facit Herodes, caput præcurforis amputauit, propter iuramentum enim, inquit, ac discē- bentes nolebat illam repulsam pati. Quid propter iura- mentū passæ sunt tribus infestæ tribui Benjamin? Quid propter iuramentum passus est Saül? nam ille quidem adiurauit, Herodes autem etiam homicidium periurio peius commisit. Iterum Iesus propter iuramentum Ga- baonitis factū, qualia passus est cognouit. Satanæ enim laqueus est iurare, dirumpamus igitur fides, & faciliē contra omnem custodiam consistemus, liberemur à la- queo satanæ. Timeamus dominicum præceptum, con- suetudinem optimã nobis vëdicemus, vt progredien- tes in via virtutum, & hoc & alia mādata perficiamus, ac assequamur bona promissa iis qui diligūt illum, gra- tia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cū quo patri simul & spiritui sancto gloria, honor, imperium, nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

Surgens autem quidam in concilio phariseus, nomine Gama- liel, legis doctor, in precio habitus apud totum populum, iussit vt paulisper secederent foras apostoli. Homilia xiiij.

Ic Gamaliel Pauli præceptor fuit, & dignum admiratione, quod tanto iudicio valēs ac le- gis doctor existens, nondum crediderit, non poterat ille per omnia manere incredulus, & manifestum hoc ex verbis illius, quæ consulendo affert. *Iussit enim, inquit, vt apostoli foras secederent. Vide sapien- tiam & intelligentiam in concione, & quo modo illos statim perterruit, ita vt nulla suspicio esset, quod eadē cum illis sentiret: sic ad eos qui eiusdem sententiæ erat loquitur, neque magna vehementia vtitur, sed vt cum viris*

Matt. 6. d

2. Reg. 21. b

Iosue. 9. c. d

viris ebrii furore ita dicit, *Viri Israelite attendite vobis ipsis in hominibus illis quid facturi sitis.* Ne simpliciter neque ita temerè, ait, feramini. *Ante illos enim dies surrexit Theudas dicens sese esse aliquem, cui adhaeret numerus virorum circiter quadringentorum, qui occisus est, & omnes qui credebant ei dissipati sunt, & redacti sunt in nihilum.* Exemplis illos castigat, & illum qui plures deficere fecerat, posterius ponit. Itaque antequam exempla diceret, inquit, Attendite vobis. Postquam autem ostendit, affirmat, dicens: *Et nunc dico vobis abstine ab hominibus istis, & sinite illos. Post hunc surrexit Iudas Galileus in diebus professionis, & auertit magnum populum post se, & ille perit, & omnes quicunque paruerant illi dispersi sunt: & nunc dico vobis, abstine ab omnibus illis, & sinite illos. Quia si fuerit ex hominibus consilium istud, vel opus, dissoluetur: Si autem ex deo est, non potestis dissolvere istud.* Quasi diceret, expectate: nam si & illi ex seipsis surrexerunt, nihil prohibebit etiam illos destrui: ne quo pacto etiam cum deo pugnare inueniamini. Et sic per impossibile & per inutile auertit illos. Non dixit autem a quo interempti sint, sed simpliciter quod occisi sint, fortasse in his quæ subdit quasi concomitans supponit docens: quod siquidem humanum est opus, nullis est nobis opus negociis: si autem diuinum est, quicquid feceritis, non poteritis vincere. Sic sanè & sermo sapiens videtur: Quia & persuasi fuerunt, vt non occiderent illos, sed solum flagellarent. *Persuasi sunt autem ab illo, & accersitos apostolos flagellarunt, & præceperunt eis, ne loquantur in nomine Iesu, & dimiserunt illos.* Vide post quot miracula flagellantur, nihilominus tamè doctrina iterum crescit. Etenim & in domo & in templo docebant. *Et illi quidem gaudentes ibant à facie concilij, quod digni habitus sunt pro nomine Christi, contumelia affici. Et quotidie in templo, & in singulis domibus non cessabant docere, & annunciare Iesum Christum.* In diebus illis numero discipulorum crescente, ortum est murmur Græcorum aduersus Hebræos, quod despicerentur in ministerio quotidiano viduæ illorum. Non in illis omnino dicit diebus, sed quia hæc est consuetudo scripturæ etiam futura aliquando, quasi deinceps facta dicit. Idcirco sic dixit: Hellenistas autem hoc est, Græcos opinor dici qui Græcè loquebantur. Hi enim Græcè loquebantur, quauis Hebræi essent. Ecce noua tentatio, imò & tu si vis considerare, videbis & intus & foris, bella iam ab initio esse. *Ceterum duodecim illi quum iussissent adesse multitudinem discipulorum, dixerunt: Non est placitum relinquere nos verbum dei, & ministrare mensis.* Bene. Ea enim quæ magis necessaria, minus necessariis sunt præferenda. Vide autè quo modo statim & horum curam habeant, & prædicatione non negligunt. Quasi autem magis venerabiles illi essent, ideo & præferuntur. *Circumspicite igitur fratres viros ex vobis spectate probatis septem, plenos spiritu & sapientia, quos constituemus in hoc ministerio. Nos vero deprecationi & ministerio verbi incumbemus. Et placuit sermo coram omni populo, & elegerunt Stephanum virum plenum fide ac spiritu sancto. Vtique & illi pleni fide fuerunt, quos & elegerunt, vt ne eadem fieret sicut cum Iuda, & cum Anania ac Sapphira. Et Philippum, & Prochorum, & Nicanorem, & Timonem, & Parmenam, & Nicolæum proselytum Antiochenum, quos statuerunt coram apostolis: & quum orassent, imposuerunt eis manus, & sermo dei crescebat, ac multiplicabatur numerus discipulorum Hierosolymis valde multus, turba sacerdotum obediebat fidei. Sed videamus iterum quæ dicta sunt: *Viri attendite vobis.* Vide, oro, hic Gamaliel quomodo cum mansuetudine loquitur, & nō dicit antiquas historias, quauis haberet multas, sed recentiores, quæ ad confirmandam fidem dictorum plurimum momenti habebant. Ideo & cum occultatione insinuat dicens, *Nam ante hos**

dies. Quasi manifestans quod non ante multos dies. Itaque siquidem statim dixisset, Dimittite viros. Et ipse vilus esset suspectus, & sermo eius non fuisset tam validus, cum exemplis autem suum robur accepit. Propter hoc non vnus meminit, sed etiam alterius, quantum & tertium potuisset dicere ex abundantia, & se bene dicere ostendens, & illos abducens à voluntate sanguinaria. *Abstine ab hominibus.* Vide quàm mansuetis moribus, & neque longum sermonem, sed breuè facit, neque illorum cum furore meminit. *Et quotquot paruerunt illi, dispersi sunt.* Hoc dicens, nihil in Christum blasphematum, sed quod vult maximè corrigi. *Si fuerit, inquit, ex hominibus, dissipabitur.* Hic & illos videtur hortari, vt ratiocinentur ac colligant. Igitur quia nō dissipatum est, non est humanum. Ne quo pacto, & cum deo pugnare inueniamini. Hoc dixit, impossibili, & inutili illos cōspicens. *Si autem ex deo est, non poteritis.* Non dixit, Si fuerit Christus deus. Opus enim hoc declarabat, neque asseruit quod non humanum, nec quod nō diuinum, sed futuro tempore fidem permisit, ita vt persuadeat. At dicit quis, Si persuasit, quare flagellarunt? Non potuerunt non videre quàm indubitata iusticia, nihilominus tamen furorem suum impleuerunt. Et aliter: Et iterum hac ratione territos se expectarunt. Gamaliel autem apostolos non præsentem magis conciliabat, & sermonum suauitate, & eorum quæ dicebantur iusticia. Persuasit, quasi prædicabat & hic euangelium, imò quasi istam sententiam contra illos proferebat. Credite, quod non poteritis dissipare. Quare non credidistis? Tam magna prædicatio, quia & ab inimicis testimoniū habebet. Illic quadringenti surrexerant, & posthac ista multitudo. Hi duodecim erant primi. Ne igitur nobis spernenda sit multitudo quæ accessit. *Si enim fuerit ex hominibus opus hoc, dissoluetur.* Poterat & aliū Aegyptium dicere, sed superflua fuisset metio eius. Vidisti quo modo terrore sermonem conclusit? Ideo & non affirmat simpliciter, vt ne videatur pro illis dicere, sed ab eventu rei ratiocinatur. Non ausus est autè affirmare, quod nō humanum esset, neque ex deo. Quoniam si dixisset, quod ex deo, contradixisset vtiq; . Si autem ex hominibus, iam iterum propensū fuissent facti ad insurgendum: eapropter iussit vt illi finem expectarent, dicens, Abstinate. Illi autem minantur iterum, sciētis quidem, quod nihil efficiunt, facientes autem quod poterāt. Talis enim res est malicia: impossibilia sæpe attentat. *Post hunc autem surrexit Iudas.* Hæc si Iosephi historias inspexeritis, discetis euidentius, nam ille horum historiam conscribens, diligenter narrat. Vidisti quale ausus est dicere, quod ex deo: quando postea à rebus fidem accepit: Reuera magna fiducia, & à personarū respectu plurimum alienus animus. Persuasi autem sunt ab eo, & accersitos apostolos flagellarunt, ac dimiserunt eos. Reueriti sunt gloriam viri, ideo & destiterunt ne occiderent apostolos: flagellatos autem solum dimiserunt. Itaque illi profecti sunt gaudentes à facie concilij, quod pro nomine Christi digni habitus sunt, qui cōtumeliam paterentur. Quibus signis hoc non magis admirabile est: Nusquam hoc apud veteres contigit, quia & Hieremias flagellatus est, sed propter verbum domini. Et Helix ac alii minati sunt. Sed hic etiam ab hoc, & non à solis signis, virtutem dei declararunt. Non dixit, quod non dolebant, sed quod dolentes gaudebant. Vnde manifestum: ex libertate dicendi, quæ post flagella sequebatur. Quocirca id manifestans, *In templo, inquit, ac singulis domibus non cessabant docere ac annunciare Iesum Christum. In diebus*

diebus autem istis. Quibus istis? Quando hæc fiebant, quando flagella, quando minæ, quando multiplicabatur discipuli. Tunc ortum est murmur. Hoc fortassis ob multitudinem venit. Nō enim possunt omnia in multitudine tam exactè fieri. *Et magna turba sacerdotum obediebat fidei.* Quia multi ex his credunt, à quibus Christo mors intetata. *Ortum est, inquit, murmur, quod despicerentur in ministerio quotidiano viduæ ipsorum.* Itaque quotidie ministrabāt viduæ. Et vide quo modo & hic ministerium vocat, & non statim elemosynam: ne & hos qui darent, & eos qui acciperent, extolleret. Hoc non erat malicia, sed multitudinis forsitan ignauia. Propter hoc proposuit etiam istud. Non paruim enim malum erat, vnde opus vt statim corrigeretur. Vides quo modo principio etiam mala erant, nō foris tantum, sed etiam intus: Tu autem non solum hoc attendas, quod corrigitur, sed etiam quod magnum malum fuerit. *Circumspicite igitur fratres, viros ex vobis septem.* Non propria sententia faciunt, sed prius rationem reddunt multitudini. Sic & nūc fieri oportebat. *Non est placitum, inquit, vt relicto verbo dei ministremus mensis.* Principio absurdū ponit, ostendens, quod nō possit vtrunque fieri accuratè: quoniam & quando Matthiam ordinaturi erant, primum rei ostendunt necessitatem, eo quod vnus defecerat, & oportebat fieri duodecim. Etiam hic vtilitatem ostendunt, sed hoc non fecerunt in principio, sed expectarunt, vsque dum oriretur murmur, neque etiam expectauerunt, vt hoc supra modum fieret. Vide quod iudicium ipsis permisit, & præferunt eos, qui omnibus placent, & ab omnibus testimonium habet. Itaque quum Matthias præferendus esset, Oportet, dicebant, vt ex his viris qui fuerunt nobiscum omni tempore. hic autem non sic. Non enim erat tale negocium. Ideo & hoc non permisit sorti, neque quum possent ipsi spiritu moti eligere, hoc faciunt: sed magis statuunt quod multorum testimoniis approbatur. Nam definire numerum, & ordinare, etiam hoc sibi vendicant. Eligere autem viros illis permittūt, vt ne videantur ipsi in gratiam quorundam agere. Quoniam & deus Moli permittit eligere viros quos ipse sciebat. Etenim sapientia multa opus est in huiuscemodi dispensationibus. Profecto non est existimandum, quoniam rationem non reddiderunt, ideo non opus esse talibus sapientia. Magna enim indiget. *Nos autem, inquit, orationi, & ministerio verbi incumbemus.* Et incipiendo, & finiendo rationem reddunt. *Incumbemus, inquit.* Sic enim oportebat non simpliciter, neque sine opera, sed cum perseverantia incumbere. *Et placuit, inquit, sermo coram omni populo.* Et hoc illorum sapientiæ congruebat. Omnes dictum laudabant, & sic sapientia declarabatur. *Elegerunt, inquit, iterum illi eligunt. Stephanum virum plenum fide ac spiritu sancto, & Philippum, & Prochorum, & Nicanorem, & Timonem, & Parmenam, & Nicolæum proselytum Antiochenum, quos statuerunt coram apostolis, & quum orassent, imposuerunt illis manus.* Ex hoc manifestum, quod segregauerūt illos à multitudine. Et illi trahunt, non à apostoli ducunt. Vide quo modo conscriptor non est superflus. Non enim dicit, Quo modo: sed simpliciter quod ordinati sunt per preces. Hoc enim est *χρησμός*, id est, ordinatio. Manus viro superponitur, totum autè deus operatur: & illius est manus, quæ eius qui ordinatur, caput contingit, si quemadmodum oportet, ordinatur. *Et sermo, inquit, dei creuit, & multiplicatus est numerus discipulorum.* Non simpliciter hoc dixit, sed vt ostendat, quanta sit vis elemosynæ ac ordinis bene instituti. Et quoniam narraturus est postea de

A Stephano, ideo & causas illorum præmittit. *Et multi, inquit, sacerdotes obediebant fidei.* Quoniam enim videbant principem ac doctore hæc affirmasse, ex operibus iam periculum faciebāt. Et admiratione dignum est, quod populus non scindebatur, in electione virorū, quo modo apostoli ab illis nō reprobati sunt. Quam autem dignitatem habuerunt hi, & qualem acceperunt ordinationem, necessarium erit discere. Nunquid eam quæ est diaconorum? Et profectò hoc in ecclesiis nō est, sed presbyterorū est hæc dispensatio, tametī nullus adhuc esset episcopus, sed apostoli soli: vnde neque diaconorum, neque presbyterorum nomen esse opinor, quod clarum ac manifestum: sed tunc in hoc fuerūt ordinati. Et non frigidè ac simpliciter potestas eis concredita, sed apprecabantur, vt fieret illis hæc potestas. Vide autem oro, si septem viri in hoc, opus erat: tantæ fortassis affluebant opes, totq; viduarum erat multitudo. Itaque non simpliciter preces fiebant, sed cum multa attentione: & hoc fiebat, sicut prædicatio: plura enim illis perficiebant. Sic ad spiritualia ista adnumerabantur, sic & ad professiones mittebantur, sic hi sermonem in manus acceperunt. Et non dicit, neque extollit illos: sed quod non placitum, opus datum relinquere. Ita erant à Mose eruditi, ne omnia tractent. Propter hoc & Paulus inquit, Tantum vt memores pauperū essemus. *Disce Galat. 2. 10* autem, quo modo & antecesserunt hos: leiuabant, intenti erant precibus. Hoc etiam nunc fieri oportebat. Non autem simpliciter spirituales, sed spiritu philosophia plenos dixit, ostendens quod magna philosophia ferebant accusationem viduarum. Quæ enim vtilitas, quando nō per furtū, sed nihilominus cuncta pereunt, si dispensator vel temerarius sit & exacerbetur? Etenim hoc nomine etiam Philippus admirabilis erat. De illo enim dicit, *Et quum ingressi in domum Philippi euangelizasset, qui vnus erat ex septem, mansimus apud illum.* Vides nihil humano more dispensari. *Et crescebat numerus discipulorum in Hierosolymis.* In Hierosolymis crescebat multitudo. Mirabile, ibi occisus est Christus, & illic creuit prædicatio, & non solum non sunt offensi quidam ex discipulis, videntes apostolos quidem flagellari, alios autem fugari, alios spiritus tentare, alios obmurmurare, sed & sic credentium numerus augebatur, ita emendabatur, ex eo quod Anania acciderat, & maior timor illis fiebat. *Vide autem oro, quo modo creuerit multitudo: post tentationes tunc creuit, nō antea.* Considera autem, quantæ & benignitas dei, ex illis enim principibus sacerdotum, qui ad cædem turbam exasperarant, qui talia clamabant, & dixerant, Alios saluos fecit, seipsum saluum facere nequit. Ex his multi, inquit, obediebant fidei. *Illius igitur & nos sumus imitatores. Suscepit illos, & emisit.* Ita & nos, inimicos qui innumera nobis mala fecerūt, beneficiis afficiamus: siquidem habere volumus bona, illis exhibeamus, ne benefaciendo prætereamus. Si enim mala ferenda, dum impletur illorum furor, multo magis etiam si benefacimus. Hoc enim illo non est minus. Non est enim idem benefacere inimico, & maiora voluisse pati, vel velle, ab hoc etiam ad illa veniemus. Hæc dignitas est discipulorum Christi. Crucifixerant illum, qui ad benefaciendum illis venerat, discipulos illius flagellarāt, & postea in eundem cum discipulis hortorent ducit, & similiter sua illis cōmunicauit. Imitatores sumus oro Christi. In hoc decet imitari illum. Hoc equalem facit deo. Hoc plus est quàm humanum. Vacemus elemosynæ. Hæc pedagoga & magistra illius philosophiæ est. *Qui didicit misereri eius qui in calamitate, discet*

Supra. 1. d

Num. 16. b
& 31. a

Supra. 3. a

Matt. 27. 4

Supra. 1. d

discet etiam nō reminisci malorum sibi inrogatorum, ac inimicis benefacere poterit. Discamus proximorum malis infringi, & compati, & discemus etiam illorum mala ferre. Illum interrogemus, qui etiā malē erga nos affectus est, an non condemnet seipsum, an nō velit respiscere, an non totum esse dicat irā vel pusillanimitatis, vel miseriam, an velit esse is qui cōtumeliam ferat, & sileat, & non cōtumeliam inferens ac insaniens, & admiratus pessum abeat. Ne putes, quōd hoc cōtemptibiles facit. Contumelia afficere nō tam venerabiles facit, atque contumelias ferre. Ille enim est cōtumeliosus, hic verō philosophus: & ille quidem homine peior, hic vero angelis par. Licet enim minor fuerit, eo qui cōtumeliam fecerit: attamen si voluisset, potens fuisset vlcisci. Et aliter, Etiam ab omnibus misericordiam consequetur, hic quidem, ille verō exokus erit. Quid igitur? Nōne hinc etiam ille multo melior erit: illum enim vt insipientem, hunc verō vt prudentem obseruabunt omnes. Quando igitur cogaris, vt aliquem crimineris, dic ad illum: Nō possum illi malē dicere. Timeo enim, ne forte sit talis: maximē quidem in mēte ne dicas, sed neque alteri, ne in hoc cum deo pugnes. Si videris vituperari quendam, adiua. Dic passionis non viri verba sunt, dic irā non amici, insaniam non animā. Hęc cogitemus de vnoquoque peccato. Ne expectes accendi ignem, sed antea comprime, ne exacerbes bestiam, sed neque exacerbari sinas: non enim poteris illum compescere si flāma accendatur. Quid enim dixit, Insipiens & stulte? Vtri igitur verē imputatur, dicenti ne an audienti: nam ille quidem licet valde sapiēs, in stulti estimatione erit: hic etiam licet insipiens, sapiens ac philosophus habebitur. Vter insipiens dic oro, is ne qui alteri dicit ea quæ non sunt, an is qui neque sic mouetur: nam si sapientiæ est, etiam si mouearis non moueri, magnæ vtique insipientiæ est, si non mouearis quem plagis affici. nondum dico, quis locus pœnæ repositus sit his, qui talia approbrant & maledicūt. Sed cur, ignobilem & ex ignobilibus, & vilem ac ex vilibus dixit? Iterum in seipsum conuertit opprobrium. nam ille quidem venerabilis apparet ac reuerēdus: hic verō vilis. Talia enim tanquam opprobrium proferre, generis vilitatem inquam, animæ est reuera parua. Qui autē magnus & admirabilis erit, vt pote qui nihil tale sentit, sic afficitur quasi audiuisset, quōd haberet aliquid aliud præcellens. At adulterium ac alia dicit? Hic & ridere oportebat. Quando enim lacepsitur qui non est conscius, non habet locum ira. Cogitantes autem & quæ in mediū producat verba, neque sic oportet dolere, id quod postea vnusquisq; discere poterit. Hoc iam reuelauit. Deinde omnibus se fide indignū exhibuit, vt pote nesciens proximorum mala tegere, & seipsum magis cōfudit, quam alium, & in totum portum impedit, pœnas sibi ipsi graues ascium futuri iudicij, Non enim hūc vt illum auersantur omnes, qui tegēda reuelat. Tu autem ne dixeris ea quæ nosti, sed sile, si vis bonum nomen habere, non enim subvertes quæ dicta sunt, ac teges, sed etiam aliud facies bonum. Non enim iam facies cōtra teipsum ferri sententiam. Iam quispiam tibi maledicite: dic tu, Si omnia nosset, nō hęc sola dixisset. Admirati estis cum stupore quod dixi, atqui imitari oportet. Ideo enim omnia hęc quæ ab exteris dicta sunt diximus, non quōd non habeamus innumera talia in scripturis. Sed quōd magis hi possunt cōfundere, quoniam & scriptura no-

Rechab in medium adduxit, paternum mādatum prauaricari nequaquam volētes. Maledicebat Maria Mo-
sem, & ab illis statim expetiit pœnam, neque concessit tanto tempore quanto disci poterat iniustum esse. At nos non sic, sed hoc maximē volumus omnes discere, quōd non absque pœna abiit. Quandiu de terra spiramus, non potest ex vna solū parte constare bellum. Trahes enim insaniētes ex vtraque parte, imō exacerbabis, siue à dextra, siue à sinistra. Extinxisti furorē. Qui verberat, siquidem habuerit eum qui nō patitur, magis extollitur. Si autem patientem, magis destruit, & in ipsum plaga conuertitur. Non enim sic subuertit antagonistæ vim homo certaminū peritus, sicut homo qui iniuria afficitur, & non vicissim cōtumelias infert: Cōfusus enim illō deinde abijt & condemnatus. Primum quidem à conscientia. Secundum autē ab omnibus qui vident. Et prouerbiū quoddam est, Qui honorat, seipsum honorat: ita etiam qui cōtumelia afficit, seipsum contumelia afficit. Nullus nos poterat iniuria afficere, iterum dico, nisi nosmetipsos: neque pauperem me quis faciet, nisi ego meipsum. Age sic consideremus: Sit mihi anima pauper, & omnes in me pecunias erogent, quid inde: donec illa non mutetur, omnia in vanum sunt. Sit mihi anima magna, & cuncti accipiant pecunias meas, quid inde: donec illam nō feceris pauperem, nullum certē damnū. Sit mihi vita impura, & omnes contraria dicant de me: quid hoc: licet dicant, sed non etiā in mente suffragiis cōfirmant. Iterū sit mihi vita munda, & omnes contraria dicant. Et quid inde? Nam in conscientia sua cōdemnant. Non enim persuasi dicūt. Nam quemadmodum nō oportet celebritati credere, ita neque accusationi. Et quid dico hęc? nullus nobis insidiari vnquam poterit, neque accusatione vlla circumdare si voluerimus. Videamus autem & sic, Trahat quis ad forum ac calumniatur, si vis etiam animam efferat. Et quid hoc si paulisper præter dignitatē hęc ferat? Igitur hoc quidem istud malum est, quod propter meritū pateris: Sed cur meritō ne oportebat? Dicā quid iterū. Philosophus quidā extern⁹ vbi audiuit, quōd quidā mortuus est, & quidā discipulorū dixit illi, Vā mihi quia iniuste. Ille conuersus, sed quid dicebat, Iuste ne voluisses? At Ioānes, nōne iniuste mortuus est? Cui igitur magis etiam misereris, ei ne qui iuste mortuus, an ei qui iniuste: nōne hunc quidem miserum dicis, illum autē & admiraris. Quid igitur iniuria affectus est homo, quum ab illa morte non solū magnū lucrum faciat, sed & nihil læditur: nam siquidē ex immortalificasset mortalem, fortassis detrimentum esset. Si autem mortalem & in hac natura paulō post moriturum, accelerat, vt cum gloria mortē amplectatur, quid damni? Sit nobis anima quæ bene composita, & nullum fornicus erit damnū. Sed non es in gloria? Et quid hoc? nam quod est in pecuniis, hoc etiam est in gloria. Si enim fuero magnificus, nullo opus erit. Si autem vanæ gloriæ cupidus, quō plus continget, hoc plus desiderabo: tunc autem maximē clarus ero, & maiore gloria fruuar, si contēpsero gloriam. Hęc igitur scientes & gratiam habeamus Christo deo, qui talē vitam nobis largitus est, & ambiamus illum in gloriam illius: Quia ipsum decet gloria cum vnigenito patre & sancto illius spiritu, in secula seculorum, Amen.

Stephanus autem plenus fide & virtute, faciebat prodigia & signa magna in populo. Homilia xv.

Vide,

Math. 5. g
Hier. 35. g

Ide, quo modo etiam in illis septem vnus ceteris præferebatur, & primatū habebat. Nam quauis communis omnium ordinatio, attamen ille maiorē sibi conciliarat gratiam. Ante illud tempus nullū fecerat signum, at vbi manifestatus est, vt ostendatur non sufficere solam gratiam, sed opus etiam ordinatione, vt spiritus sancti augmentum fiat. Quōd si & antē pleni spiritu, at id à lauacro. Surrexerunt autē quidam ex synagoga. Iterum vocat surrectionem, illorum exacerbationem & iram. Vide & hoc loco magnam multitudinem, imō aliam accusationis figuram. Nam postquam Gamaliel illos prohibuerat, ne quid contra illos attentent, aliam accusationem inducunt: Surrexerunt autem quidam eorum ex synagoga quæ dicebatur Libertinorum, & Cyrenarum, & Alexandrinorum, & eorum qui à Cilicia & Asia, disputantes cū Stephano, & nō potuerunt resistere sapientia & spiritui quo loquebatur: tūc subornarūt viros, dicētes: audiuius illū loquentē blasphemā verba cōtra Mosē ac deum. Vt accusationem instituant, contra deum inquit, & contra Mosē loquitur. Idcirco & disputabant, vt cogerent illum dicere aliquid. At ille postea apertius loquutus est. Et forsā solū dicebat quiescere legē, vel nō dicebat quidem, sed insinuabat: quoniam si dixisset manifestē, non opus fuisset viris subornatis, nec etiam falsis testibus. Variæ autem synagoga erant, Libertinorum, & Cyrenensium. Sed Cyrenenses quidem vltra Alexandrinos siti sunt, qui & illic pro cōsuetudine quæ tunc erat, habebant synagogas: fortassis autem & illic manserunt, ne cogerentur continuo migrare. Libertini autem, qui à Romanis libertate donati erant, sic appellabantur. Porro quemadmodum illic morabātur hospites multi, ita & synagogas habebant multas, in quibus oportebat & legem legi, & preces fieri. Tu autem considera velim quo modo & hic, dum cogitur, docere attentat, & illi iterum per signa in inuidiam non solū mouetur, sed quoniā & legis cognitione superior erat, illisq; intolerabilis, falsos quoq; testes constituunt. Non volunt enim simpliciter occidere, sed & cum suffragio, vt & gloriam ipsorum infament, & illis relictis sic ad alios veniant, hac ratione perterrentes etiam illos. Qui etiam non dixerunt, quōd loquatur, sed quōd non cessat loqui, aucta sicq; accusatio. Commoueruntq; presbyteros & scribas, atque inuadentes corripuerunt eum, & adduxerunt in conciliū, statueruntq; falsos testes, dicentes: Homo iste non cessat loqui verba blasphemā contra locum sanctum hunc & legem.

Libertini vnde dicit.

Matth. 27. c

Non cessat, inquit, quasi ille faciat opus, per hoc manifestantes: Audiuius enim eum dicentem, Iesus Nazarenus iste demolietur locum hunc, & mutabit mores quos tradidit vobis Moses. Iesus, inquit, Nazarenus, magno cum cōtemptu demolietur locum hunc, & mutabit mores. Hoc etiam Christum accusantes dicebāt: Quid destruis templum dei? Multa enim illis erat reuerentia erga templum, vt pote, & iuxta illud habitare volentibus, & erga nomen Mosē. Et vide quo modo duplex accusatio. Demolietur, inquit, locum, & mutabit mores. Nō solū autem duplex, sed & amara, & plena periculis. Et quum inspersissent illum omnes qui erant in concilio, viderunt faciem illius, quasi faciem angeli. Sic possunt, & qui in minore gradu sunt clarescere. Et quid oro, hic minus habebat apostolis: nōne signa operatus est? nōne magnam dicendi libertatem præ se tulit? Viderunt faciem illius, quasi faciem angeli inquit. Hoc igitur erat gratia, hoc & Mosē gloria erat. Videtur autē mihi deus illum fecisse tantæ gratiæ ac amabilem, vt statim aspectu terruerit illos. Possunt enim facies & spirituali gratia plene esse, & deside-

rantibus desiderabiles, & odio habitibus reuerēda ac terribiles. Vel hoc dixit vt causam, propter quam passi sunt illum concionari. Dixit autem princeps sacerdotum: Num hac ita se habent? Vides quo modo cum mansuetudine rogat, atque sine molestia. Eapropter & ille benignis verbis incipit: Viri fratres & patres, audite, deus gloriæ apparuit patri nostro Abraham, cum esset in Mesopotamia, priusquam moueretur in Charran. Statim ab initio opinionem illorum tollit, & per ea quæ dicit, absque suspitione, instruit nihil esse quodam modo templum illud & instituta, nec victuros illos prædicationē, deumq; semper omnia facere, nullo egentem instrumēto. Vide itaque in his pulchrē contēxi concionem, & demonstrari, quōd qui fruuntur magna misericordia, diuersis deum retaliēt, & alioqui impossibilia attentent. Deus gloriæ apparuit patri nostro Abraham, & dixit ad illum: Egredere de terra tua, & veni in terram quam monstrauero tibi. Et templum nondum erat, & sacrificium nondum erat, & dei conspectum assequutus fuit Abraham, licet etiā progenitores haberet Persas, & in aliena terra esset. Et quare in principio vocat deum, gloriæ deū? quoniam ignobiles gloriosos fecit, & vt doceat, quōd si illos glorificauit, multo magis ipsos. Vides quo modo illos à corporalibus abducit, & à loco primū, quoniam de loco sermo erat. Si gloriæ deus, manifestum quōd nō opus habet nostra gloria, neque ea quæ est per templum. Ipse enim est fons gloriæ, ne igitur putetis hac ratione ipsum glorificari. & quo modo, inquit, scriptura hoc non dicit de patre Abrahami? Quia non est multiloqua in his quæ non multum necessaria. Hoc solū nos docuit, quōd videns abire filiū, ierit cum eo: Quod autem amplius nō enarrauit, eo quōd mortuus est, non multo posteaquam habitauit in Charris. Exi à cognatione tua. Hic ostendit quōd non sunt ipsi filij Abraham. Quo modo: quia ille credulus erat: ipsi autem increduli. Imō iubens discere ex his quæ faciebat, quōd ille quidem labores sustinuit: ipsi verō fructus metant, & quōd omnes progenitores fuerint in variorū malorum tolerantia. Et egressus ex terra Chaldeorum habitauit in Charran, & illinc postquam mortuus est pater suus, fecit habitare illum in terra hac, in qua vos quidem nunc habitatis. Et non dedit illi hereditatem in illa, neque vestigium pedis. Vide quo modo illos à terra abducit. Non enim dixit, Dabit: sed, non dedit: manifestas quōd omnia ab illo, & nihil ab ipsis. Venit enim relicta cognatione ac patria. Quare igitur non dedit? quia figura erat alterius terræ, & promisit se eam datum illi. Vides quōd non simpliciter iterum sermonem resumit. Nō dedit, inquit, illi, & promisit etiam semini illius post eum, quum non esset illi filius. Iterum potentia dei hinc ostenditur, & quōd absque omni adminiculo omnia facere queat. Eum enim qui in Perside erat, ac tantum aberat, dixit se Palæstinæ dominum facturum. Sed iterum videamus quæ dicta: Et intuentes eum omnes, inquit, videbant faciem illius quasi faciem angeli. Vnde in Stephano gratia illa florebat: nunquid à fide manifestum quōd supra testimonium accepit, quia fide plenus erat. Fieri autē potest, vt fidem quis habeat absque sanationum gratia. Nam alij quidem data est gratia sanationum: alij verō sermo sapientiæ. Hic autem mihi videtur insinuare illum fuisse faciem amabilem, dicēdo: vidi faciem illius quasi faciem angeli, quōd & de Barnaba testificantur. Vnde scimus simplices & innocentes in admiratione esse, maximē si tam gratioso vultu sint. Tunc subornarunt viros dicētes: Audiuius illum dicentem verba blasphemā. De apostolis quidem dice-

Cap. VII.

Genet. 4

i. Cor. 11. 4

bant,

bant, quod resurrectionem annūciarint, & quod multa turba affluat. Hic autem, quod & sanabantur. O insipientiam, pro quibus oportebat gratias agere, pro his redarguebantur, & iis qui re ipsa praualebant, praualturos se verbis confidebant. Id quod & Christo faciabant, & semper adsermone illos se conuertebant. Erubescabant enim ita simpliciter illos rapere nihil habentes, quod obicerent. Et vide quo modo neque illi testificantur, qui iudicabant, reprehensi enim fuissent, sed simpliciter alios conducunt, vt ne videatur violentum opus. Id quod etiam Christo fecisse eos quis viderit. Vidisti prædicationis vim, & quo modo dum flagellabatur, & lapidabantur, praualet, atque etiam dum ad tribunal ducuntur, & vndique fugantur? Hinc & falsis testibus non solum praualent, sed neque hi obsistere valebant, quauis valde impudentes, sic illos violenter caput, idque cum multa non persuasibilia & incōuenientia sicut & contra Christū afferrent, nihil omittentes quod ad mortem illius faciebat, vt omnibus manifestum fieret nō esse humanum bellum, sed dei cum hominibus. Considera autem & quid dicant hi qui stantebant falsos testes, hi qui sanguinaria mente illum in concilium rapuerant. *Audiuimus illum dicentem verba blasphemia contra Moysen ac deum.* O impudentes opera facitis blasphemia contra deum, & non curatis, & Moysi curam vobis esse simulatis? Idcirco illis datus est eis Moyses, quia ea quæ dei nō valde curæ erant, semper autem Moysi meminerunt: Moyses, dicentes, ille qui eduxit nos, ambigua fidei populum irritantes. Iam quo modo homo blasphemus vinceret? quo modo autem & sic blasphemus signa faceret talia in populo? At tanta res est inuidia, stultos efficiens captos, vt neque contueantur que vident. Audi uimus illum, inquit, loquentem verba blasphemia contra Moysen ac deum. & iterum, Hic homo nō cessat loqui, contra locum sanctum, & legem, adiciētes: Quæ tradidit vobis Moyses. Non iam dicunt deus. Vides quo modo illum ob auersam & turbatā rempublicam impietatis accusant? Quod autem non potuerit ille talia loqui, nec fuerit tam audax, omnibus est manifestum, tam mitis erat, atque adeo in facie cernebatur. Igitur vbi quidem non calumniabantur, nihil tale inquit scriptura. Quoniam autem totum hoc loco calumnia est, merito illam corrigit deus, atque adeo ipso aspectu. Itaque apostoli non patiebantur calumniam, sed prohibebantur: hic autem & calumniam fert, propter hoc & ante omnia facies ipsa defendit ac excusat. Fortassis hoc & pontificem terruerat. Vt autem dixit, quod promiserat, ostendit promissionē ante locum factam, ante circuncisionem, ante sacrificium, ante templum, & quod hi vt par fuisset, non acceperant, neque circuncisionem, neque legem: sed terra, obedientiæ solius merces erat, sed neque circuncisione data promissio impletur. Et quod figura fuerit, etiam patriam relinquere ac cognationem, deo iubente. Illa enim patria quoquod duxerit deus, & hereditatem hic non accepit. Et quod si quis diligenter inquiret, Perfæ sunt Iudæi. Et hic discite, quod absque signis obedire oportet deo, licet grauias quædam contingat. Quoniam & patriarcha etiam relicto sepulchro paterno, ac omnibus obtēperauit deo. Si autem illius pater non fuit ei socius profectiois in Palæstinam, eo quod infidelis erat, multo magis pueri nō erunt socij ac particeps, licet magnam partem viæ eant, si patris virtutem non fuerint imitati. Et promissit vt illam daret illi ac semini eius, inquit, post illum. Magna etiam hic dei misericordia ostenditur, ac Abrahæ fides, quod obedit

Supra. 6. d

Gene. 12. b
& 15. d

quum non esset illi filius. Hoc ostendit obedientiam ac fidem. Quauis ea quæ facta diuersum mōstrabant, vtputa, quod postquam venissent, nō habuit vestigiū pedis: id sanè fidei contrarium erat. Hæc considerantes etiā nos, quæ scilicet promiserit deus, recipiamus etiam si aduersa fuerint ea quæ fiunt, quauis nobis non sunt aduersa, sed valde congrua. Nam ibi quidem, si fuerint promissiones, & contraria fierent, reuera sunt aduersa: apud nos autem secus est: nam hic quidē afflictionem dixit, illic verò refrigerium. Quæ cōfundimus tempora, quæ sursum sunt, infra facimus? Tribularis dic oro, quia in paupertate agis, & turbaris propterea? ne turberis, turbatione enim dignum foret, si illic tribulatus esses. Hæc enim tribulatio refrigerij causa est. Infirmas ista, inquit, nō est ad mortem. Illa tribulatio pœna, hæc disciplina & correctio. Certamen est in præsentis tempore, vnde & opus est pugillatione, bellum est ac prælium. nullus in prælio quarat delicias, nullus pro diuitiis sollicitus sit, pro vxore nullus curā gerat, sed vnus vnum solum videat, vt inimicos vincat. Hoc & nos faciamus, & si vicerimus & redierimus cum triumpho, omnia nobis dabit deus. Hoc solum nobis curæ sit, quo modo vincamus diabolum, imò nō nostri studij opus est, sed diuinæ gratiæ totum est. Vnum nobis curæ sit, quo modo conciliemus nobis illius gratiam, vt trahamus ad nos fauorem illum. Si deus pro nobis, quis contra nos: inquit, vnum solum nobis curæ sit, quo modo hic nobis non efficiatur inimicus vt nos non auertat. Non tribulari malum, sed peccare malum est: id fuerit graue, etiam si in deliciis fueris, non dico in futuro, sed etiam in præsentis. Quo modo enim putas conscientias nostras morderi? An hoc non quouis tormento fuerit peius? Vellem diligenter interrogare eos qui in malis viuunt, nunquam ne si in mentem veniant illis sua peccata tremant, formident, doleant, & beatos dicant ieiunantes in montibus, & philosophiæ deditos. vis refrigeriū inuenire illic? fer hic tribulationē propter Christum, nihil huic refrigerio par, gaudebāt apostoli dum flagellarentur. Paulus hoc admonet dicens: Gaudete in domino, & quo modo potest quis gaudere, vbi vincula, vbi tormenta, vbi tribunalia: maxime in hoc gauderi potest. Quo modo autem, discite. Qui nihil sibi ipsi conscius est, plurimum latabitur. Ita vt quod maiore dixeris tribulationem, hoc maiorem dicas voluptatem. Dic obsecro mihi, miles qui plurimis vulneribus impetit, & resistit: nonne cū magna redit voluptate, vulnera vt testimonium libertatis habens, fulgoris & claritudinis? Et si posses erumpere in vocem illam quam Paulus protulit: Stigmata Iesu porto: poteris magnus fieri, & clarus, ac probatus, sed non est persecutio. Sta contra gloriam: & si dixerit quis contrarium aliquid, ne timeas dici malus propter Christum. Sta contra tyrannidem superbiæ, sta contra iræ pugnam, sta contra concupiscentiæ tormentū. Et hæc stigmata sunt ac tormenta. Quid maius illis tormētis: nūquid si anima dolet ac vritur: nam illic quidē licet corpus diuiditur, hic autem totum illius est. Circa illam dolor quādo irascitur vel inuidet, vel aliud quiddā facit, imò patitur: non enim est facere, sed pati, irasci, vel inuidere. Vnde & passiones animæ dicuntur, & vulnera, & cicatrices. Reuera passio est, & passione difficilius. Cogitate, qui irascimini, quod patiendo hoc facitis. Itaque non patitur, qui non irascitur. Vides quod qui contumelia afficitur, non patitur: sed is qui cōtumelia afficit, id quod & iam dixi. Quod enim patitur, manifestum est ex eo, quod à passione

Matt. 26. c

Ioan. 15. c

Gene. 4. b

1. Reg. 1. b

Luca. 18. c

Math. 21. c

Luca. 7. f

passione sic vocetur. Passiones enim ab ira nascuntur, hebetatio visus, stupor, & innumera alia mala. Sed puerum contumelia afficit, inquit, sed ministrum. ne putes esse infirmitatem, quod non & ipse hoc possis facere: dic enim mihi, Bene factum ne est? non opinor quod dicas. Igitur ne feceris quod non bene factū. Scio quod in talibus iræ nascuntur. Quid igitur, inquit, si contemnat, si iterum dicat? argue, increpa, obsecra, māsuētudine ira soluitur, vt accesseris, accusa. nam in his quidem quæ erga nos, neque hoc faciendum, sed pro aliis & necessitate. Ne propriam contumeliam putes, quod filius contumelia afficitur: & si doleas pro illo, ne tanquam ipse contumelia affectus. Nō enim quoniam puer malè habet, tu cōtumelia affectus es, sed is qui malefecit. Restringe iram, acutus gladius in vagina condatur. Si habuerimus illum nudum, sepe etiam vbi non est opus, illo vtetur, ab ipso tracti. Si autē fuerit occultatus, etiam si opus fuerit, extinguetur ira. Pro illis non vult nos irasci Christus: audi enim quid dicat ad Petrum: Conuerte gladiū tuum in vaginam, & tu pro puero irasceris? Doce etiā puerum philosophiam, dic illi passiones domini, imitare meum magistrum. Quando ignominia aspergendi erant, nō dixit, vlciscar, sed quid: Si me persequenti sunt, & vos persequētur. Igitur ferte fortiter, non enim estis meliores me. & tu ad puerum & seruum dic: Non es domino tuo melior. Sed vidua, verba philosophica ista videtur. Heu mihi, quod sermone non licet hoc persequi, vt re ipsam experiāmini. & vt dicas: In medio duorum simul certatūm stans, sis à parte eorum qui iniuriam patiuntur, & non iniuria afficiunt, si non apud te ipsum triumphos videas, si non claras accipias coronas. Vide quo modo contumelia afficitur deus, & quā mansuetè respōdet: Vbi est, inquit, Abel, frater tuus: Et quid ille? Nū custos ego sum fratris mei? Quid hoc pertinacius, licet hoc à filio audisset quis? nā si à fratre, nōne quis dixerit esse ignominiam? At deus iterum mansuetè respōdet: Vox sanguinis fratris tui, inquit, clamat ad me. At deus, inquit aliquis, iræ nō est obnoxius. Sed propter hoc descendit filius dei, vt te deum faciat, iuxta humanas vires. Sed non possum, inquit, quum homo sim. Itaque homines tibi adducamus: Et ne putes me tibi dicere Petrum ac Paulum, sed quosdam illis multo inferiores. puer Heli, Annam cōtumelia affecerat, dicens: Digere vinum tuum. Quid hoc cōtumeliosius. Quid igitur illa? Mulier in amaro die ego sum. Nihil reuera afflictioni par, philosophiæ mater est. Ista etiam emulam habens, non affecit illā contumelia. Sed quid: ad deum confugit, & orans illius nec meminit, neque dicit, quoniam opprobriis affecit me quædam, vltor meus esto, adeo philosophiæ assueta erat mulier. Confundamur viri, quauis scitis quod zelo nihil par sit. Telones contumelia affectus à Pharisæo, nō retulit contumelias, quauis potuisset, si quidem voluisset. Sed animo philosophico tulit, dicens: Propicius esto mihi peccatori. Memphibaal à seruo accusatus, & calumniā passus, neque dixit, neque fecit illi aliquid mali, neque de rege ipso. Vis & scorti audire philosophiam? audi Christum dicentem, quando capillis pedes illius terfit. Telonæ & meretrices præcedunt vos in regno. Vidisti illam stātem ac lachrymantem, & sua crimina abluentem. Vide quo modo & cōtra Pharisæum nō irata fuit, quum confunderetur, Si sciret, inquit, quod peccatrix est mulier ista, non permisisset illam. Et non dixit ad illum: Cur nam, dic: Tu ne à peccatis mūdus es: Sed magis patiebatur, magis plorabat, plus calidarum lachry-

marum emittebat. Si autem mulieres, & Telonæ ac meretrices philosophabantur, idque faciebāt ante gratiam: qua erimus nos venia digni post tantam gratiam, magis quā si bestia expugnarentur, lachrymantes, & recalcitrantes: nihil fœdius furore, nihil vilius, nihil grauius, nihil insuauius, nihil nocentius. Hæc dico non solum vt cum viris simus māsuēti, sed etiam si mulier loquax sit, vt feras. Sit tibi palæstra ac gymnasium mulier: Quo modo enim non absurdum, gymnasia ferre nihil lucri afferentia vbi affligimus corpus: gymnasia autem non facere domi, quæ nobis coronas etiam ante agones suppeditant? Contumelia afficit mulier, ne fias tu mulier. Muliebre enim est contumelia afficere: Infirmas est animæ, imminutio est, ne putes indignum te esse, quando mulier contumelia te afficit: indignum, quando tu quidem contumelia afficis, illa verò philosophatur: tunc turpiter te geris, tunc contumelia afficis. Si autem cōtumelia affectus feras, erit roboris tui magnum indicium. Non hæc loquor vt mulieres inducam ad contumelias, absit, sed quando satana impugnante cōtingat vt feratis. Fortium virorum est ferre infirmos, licet minister contradicat, philosophare tu: non quod meretur audire dicas vel facias, sed quod oportet te etiam facere ac dicere. Nunquam puellam contumelia afficiens, verbum turpe efferas, nunquam ministrum, scelestum dicas. Ille non contumelia affectus est, sed tu: In seipso eum qui irascitur, nō est possibile manere purum, quæadmodum neque pelagus quod fluctibus mouetur, vel fontem, luto in illo alicubi illapso: sic omnia permiscuntur, sic omnia sursum ac deorsum mouentur: Licet percusseris, licet diruperis vestem, tu maius damnum sustinueris. Nam illi quidem circa corpus & circa vestes plaga, tibi circa animam: illam dissecuisti, illam vulnerasti: aurigam equis subiecisti, supinum trahi fecisti. Et idem sit, sicut si auriga alteri succenseat, & quicquid facias absque ira & furore: Si enim verberans medicus est peccantis, quo modo poterit curare alium, seipsum prius affligens? Si quis, dic oro, medicus iuerit vt curaret alium, prius manum suam sauciarit, prius oculos excæcarit, nunquid illum curabit? Minimè. Sic & tu, licet verberes, licet admoneas. Munda videant oculi tui, ne turbes mentem, alioqui quo modo medicina erit? Non est possibile in eadem tranquillitate esse, qui nō irascitur, & qui irascitur. Cur igitur doctore à te deturbato, ita loqueris humi iacenti? Non vides iudices, qui iudicaturi confident in sede ac habitu decente: Itā & tu facit orna animam vestitu iudicario. Illa est māsuētudo, & tunc in sede iudex sedeto. Sed non terrebitur, inquit, imò terrebitur: tunc si iusta dicas, furori imputabit minister: si autem cum mansuetudine seipsum cōdemnabit, proficientem autem te suscipiet deus, vt sic possis æterna bona assequi, Gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul ac sancto spiritui sit gloria, in secula seculorum, Amen.

Loquutus autem est sic deus: Quid erit semen illius peregrinum in terra aliena, & in seruitutem redigent illud, & affligent quadringentis annis: & gentem cui seruiet, ego iudicabo, dixit deus: & post hoc egredientur, & seruient mihi in loco isto.
Homilia xvii

Vide ante quot annos promissio, & promissionis modum, & nusquā sacrificium, nusquam circuncisio. Hic ostēdit deum permisisse illos grauius affligi, & non reliquisse afflictos im-

punitos. Gentem autem cui seruiet, iudicabo ego, dixit A deus. Vides qui promittit, qui dedit terram, prius mala permittit: sic & nunc, licet regnum promiserit, tentationibus exerceri sinit. Si hic post quadringentos annos libertas, quid mirum si idem in regno fiat? Nihilominus quod deus promiserat præstitit, nec potuit sermonem illius ut falsum, redarguere tempus, tamen non vulgarem tulissent seruitutem. Ceterum non est contentus punire illos, sed & bona his promittit. Mihi autem videtur, quod velit illis etiam beneficia quæ acceperant in memoriam reducere. *Et dedit illi testamentum circumcisionis, & sic genuit Isaac.* Hic postea contexit, *& circumcidit quidem illi die octauo. Et Isaac Iacob, & Iacob duodecim patriarchas, & patriarcha qui emulabantur, Ioseph vendiderunt in Aegyptum.*

Hoc & in Christo factum est. Etenim illius figura erat Ioseph. Ideo insinuans historiam per totum enarrat: quum enim nihil haberent quod illi obicerent, sed venientem ut cibum illis afferret, malè tractarunt: & vide etiam hoc loco iterum promissionem magnam, attamen completur. *Et erat deus cum illo.* hoc & pro illis. *Et eripuit illum ex omnibus tribulationibus suis.* Hoc loco ostendit, quod nescientes cooperati sunt, ut impleatur propheta: & quod ipsi auctores fuerunt, & mala in ipsos reciderunt. *Et dedit illi gratiam ac sapientiam coram Pharaone rege Aegypti.* Gratiam dedit, id est: apud barbarum virum, seruo captiuo, quem fratres quidem vendiderant, ille autem emerat. *Facta est autem fames in omni terra Aegypti, & Chanaan, & tribulatio magna, nec inueniebant cibos patres nostris.* Cum audisset autem Iacob frumenta esse in Aegypto, misit patres nostros primum: & cum iterum misisset eos, agnitus est Ioseph à fratribus suis. Descenderunt empturi, & illius opera uti coacti sunt. Quid igitur ille: non solum misericordiam declarauit, sed etiam Pharaoni notos fecit, & illos deduxit.

Et innotuit Pharaoni genus Ioseph. Misso autem nuncio Ioseph, acceperunt patrem suum Iacob, & omnem cognationem suam in animabus septuaginta quinque. Et descendit Iacob in Aegyptum, & cum Ioseph, est ipse & patres nostri, & translati sunt in Sichem, & positi sunt in monumento quod emerat Abraham à filiis Hemor filij Sichem. Cum autem appropinquaret tempus promissionis, de qua iurauerat deus Abraham, creuit populus, & multiplicatus est in Aegypto, donec surgeret rex alius, qui nesciebat Ioseph. Iterum alia desperatio, prima quidem fames: secunda autem incidisse in manus fratris: tertia, pronunciarum sententiam à rege ut interficiantur, attamen in his omnibus seruari sunt. Deinde omnipotentiam dei ostendens, inquit:

In quo tempore natus est Moses, & erat gratus deo. Et illud miraculum quod à fratribus venundatus: sed hoc magis mirum, quod rex educavit illum, is qui periturus erat, illum, qui regno deiecturus erat. Vide vbiq; mortuorum resurrectionem quodam modo præfigurari, quæuis non sit idem deum facere aliquid, & humano arbitrio quid fieri. Hæc sanè non humana dispositione fiebant. Hoc dixit, & illum seruatore, & hos erga benefactorem ingratos ostendens. Igitur quemadmodum tunc à Ioseph qui malè afflictus, seruari sunt: ita & nunc ab eo qui malè tractatus erat, Mossem dico, seruari fuerunt. Quid enim, quod non occiderunt re ipsa? Sermone certè occiderant sicut illi. Et illi quidem è sua in alienam & ignotam terram vendiderant: hi verò ex aliena in alienam fugarunt. Et illic quidem afferentem cibum: hi autem, consulentem ea per quæ deo placencia facerent. Ita verum etiam ex his quæ nunc dispensantur, illud quod à Gamaliele dictum. Quod si fuerit ex deo, non potestis illud dissipare. Tu autem dicens eos qui insidiantur, auctores salu-

Supra. 5.

472
tis fieri insidiantibus, obstupescere dei omnipotentiam ac sapientiam: nam si illi non fuissent insidiati, hi non fuissent seruari. Fames erat, & non consumplit illos. Et non solum non perdidit, sed & per illam seruari fuerunt, ab eo quod expectabant, perituros se. Præceptum regium non perdidit illos, sed magis auxit multitudinem, quando ille mortuus est qui cognoscebat eos. Seruatorem suum volebant occidere, & neque sic potuerunt. Vides quod per quæ diabolus attentat impedire promissionem dei, per ea creuerit? Hoc & illos tunc decebat dicere, quod omnia deo facilia sunt, & nos poterit hinc reducere. Hoc enim diuinæ potentia erat, in tanta regis indignatione gentem crescere, quæ seruebat, affligebatur, trucidabatur, hæc magnitudo promissionis erat. Si enim in terra sua creuissent, non tam mirabile fuisset. Et non paruo tempore in aliena terra fuerunt, sed quadringentis annis. Hinc discimus, quod magnam philosophiam præ se tulerint. Etenim non sicut seruis domini illis utebantur, sed ut hostes ac tyranni. Ideo & prædixit, quod in libertate magna futuri sint. Hoc enim est: Seruiet mihi, & quod inde regrediuntur, & non sine ultione. Et vide, quo modo videtur quidem aliquid circumcisioni concedere: nihil autem tribuit, quando quidem promissio: illam quidem præcessit, ipsa autem sequuta est. Et patriarchæ, inquit, qui emulabantur. Hic non incommodat illos, sed gratificatur: patriarchas autem vocat progenitores, quoniam & de illis gloriabantur. Et aliter: Ostendit quod sancti non fuerint tribulationum expertes, & quum essent in mediis illis tribulationibus, auxilium consecuti sunt, & illæ non solum non perdebant, sed etiam cooperabantur, quum deberent magis impedire. Itaque quemadmodum Ioseph clariorem reddiderunt vendentes, ita rex Mossem, quum iussisset occidi filios: Nam si non iussisset, non fuisset hoc factum. Et vide providentiam dei. Ille fugat Mossem, deus autem non prohibet, quod futurum erat dispensans, ut illic dei aspectus dignus fieret: sic & seruum venditum illic facit regem, vbi putabatur seruus esse. Quemadmodum autem hic illic regnat, vbi eum emerant, ita & Christus in morte virtutem declarauit. Hoc non solum honoris erat, sed etiam sua virtute fidat. Sed videamus iterum quæ dicta: *Et constituit eum præfectum super Aegyptum, & totam domum suam.* Vide per famem qualia efficit, in septuaginta & quinque animabus, descendit, inquit, Iacob in Aegyptum. Defunctusq; est ille & patres nostri, & translati sunt in Sichem, & posuerunt in monumento quod emerat Abraham precio pecuniæ à filiis Hemor filij Sichem. Ostendit quod neque sepulturæ domini fuerint. Ut autem appropinquaret tempus promissionis, quam iuravit deus Abraham, creuit populus, & multiplicatus est in Aegypto donec surrexit rex alius, qui nesciebat Ioseph. Vide quod neque in tot annis auxit, sed quando appropinquaret finis, quauis iam quadringenti anni præteriti erant ac plures in Aegypto. Itaque mirabile hoc est. Hic circumueniens genus nostrum, afflixit patres nostros ut exponerent infantes suos, ne essent fetus eorum vitales. Circumueniens, inquit, insinuando clandestinam eadem: *ideo & subdidit hoc dicens, Ut exponerent infantes suos.* Quo tempore natus est Moses, & *ascius*: id est, gratus erat deo. Hoc mirabile, quod futurus præfectus, neque post hæc, neque ante hoc, sed in ipso medio furore nascitur, & educatur mensibus tribus in domo patris: quando

Ibidem.

Exod. 2. c.

Ios. 26. c.

Exod. 3. a.

Gen.

Exod.

quando igitur humana spem omnem negant, etiam abiecerunt illum, tunc diuina dispensatio clarè fultit. Expositum autem illum sustulit filia Pharaonis, & eum nutriuit sibi pro filio. Nusquam templum, nusquam sacrificium, quum tantæ dispensationes factæ sunt. Et enutritus est in domo barbarica, & institutus est Moses in omni sapientia Aegyptiorum: erat autem potens in verbis ac operibus. Mihi videtur quod incipiebat esse admirabilis. Quo modo quadraginta annis fuit illic, & non deprehensus est ex circumcisione, imò quo modo securè agentes sua despiciunt & hic & Ioseph, ut & alios seruent? *Ut autem impletum est illi quadraginta annorum tempus, ascendit in cor eius, ut inuiseret fratres suos filios Israel: & quum vidisset quendam inuisit affligi vltus est, & fecit vindictam pro eo qui affligebatur, percussit Aegyptio: putabat autem intelligere fratres suos, quod deus per manum suam det illis salutem: illi autem non intellexerunt.* Vide quo modo adhuc non videtur esse molestus, sed tanta concionatur, & adhuc odire illum patiuntur: ita illos gratia vultus trahabat. Putabat, inquit, intelligere fratres suos, & quum re ipsa declararet se esse præfectum illorum, attamen neque sic intellexerunt. Vides quo modo cum mansuetudine loquitur, & quo modo demonstrata in illum ira, ostendit in hoc mansuetudinem. *Et sequenti die visus est illis litigantibus, & rediegit eos in concordiam, dicens: Viri fratres estis, cur vos inuicem laditis? Ceterum is qui iniuriam faciebat proximo, repulit eum dicens: Quis te constituit principem ac iudicem super nos? Nunquid interficere me vis, sicut interfecisti heri Aegyptium.* Eadem mente & contra Christum videntur dicere: Non habemus regem, nisi Cæsarem. Hic mos semper fuit Iudæis, quum beneficia acciperent. Vidisti insipientiam, saluatorum se acculent, dum dicunt: Quo modo occidisti heri Aegyptium? *Et fugit Moses ad dictum hoc, & factus est advena in terra Madian, vbi genuerunt duos filios.* Fugit, & neque fuga dispensationem sinit, quemadmodum neque mors. *Et expletis annis quadraginta, apparuit illi in deserto montis Sina, angelus domini in flammeo incendio rubi.* Vides quo modo neque tempore sistitur dispensatio: quum exul esset ac peregrinus, multamque temporis in terra aliena fecisset, ita ut etiam duos filios generasset, quum non expectaret ultra reditum, tunc angelus ipsi apparet. Filium dei angelum vocat, sicut & hominem. Et vbi apparet: in deserto, non in templo. Vides quanta fiunt miracula, & nusquam templum, nusquam sacrificium. Et neque hoc loco in deserto simpliciter, sed in rubo. *Moses autem ut conspexit, admiratus est visum. Porro quum accederet ut attenderet, facta est ad eum vox domini: Ego sum deus patrum tuorum, deus Abraham, deus Isaac & deus Iacob.* Non solum hic ostendit, quod apparens illi angelus, fuerit magni consilij angelus, sed ostendit etiam quantam misericordiam deus per apparitionem fecerit. *Tremefactus autem Moses non audebat attendere: dixit autem illi dominus, Solue calceamentum pedum tuorum: locus enim in quo stas, terra sancta est.* Nusquam templum, & locus sanctus est: apparitione & efficacia Christi, multo admirabilius hoc, quam locus in sanctis sanctorum. Illic enim nunquam apparuit sic deus, nunquam tremefactus est sic Moses. Vidisti misericordiam? *Videns vidi afflictionem populi mei, inquit, in Aegypto, & gemitum illorum audiui, & descendi ut eripiam eos. Et nunc veni, & mittam te in Aegyptum.* Vide quo modo ostendit, quod per beneficia, & per pœnas, & per miracula adduxit illos. Illi autem semper iidem manserunt. Sic hinc discimus, quod vbiq; præfens est deus. Hæc audientes & nos, in afflictionibus ad il-

Tomus tertius.

lum confugiamus. Nam & gemitum illorum, inquit, audiui: Non simpliciter dixit, audiui, sed propter calamitates. Si autem quis diceret, & cuius gratia illos permittit affligi sic, audiat, quod omnibus maxime iustis afflictiones mercedum causæ sunt: nonne & propter hoc illos dimisit affligi, ut illius virtutem & hinc ostendat clarescere, & illos ea per quæ affliguntur, per omnia philosophari erudiant? Vide igitur quando erant in solitudine, in crassati sunt, impinguati, dilatati, sed & dereliquerunt deum. Vbiq; enim remissio malum est delicti. Idcirco & initio Adæ dicebat: In sudore vultus tui vesceris pane tuo. ut igitur ne quum ex afflictione multa in remissionem venerint, contumelia afficiant, permittit illos affligi. Magnum enim bonum est afflictio, & quod bonum, audi Dauidem dicentem: Bonum mihi, quia humiliasti me. Si autem magni & admirabiles viri sunt in magna tribulatione, multo magis nos. Si volueritis autem ipsam, per se examinabimus afflictionem. Stet quis gaudens multum, & lætabundus ac risus effusoris, quid turpius, quid insipientius illo? Stet quis, dolens & mœrens, quid illo magis philosophicum? Idcirco & sapiens admonet, dicens: Melius est in domum luctus ingredi, quam in domum risus. forsan & irridetis quæ dicuntur. veruntamen videamus qualis fuerit Adam in paradiso, & qualis postea: qualis erat Cain ante hoc, & qualis postea. Non stat in sua sede animus, sed quemadmodum à quodam spiritu tollitur à voluptate & alleuiatur, nihil habens firmum. Enimvero & ad promissiones est facilis, & ad pollicendum pronus, & magna est turbatio rationum. Hinc intemptius risus. Hilaritas non habens rationem, verborum magna & superflua nugacitas. Et quid dico alios, sanctorum vnum in manus accipiamus, & videamus quis quidem in voluptate vixerit, quis autem & in mœrore. Vultis igitur Dauidem videamus? quando igitur hic in voluptate erat ac in gaudio, propter multos triumphos, victorias, coronas, delicias, ac fiduciam, vide qualia & dixit, & operatus est. Ego autem dixi in abundantia mea, non monebor in æternum. Postquam autem affligi cœpit, audi quid dicat: Et si dixerit mihi, Nolui te, ecce ego, faciat mecum quod placitum coram ipso. Quid his verbis magis philosophicum? quicquid deo magis fuerit gratum, ita fiat. Et iterum Sauli dicebat: Si autem dominus commouerit te contra me, odoratum sit sacrificium tuum. Et tunc quidem quum esset in tribulatione, etiam parcebat amicis. Ante delicias, nihil iniuste, nihilque inhumaniter agebat. Item Iacob quum in afflictione esset, dicebat: Si dederit mihi dominus panem ad comedendum, & vestem ad amicum. Et filius Noë ante hoc nihil tale fecerat: vbi autem de salute fidentior factus est, audis quam factus sit contumeliosus. Et Ezechias quum esset in tribulatione, vide qualia faciebat pro salute. Saccum enim induit, & in terra sedit. Vbi autem in deliciis esse cœpit, cecidit præ altitudine cordis sui. Idcirco & Moses admonet, dicens: Comedens & bibens, & impletus memor sis domini dei tui. Præceps enim est locus deliciarum, & obliuionem dei affert. Quando tribulabantur Israëlita, multo plures fiebant: quando autem illos dimisit, tunc omnes peribant. Et quid dico veterum exempla? Videamus de nostris si placet. Ex nostris multi, qui inflati sunt in felicitate agentes, omnibusque sunt hostes, ac iracundi: vbi autem præfens facultas fuerit ablata, mansueti, humiles, mites, veniunt in cogitationem suæ naturæ.

Et quod

Psal. 72. 4 Et quod sic habet, ostendit etiam David, dicens: Tenit illos superbia in finem, egredietur tanquam ex adipe iniusticia eorum. Hæc sanè antè dicta sunt, vt ne omnibus modis gaudium quæramus. Et quo modo autem Paulus dicit: Gaudete semper? Non simpliciter dixit, Gaudete. Sed appositum est, in domino. Istud maximum gaudium est, tali & apostoli gaudebant, gaudium lucrum afferens, quod à vinculis, quod à flagellis, quod à persecutionibus, quod ab obloquutionibus, quod à mœstis omnibus habet principium, & radicem, & occasionem. Vnde & in bonum finem occurrunt. Quod autem à mundo, secus se habet: nam incipit quidem à suauibus, desinit autem in tristitiam. Neque ego prohibuerim gaudere iuxta dominum, sed & valde admonuerim. Flagellabantur apostoli, & gaudebant: vinciebantur, & gratias agebant: lapidabantur, & prædicabant. Hoc & ego velim gaudium, quod à nullo corporali habet initium, sed à spiritualibus rebus. Non est possibile quod hi qui secundum mundum gaudent, simul & iuxta deum gaudeant. Omnis enim qui iuxta mundum gaudet, in diuitiis gaudet, in deliciis, in vana gloria, & in potentia, in arrogantia. Qui autem secundum deum gaudet, in ignominia quæ propter illum, in paupertate, in opum carentia, in ieiunio, in humilitate. Vides quod contraria argumeta. Quotquot extra gaudium sunt hæc, & mœroris sunt expertes: & quotquot extra mœrorem hæc, etiam extra voluptatem. Et reuera hæc sunt quæ faciunt verum gaudium, quoniam illa solum habent nomen gaudij, totum autem in mœrore situm est. Quantum mœroris superbus habet, quo modo dum insolenter alios irridet, in suo facto impeditur: parat autem innumeras sibi ipsi contumelias, magnum odium, magnas inimicitias, magnam inuidiam, magnam inuidiam: nam licet à maioribus contumelia afficiatur, dolet: & si non contra omnes surgat, mordetur. Humilis autem, in multa est voluptate, à nullo expectans honorem. Itaque si quidem honoratus fuerit, gaudet: si autem non honoratur, non dolet, sed diligit quod non honoratus est. Itaque in eo quod non quærit honorem, & honoratur magna voluptas est. Illic autem contrario modo fit, & quærit honorem, & non honoratur. Non similiter autem gaudet honore qui quærit, & qui non quærit. Hic quantumcumque acceperit, nihil se accepisse putat: ille autem vt minimum dederis, accipit, quasi vniuersum acceperit. Iterum qui in deliciis est, innumeras habet difficultates: etiam si facile & quasi ex fontibus ipsi commoda affluant, attamen formidat mala quæ ex deliciis veniunt, ac futuri incertitudinem. Hic autem semper securus est ac in voluptate, qui assuescit seipsum in tenuitate victus. Non enim ideo seipsum censet miserum, quod non particeps est mensæ lautioris. Quam delicate agit, non formidans incertitudinem futurorum. Quæ autem ex deliciis sint graua, nullus ignorat: necessarium autem & nunc dicere: Duplex bellum est, corporis, inquam, & animæ: duplex hyems: duplices morbi. Et non hoc solum, sed etiam quod insanabiles & magnas afferunt hæc calamitates. At non habet id mali frugalitas, sed duplex sanitas est, duplicia bona. Somnus sanitatis, inquit, in interna mediocritate. Semper enim quod mediocritatem custodit, amabile est: quod verò modum non seruat, iniucundum. Vide enim: Scintilla parua magnam lignorum congeriem impone, & non iam ignis erit fulgidus, sed fumum videbis valde insuauem. Viro valde forti, & ma-

gno impone sarcinam vires eius excedentem, & videbis cum sarcina humi iacere. Magnum onus iniicit in nauim, & graue facies naufragium. Tale autem quiddam est & voluptas. Sicut enim in nauibus supra modum oneratis, magna turbatio est nautarum, gubernatoris, eius qui in prora est, eorum qui ascendunt malum, qui superiora quidem proiciunt in mare, quæ autem inferiora perdunt. Sic sanè & hoc loco: nam quæ superiora sunt, euomunt: alia autem inferiora. Et seipsum corruptum liberantur. Quod sanè turpius est omnibus, quia ipsum os vsu recipit postremarum partium, & fit illis ignominiosus. Si autem in ore tanta turpitudine, cogita in anima quid? Etenim illic omnia procellæ, omnia tenebræ, multa rationum confusio, quæ apprehendunt, quæ affligunt, lingua ipsa iniuriam clamante. Hinc & ipsa ventris mancipia seinuicem arguunt, ægrè ferunt, student vt internum sterces abiciant, attamen & postquam abiecerint, neque sicut turbatio quiescit. Sed & febres hinc & morbi. Etiam, inquit, morbosus sunt & turpes. Sermo frustra hæc pertractat, & morbos nobis enumerans. Infirmus enim sum ego, & laceror ego, & deformis sum ego, qui non habeo quod edam. Hos autem in deliciis agentes est videre bene affectos, lasciuos, gaudentes, gestari in equis. Væ mihi, lamentis enim digna sunt verba hæc. Eos enim qui podagra laborant, & in bigis feruntur, & alligatos, vnde videmus, dic oro: Et si non rem purarent contumeliosam, & cum contumelia hæc dici putarentur, iam & nominatim percererem illos. At sunt quidam aiunt, qui & bene habent. Quoniam non solum deliciis adhibiti sunt, sed etiam laboribus: alioqui da mihi hominem qui pinguescit, & laboribus caret ac iacet, nihilque laborat, sanum: sed non inuenies: nam licet sexcentorum medicorum turba adueniat, à morbis illum nequaquam liberare poterunt: neque enim hoc natura sinit. Porro ego & medicorum sermonem afferam: non quicquid in ventrem mittitur, fit alimentum: quoniam neque in alimenti natura est, vt totum alere queat, sed partem diuidit in secessum, partem in alimentum. Itaque da congrua, conficietur, & suam accipient regionem, & quod sanum ac vtile in suum regredietur locum: quod autem superfluum & inutile, excernetur & abscedet. Si autem multitudo ciborum sumatur, etiam quod in illis ad alendum vtile, fiet damnosum: pro exemplo dicam, vt manifestius quod dico vobis, fiat: Frumentum aliud est similago, aliud farina, aliud fursur. Itaque si mola accipiat, quæ potest pinsere: hæc omnia discernit. Si autem plura immiseris, omnia confunduntur. Iterum vinum, si congruam concoctionem habeat, ac temporum temperiem, prius quidem totum simul fit: post hæc autem pars in fecem desidet, pars in spumam recurrit: eo autem quod manet, frui possumus. Et hoc est vtile, & nunquam facile hoc vertetur: prius autem neque vinum est, neque fers, dum omnia mixta sunt. Hoc & in mari viderit quis, quando magna tempesta oritur, pisces videmus mortuos adnantes eos præ frigore, in profundum descendere non valentes. Ita & apud nos fit. Quando enim sæpe reffluit voracitatis pluuia, quæ omnia commouet, mortuas annare facit cogitationes, quæ iam sanæ sunt, & in nobis quiescunt. Itaque quoniam ex tantis exemplis, vobis relinquitur magnum damnum, cessemus beatos dicere eos, quos deplorare oportebat, & lachrymari vos, propter ea propter quæ beatos vos dicere oportebat, & frugalitatem diliganus. An non au-

ditis, &

ditis, & medicos dicentes: Indigentia, mater est sanitatis: ego autem non corporalis sanitatis matrem indigentiam dixerim, sed anime potius. Hæc & Paulus clamat verè medicus. Habentes, inquit, alimenta, & tegumenta, his contenti simus. Obtemperemus igitur illi, vt sani existentes faciamus quæ oportet facere: in Christo Iesu domino nostro, cum quo patri & spiritui sancto simul, gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

Hunc Mosem, quem negarunt hi qui dixerunt, Quis te constituit principem & iudicem super nos? Hunc deus principem ac redemptorem misit cum manu angeli, qui apparuit illi in rubo.

Homilia xvij.



Argumento proposito multum congruit quod dicit, Hunc Mosem. Qualem hunc eum qui plurimum periclitabatur, qui ab illis contemptus erat, quem negauerant qui dixerant: Quis te constituit principem: quemadmodum & Christo dicebant: Non habemus regem, nisi Cæsarem. Hunc deus principem ac redemptorem misit cum manu angeli, qui dixerat illi: Ego sum deus Abraham. Hic & miracula quæ facta sunt, per Christum facta esse ostendit. Hic, id est Moses. Hoc loco vide quo pacto clarum ostendunt eum quæ sequuntur. Eduxit illos factis signis ac prodigiis, in terra Aegypti, & in mari rubro, & in eremo annis quadraginta. Hic est Moses, qui dixit filiis Israël: Prophetam excitabit vobis dominus deus ex fratribus vestris, sicut me: hoc est, contemptum, & insidiis appetitum. Etenim volebat & hunc tollere Herodes, & in Aegypto seruatus est, quemadmodum & ille quum esset puellus insidiis expositus fuit. Hic est qui fuit in congregatione in solitudine cum angelo, qui loquutus est illi in monte Sina, & cum patribus nostris, qui accepit eloquia viuæ, vt daret vobis. Iterum nusquam templum, nusquam sacrificium: Cum angelo, inquit, accepit, vt daret vobis eloquia viuæ. Hic ostendit, quod non fecit signa solum, sed etiam legem dedit sicut Christus. Itaque quemadmodum hic primum signa facit, & deinde legem ponit, sic etiam Christus. At non audierunt illum, qui semper soliti fuerunt inobedientes esse: etiam post hæc signa, post miracula, post quadraginta annos. Et non hoc solum, sed contrarium declararunt, quod & manifestans adiecit: Cui noluerunt obedientes esse patres nostri, sed repulerunt, & auersi sunt corde suo in Aegyptum, dicentes ad Aaron: Fac nobis deos qui præcedant nos. Moli enim illi, qui eduxit nos de terra Aegypti, nescimus quid acciderit. Et vitulum fecerunt in diebus illis, & obtulerunt sacrificia idolo, & latati sunt in operibus manuum suarum. Conuertit se autem deus, & tradidit illos, vt seruirent militia cæli, sicut scriptum est in libro prophetarum: Num vidimus & sacrificia obtulistis mihi annis quadraginta in deserto domus Israël? Et accepistis tabernaculum Moloch, & Sidus dei vestri Remphan, figuras quas fecistis vt adoretis eas, & transferam vos vltra Babylonem. Tradidit, hoc loco, idem est quod permisit. Tabernaculum testimonij erat patribus nostris in deserto, sicut ordinauerat illis loquens ad Mosem vt faceret illud secundum formam quam viderat. Et quum tabernaculum esset, sacrificia non erant. Quod autem non fuerint, propheta manifestum facit, dicens: Num vitimas & sacrificia obtulistis mihi? Tabernaculum testimonij erat, & nihil proderat, sed consumebantur, neque ante hoc illis signa, neque post hæc profuerunt aliquid. Quod & induxerunt, qui successerunt patres

Tomus tertius.

A nostri. Vides quod illic locus sanctus est, vbi deus fuerit: propter hoc enim & in deserto dixit, vt locum loco comparet. Deinde beneficium: Et induxerunt, inquit, patres nostri, qui successerunt cum Iesu in possessionem gentium, earum quas expulit deus à facie patrum nostrorum, vsque ad dies David, qui inuenit gratiam coram deo, & petiit vt inueniret tabernaculum deo Iacob. Petiuit ædificare David, sed non concessum est illi magno & mirabili, sed ædificat abiectus ille Solomon. Propter hoc dicit: Solomon autem ædificauit illi domum, at non altissimus in manu factis templis habitauit. Monstratum quidem hoc etiam per ea quæ iam dicta: monstrat autem & per vocem prophetiam. Sicut & propheta dicit: Calum mihi sedes, & terra scabellum pedum meorum. Et qualem domum ædificabitis mihi, dicit dominus, vel quis locus quietis meæ? Nonne manus meæ fecit hæc omnia? Ne admiremini, inquit, si iis qui illius detrectant regnum Christus benefacit, quando quidem & in Mose hoc factum est. Et non simpliciter illo seruit, sed etiam in deserto agentes. Vides quod propter illos & illa signa? Itaque qui cum deo loquutus est, qui mirè seruatus, qui tanta fecit ac potuit, ostendit quod omnino impleri oporteat prophetiam, & non est sibi ipsi contrarius. Sed videamus iterum quæ dicta sunt. Hic est, inquit, Moses qui dixit: Prophetam vobis suscitabit dominus sicut me ipsum. Huc opinor Christum respexisse, quum diceret: Ex Iudæis salus est, seipsum insinuans: Hic est qui factus est in deserto, cum angelo qui sibi loquebatur. Ecce iterum illum ostendit legem dedisse, quando quidem cum illo erat in congregatione in deserto. Hic autem & magni miraculi quod in monte contigit, memor est. Qui accepit eloquia viuæ vt daret vobis. Vbi que mirabilis Moses: maxime autem quando lex ferenda erat. Quid sunt eloquia viuæ? vel prophetias dicit, vel ea quorum fines per sermones monstrabantur. Deinde crimen est in patriarchis, post signa & miracula, post accepta eloquia viuæ ei noluerunt, inquit, obedientes esse. Bene autem eloquia viuæ dicit, ostendens etiam eloquia esse non viuæ, de quibus & Ezechiel dicit, sicut quando dicit: Et dedi vobis præcepta non bona. Ad talia igitur respiciens, dicit eloquia viuæ. Sed repulerunt & conuersi sunt corde suo in Aegyptum, illuc ingemiscebant, illuc clamabant, vnde deum inuocabant. Et dixerunt ad Aaron, fac nobis deos qui antecedant nos. O insipientiam. Fac, inquit, vt præcedant nos. Quod? In Aegyptum. Vides quo modo à moribus Aegyptiorum auelli non poterant. Quid dicis? Non expectas eum qui eduxit, sed negas beneficium, & benefactorem fugas? Et vide quo modo contumelia afficiunt. Moli enim illi, inquit, qui eduxit nos è terra Aegypti. Nusquam dei nomen, sed omnia Moli adscribunt. Et vbi quidem illos gratos esse oportebat, Mosem in medium adducunt: vbi autem legi obediendum erat, non iam Mosem. Insuper dixit, quod ascendit vt legem acciperet: illi autem non manserunt quadraginta diebus. Fac nobis deos. Sic insanierunt, nõ dixerunt deum, sed deos, quia nesciunt quæ dicunt. Et fecerunt vitulum in diebus illis, & obtulerunt sacrificia idolo. Vidisti magnam insipientiam: Vbi apparuit deus Mosi, illi vitulum faciunt & sacrificant: Et latabantur, inquit, in operibus manuum suarum. Propter quæ oportebat se abscondere, in illis latabantur. Et quid mirum quando quidem ignoratis Christum, vbi & deum, & Mosem tot signis monstratum: Illi autem non solum ignorarunt, sed etiam conuiciis & contumeliis affecerunt

q. ij dum ido-

1. Tim. 6. b

Exod. 2. c

Ioan. 19. c

Exod. 3. d

Deuter. 18. c

Exod. 2. a

Exod. 32. a

Esai. 66. a

Deuter. 18. c

Ioan. 4. d

Exec. 20. d

Exod. 12. f

Exod. 32. b

Amos. 5. g

Esaia. 66. a

dum idolum faciunt. Conuertit autem deus, & tradidit illos, ut seruiant militiæ cœli. Hinc postea & mores reliqui, hinc sacrificia. Isti primum fecerunt sacrificia idolis. Hoc & David assignans dicit: Et fecerunt vitulum in Choreb, & adorarunt sculptile. Quoniam ante hoc nusquam sacrificij nomen, sed præcepta vana, & eloquia vana: nusquam sacrificia, sed miracula & signorum ostentiones. Sicut scriptum est in libro prophetarum: hoc testimonium non simpliciter adduxit, sed ut ostendat, non opus esse sacrificiis. Et vide quid, num victimas & sacrificia obtulistis mihi in deserto quadraginta annis, & accepistis tabernaculum Moloch, & sydus dei vestri Remphan, figuras quas fecistis, ut adoraretis eas? Cum emphasi vsus est verbo. Quod autem dicit, hunc sensum habet, Non potestis dicere, quod ex eo quod mihi sacrificastis etiam illis sacrificastis, idque in solitudine, vbi maxime illis præsidebat, & assumpsistis tabernaculum Moloch. Causa sacrificiorum ista fuit: *Et transferam vos vltra Babylonem.* Sic & captiuitas accusatio maliciæ est. Et quo modo tabernaculum, inquit, testimonij? Sed propter hoc erat, ut testem deum habeant. Igitur ad hoc solum erat. Secundum figuram enim, inquit, monstratum in monte, & ita in monte, depictio facta est. Istud autem in solitudine circungestabatur, & in loco non erat situm. Testimonij autem tabernaculum, non aliam ob causam quam propter miracula & præcepta. Porro & istud & illi non habebant templum, sed figuram illam, angelus ille dedit. Vsque ad dies, inquit, David. Vsque, tunc igitur non erat templum, quanuis etiam gentes expulsæ essent. De quibus dicit: Quas expulit deus à facie patrum nostrorum. Hoc autem dicens ostendit, quod tunc non erat templum. Quid dico, tanta miracula, & nusquam templum? Sic & primum tabernaculum, & nusquam templum. Et petiuit ut inueniret gratiam coram deo. Petiuit & non extruxit. Sic non erat magnum quid, templum: quanuis putauerunt quidam Solomonem magnum esse, quia extruxit templum, qui propter hoc & patri suo illum prætulit. Quod autem non melior fuerit patre, sed neque par, solum autem iuxta quorundam opinionem, manifestauit id adiiciens: Sed neque qui celsus est, habitat in templis manufactis, sicut propheta dicit: Cœlum mihi sedes: terra autem scabellum pedum meorum. Neque enim hæc digna deo, quandoquidem facturæ sunt, & manus illius opera. Vide quo modo illos paulatim abducit, ostendens enim per prophetam, quod indignum sit hæc de deo dicere. Et cuius gratia hic metaphoricus vsus est sermone? Magna dicendi libertas erat in morituro. Etenim opinor, illud etiam ex reuelatione cognouisse: *Dura ceruice & incircumcisis labiis ac auribus.* Etiam hoc propheticum est, neque illius proprium. *Vos semper spiritui sancto resististis, sicut patres vestri, & vos.* Quando nolebat esse sacrificia, vos sacrificabatis: quando volebat, iterum non sacrificabatis: quando noluit nobis dare præcepta, requirebatis: quando accepistis, neglexistis. Iterum quando stabat templum, idolis seruebatis: quando vult absque templo sibi seruari, iterum contrarium facitis. Non dixit, deo resistitis, sed spiritui. Sic nullum scit in personis discrimen. Et quod maius, Sicut patres vestri, inquit, & vos. Ita & Christus opprobrauit, quoniam semper magna crepabant de prophetis: *Quem prophetarum non sunt persecuti patres vestri? Et occiderunt eos qui*

prædixerunt de aduentu iusti. Adhuc iusti dicit, volens illos comprimere. *Cuius nunc vos proditores & occisores fuistis.* Duo illis impropert, & quod ignorarunt, & quod occiderunt. *Qui scilicet accepistis legem per dispositiones angelorum, nec seruastis.* Quid est hoc? Quidam putant eum dicere illam quæ ordinata fuit ab angelis. Non est autem sic, vbi enim angeli apparuerunt, ordinantes legem? Sed dispositam legem dicit eam, quæ illi tradita fuit per angelum qui illi apparuit in rubo. Nonne homo erat? Nihil igitur mirabile eos qui illa fecerant, & hæc facere. Si eos qui denunciarant occidistis, multo magis illum. Hic & deo, & angelis, & spiritui, & prophetis, & omnibus ostendit inobedientes. Sicut & alio in loco, inquit scriptura, Dominus, prophetas tuos occiderunt, & altaria tua subuerterunt. Igitur illi verbis simulantes se obseruantes legis dixerunt, In Mosem blasphemauit. Ille autem ostendit, quod ipsi potius non blasphemant solum, sed etiam in deum, & quod illi antea similia fecerint, & dissiparint instituta, & quod non opus illis, & quod impropertantes & dicentes se Mosei contrarium, ipsi spiritui sancto contrarij fuerunt: & non simpliciter, sed etiam cum cæde, & iterum habuerunt inimicitias. Vides quod & Mosei & omnibus ostendit illos esse contrarios, legemque non seruare. Quanuis sanè Moses dixisset, Prophetam vobis suscitabit dominus, & alij hunc venturum prædixerunt. Et propheta dicens, Qualem mihi domum ædificabitis? Et iterum: Num victimas & sacrificia obtulistis mihi annis quadraginta? Hæc erat libertas viri in dicendo, qui crucem ferebat. Imitemur igitur & nos illum, tamen si non sit tempus belli. Loquebar enim, inquit, de testimoniis tuis in conspectu regum, & non confundabar. Si igitur commisceamur cum gentibus, sic illorum obturemus ora absque ira & absque asperitate. Nam siquidem cum furore hoc fecerimus, non iam fiducia, sed affectio esse videtur. Si autem mansuetè, tunc est vera loquendi libertas. Non enim possibile est simul idem secundum seipsum & bonum opus esse, ac delictum. Dicendi libertas bonum opus est: Furor, delictum. Igitur nos liberè dicturos mundos à furore esse oportet, ut ne illi imputentur verba: licet iusta cum furore dicas, totum perdidit etiam si liberè loquaris, etiam si moneas, etiam si quoduis operatus fueris. Vide virum illum non cum furore loqui. Neque enim contumelia affectit, sed illos prophetici sermonis admonuit. Nam quod ex furore non fuerit loquutus, ostendebat quando in cruciatibus pro illis orabat, & dicebat: *Ne statuas illis peccatum hoc.* Ad eum non irascebatur illis, sed docebatur pro illis, & mordebatur hæc dicens, quoniam & de facie illius ideo dicebat: *Viderunt faciem illius quasi angeli, ut illos attrahat.* Puri igitur ab ira sumus. Non habitat spiritus sanctus, vbi furor. Maledictus furibundus. Nihil sani potest ingredi, vbi egreditur furor. Nam sicut in tempestate maris magnus est tumultus, magnus clamor, & nec ad tempus potest quis philosophari: sic neque in ira. Sed si quid philosophicum vel dicendum, vel faciendum: oportet prius in portu esse. Non vides quo modo quando voluerimus, de aliquibus necessariis loqui, locos à turbatione mundos obseruamus, ibi tranquillitas, ibi silentium, ut ne expellamur? Si autem qui foris est tumultus impedit, multo magis interna turbatio. Et si orat quis, frustra orat cum ira hoc faciens: etsi tacet, iterum simile est: etsi comedat, etiam sic damnatum habet: etsi

481

3. Reg. 18. d

Prover. 18. d

bet: etsi bibat, non bibat, sed eat, sicut dormiat: nam & in somniis talia imaginantur. Quid enim in iracundo non turpe? oculi inflaues, os distortum, membra tremula, lingua infranis, nullique parcens, mens stupida, figura indecens, multa insuauitas. Vide oro damoniacorum oculos & ebriorum, & insanietium, quid differunt inter se? nonne nihil est quam infania? Quid enim si ad tempus hoc fit, nam & insaniens ad tempus detinetur. Hoc autem quid peius? & non confunduntur in defensione. Nesciebam, inquit, quid dixi. Et quare nesciebas hoc, homo rationalis, rationem habens? Quare ea quæ brutorum sunt facis, sicut equus ferox ab ira & furore raptus? Profecto defensio hæc, crimen meretur. Vtinam scisses quæ dixisses. Ira verba sunt, inquit, non mea. Quo modo illius? Etenim ira non habet robur, nisi à te accipiat. Quasi quis dixerit, manus sunt, non mea vulnera. Cui putas maxime opus esse ira, nonne bello & prælio? Sed & illic si quid cum ira fit, totum perit ac corrumpitur. Maxime certantes conuenit non irasci, maxime eos qui contumelia afficiuntur conuenit non irasci. Et quo modo certandum est, inquit? ratione ac mansuetudine. Certamen enim est ex aduerso stare. An non vides & hæc bella legibus & ordinationibus, & temporibus definita? Ira enim nihil est quam irrationalis impetus. Nihil autem quod rationem requirit per id quod ratione caret, geri potest. Quoniam & hic talia loquebatur, & non irascebatur. Et Helias dicebat: Quousque claudicatis in vtraque coxa? & non irascebatur. Et Phinees occidebat, & non irascebatur. Ira enim non permittit videre, sed quasi in nocturna pugna omnia ligat, & oculos, & aures, & trahit quoquod voluerit. Liberemur igitur ab hoc demone, incipientem illum compefcamus. Sigillum tanquam frænum impone pectori. Canis impudens est ira, sed discat audire legem. Nonne si canis ita in caula ferox sit, ut non obediat imperanti pastori, neque illius vocem agnoscat, omnia pereunt ac corrumpuntur? Cum ipsis ouibus pascitur, sed si illas depascitur, inutilis est ac occiditur. Si didicerit te audire, ale canem, vtilis est contra lupos, contra fures, contra latronum principem latrans, non contra oues, neque contra familiares. Si non audiet, omnia corrumpit. Si didicerit contemnere, omnia perdit. Quod igitur in te est mansuetum, ne consumat, sed custodiat ira & pingue faciat: custodiet autem, & in magna securitate seruire faciet, si malas & pollutas cogitationes conficiat, si diabolus persequatur vnde quaque. Sic mansuetudo seruatur, quando nunquam imputamus malum quiddam proximo. Sic venerabiles efficitur, quando non solemus esse impudentes. Nihil enim ita impudentem facit, sicut mala conscientia. Quare scorta impudentia sunt? quare virgines pudibundæ? nonne illa propter peccatum, hæc propter continentiam? Nihil sic enim impudentem facit, atque peccatum. At dicet quis, quod & de contrario erubescitur: nam illum de se desperare, alium autem impudentiorem perfrictæque frontis efficit. Qui enim de se desperat, audax fit. Impius enim inquit, si in profundum malorum ingressus fuerit, contemnit. Qui autem impudens & roboris expertus fuerit, sic audax & pertinax efficitur. Vis discere, ut mansuetudo consumatur? Quando malæ cogitationes illam perdomuerint, quanuis & hoc contingat, quia non stat canis multum latrans. Neque sic desperandum. Est enim & nobis fundibula ac lapis. Scitote quod dicitur, Est nobis & lancea, & pera, & lica, quæ

Tomus tertius

A custodiemus cogitationes illas. Si canis aduleter quidem ouibus, ferociat autem contra externos & vigilet, virtus est canis: & licet esuriat, non tangat oues: & licet satur sit, non parcat lupis. Talis & ira sit, licet irriteretur, mansuetudinem non amittat: licet quæta sit, contra malas cogitationes infurgat. Suum dominum etiam percutientem non relinquit, sed agnoscat, alienum autem etiam adulantem impetat. Adulatur diabolus sape sicut canis, sed sciant omnes alienum esse. Sic sanè & nos virtuti etiã onerosa sit applaudamus, & maliciam etiam si exhilaret, auersemur. Ne simus deteriores canibus, qui flagellati & constrikti non desciunt. Si illos autem & pascat alienus, quo modo non magis nocebunt? Est aliquando vtilis ira, sed quando latrat contra alienos. Quid est, qui irascitur fratri suo temerè? Hoc est, ne vlcisere te ipsum, neque vindictam exige: si alium videris pereuntem, porrige manum: non vltra id tunc erit ira, quando à tua compassione liber fueris. Accipit David Saulem, & non iratus fuit: neque infixit lanceam suscepto inimico, sed vltus est diabolus. Moses quædo alienum iniuste agere vidit, etiã occidit: quædo autem cognatum, non item, sed fratres conciliauit, ab illis autem & repulsus est: tamen mitissimum illum scriptura testetur, nihilominus erat etiam viax & alacer. Nos autem non sic, sed vbi mansuetudinem declarare oportebat, omnibus bestiis sumus ferocios: vbi autem seueros esse, omnibus benigniores. Igitur quoniam his quæ in nobis sunt non vitur ut oportet, propter hoc etiam vita nusquam ut oportet instituitur. Sicut & in vasis si alio aliter vtatur quis, quam oportet, omnia perdit: ut si quis accepto gladio non vtatur, ut oportet, sed manu hoc faciat, nihil amplius operabitur, & si vbi manu vtendum, gladium adhibeat, omnia perdidit. Sic certè & medicus, non incidens, vbi oportet, & vbi non oportet incidens, omnia corrumpit. Ideo oro ut re hac tempestiue vtamur. Ira autem tempus nunquam, quando nos ipsos iuamus: si autè alij corrigendi sunt, tunc ea vtendum maxime, ut alios eripiamus. Ita & deo æquales erimus per omnia solliciti, ne ira simus obnoxij, & futura bona consequemur, Gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul ac spiritui sancto gloria, honor, imperium nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

His autem auditis, dissectabantur in cordibus suis, & stridebant dentibus in illum.

Homilia xvij.



Admiratu dignum est, quo modo ex dictis illis non acceperunt occasionem occidendi illum, sed adhuc insaniunt, & querunt causam. Ita semper malè habent ij, qui iniuste agunt. Itaque quemadmodum summi sacerdotes secum perplexi dicebant: Quid faciemus hominibus istis: ita sanè & isti dissectantur. Et profecto ille erat qui succensere debebat, qui nihil quidem iniuste egerat, passus autem est calumniam ac vim ab iniuste agentibus. Ceterum calumniatores magis arguuntur etiã hac ratione. Sic verum est id quod semper dicebam. Malè agere est verè malè pati, quanuis ille nihil perperam fecerit, sed virtutem suam demonstravit. Ita quando contumelia afficiuntur, dum non sumus malè conscij, nihil patimur. Itaque volebant quidem occidere, sed hoc non faciunt, eo quod causam honestam suo facinori prætexere cupiebant. Quid igitur? an nõ erat magna qua redargue-

q. iij

bat con-

Matth. 26. f

bat contumelia? Non illius erat contumelia, sed sic ac-
cusabat propheta. Nonne sponte etiam remorabantur,
ne videantur propterea illum occidere, quemadmodum
scilicet & Christum, sed propter impietatem? Hoc au-
tem quod Stephanus loquebatur, pietatis erat verbum.
Igitur attentates etiam illius famam perdere cum mor-
te, diffecabantur. Timebant enim ne iterum noui quip-
pam circa illu fieret. Deinde quod cum Christo fece-
runt, id & cum Stephano. Et sicut illic postquam dixit:
blasphemiam esse dicebant, & testes turbas faciebant: ita
etiam hoc loco. Illic diruperunt vestimenta, hic aures
continebant: *Quum autem esset plenus spiritu sancto, intentis
in celum oculis, vidit gloriam dei, & Iesum stantem a dextris dei, &
ait: Ecce video celos apertos, & filium hominis stantem a dextris dei.
Exclamantes autem voce magna, continuerunt aures suas, & impe-
tum fecerunt unanimiter in eum, & eiecerunt eum de ciuitate lapidabant.*
Profecto si mentis esset, vt infans, relinquendus
erat: ille autem sic loquens, volebat illos doceri. Et post-
quam dixit de morte solum, & de resurrectione non-
dum dixit, etiam hoc postea opportunè addidit dogma:
Ita autem dicit sibi apparuisse, sicut alicubi tractat, vt &
sic accipiant sermonem, qui quoniam dixerat illum se-
dere, molestum illis erat, nunc istum de resurrectione
sermonem mouet, & inquit illum stare. Ab hoc tempo-
re coniecto, & faciem illius glorificatam. Deus enim
quum sit misericors, per quæ insidiabantur illi, iisdem
volebat prouocare, siquidem nihil amplius factum es-
set. *Et eiecerunt extra ciuitatem lapidabant.* Iterum extra
ciuitatem mors, quemadmodum de Christo. Et in ip-
sa morte confessio, & prædicatio diuulgabatur. *Ac
testes deposuerunt vestimenta ad pedes adolescentis, qui vocabatur
Saulus, & lapidabant Stephanum inuocantem ac dicentem: Domine
Iesu Christe, suscipe spiritum meum.* Hoc ostendit simul ac
docet illos, quod non perit. *Et postis genibus, clamauit
voce magna: Domine, ne statuas illis peccatum hoc.* Quemad-
modum defendens, q̄ nec priora ex ira dixerit, inquit:
Domine, volens hac quoque ratione conciliare illis:
nam remittere iram ac furorem cedere, puramque ab
affectione seruare animam, valde acceptu facit sermo-
nem. *Saulus autem conseruit in necem eius. Facta est autem in il-
la die persecutio magna aduersus ecclesiam quæ erat Hierosolymis, &
omnes dispersi sunt per regiones Iudææ & Samaria præter apostolos.*
Non temere contigit hæc persecutio, sed singulari dis-
pensatione. Vides quo modo iterum tentationes per-
mittit deus fieri? Sed vide oro, hinc etiam quo modo
dispensatur res. In admiratione fuerunt propter signa,
flagellati nihil p̄sisi sunt, versati sunt in regionibus,
creuit sermo, postea permittit prohibitionem fieri ma-
gnam, & fit persecutio non vulgaris, vt ita simul &
hos fugent. Timebant enim audaciores illos factos, vt
omnibus manifestum existeret, quod homines fuerunt
qui timebantur ac fugerent. Vt enim ne tu post hæc di-
cas, quod per gratiam solum bene egerint, licet perfec-
tionem paterentur, & permisi sunt etiam ipsi fieri
timidiores ac illi audaciores. Et omnes dispersi sunt
præter apostolos, inquit. Itaque non frustra dixi, dis-
pensatione quadam factam persecutionem. Si enim nõ
facta esset, neque discipuli dispersi essent. *Curauerunt
autem vnâ Stephanum viri religiosi, & fecerunt planctum magnum
super illo* Vel nondum erant perfecti, vel quod tanta
gratia præditus erat, ideo & plangunt illum. Simul au-
tem hic ostendit illos homines fuisse, non solum me-
tus, sed etiam luctus & planctus. Quis enim non plo-
rasset videns illum mansuetum agnum lapidari, & ia-

Cap. VIII.

tere mortuum? Iustum illi epitaphium statuit euange-
lista. Et positus genibus quum dixisset, clamassetque vo-
ce magna. Et fecerunt planctum magnum super illo.
Sed videamus iterum quæ dicta sunt: *Quum esset
autem plenus spiritu sancto, intentis in celum oculis, vidit glo-
riam dei, & Iesum stantem a dextris dei, ac dixit: Ecce video ce-
los apertos: & continebant aures suas, & impetum fecerunt un-
animiter in illum.* Quauis alias accusatione hæc digna
sint, nihilominus cogita quo modo eum qui talia si-
gna fecerat, qui omnes sermone vicerat, qui talia di-
xerat, suscipientes, sicut volebant, furorem suum im-
plerunt. *At testes posuerunt vestimenta sua ad pedes ado-
lescentis, qui dicebatur Saulus.* Vide quàm diligenter ea
quæ ad Paulum pertinent narrantur, vt tibi mon-
stret opus dei, quod postea factum est cum illo: iam
autem ille non solum non credit, sed & plurimis il-
lum manibus homicidarum mittit. Ideo & hoc mani-
festans dicebat, Saulus verò consenserat in necem eius.
Non simpliciter autem orat beatus hic, sed cum atten-
tione. Positis enim, inquit, genibus. Vnde diuina il-
lius & mors facta est. Nam huc vsque permissum erat
animabus in inferno esse. Omnes autem dispersi sunt
per regiones Iudææ ac Samariæ. Absque metu ac libe-
rè postea Samariæ se committunt, tamen si audierant,
In viam gentium ne abieritis. Veruntamen de aposto-
lis non dicit, ostendens quod & hac ratione adduci
volentes Iudæos, ciuitatem non reliquerunt, velut &
aliis fierent audaciæ authores. *Saulus verò deambulabat
ecclesiam per singulas domus, trahensque viros ac mulieres trade-
bat in custodiam.* Magna infamia, & quod ille solus e-
rat, & quod in domus ingrediebatur, ita animam suam
pro lege dabat. Rapiens, inquit, viros ac mulieres.
Vide & licentiam, & contumeliam, & insaniam. Om-
nes quos assequabatur, plurimis malis afficiebat, vt
pote à cæde factus audacior. Illi igitur dispersi pera-
grabant annunciantes sermonem: Philippus autem vt
descendit in ciuitatem Samariæ, prædicauit illis Chri-
stum. Intendebant autem turbæ vnanimitè his quæ
à Philippo dicebantur, audientes & videntes signa
quæ faciebat. Spiritus enim immundi è multis qui ab
illis tenebantur exhibant, clamantes voce magna. Mul-
ti autem paralytici ac claudi sanati sunt, & factum est
gaudium magnum in illa ciuitate. *Vir autem quidam
nomine Simon, qui ante in ea ciuitate artem exercebat magicam,
ac gentem dementarat in Samaria, dicens se esse quempiam magnum,
cui auscultabant omnes à minimo vsque ad maximum, dicentes:
Hic est virtus dei: quæ vocatur magna.* Vide oro & aliam
tentationem, quæ est à Simone. *Ausculabant autem
inquit, turbæ, eo quod multo tempore magicis artibus dementa-
set eos: quum verò credidissent Philippo euangelizanti de regno
dei, deque nomine Iesu Christi, baptizabantur viri simul ac mu-
lieres: tunc Simon & ipse credidit. Et quum baptizatus esset, ad-
hærebat Philippo, vidensque signa & virtutes viri, stupens admi-
rabatur. Quum autem audissent apostoli qui erant Hierosolymis,
quod recepisset Samaria verbum dei, miserunt ad illos Petrum &
Ioannem, qui quum descendissent orauerunt pro ipsis, vt acciperent
spiritum sanctum: nondum enim in quenquam illorum illapsus fue-
rat, sed baptizati tantum erant sub nomine Christi Iesu. Tunc im-
ponebant manus super illos, accipiebantque spiritum sanctum. Quum
vidisset autem Simon, quod per impositionem manuum apostolorum
daretur spiritus sanctus, obtulit eis pecunias, dicens: Date & mi-
hi potestatem, cuiuscunque imposero manus, accipiat spiritum sanctum.*
Quo modo, inquit, Spiritum sanctum illi non rece-
perant? Spiritum acceperant remissionis, spiritum au-
tem signorum non receperant. Et quod hoc sit quod
spiritum

spiritum signorum non acceperint, vide quo modo
hoc cernens. Simon accessit & petiit. Quauis au-
tem tunc maximè flagrabat persecutio, attamen deus
iterum illos eripuerat, signa illis vt murum præponens.
Porro mors Stephani illorum furorem non restrinxer-
at, sed magis auxerat: ideo & disperguntur discipu-
li, vt doctrina amplius propageretur. Et vide iterum e-
tiam, bona illos accipere & in gaudio esse, Magnum
enim, inquit, gaudium factum est in ciuitate, quan-
uis & luctus magnus factus esset. Ita semper facere so-
let deus, & tristibus læta miscere, vt in maiori admi-
ratione sint. Multo autem iam tempore morbo obno-
xius erat Simon, vnde neque sic ab illo liberatur. Quo
modo autem illum & baptizauit: quemadmodum Chri-
stus & Iudam elegerat. Hic videns signa quæ fiebant,
obstupescit quidem, non audet autem gratiam signorum
petere, quandoquidem videbat etiam alios non
acceperisse. Igitur quo modo illum non occiderunt si-
cut Ananiam & Sapphiram? quia etiam olim is qui in
sabbato ligna collegerat, occisus est, vt alij erudirentur:
neque postea alius idem passus est. Sic & nunc Pe-
trus facit, & punitis illis hunc non punit, sed dicit ad
eum. *Pecunia tua tecum sit in perditionem, quia donum dei pu-
tasti pecuniam possideri.* Et quare non acceperunt spiritum
sanctum, ij qui baptizarentur? Vel forsitan quia Philip-
pus in hoc apostolos breui venturos honorabat, vel
quod hoc donum non habebat. Erat enim ex septem il-
lis, id quod magis videtur dicendum. Vnde mea sen-
tentia, hic Philippus vnus ex septem erat secundus à
Stephano. Ideo & baptizans spiritum sanctum non
dabat, neque enim facultatem habebat. Hoc enim do-
num solum apostolorum erat. Considera autem quod
illi non egressi erant: dispensatum autem est vt ij e-
grederentur, qui & gratia posteriores erant, propter
hoc quod nondum acceperat spiritum sanctum. Nam
virtutem quidem acceperant faciendi signa, non au-
dem dandi aliis spiritum sanctum. Igitur hoc erat in
apostolis singulare. Vnde & præcipuos, & non alios vi-
demus hoc facere. Vt autem vidit, inquit, Simon, quod
per impositionem manuum apostolorum datus est spi-
ritus sanctus. Non sic dixisset, nisi & sensibile quid-
dam factum esset. Hoc & Paulus fecit, quando linguis
loquebatur. Vidisti scelus Simonis? pecunias attulit,
quauis non vidisset pecuniarum gratia illum hoc fa-
cere, vnde non ignorantia opus erat, sed tentantis,
& volentis accusationem querere. Propter hoc & au-
dit. *Non est tibi pars, neque hereditas in verbo hoc. Cor enim
tuum non est rectum coram deo.* Iterum quæ occulta in ani-
mo erant, affert in medium, quoniam ille occultum
esse putauit. *Respice igitur à malicia tanta, & ora domi-
num si forte remittatur tibi cogitatio cordis tui. In felle enim ama-
ritudinis, & colligatione iniustitiæ video te esse. Respondens au-
tem Simon dixit: Orate vos pro me ad dominum, vt nihil eorum
quæ dixistis eueniat in me.* Oportebat illum toto corde
pœnitentiam agere, oportebat plorare. Ille autem ob-
iter hoc faciebat. Si fortasse remittatur tibi hoc, di-
xit, non quod non dimissum esset illi si plorasset, sed
mos etiam prophetis est solum denegare, & non dice-
re. Si autem hoc feceris, condonabitur tibi, sed quod
omnino erit pœna futura. Tu autem hoc admirare,
quo modo in tempore calamitatis nihil negligunt,
sed prædicationi incumbunt. Et quodam modo, si-
cut sub Mose per comparisonem fiunt miracula, ita
etiam hoc loco. Magia erat, attamen manifesta hæc
signa erant, quauis nullum oportebat esse illic dæ-

Tomus tertius

moniacum, quandoquidem multo tempore dementa-
rat illos: quoniam autem multi dæmoniaci, multi pa-
ralytici, illa non erant vera. Philippus autem non si-
gnis solum, sed & verbis illos adducebat de regno, &
Christo loqueris. At Simon, inquit, baptizatus Phi-
lippo, non fidei gratia, sed vt & ipse talis fieret adhæ-
rebat. *Vt autem illi descenderunt, orauerunt pro illis, vt acci-
pant spiritum sanctum. Nondum enim erat illapsus cuiquam: tunc
imposuerunt manus super illos, & acceperunt spiritum sanctum.*
Vides quod non simpliciter hoc fit, sed multa opus est
virtute, vt detur spiritus sanctus? non enim idem est
assequi remissionem peccatorum, & accipere virtutem
illam. *Vt autem vidit Simon, quod per impositionem manuum
apostolorum datus est spiritus sanctus, obtulit illis pecunias. Nun-
quid alios vidit hoc facere? nunquid non putauit illos
esse eius cuius oportebat esse mentis? Ideo bene Petrus
& rem donum vocat, dicens: Peccatum tuum tecum sit
in perditionem, quoniam existimasti donum dei pecuniis possideri.*
Vides vbique puros à pecuniis. *Non est tibi pars neque
hereditas in sermone hoc, cor enim tuum non est rectum coram deo.*
Atque ita per maliciam omnia fecit, at simplicem esse
oportebat. *Respice igitur, nam in felle amaritudinis & col-
ligatione iniustitiæ video te esse.* Magnæ iræ verba sunt,
non punit autem illum, vt ne postea necessitatis sit fi-
des, vt ne res crudelis esse videatur, vt ea quæ pœni-
tentiæ introducat, vel etiam quod sufficiebat ad cor-
rectionem, arguisse & dixisse ea quæ in corde erant:
nam in eo quod dicit, *Orate vos pro me:* Simul confi-
tetur ac ostendit. Vide quo modo quauis scelestus il-
le esset, redargutus tamen credidit, quemadmodum
& humilis factus, quando iterum redargutus est. Vi-
dens signa quæ fiebant, obstupuit, ostendens menda-
cium fuisse quicquid ipse faciebat. Non accessit, dixit,
sed obstupuit. Et cur nam illud statim non facit? Puta-
uit posse latere, putabat artem esse quod fiebat. Vbi au-
tem non potuit latere apostolos, accessit. *Spiritus enim
immundi è multis qui ab illis tenebantur exhibant, clamantes voce ma-
gna.* Hoc egrediendi signum manifestum erat, signa
verò magorum contrario modo se habebant. *Multi
autem paralytici & claudi sanati sunt.* Non erat hoc loco
deceptio, sed ambulabant, & viuaciter agebant, vt o-
portebat. Auscultabant autem illi omnes, dicentes: Hic
est virtus dei. Hoc loco impletur quod à Christo di-
ctum: Multi venient pseudochristi, & pseudoprophe-
tæ in nomine meo. Quare non statim illum redargu-
erunt? contenti erant quod seipsum condemnabat. Et-
enim & hoc doctrinæ erat, quoniam autem resistere
non poterat, simulat quemadmodum & magi quando
dicebant, Hoc, digitus est dei. vt autem ne iterum in
obliuionem veniat, & obscurus sit, ideo & adhæret Phi-
lippo, & non separabatur. Tu autem velim consideres
quanta dispensentur per mortem Stephani. Dispergun-
tur per regiones Iudææ, ac Samariæ euangelizant ver-
bum, prædicant Christum. Signa perficiunt, paulò post
accipiunt hi donum. Hoc duplex signum erat. Tunc
enim illis dari, & huic tunc non dari, maximum signum
erat. *Et illi quidem testificati & locuti sermonem dei, regressi
sunt Hierusalem, & multis oppidis Samaritanorum euangelizabant.*
Bene sic dixit, Testificati. Testificantur enim fortas-
se propter illum, ne decipiantur, vt postea securiores
fiant, ne propter inexperientiam sæpe simul rapiantur.
Regressi sunt in Hierusalem. Quare iterum abeunt
illuc? ibi tyrannis, ibi principum malorum, ibi qui
maximè clamabant. Sicut in bellis duces faciunt, &
non relinquunt laboratem belli partem, idem & illi fa-
ciunt.

Marc. 13. d

Exod. 3. e

q. iiii. ciunt.

ciunt. Vide non primò venientes in Samariam apostolos, sed discipulos qui persecutionem patiebatur. Sicut & apud Christum apostoli emittuntur ad eos qui iam ex Samaritanis crediderant. *Auditis autem illis, inquit, apostoli miserunt ad illos Petrum & Ioannem.* Quare nam mittuntur? ut liberent illos à Magia, & ita illis doctrinam quam primum à Christo acceperant, in memoriam reducerent. Oportebat igitur aduersarium petere, ut accipiat spiritum sanctum: at ille quoniam hoc ei non erat cura, sed ut det aliis petit, quoniam illi non acceperint hunc, ut ita dent. Sed volebat hic Philippo esse clarior, qui inter discipulos erat. *Argentum tuum sit tecum in perditionem.* Non imprecantis, sed erudientis sunt hæc verba: Quoniam enim illo non est usus ut oportebat. Tibi, inquit, sit, qui talis es: quasi diceret quis, Cum voluntate hac tua simul pereat, quod tam parum sentis de dono dei, quod sperasti omnino humanum esse negotium: non est hoc. Itaque siquidem accessisset sicut oportebat accedere, & si acceptus esset, & si ut perniciosus fuisset, non latuisset. Vides quod parua de magnis sentiens duplicia peccat: Duo igitur illi precipit, *Respice & ora, si forte remittatur tibi cogitatio cordis tui.* Ita erat cogitans malum quiddam: propter hoc & dixit, Si forte remittatur tibi, quia sciebat incorrigibile esse. At ille iterum timuit multitudinem, & metuit negare. At si non turbatus fuisset, dixisset se nesciuisse & imprudenter egisse, sed obstupescit fuit: primum quidem quod captus erat signis, secundo quod manifestabatur cor eius. Propter ea procul postea abiit, nempe Romam, eo quod apostoli illuc non prouenerant. *Et multis oppidis Samaritanorum euangelizabant.* Vide quo modo & itinera illis negotium afferebant, at non temere proficiscebantur. Tales etiam nos oportebat profectioes facere. Et quid dico profectioes: multi oppida habent ac prædia, & non est illis cura: sed quo modo balnea fiant, & ut præcia crescant, & ut aulæ ac domicilia extruantur, multum solliciti sunt: quo modo autem animæ colantur, non item. Et tu quidem si sentes iuxta sulcum videris, secas, vris, perdis: & sic terram liberat à suo incommodo. Videns autem illic agros plenos spinis, non desecat: Non times & horres dic oro, quod de hoc rationem redditorus sis?

Adhortatio ad templorum adificationem qua Num opus est, ut vnusquisque fidelium ædificet ecclesiam: & ut credat simul, etiam doctor sit? Nunquid anplorū adificationem qua te sic suam negligere salutem? Non potes facere signa, rami funditus euertit. vtere, cura, mansuetudine, affabilitate, aliisque omnibus.

Ac fora quidem ac balnea faciunt multi, ecclesias autem non item, & omnia magis quam has. Ideo oro ac supplico, & gratiam peto, imò & legem pono, ut nullus qui habet villam appareat carere ecclesia. Ne mihi dixeris, propè est, in vicinia est, magnus est sumptus, non magnū commodum: si quid habes insumendum in pauperes, il luc insume, melius illuc quam ibi, educa magistrū, educa diaconum & sacerdotalem ordinem. Quasi ducta vxore vel sponfa, vel data virgine, sic erga ecclesiam affectus es, dotē ascribe illi, ita tibi benedictionis prædium multiplicabitur. Quid enim non erit illis bonorum? Parum ne est oro torcular benedici, parum ne est deum ex omnibus frugibus ac decimis prius partem ac decimas accipere: Ad pacem agricolarum hoc vtile. Venerabilis erit & presbyter postea, & ad securitatem agri conducet. Preces illic perpetue propter te, laudes & synaxes propter te, oblatio per singulos dies dominicos.

Quid magis mirandum, quod alij extruunt clara sepulchra, ut posteri audiant quod ille construxit, an quod tu ecclesias excitas? Cogita quod vsque ad Christi aduentum mercedem habiturus sis qui altare dei excitaturus es. Dic enim oro, si rex tibi præcepisset domum extruere, ut illic habitet, nonne omnia fecisses? Nunc igitur regia est Christi ecclesiæ constructio, ne sumptus spectes, sed fructum computa. Illi colunt terram, tu colle illorum animas: illi tibi ferunt fructus, tu illos infer in cælos. Qui initium dedit, hic & omnium aliorum causa est: Igitur & te authore, illic erudientur inchoandi, ij qui agro tuo vicini, quum balnea quidem molliores reddant agricolos, inlitoria officina, delicatior, attamen facitis hæc propter gloriam. Forum & prætoria publica faciunt impudentes. Hic autem omnia seculi sunt. Quale enim fuerit, videre senem, ad exemplum Abrahamæ incedentem, canum accinctum, & fodiendum, & ipsum operantem. quid illo agro desiderabilius? Hic maior est virtus. Non est lasciuia illic, sed abacta est: non est ebrietas, ac voluptas, sed eliminata est: non est vana gloria, sed extincta est, plus illic fulget benevolentia propter simplicitatem. Quanta res est abire & ingredi in domum dei, & videre quod ipse illam extruxerit, & quiescere in villa securum, & habere deambulationem seruientem corpori, & matutinis vespertinisq; hymnis esse præsentem, ac simul prandentem sacerdotem, simul conuersantem, benedictione frui, & alios videre illum venientes: Hoc fuerit in murum ac securitatem agri. Hic est ager, de quo dicitur: Odor agri pleni cui benedixit dominus: quoniam & præter hoc bona sit villa, propter quietem, propter abundantiam ocij, quod si templum accesserit, quid illi comparabitur? Villa enim habens ecclesiam, paradiso dei comparatur, non est illic clamor, non est turbatio, non varij inimici, neque seclæ, omnes licet videre amicos, & participes eorum dogmatum. Ducit te in philosophiam, ab hac philosophia accipiens te presbyter curabit facile: nam hic quæcunque dixerimus, forum excutit: illic autem quæcunque audieris, fixa habebis in mente. Alius in agro eris per illum, & illis præsidebit ac erit custos, & ut absint, & ut componant seipos. Vnde autem est & sumptus, dic mihi: Fac iam paruum domum pro templo, qui sequetur te faciet porticum, qui post illum aliam adiiciet, & sic tibi imputabitur totum. Tu das parum, & totius accipis mercedem. Igitur initium facito, fundamentum iacito, imò mutuum adhortemini, ut certetis in hac re. Nunc autem domus in quibus paleam & frumentum, & omnia talia reponi oportet, facile extruunt: vbi autem colligere oportet animarum fructus, minime curant: sed coguntur multis stadiis ire, & magnas profectioes facere, ut in ecclesiam abeant. Quantum autem est bonum cum multa quiete in ecclesiam sacerdotem venire, ut accedat deum, & pro ea quotidie oret ad dominum? Parum est dic oro, in sanctis oblationibus nomē tuum semper referri, & quotidie pro villa preces ad deum fieri? Quantum tibi & ad alia hoc conducit? Contingit quosdam ex vicinis habitare, & habere curatores. Ad te igitur pauperem, non dignabitur vllus horum venire: ac præbyterum fortassis vocabis, & mensæ participem facies. Vides quanta inde erunt bona? Erit tunc villa ab omni suspitione libera, nullus homicidij, nullus furti acculabit, neque aliquid suspicabitur. Habent & aliam consolationem, siue morbus, siue mors accidat. Non simpliciter neque fortuito etiam amicitia sunt eorum qui illuc

eunt, & congregationes erunt multo aliis cœtibus suauiores: non solum autem congregationes, sed & illi qui præsunt per presbyterum sunt magis reuerendi. Omnino audis quod Hierusalem olim alii ciuitatibus honoratio fuerit: sed non simpliciter, verum propter impietatem quæ tunc præualuerat. Propterea ibi colebatur deus. Nihil est mali, multa securitas erit & apud deum, & apud homines. Etiam oro, ne obiter, sed alacriter opus in manus suscipiatis. Qui enim educit preciosum à vili quasi os dei erit, qui tot animabus tam præsentibus quam futuris, vsque ad aduentum Christi prodest, quātam gratiam apud deum habebit: Præsidium extrue contra diabolium. Hoc est enim ecclesia. Illinc impetum faciant manus ad laborē, prius extendantur in precibus, & tunc abeant ad opus, vnde erit corporis robur, ita erit multa agricolatio, ita omnia mala erunt foris: non potest voluptas verbis tradi, quando opere nondum fuerit suscepta. Ne hoc videris, quod nullam habeat accessioem ac commodum: nam si hoc feceris, nihil facies, si non putas tibi vtilitatem prædico maiorem accedere. si non sic affectus es, non operaberis, si non opus hoc cogitas tuis omnibus præferendum. Quid hac vtilitate maius, animas in aream quæ est in cælo inducere? Hei mihi, quod nescitis quantum sit lucrificare animas. Audi quid dicat ad Petrum Christus: Si diligis me, pasce oues meas. Si oues regias videns, vel equorum armentum, apud stabulum non habere quæ proponatur, accipies ipse, & extrues stabulum & equile, vel præficies pastorem, quantis te remuneraturus est rex: nunc ouile Christi congregas, & pastore præficies, & non putas magnum quiddam te facere: Quid dico? Si quis scandalizaret etiam vnum, tatas pœnarum minas audit, qui tot seruat non seruabitur? nam quale postea habebit peccatum? etiam si habuerit, non delebit illud: A pœna eius qui scandalum dederit, disce præmium eius qui seruat. Si non curæ esset deo etiam vnus animæ salus, non tam irasceretur ob illius perditionem. Hæc igitur scientes, curam habeamus operis spiritualis, & me vnusquisque vocet, & nos pro viribus simul operabimur. Et si quid tres fuerint domini, in commune conferant: si autem vnus, & aliis vicinis suadeat tantum ut hoc corrigat solliciti sitis, ut vbique bene placentes deo æterna bona consequamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri & spiritui sancto gloria, honor, imperium nunc & semper, &c.

Angelus autem domini locutus est ad Philippum, dicens: Surge, & vade Meridiem versus, ad viam qua descendit à Hierusalem in Gazam, hæc est deserta: & surgens abiit.

Homilia. xix.

Identur mihi conscripta, de eo qui à Samaria, non qui à Hierosolymis vadit. A Hierosolymis enim non itur ad Meridiem, sed ad Septentrionem. A Samaria autem ad Meridiem est iter. Ista est solitudo. Hoc dicit, atque adeo ut non terreatur Iudeorū seditione. Et non interrogauit. Quare? sed surgens abiit. *Et ecce, inquit, vir Aethiops Eunuchus potens Candaces regina Aethiopia, qui erat præfectus thesauri eius, & venerat adoraturus in Hierusalem. Reuertebatur autem, & sedebat in curru suo, legebatque prophetam Esaiam.* Magnis laudibus prædicatur ille, quando quidem & ille in Aethiopia manens, & tantis occupatus negociis, & cum non esset festus dies, ageretque in superstitiosa ciuitate, venit adoraturus Hierusalem. Magnaque diligentia erat, quia etiam in curru sedens legebat. *Dixit au-*

*tem spiritus Philippo: Accede, & adhare curru huic. Ut autem accurreret Philippus, audiuit illum legentem Esaiam prophetam, & dixit: Numquid intelligis quæ legis? At ille dixit: Quo modo possem, nisi quis viam ostenderet? Vide iterum aliam pietatem, nesciens legebat, & postquam legerat, inquirebat. Rogauitque Philippum ut ascenderet, sederetque secum. Continentia autem scripturæ quam legebat, hæc erat: Tanquam ouis ad occisionem ductus, & sicut agnus coram tondente mutus, sic non aperuit os suum. In humilitate ipsius iudicium eius sublatum est. Generationem autem eius quis enarrabit? quoniam tollitur de terra vita eius. Respondens autem Eunuchus Philippo dixit, obsecro te de quo propheta dicit hoc de se, an de alio quopiam? Aperiens autem Philippus os suum, & incipiens à scriptura ista, prædicauit illi Iesum. Vide quo modo res cum illo gerantur, primum legit ac ignorat, deinde legit illud potissimum capitulū, in quo & passio & resurrectio ac donum docebantur. *Et dum irent per viam, venerunt ad quandam aquam. Et ait Eunuchus: Ecce aqua, quid prohibet me baptizari? Vidisti alacritatem? vidisti diligentiam? Insistit stare currum, & descendunt in aquam ambo Philippus & Eunuchus, & baptizauit illum: vbi autem ascendit ab aqua, spiritus domini rapuit Philippum, & non vidit illum ultra. Eunuchus, ibat enim per viam suam gaudens.* Quare, inquit, tulit illum spiritus domini: eo quod & per alias ciuitates transturus erat, ac annūciaturus. Factumque est hoc, ut postea in admiratione sit, & ita ne humanū aliquid de illo, sed diuinum existimes. *Philippus autem inuentus est in Azoto, & pertransiens euangelizabat ciuitatibus cunctis, donec veniret Cesaream.* Et ex hoc manifestum, quod hic vnus ex septem fuerit. Etenim & postea illic inuenitur in Cesarea. Vtiliter igitur rapuit illum spiritus, alioqui ro gasset Eunuchus, ut simul cum illo proficiscatur, quem ille cum nondum tempus esset, reuens ac negans contristaret. Vidisti angelos cooperantes prædicationi, & ipsos quidem non prædicantes, hos autem vocantes? Hoc autem mirabile etiam hinc ostenditur, nam quod olim rarum erat & vix fiebat, id hic perquam liberaliter fit. Et aliter: Prædictum erat illos dominaturos alienigenis: nam quod fideles sint fide digni, sufficit obedientia assuetos etiam ipsos in similem zelum excitari: propter hoc sanè & gaudens ibat, atque adeo si nesciuisset, non esset gauisus. Quid autem prohibuisset, inquit, omnia illum diligenter discere, & in curru existetem, maxime in deserto: quia res hæc non agebatur ad ostentationem. Sed videamus iterum quæ lecta sunt. *Et ecce vir Aethiops, Eunuchus, inquit, præfectus Candaces regina Aethiopia.* Ex hoc manifestum, quod ab ea terra venerat. Nam olim & mulieres imperabant, veteri quadam lege. Sic nesciebat Philippus quare venisset in solitudinem, quia & non iam angelus, sed spiritus illum rapit. Nihil autem horū Eunuchus adhuc imperfectus videt, vel quod & hæc non corporis, sed spiritualibus oculis spectanda sint: neque etiam quæ Philippus edocebatur, discit. Et quare non ipsi apparet angelus, & ipsum ducit ad Philippum? Quia fortassis non obediisset, sed solum perterritus fuisset. Vide Philippi philosophiam. Non calumniatus est, non dixit, Ignoras, ego te docebo: non dixit, Ego hæc accuratè scio: nec adulatus est, dicens: Beatus es hæc leges, ita à temeritate ac adulatione verbum alienum erat, sed curam se gerere & misericordem esse declarabat: oportebat enim illum interrogare, oportebat illum denderare. Est autem hoc manifeste inlinuatis, se scire hoc quod ille nesciebat, dum dicit: Nunquid intelligis ea quæ legis, & simul ostendit magnum in his latere sensum. Et Eunuchus excusat, Quo modo enim, inquit, possem, si quis mihi viam non indicet? Non vidit in*

dit in currum, non dixit: Tu quis es, non redarguit, nō insolenter locutus est, nō dicit se scire, sed fatetur ignorantiam, ideo & dicit, monstrat vulnus medico. Simul agnoscebat quod & ille sciebat, & docere volebat. Vidit alienum a fastu, neque enim claro habitu vestitus erat. Ita erat audiendi avidus, & sermonibus attendebat. Quia & in ipso implebatur, Qui querit, inuenit. Obsecrauit autem, inquit, Philippum, vt ascenderet & sederet cum ipso. Vidisti diligentiam? vidisti desiderium? orat, vt ascendat, ac secum sedeat. Sic nesciebat quid esset illi dictum, sed simpliciter putabat se prophetiam quamdam ascendere facit, sed etiam orat. Vt autē accurriisset Philippus, audiuit illum legentem: & cursus, signum est volentis aliquid discere, & lectio, studij. In eo enim legebat tempore, quo Solis calor feruentior. Continentia autem ista erat: Sicut ovis ad occisionem ductus est. Et hoc illius in discendo cupiditatis indicium erat, quod prophetam alius sublimiore in manibus habebat. Ideo non cum seueritate illi enarrat, sed mansuete, imō neque sic loquitur prius, donec interrogatus est, donec ille obsecrauit. Quemadmodum istud iterum faciens, inquit: Oro te de quo propheta dicit hoc. Mihi videtur, quod nesciebat quod de aliis dicunt prophete, vel si non hoc, nesciebat quod de aliis vt de seipis loquantur. Confundamus & pauperes & opulenti illum quaestorem. Deinde venerunt ad aquam, inquit: Ecce aqua. Id erat animæ valde flagrantis. Quid prohibet me baptizari? Vides illius concupiscentiam. Non dicit, Baptiza me, neque silet. Sed medium quiddam inter desiderium & accipiendi pronitatem loquitur, dicens: Quid prohibet me baptizari. Vide quo modo absoluta dogmata habuit. Etenim propheta omnia continebat, incarnationem, passionem, resurrectionem, assumptionem, iudicium futurum. Quæ sanè magnum illi desiderium ingenerabant. Confundamini, quotquot nondum illuminati estis. Et iussit, inquit, stare currum. Simul dixit & imperauit. Vt autem ascēderunt ab aqua, spiritus domini rapuit Philippum: Bene, vt diuinum ostendatur quod factum, & vt ne putetur homo vulgaris. Et iuit, inquit, viam suam gaudens. Hoc dixit ostendens, quod contristatus esset, si cognouisset. Itaque præ multo gaudio, quanuis spiritum consecutus, neque videbat præsentia. Et inuentus est, inquit, in Azoto. Multum hinc & Philippus lucratus est. Nam id quod audiuit de prophetis, de Abacuk, de Ezechiele ac aliis, vidit in se quoque fieri, qui in minimo tempore expertus sit multum itineris se confecisse, quandoquidem in Azoto inuentus est, & illic postea stat vbi etiam illum euangelizare oportebat. Saulus autem adhuc spirans minas ac cædē aduersus discipulos domini accessit ad principem sacerdotū, & petit ab eo epistolas, quas perferret Damascum ad synagogas, vt si quos inuenisset eius via seu viros, seu mulieres vinclos duceret Hierusalem. Opportunè de zelo Pauli hic disserit, vt ostēdat quod medio zelo vehebatur, nondum satiatus corde Stephani, neque persecutione ecclesiæ impletus ac dispersione, accedit ad principem sacerdotum, vbi impletur quod à Christo ad discipulos dictum, Quia venit hora, quod omnis qui occidit vos, arbitratur se obsequium deo offerre. Hic igitur sic faciebat, non vt Iudæi. Absit: nam quod zelo faciebat, manifestum ex eo quod in exteris ciuitates abibat. Illi autem etsi ea quæ in Hierosolymis erant curabant, solum vt gloriam obtinerēt. Quare autem in Damascum ibat: magna ciuitas erat ac regia: timebat igitur ne & illa ciuitas præueniretur. Et videre li

cet desiderium ac ardorem, quo modo legitime operatus est: nam accedit ad principem, petit epistolas ab illo, vt quotquot inueniret esse in via. Viam eos qui credebant vocat, qui apud omnes sic tunc nominabantur, fortassis ob hoc quod viam secabant, ferentem in cælum. Quare autem non accepit potestatem illic puniendi illos, sed in Hierusalem ducit: vt ita cum maiore potestate ibi pœnam de illis sumat. Et vide quali periculo seipsum committebat, attamen & sic timet ne quid mali patiatur. Sanè propter hoc & illos secum accipit, vt fidētius quotquot viros ac mulieres inueniret, vinclos adduceret in Hierusalem. Et aliter: Etiam per viam ostendere spiritus voluit omnibus suum totum esse, ita illi non operabantur hoc. Et vide illum etiam in carceres conicientem. Igitur illi quidem infirmi erant, hic autem pro alacritate sua erat potens. Et cum iter faceret, contigit vt appropiaret Damasco, & subito circumfulgurauit eum lux de cælo: collapsusq; in terram, audiuit vocem dicentem sibi, Saul Saul, quid me persequeris? Quare hoc non est factum in Hierosolymis: quare non est factum in Damasco? Ita vt non possent istud alij aliter narrare, sed ille fide dignus vt narret, qui propter hoc abierat. Hoc sanè dicit & Agrippæ rationem reddens: laborat autem & visu, eo quod excellens lumen grauiore solet. Habent enim suas mensuras oculi. Dicitur autem excellens sonus surdos facere ac attonitos, sed hunc solum excæcauit, & terrore suo furorem extinxit, ita vt audiret ille ea quæ dicebantur, Saul Saul, quid me persequeris? Non dicit illi crede, neque aliud tale quippiam, sed crimen obicit. Quid mali, quod aut magnum, aut paruum tibi feci, quod hæc facis? Dixit autem: Quis es domine? Iam confessus est se esse seruum. Dominus autem dixit, Ego sum Iesus: quem tu persequeris. Quasi dicat, Ne putes tibi cum hominibus solis esse certamen. Qui autem cum illo erat, vocem quidem Pauli audierunt, nullum autem videbant cui responderet. Merito: nam illos minorum rerum fecit auditores. Nam si vocem illam audissent, nec sic credidissent, & Paulum videntes respondere admirati sunt. Sed surge, & ingredere in ciuitatem, & dicatur tibi quid debeas facere. Vide quo modo non statim omnia illi reuelat, sed solum illius mentem præmitigat: & dum præcipit quid ei faciendum, statim bonam illi spem dat, quod iterum visurus sit. Viri autem illi qui erant ei comites itineris, stabant attoniti, audientes quidem vocem, neminem tamen videntes. Surrexit autem Saulus de terra, apertisq; oculis neminem videbat, sed manu ducentes illum introduxerunt Damascum. Spolium diaboli, vasa eius quasi capta ciuitate ac metropoli quadam introducunt. Et quid hoc mirum? Illi hostes & inimici introducunt illum omnibus videntibus. Et erat tribus diebus non videns, ac non comedit, neque bibit. Quid huic comparabimus: Consolatio ista adducto Paulo cōpensabat mœrorem, quem è morte Stephani cōceperant. Et erat etiā inde gratum, quod ille sic abierat. Sic & Samaritanorum ciuitates adductæ inde multum recreatæ sunt. Et quare, dicit quis, hoc non factum est ab initio, sed postea? Vt ostendatur, quod vere surrexerit Christus. Qui enim persequebatur illum, & non credebatur illius mortem ac resurrectionem etiam discipulos illius persequens: hic quanam ratione credidisset, nisi magna fuisset crucifixi virtus? Esto illi obtemperant, quid diceret ad hunc? Et aliter: propterea post resurrectionem accessit, & nō statim, vt manifestius illius videatur certamen. Qui enim sic insanit vt & sanguinem effundat, & in carcerē coniciat, statim credit. Non suffecerat, quod non fuerat cū Christo, sed oportebat & vehemēter oppugnari ab illo

fideles,

fideles, neque vnam insanie excellentiam omittebat. Omnibus hic acrior erat: vbi autem excæcatus est, tunc dominationis & misericordiæ illius cōiecturas agnoscit. Vel etiam ne quis dicat, quod simularit: quo modo enim de eo qui sanguinariis, & qui sacerdotes accesserat, qui periculis se exposuerat, & etiam exterios afflixerat ac punierat hoc sentiendū? Hic igitur post hæc omnia dominationem confitetur. Quare autē non in ipsa ciuitate circumfulgurauit illum lux, sed ante illam? quia multi non credidissent, sed irrisissent potius, quandoquidem & supra cum audiissent vocem, dicebant, Tonitru est. Hic autē fide dignus erat referens quæ sibi acciderant. Et ligatus introductus est, non circumpositis illi vinculis, & trahebant illum qui sperabat se alios tracturum. Quare autem non comedit neque bibit? cōpungebat se propterea quæ fecerat, confitebatur, precabatur, orabat deum. Si autem dixerit quis, hanc rem fuisse coactam, interrogabimus, num & Elymas nō istud ipsum passus fuerit. Etiā, sed mansit vt habebat. Quo modo igitur nō coactus est, & quid magis cogere poterat terræ motu, qui fuerat in resurrectione, & militibus qui & multa alia signa nunciabant, quàm si vidissent illum qui resurrexerat? At non sunt illa compulsua, sed docētia. Iudæi quare non crediderunt hæc audientes? quod vera dixit manifestū erat. Nunquid conuersus esset hoc non factum: atque ita omnes credere oportebat. Nō minor erat his qui resurrectionem prædicarant, imō fide dignior erat, cum repente conuerteretur: non præsens apud aliquem fidelem, sed in Damasco conuertebatur, inuō ante Damascum hoc passus est. Rogo Iudæum, vnde dic oro, mutatus est Paulus, tanta signa vidit, & mutatus non est: Quis persuasit illi? imō quis repete illi immissit tantam alacritatem, vt & anathema optarit fieri pro Christo? manifesta est rerum veritas, sed vt dixi, cōfundamur iā, quod Eunuchus illuminatur & legit. Videtis quo modo erat in magistratu, inq; diuitiis, & neq; in via quieuit. Qualis igitur erat ille cum esset domi, cum sic in itinere ocium non admitteret? Qualis erat in nocte? Quotquot estis in dignitatibus audite, & imitemini humilitatem ac pietatem. Quanuis reuertetur domum, non dixit intra se, Redeo in patriam, illic accipio lauacrum, vt sunt multorum friuola verba. Non opus habebat signis ac prodigiis, per solum prophetam credulus factus est. Propter hoc plāgit seipsum Paulus, dicens: At propter hoc misericordiam cōsecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate, & vt in me primo monstraret Iesus Christus omnem longanimitatē. Dignum profecto mirari Eunuchum illum, non viderat Iesum Christum, non viderat signū. Vltra videbat quis status Hierosolymis, & credidit Philippo. Vnde igitur talis factus est? Sollicita erat anima illius, attendit scripturis, vacauit lectionibus: cum & latro viderit signa, & magi viderint stellam: hic autem nihil tale viderat, ac credidit. Tāta res est, ac tam utilis scripturarum lectio. Quid igitur Paulus? An nō legem meditabatur? sed mihi videtur hic quod oportebat remisisse, propter ea quæ prius dixi, vbi que volente Iudæos conciliare Christo: nam si mentem habuissent, nihil ita profuisset eis atque hoc. Nam hoc plus momenti habebat ad conciliandos eos, quàm signa & omnia alia. Itaque quemadmodum nihil ita solet offendere crassiores. Vides igitur dispersis apostolis deum operari signa: Criminabantur Iudæi apostolos, coniciebant in custodiam, adhuc deus miracula facit. Et quo modo, vide, educere è carcere, illius signum erat: ducere Philippum, illius signum erat: Pau-

lum adduci, illius signum erat: monstrare se Stephano, illius signum erat. Et considera quo modo Paulus quidem honoratur, & quo modo Eunuchus. Huic & Christus apparet forsan propter duriciam, & quod non aliter persuasus esset. In his miraculis & nos cōuertati, dignos exhibeamus nos ipsos. Multi nūc etiam Ecclesiam ingressi, ignorant quæ dicuntur. Eunuchus autem & in foro, & in curru vectus lectioni scripturarum attendebat. Sed neque vos hoc agitis, nullus enim vestrum in manibus habet librum, sed omnia potius quàm librum. Quare autem non videt illum, antequam egressus è Hierosolymis, sed postea? Nō oportebat illum videre cum exigeret apostolos, eoq; infirmus adhuc, neque antea sic erat facile, sicut quando propheta illum erudiuit. Ita & nunc si quis vestrum voluerit attendere prophetis, non opus habebit signis. Et si placet ipsam prophetiam videamus quid dicat. Sicut ovis ad occisionem ductus est, & in humiliatione illius iudicium eius sublatum est. Hinc didicit quod crucifixus est, quod sublata à terra est vita illius, quod peccatum nō fecit, quod potuit & alios seruare, quod generatio ei⁹ inenarrabilis, quod petra rupta sunt, quod velum scissum est, quod mortui è sepulchris suscitati sunt. Imō hæc omnia dixit illi Philippus, solum à propheta sumpta occasione. Magna res profecto est scripturarum lectio. Sic illud impletur quod à Mose prædictum est. Sedens & in lecto cubas, & exurgens ac ambulans memor esto domini dei tui. Maxime enim, via quando solitariæ fuerint, cogitationibus nostris dant locum, nullo obturbate. Et hic in via credit, & Paulus in via. Sed hūc nullus trahit quàm Christus. Maius hoc erat, quàm quod apostoli agebant. Hoc autem maius, quoniam cum apostoli essent in Hierosolymis, & nullus esset ex his in Damasco, ascendit illinc persuasus, qui non à Hierosolymis venerat persuasus: epistolas enim ferebat, ad hoc vt credentes ligaret, sicut medicus optimus, febre adhuc furente auxilium illi attulit Christus. Oportebat enim illum inter insanientes comprehendi, tunc potissimum concidit, & seipsum condemnauit, quod graua attentarit. Iam iterum operæ precium fuerit sermonem qui vestri gratia assumptus resumi. Quare dic oro, scripturæ: Quantum ad nos attinet, omnia sublata sunt. Quare ecclesiæ? Defodi libros, forsan non tale crimen, nō talis pœna. Si quis defoderit illos in stercore, & non audierit eos, non tam contumelia afficit vt nunc fit. Quid enim illic contumeliosum, quod illos defodit? Quid autem hic fit, quod non audimus illos. Dic oro, vter nam maxime cōtumelia afficit, qui silenti vel qui loquenti non responderet, atque ita maior nunc est contumelia, quando etiam loquentem non audis, maior est contemptus. Iudæi dicebant prophetis: Ne loquamini nobis vetera. Vos autem peius facitis. Ne loquamini, nō facimus. Nam illi auersabant eos, sed loquendo quasi speciem pietatis ex voce accipientes: vos autem præ multo contemptu, nec hoc facitis. Credite si manib⁹ iniectis ora nostra obturare, non esset tanta contumelia quanta nunc. Dic enim oro, qui audit ac non obedit, plus contēnit, an qui non audit? Agē causam illam de contumelia exquiramus. Si quis illum qui contumelia afficit contineat, & os obturet tanquam agrē ferens contumelias, alius autem non curet neque afficiatur, vter magis contēnit, an non hic? Nam ille quidem declarat palam, quod plagā accipit: hic autem quasi os obturet dei. Horretis dictum, sed audi, quo modo etiam hoc fit. Osper quod deus loquitur, os est dei. Nam sicut hoc os, animæ nostræ est: quanuis

Matt. 7. b

Esa. 53. c

Sup. 2. a. &
Ioan. 12. d

Infra 13. b

Roma. 9. a

I Tim. c

Cap. IX.

Ioan. 16. a

Esa. 35. c

Deut. 6. b

I Reg. 2. a

quauis anima nō habeat os, ita & os prophetarum est os dei. Audite & horrescite. Stat minister, cōmunis minister, alta voce clamat ac dixit, Attendamus, & serpius illam vocem clamat, hęc communis ecclesię est, quam ille emittit, & nullus attendit. Post illam incipit lector prophetiam Esaię, & neque sic attendit quis, tametsi prophetia nihil humanū habeat. Deinde auditori pronunciat dicens, Hęc dicit dominus, & neque sic attendit quis. Quid dico? Horrenda quādā, & terribilia pertractat, & neque sic est qui attendat. Verum quid dicit plerique: Semper aiunt, eadem leguntur. Hoc vos maxime perdit. Itaq; siquidem sciuissetis illa, neq; sic oportebat ab illis recedere, quoniā & in theatris semper eadem fiunt, attamen non fatiamini. Quę eadem audes dicere: qui neque prophetarum nomina scis: & non cōfunderis dicendo, ideo non audiēda, quoniam eadem leguntur. Etenim tu confessus es, quōd eadem dicuntur. B Ego si hoc protulisset, te sic accusassem, te igitur oportebat ad aliam defensionē confugere, non ad hanc tuā accusationem. Dic oro, tu non admones filium tuum? Si igitur ille dicat, quōd semper eadem inculcas: nōne contumeliam esse putas? tunc non oportebat eadem dicere, quando illa & sciuissemus, & operibus declararemus: imō neque tunc superflua lectio. Attamen & illi Paulus scribens dicebat, Attende lectioni & adhortationi: non enim fieri potest vt mentem scripturarū quis exhauriat. Fons enim est immensus: Dixerunt, deceptus sum, inquit, & tunc recessit a me. Vultis ostēdam quōd non sunt hęc eadem? Quot putatis dixisse in euāgelia, sed hi omnes nouē dixerūt. Quo magis enim quis versatur in illis, hoc clarius videt, tantōq; puriorem videt lucem. Ecce quanta dico. Quid est prophetia, dixistis: quid sunt historiae? quid est parabola? quid est allegoria? quid est typus: quid est symbolum? quid sunt euangelia? Hoc vnum dicite mihi, quare dicta sunt euangelia? quauis sc̄pe audieritis, quōd euangelia nihil habēt durum, hęc multa austeritate plena sunt. Ignis illorum non extinguetur, inquit, & vermis non morietur. Tūc disseccabit illum, & ponet portionem eius cum hypocritis, tunc dicet, Nescio vos, discedite a me qui operamini iniquitatem. Igitur ne decipiamus nos ipsos, putātes hęc vobis more Gręciano dici. Nihilne hęc ad vos, vos autem surdi facti estis, & vultum deiicitis quasi attoniti essetis. Euangelia nihil habere debēt quod operandum, sed solum bona consulant: hęc autē innumera habent, quę faciēda, qualia sanē sunt, & id genus. Si quis non odio habet patrem suum ac matrem, non est me dignus. Et non veni mittere pacem super terrā, sed gladium. Et afflictionem habebitis in mūdo: Bona scilicet. Nunquid hęc sunt euangelia? Euāgelium enim hoc est. Hęc tibi erunt bona, quemadmodum & homines inter se dicere solent, vt tale quiddā, Pater tuus veniet vel mater tua, non dicunt: Hoc fac. Iterum dic mihi, quid differunt hęc a prophetiis, quare non & illa dicuntur euangelia. Etenim & illa eadem dicūt: exempli gratia, Saliē vt ceruus claudus. Dominus dabit verbū euangelizātibus. Dabo vobis cœlum nouum & terram nouam. Quare non & hęc dicuntur euangelia? Quare non & hęc prophetia? Si autem neque sciētes quid sint euangelia despiciatis scripturarum lectionem, quid vobis dicam? Dicam quid & aliud. Quare nō decem? quare non viginti? quare non multi aggressi sunt conscribere euangelia? quare non vnus? quare discipuli? quare hi qui non discipuli: quare etiā omnino scripture, quāuis contrarium dicit vetus. Dabo vobis testamentum

1 Tim. 4. d

Mar. 9. g
Matt. 7. c
25. d

Matt. 10. d
Ioan. 16. g

Psal. 67. c
Esa. 65. c

Hebr. 8. c

nouum. Vbi sunt qui dicūt semper eadē? Si hęc sciuissetis quōd licet homo plurimis annis viuat, non sunt eadem, non dixissetis hęc. credite, neque hęc vobis dicere, nec priuatim, nec in communi: sed siquidem inuenit quis, annuam: si autem nō, sinam. Sic enim vos fecerim inutiles semper omnia prompte dicētes, & quādo oportet, non renuētēs. Ecce habetis quæstiones sufficientes. Considerate, dicite causam. Quare euangelia, quare non prophetiæ, quare faciēda in euangelis, & si hic definiat, alius quærat. Etiam conferte ea quę ipsi inter vos excogitatis, deinde autem nos silebimus. Nā si dicta vobis nihil profuerint, multo magis neq; si alia apposuerimus. Profecto haurimus in vas perforatum. Hinc etiam vobis maior pœna. Igitur propter hoc silebimus: quōd certe ne fiat, in vobis situm est. Si enim viderimus vestrum studium, fortassis iterū loquēmur vt & vos amplius probati sitis, & nos in vobis exhalēmur, in omnibus glorificantes deum ac patrem domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperiū, & magnificentia, & honor, cū ingenito patre, ac sancto illius spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Er. at autem discipulus quidam in Damasco, Ananias nomine, & dixit ad illum dominus in visione: Anania. At ille dixit: Ecce domine. Dominus autē ad illum dixit: Surge, vade in vicum qui dicitur Rectus, & quere in domo Iudę Sauli nomine Tarsensem. Ecce enim orat, & vidit in visione virum Anania nomine introcūtem, & imponentem sibi manus vt videat.
Homilia vicefima.



Varē nam per nullum ex præcipuis Apostolis, hunc vocauit, neque mūt ad illius institutionem aliquem ex his: quoniam non oportebat illum per homines, sed per Christum erudiri. Quoniam & hic docuit quidem illum nihil, baptizauit autem solum. Simul autem cum baptizaretur, accepit magnam spiritus gratiam ob zelum & alacritatē plurimam. Quōd autem & Ananias valde insignis fuerit, manifestum fit ex his quę ad illum dicit, & quę ille respondet, dum dicit, Domine audiui ex multis de bonis hoc, quanta mala fecerit sanctis tuis in Hierusalem. Si igitur contra dominum locutus est, multo magis si angelus missus esset. Et propter hoc, ante hunc, neque Philippus audit quid futurum, sed solum videt angelum, & nondum spiritus iubet accedere, & adhærere currui. Iam autem hoc loco metum illius minuit, & dicendo, Ecce orat: quasi hoc dicit, Cæcus est, & tu metuis: Ita & Moses timet. Vnde magis verba sunt timentis, quā non credentis. Et audi verba ipsa: Domine audiui a multis de viro hoc. Quid dicis? Deus dicit, Et tu dubitas? Sic nondum sciuerunt potentiam Christi. Et hic habet potestatem a summis sacerdotibus, vt vinciat omnes qui inuocant nomen tuum. Vnde hoc manifestum? Verisimile erat illos, qui in timore erant, curiosiores fuisse. Non igitur hoc dicit, quasi nesciat Christus: sed dubitat, quo modo hęc fiant, cum illa ita se habeant. Ita & alibi discipuli dicūt, Quis potest saluari? Et vide quot res gerantur, vt credat venturo. In omnino vidit, prædixit illi. Orat, inquit, igitur ne time. Et quare non dicit illi, quid factum sit? Erudit nos, ne prædicemus opera nostra. Imō & timentem videns, neque sic dixit, Ne sis infidelis: Sed quid? Surge, vade. Vidit enim in visione virum qui imposuit illi manus. Ideo, in visione: quia cæcus erat. Et neque miraculi excellentia rapuit discipulum: ita metuit. Attamen per illum, Paulum cum esset cæcus, videre deus fecit. Dixit autem dominus ad illum, Vade, quia vas electionis mihi est hic,

est hic, vt portet nomen meum coram gentibus & regibus filiorum Israhel. Ego enim monstrabo illi, quanta oporteat eum pro nomine meo pati. Non solum fidelis erit, inquit, sed & doctor, & magna dicendi libertate vtetur. Coram gentibus ac regibus. Ita crescet doctrina, inquit, vt & populos & reges omnes vincat. Abiit autem Ananias, & ingressus est in domum, & postis super illum manibus dixit, Saul frater, dominus misit me, Iesus qui apparuit tibi in via qua ibas, vt respicias, & implearis spiritu sancto. Statim illum familiarem facit nomine: Iesus, inquit, qui apparuit tibi in via. Porro hoc non dixerat illi Iesus, sed a spiritu sancto didicerat.

Et statim deciderunt ab oculis illius tanquam squamæ: viditque statim, & surgens baptizatus est, & cibo sumpto conualuit. Solum illi manus imposuit, & statim squamæ ab oculis illius deciderunt. Has quidam dicunt cecitatis illius fuisse causas. Et quare non excæcauit illius oculos? Hoc admirabilis erat. Nam & apertis oculis, non videbat id quod patiebatur a lege, donec nomē appositum est Iesu. Et statim, inquit, baptizatus est, & sumpto cibo conualuit. Igitur infirmus factus erat, & ex itinere, & ex metu, & ex ieiunio, & ex tristitia. Volens igitur illius augeri tristitiam, cæcum manere permisit, donec venit Ananias: & vt ne quis putet, cæcitatem phantasiā esse: propter hoc erant squamæ. Igitur non opus habebat alia doctrina: sed quod acciderat, doctrina erat. Fuit autem Saul cum his qui Damasci erant discipulis diebus tribus, & statim prædicabat Christum, quōd hic est filius dei. Vide statim doctor factus est in synagogis, non erubescēbat mutationem, neque formidabat destruere ea in quibus antea clarescebat. Non simpliciter erat doctor, sed etiam in synagogis. Ita ab initiis homo erat & occidens, & ad cædes compositus. Vides vt manifestum signum in illo factū. Hoc ipso & omnes obstupescere faciebat. Ideo & hoc manifestans addit, ac dicit. Antoniti autem sunt omnes qui audierant ac dicebant, Nōne hic est qui expugnabat in Hierusalem inuocantes in nomine hoc. Et huc ideo peruenit, vt ligatos ducat ad summos sacerdotes. Saulus autem magis confortabatur, & confudit Iudeos qui habitabant in Damasco, conuincens, quōd hic est Christus. Vt pote in lege edoctus obturabat illos, & non sinebat loqui. Liberati a Stephano, putarūt se liberatos ab huius rei disputatione, & nunc aliū inuenerunt Stephano potentiorē. Sed videamus iterum ea quę de Anania. Non dixit ad illum, Loquere ac doce illum. Nam si cum dixisset, orat, & vidisset virum impositis illi manibus, non credidit, multo magis si hoc dixisset. Vidit, inquit, in visione. Et ita ne de hac re dubites, Ne igitur timeas, sed vade. Sic neque Philippus tūc totum statim audiit, Quia vas electionis mihi est hic. Ita agit qui timorem omnem excutit, & fidere persuadet, quando quidem de illo sensurus erat melius, quia & passurus erat. Vt autem dixit, vas: ostendit quōd non sit naturalis illius malicia. Electionis, addidit, quō ostendat & probatum esse: nam quod probatum est, eligimus. Ne igitur quis hęc audiens, putet quōd non credēs his quę dicebantur, hęc dicat Ananias, vel putat deludi Christum. Absit. Sed timens ac tremens neque attēdebat dictis, audito nomine Pauli: ita corripuerat metus illius animam, vel solo nomine audito. Quauis cum audisset, quōd excæcasset illum, oportebat fidere. Et huc ob istuc ipsum, inquit, venit, vt omnes inuocantes nomen hoc ligaret. Quasi diceret, Timeo ne fortasse me in Hierusalem ducat. Quid me proiciis in os leonis? Cur me huic prodis? Timet ac hęc dicit, vt discamus vndique virtutem viri. Nam hoc a Iudæis dici, haud mirum fuerit, at quod ab hoc & tam terro, maximum esse indi-

cium virtutis diuinę ostenditur. Saul frater, hic & timor factus est magnus, & obedientia maior post timorem. Deinde postquam vas electionis dictus est, vt ne dicas totum esse dei, abducens te ab hoc, apponit quod sequitur dicens: Vt portet nomen meum coram gentibus & regibus, filiisq; Israhel. Audiuit quod valde desiderauit Ananias, quōd & Iudæis oppositurus se esset. Ideo & non solum gaudio, sed & fiducia impletur. Ego enim ostendam illi quę oporteat illum nomine meo pati. Hęc prædicat, simul inhortatur. Nam si ille tanta passurus est, qui adeo infanti, ille autem neque baptizari vult, vt videat. Bene habet, inquit, dimitte illum cæcum esse: propter hoc nunc manuetus est, quia cæcus est: quid me iubes illius aperire oculos, vt iterum liget? At ne timeas futurum. Apertione enim nō contra nos, sed pro nobis opus erit, ad hoc vt respiciat. Insuper & hęc adiciantur. Ne timeas. Nihil faciet vobis graue, sed etiam patietur multa. Et hoc sanē admirabile, quia prius patietur, & tunc incidet in pericula. Saul frater, dominus Iesus qui apparuit tibi in via, misit me. Non dixit, qui excæcauit: sed, qui apparuit: Ita solebat modeste & nihil insolentius loqui. Igitur sicut Petrus curato cæco dicebat, Quid in nos intenditis, quasi nostra virtute vel pietate fecerimus illum ambulare? Ita & hic Iesus qui apparuit tibi, cum imposeret manus hęc loquebatur, & duplex cæcitas soluebatur. Vbi autem dixit, quōd sumpto cibo conualuit, declarauit quōd infirmatus fuerit, nimio mœrore, cæcitate, timore, & fame. Neque antea cibum sibi dari permittebat, donec baptizatus magnorum donorum particeps factus est. Et non dixit Iesus crucifixus ille, filius ille dei, qui signa facit. Sed quid? Ille qui apparuit tibi: propter ea quę illi nota erant: quoniam & Christus ipse nihil amplius appositum, neque dixit, Ego sum crucifixus ille, qui surrexit: sed, quem tu persequeris. Non dixit, qui persecutionem passus sum: vt ne putetur, quasi per furorem ac risum assistat. Qui apparuit tibi, inquit, in via. Veruntamen non apparuit, sed per opera visus est. & volens sermonis molestiam adumbrare, statim addidit, vt videas & implearis spiritu sancto. Nunquid quod factum erat improbabat? Non. Sed daturum se gratiam, inquit: Mihi videtur & hunc & Cornelium, statim cum dicerentur hęc ad illos spiritus sancti gratię factos esse participes: tametsi hic is qui dedit nō fuerit vnus ex duodecim. Ita nihil vel humanum ex omnibus quę in illo, vel per hominem factum est: sed deus aderat, qui hoc faciebat. Interim autem & illum erudit, vt modeste se gerat, non ducens illum ad eximios apostolos. Et ostendit quōd nihil hoc loco humanum, neque tunc assecutus est spiritum, qui faciebat signa, vt & sic fides illius ostēdatur: non enim miracula fecit. Et statim, inquit, in synagogis prædicabat Christum, quōd hic est filius dei. Nō quōd surrexit, prædicauit: neque quōd viuat. Sed quid? Valde euidenter exponebat hoc dogma, quōd hic est filius dei. Qui autem hęc audiebant, adhuc in incredulitate persistebant. Oportebat autem non credere solum, sed etiam obstupescere. Et quare nam nō simpliciter quōd persecutor fuerit, dicunt: sed quōd expugnet, inuocantes nomen hoc? Valde furibundum per hoc declarabant: & non dicebant Iesum, præ inuidia, neque nomen audire sustinentes: ita erant exasperati. Et huc propterea venit. Non possumus dicere, inquit, quōd prius cum apostolis fuerit. Vide quo modo per multa testificatio fit, ipsum Paulum esse ex numero hostium. At ille non solum non confundebatur propter hoc, sed & gloria-

Sup. 3. b

batur. Saulus autem magis corroborebatur, & confundebat Iudeos. Hoc est, ora eorum obturabat. *Confirmans quod hic est Christus.* Docebat, inquit: doctor enim statim erat. *Vt autem impleti sunt dies, facti multi conspirauerunt Iudæi, ut occiderent illum.* Iudæi ad validum syllogismum redeunt. Non enim iam sycophantia & accusatores, & falsos testes inquirunt. Neque enim ultra illos ferunt. Postea illi per seipsos hoc faciunt. Nam quoniam videbant rem augeri, neque iudicium adhibent. *Intemerunt autem Saulo infidiam illorum, obseruantes portas dies ac noctes, ut occiderent illum.* Quare: quia signum hoc iam factum, præ omnibus intolerabile erat, etiam hoc quod quinque & tria milia crediderant, & in summa, omnibus. Et vide illum iam non gratia seruari, sed humana sapientia, ut discas virtutem viri, etiam absque miraculis clarescentis.

Discipuli autem acceperunt illum noctu, & dimiserunt per murum submittentes in foris. Merito ut res suspicione careat. *Quid igitur? Vt graue periculum effugiat.* Nunquid manet? Minime: Sed vadens hinc, magis illos accendit. Nam quod vere crediderat, multi adhuc non credebant. Propter hoc post dies facti multos hoc fit. *Quidnam hoc est? Verisimile illum nondum voluisse inde proficisci, multis forsitan admonentibus.* Vbi autem hæc didicit, tunc permisit discipulis suis. Etenim statim habebat discipulos. Hoc insinuans dicebat, *Præfectus Aretæ regis custodiebat ciuitatem apprehendere me volens.* Et vide euangelistam, nihil superbe dicentem, neque claritudinem Pauli dicentem, sed solum quod excitantur regem. Igitur illum solum miserunt, & nullum cum illo, idque perquam vtiliter, ut ipse apostolis in Hierusalem ostendat, imò illi quidem emiserunt, ut deinde ipse sibi adesset & se seruaret. Ipse vero contrarium faciens, ad insanientes statim transit. Hoc est, accensum esse, hoc est magis feruere. Et considera quo modo sequitur. A primo statim die seruat præceptum quod audierant apostoli, Nisi quis tulerit crucem suam, & sequatur me. Igitur qui post alios venerat, magis quam alij feruebat: & opere implebat illud: Cui dimittitur multum, magis diligit. Vnde quò posterius venit, hoc magis dilexit. Et propter hoc etiam priorem vitam suam suggillans, sæpe seipsum notabat, nihil satis esse putans ad priora occultanda. *Confirmans, inquit, hoc est, cum mansuetudine docens.* Et vide quod non dicunt illi, Tu es qui expugnas, quare mutatus es? Confundebantur enim, sed inter seipsos dicebant. Dixisset enim & multo iustius. Hoc nos maxime docere oportebat, quoniam & apud Agrippam sic rationem reddit. Hunc imitemur oro & nos, & contra omnia pericula simus parati. Et quo modo, inquit, ille fugit? Non erat opus timoris, sed custodiebat seipsum verbo. Si timidus fuisset, non venisset in Hierusalem, neque statim suscepisset doctrinam, remisisset alacritatem. Atqui non erat timidus, sed prudens, & temporis obseruator, edoctus passione Stephani. Proinde non putabat magnum mori pro prædicatione, nisi cum magno lucro hoc fiat: homo neque Christum videre volens, quem maxime omnium videre cupiebat, quoniam nondum suum erga homines ministerium impletum erat. Talis oportet esse Christiani animam. Statim ab initio & ianua ostendebatur Pauli effigies, imò & antea per ea quæ non secundum scientiam faciebat, sed humana ratione motus. Nam cum post tantum tempus noluit dissolui, multo magis in initio negotiationis, nuper è portu egressus. Non eripit autem illum periculo Christus, sed permittit: quoniam vult etiam humanam industriam plerumque fieri. Et aliter: Permittit, ut discas

mus quod & illi homines fuerint, & quod non ubique gratia operabatur: alioqui, si hoc non fuisset: simpliciter habiti essent stipites, propter hoc & illi in multis dispesabant, & operabantur. Hoc & nos faciamus, & ita fratrum salutem optemus. Hoc non minus fuerit martyrio, nihil deprecari pati propter multorum salutem. Nihil adeo latificat deum. Iterum dicam, quod sæpe dixi, quoniam valde istud velim, quoniam & Christus faciebat, de remissione admonens, ac dicens: Quando oraueritis vos, remittite si quid contra aliquem habetis. Iterum Petrus loquens, inquit, Non dico tibi, quod remittas solum septies, sed vsque septuagies septies. Et operibus remittit, quæ in illum delicta sunt. Sic sanè & nos, quoniam scimus scopum Christianismi esse. Semper de illo loquimur. Nihil frigidius Christiano, alios non seruante. Non potes hic paupertatem dicere. Quæ enim duo minuta dederat, accusabit. Et Petrus dicebat, Argentum & aurum non habeo. Et Paulus ita erat pauper, quod & sæpe esurierit, & necessario alimento habuerit opus. Non potes ignobilitatem dicere, etenim etiã illi ignobiles fuerunt & ex ignobilibus. Non potes prætexere, quod idiotas, nam & illi erant illiterati. Licet seruus sis, licet fugitiuus, poteris quod tuum est implere: quandoquid & Onesimus talis erat, sed vide quo illū vocet, & in quantam dignitatem prouehat. Vt comunicet mihi, inquit, in vinculis. Non potes infirmitatem dicere, quoniam & Timotheus talis erat, frequentes habes infirmitates. Quod autem infirmus fuerit, audi: Vino modico vttere propter stomachum tuum, & frequentes infirmitates tuas. Potest vnusquisque proximo suo prodesse: si volueris quod tuum est implere. Non videtis arbores steriles quod sint validæ, quo modo pulchræ, proceræ, leues, ac sublimes: At si hortum habere frugiferas, & multo magis quod illas. Illa enim ad voluptatem magis sunt, quam ad vtilitatem. Et vtilitas autem, parua quædam est. Tales sunt, qui solum considerant ea quæ sua sunt, imò neque tales: nam hæc ad incendium paratæ sunt, alioqui illa etiam ad ædificium & ad rerum securitatem. Tales fuerunt etiam virgines, castæ quidem & ornatae ac modeste: at nulli vtilis, ideo & exuruntur. Tales sunt, qui non paueant Christum. Vide enim horum nulli impropere sua peccata, non quod scortati sint, non quod peierint, nihil omnino, sed quod alteri non fuerint vtilis. Talis erat qui talentum defoderat, irreprehensibilem quidem exhibens vitam. Qui autem alij non est vtilis, dic mihi, quo modo erit Christianus? Si fermentum commixtum farinae, non commutauerit totum in alium habitum: nunquid fermentum tale est? Quid etiam, si vnguentum non implevit odore accedentes, vnguentum ne dicemus: ne dicas impossibile est mihi adducere alios: nam si fueris Christianus, impossibile est ut hoc non fiat. Nam sicut ea quæ in natura contradictionem non habent, ita etiam hæc. Etenim in natura Christiani situm est hoc, ne afficias contumelia deum. Si dixeris, quod solum non potest lucere, contumelia illum affeceris. Si dixeris, quod Christianus non potest prodesse, contumelia affeceris deum, & medacem dixeris. Facilius enim est, quod solum non calefaciat, neque luceat, quam hoc fieri. Ne igitur dicas, quod sit impossibile. Impossibile enim contrarium est. Ne igitur contumelia afficias deum, si quod nostrum est recte perfecimus, omnino erunt illa, & quasi naturale quoddam opus sequetur. Non potest latere lux Christiani, non potest occultari lampas tantum clara.

clara. Itaque ne simus negligentes. Etenim sicut à virtute lucrum erga nos, & ad eos qui vtilitatem capiunt, transit: ita & à malicia duplex damnum, & in nos, & in eos qui offenduntur venit. Sit quispiam, si vis, idiota, innumera à quodam passus, & nullus illum vlciscatur, sed & benefaciat. Qua doctrina hoc non fuerit validius, quibus sermonibus, quibus admonitionibus, quæ furorē extinguere & suffocare non valerent: itaque hoc scietes, possideamus virtutem, eo quod non possumus aliter seruari, quam cum his bonis operibus hanc vitam perficientes, ut & futura bona assequamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul sanctoque spiritui gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Vt autem Saulus venit Hierusalem, tentauit adherere discipulis, & omnes timebant illum, non credentes quod esset discipulus. Barnabas autem apprehensum illum duxit ad apostolos, & narravit illis, quo modo in via viderit dominum.

Homilia vicessimaprimum.

Recte hoc loco dubitatur, quo modo in epistola quidem ad Galatas dicit, Non abiit Hierusalem, sed in Arabiam, & Damascum, & quod post tres annos ascenderit, ut videret Petrum. Hic vero contrarium dicit, quod Barnabas duxerit illum ad apostolos. Vel igitur hoc dicit, Non abij, ut moram facerem. Dicit enim illic, non acquieui carni & sanguini, neque abij ad eos qui ante me erant apostoli. Vel si non hoc, quia infidiam erant in Damasco, postquam ille venit ab Arabia factum est, inquit. Deinde iterum ascendit postquam inde venisset. Sanè ipse non abiit ad apostolos, sed discipulis adherere tentabat, ut puta non doctor sed discipulus existens. Igitur non propter hoc ascendit, ut abiret ad eos qui ante se, neque enim ab illis quiddam didicit. Vel hunc ascensum non dicit, sed relinquit: & cum sic esset, abiit in Arabiam, deinde venit in Damascum, postea in Hierusalem, postea in Syriam. Vel si non hoc, iterum sic: ascendit in Hierusalem, dein in Damascum, emissus deinde in Syriam, postea in Damascum iterum, mox in Casaream, & tunc per quatuordecim annos, forte quando fratres adijt cum Barnaba. Vel si non hoc, aliud dicit tempus: historiographus enim multa succindit, & multa tempora congerit. Vide quo modo non est ambitiosus, neque narrat visionem illam, sed præterit. Iterum autem sic incipit, ac dicit: *Cum venisset autem in Hierusalem, tentauit adherere discipulis, qui timebant illum.* Et ex hoc iterum feruorem Pauli ostendit, non ab Anania, neque ab his qui illic admirabantur eum, sed ab his qui Hierosolymis erant, neque enim hoc humanæ expectationis erat. Et vide illum non ad Apostolos euntem propter modestiam, sed ad discipulos, utpote discipulum existentem: nondum enim fide dignus putabatur. *Barnabas autem assumens illum duxit ad apostolos, & narravit illis quo modo in via vidisset dominum.* Barnabas ille mitis quidam & mansuetus homo erat. Filium autem consolationis interpretari quis posset ex nomine: vnde & amicis Paulo factus est. Quod autem valde vtilis erat & facilis, hoc ex his quæ in manibus, & quæ cum Ioanne aguntur manifestum est: & propterea hic non metuit, sed narrat, quo modo in via viderit dominum, & quod locutus sit illi, & quo modo in Damasco liberè egerit in nomine domini Iesu. Verisimile enim quod ille etiam in Damasco audierit de illo: ideo & hæc tantum præparatoria facit, operibus confirmans ea quæ dicta erant. Et

Barnabas quid interpretetur.

A erat ingrediens & egrediens Hierusalem, & libere loquens in nomine Iesu. Et loquebatur & disputabat cum Græcis, quoniam discipuli metuebant illum: apostoli vero non credebant illi, propterea metum illorum qui illic tollit. Loquebatur & disputabat cum Græcis. *Edmurus etc.* Græcos dicit, qui Græce loquebantur: idque valde sapienter. *Neque enim videre illum voluerunt Iudæi: alij vero etiam aggrediebantur, ut interficerent illum.* Magnæ alacritatis, victoriæque potētis hoc indicium erat, etiam illos valde mæstos factos ob id quod acciderat. *Vt autem cognouerunt fratres, deducunt illum in Casaream.* Propter timorem hoc faciunt. *Metuentes enim, ne postea idem cum illo fiat, quod cum Stephano, deducunt illum in Casaream, & emiserrunt illum in Tarsum.* Licet propter metum, attamen emittunt, simul & prædicaturum, & securiorem futurum in sua patria. Vide autem oro, quo modo non omnia gratia fiunt, sed permittit illos deus etiam propria sapientia multa moderare ac facere, humano more. Si enim ab ipso factum est hoc, multo magis ab illis. Permittit hoc ut ignaorum prætextum auferat. *Itaque Ecclesie per totam Iudæam & Samariam habentes pacem edificabantur, & ambulabant in timore domini, & consolatione spiritus sancti implebantur.* Ut igitur ne quis ex timore hoc factum putet, prius, ut habuerint ecclesiam, narrat, ostendens quod persecutionis tempore Hierosolymis erat: vbi autem res ecclesiæ ubique in pace, tunc postea & Hierusalem relinquit: adeo feruens & alacer erat. Non enim quoniam pax erat, putabat nihil opus suo aduentu. Et propter quid, inquit, hoc facit & nouit, cum esset pax, & postquam Paulus abiit? Quia istos oblectabantur maxime, utpote sapius commendatos, & multitudini admirabiles, illum autem contemnebant, & magis in eum duri erant. Vidisti quo modo pax bellum secuta? imò vidisti quid fecerit bellum istud? Dispersit pacem facientes per Samariam, confusus est Simon in Iudæa, Sapphira punita est. Igitur non quia pax erat, remissiora erant negocia, sed talis erat pax, ut & consolatione haberet opus. *Factus est cum Petrus transiret per omnes, descendit etiam ad sanctos qui habitabant in Lydda.* Quemadmodum dux in exercitu obambulans considerabat, quæ pars sit coadunata, quæ ornata, quæ suo aduentu egeat. Vide ubique illum circumfarsare, & primum inueniri. Quando eligendum Apostolus, hic primus: quando loquendum Iudæis, non apostolos esse ebrios: quando curadus claudus, quando concionandum, hic præ aliis est: quando agendum contra principes, quando contra Ananiam, quando ab umbra sanationes fiebant, hic erat. Et vbi quidem erat periculum, hic: & vbi moderatio, vbi autem tranquillitate res erant plenæ, communiter omnes. Sic non exigit horrorem maiorem. Iterum quando fieri miracula opus erat, ipse profilit. Et hic iterum ipse per se laborat, ac iter facit. *Inuenit autem illic hominem quendam Aeneam nomine ab octo annis decumbentem in lecto, qui erat paralyticus, & dixit illi Petrus, Aeneas sanat te Christus: surge & serue tibi ipsi. Et statim surrexit.* Et quare non expectauit fidem viri, neque interrogauit, vis sanus fieri: Maxime igitur ad multorum consolationem factum est hoc miraculum. Itaque audi quantum lucrum. Subdit enim dicens, *Et viderunt omnes qui habitabant Lyddam & Assaronem: quotquot conuersi erant ad dominum.* Bene sic dixit. Insignis enim erat vir, vnde argumentum dat signi, ut tollat lectum. Etenim non solum ab infirmitatibus liberauit, sed etiam cum sanitate vires contulit. Et aliter: Et tunc nondum indicia suæ virtutis exhibuerant: & ita merito non exigebatur à viro fides. Itaque quemadmodum Christus, incipiens à signis non exigebat fidem, sic neque illi. Nam in Hierosolymis

rosolymis quidem, merito fides illorum prius exigebatur, vnde & propter fidem, quotquot morbis obnoxii erant, in viam exponebantur, nempe vt venietis Petri vel vmbra, quempiam illorum obubraret, multa enim facta erant illic signa. Hic autem hoc primum cõtingit. Nam signa quædam fiebant, vt allicerentur alij, quædam vero pro credentium consolatione. *In Toppe autem erat discipula quædam nomine Tabetha, quæ, si interpretetur quis, dicitur Dorcas. Itaque hęc plena operibus bonis & eleemosynis quas faciebat. Factum est autem in diebus illis, quod cum ægrotasset illa, mortua est. Lotam autem illam posuerunt in cœnaculo. Quia autem propè erat Lydda Toppe, audientes discipuli quod Petrus esset in illa, miserunt duos viros obsecrantes, ne differret venire usque ad se. Quare expectauit vt moreretur? quare non & ante hoc Petrus rogatus? Indignum censebant, pro talibus discipulos sollicitos esse, & à prædicatione auellere. Quoniam & propter hoc dicit, quod propè erat: & ita monstrat quod vt rem superuacaneam hoc petiissent. Discipula enim erat. Surgens autem Petrus venit cum illis, quem vt venit, adduxerunt in cœnaculum. Non orant, sed illi permittunt, vt à seipso vitam illi concedat. Ita hic impletur, quod eleemosyna liberat à morte. Et steterunt circa illum omnes viduæ plorantes, & monstrantes tunicas & vestes, quas fecerat Dorcas cum esset cum ipsis. Ducunt Petrum eò vbi sita erat mortua, fortasse putantes aliquid illi ad doctrinam dari. Vidisti quantum augmentum factum? Non simpliciter autem datum est nomen mulieri, sed vt discamus quod ferret nomē ita vigilans ac sobria, vt Dorcas. Multa enim nomina singulari dispensatione indita sunt, vt sæpe vobis dixi. Plena erat, inquit, operibus bonis & eleemosynis quas faciebat. Magnum mulieris encomium, quandoquidē vtraque sic faciebat, vt vtrisque plena esset: manifestum autem quod primum illorum, etiam tunc huius faciebat diligentiam. Quæ fecerat, inquit, cum Dorcas adhuc esset cum ipsis. Multa humilitas: non enim sicut nos agebāt, sed cõmuniter omnes erant: magnam eleemosynam faciebat rationem.*

Esētis autem foras omnibus Petrus posuit genua ac orauit, & conuersus ad corpus dixit, Tabetha surge. Illa autem aperuit oculos suos, & viso Petro resedit. Cūr nam omnes eiicit? planè ne lachrymis conturbetur, nec confundatur. Et postis genibus orauit. Hoc indicium erat attentæ & ordinate orationis. Et apprehensa, inquit, manu. Hic ostēdit per partem, vitam, deinde virtutem quæ inducebatur: illā per verbum, hanc per manum. Data autem illi manu excitaui illam, & vocatis sanctis ac viduis commendauit illam viuentem. Aliis quidem ad consolationem, quod accepissent sororem, & quod vidissent miraculum: aliis autem vt præesset. Notum autem factum est per totam Toppe, & multi crediderunt in dominum. Factum est autem, cum mansisset ille sat multis diebus in Toppe apud Simonem quendam coriarium. Vide humilitatem ac māsuetudinem Petri, quod non apud hanc manet, neque apud alium quædam insignem, sed apud coriarium: per omnia nos in humilitatem inducens, & neque viliores confundi permittens, qui & propter hoc censuit trāsẽundum, quoniam illius doctrina opus habebant credentes. Videamus iterum quæ suprā dicta. Tentabat, inquit, adhærere discipulis. Non impudenter accessit, sed submisit. Discipulos autem vocat etiam eos, qui non erant in choro duodecim, eo quod omnes tum propter eximiam virtutem discipuli vocabantur. Erat enim manifesta illorum imago. Et omnes timebant illum, inquit. Vide quo modo metuebant discipuli, quo modo adhuc metus vigeat. Barnabas autem apprehensum illum duxit ad Aposto-

los, & narrauit illis. Mihi videtur Barnabas antea illi fuisse amicus. Ideo & omnia narrat, quæ illi contigerāt. Nihil autem horum ille dicit: opinor autē quod & ad alios hoc nõ protulisset postea, nisi quædam fuisset necessitas. Et erat cum illis ingrediens in Hierusalem, & libere loquens in nomine domini Iesu. Hoc & aliis dabat fiduciam. Vides & illic & ibi alios parantes & vrgētes, vt ille abiret, & nusquam diuini miraculi gratia illum frui. Itaque sic illius ostenditur alacritas, atque adeo nõ videtur mihi terrestre iter facere, sed etiam nauigasse: & id quoque singulari dispensatione fit, vt ipse & illic prædicet. Vnde & insidiæ ab illis, & quod in Hierusalem venit, similiter singulari dispensatione factum est, vt credibilia magis sint quæ ei acciderant. Loquebaturque & disputabat cum Græcis. Et habentes, inquit, pacem Ecclesiæ ædificabantur, & ambulabāt in timore domini: hoc est, creuerunt, & etiam inter seipsas veram habebāt pacem. Merito: nam multum afflixerat eos externū bellum. Et consolatione spiritus sancti implebantur. Consolabatur illos spiritus & per miracula & per opera, & absque illis vnumquæque per se. Factum est autem cum Petrus transisset, vt descenderet in Lyddam. Inuenit illic hominem decumbētem, ac dixit illi, Aenea sanet te Iesus Christus. Non hoc ostentantis, sed fidentis verbum est, quod futurum esset. Mihi autem videtur, quod huic verbo credidit infirmus, & factus est sanus. Quod autem absque factu factum sit, manifestum etiam ex sequentibus. Non enim dixit, In nomine Iesu. Verum vt signum magis istud narrat. Viderunt autem qui habitabant Lydda, & conuersi sunt ad dominum. Itaque non frustra dixi, vt persuaderentur, & consolationem acciperent, facta esse miracula. In Toppe autem erat discipula quædam, inquit, nomine Tabetha. Factum est autem in diebus illis, quod illa infirma facta mortua est. Vides vbi que signa fieri: non simpliciter mortua est, sed cum diu infirma fuisset. Ideo & Petrum non vocant, donec defuncta est. Vbi vero audierunt discipuli, miserunt obsecrantes ne differret transire vsque ad ipsos. Vide, per alios mittunt ac vocant. Ille autem obtemperat ac venit: neque pro indignitate habet vocatum esse. Tam magnum bonum est afflictio. Hoc coniungit animas nostras. Nusquam infirmitas illic, nusquam lamentum. Lotam illam, inquit, posuerunt in cœnaculo. Hoc est, omnia curarunt, quæ solent apud mortuum fieri. Surgens autem Petrus, venit cum illis, & ascendens in cœnaculum positis genibus orauit, conuersusq; ad corpus dixit, Tabetha, surge. Non omnia permittit deus, eadem facilitate fieri: Hoc autem illis prodest. Non enim solum curabat salutem aliorum, sed etiam illorū. Enimvero qui tot curat vmbra, nunc tanta facit ad excitandam illam. Interdum etiam fides accedentium cooperatur. Hanc igitur primam mortuam excitat, vocans nomine. Quæ & quasi ex somno expersa, primum aperuit oculos: deinde statim conspecto Petro resedit, & tandem contactu manus firmatur. Tu autem oro, vide lucrum, quo modo iterum fructus sit, & non ad ostentationem. Sanè propter hoc & omnes foras eiicit, magistrum etiam in hoc imitans. Vbi enim lachrymarum, tale mysterium perfici non debet, imò vbi miracula ibi abesse decet lachrymas. Audite oro, quanuis non tale quiddam fit, sed in his qui nunc mortui magnum perficitur sacramentum. Dic autem oro, si sedentibus nobis mittat rex quendam, vocans in regna: plorandumne erit ac lachrymandū? Angeli è cœlo veniunt illic missi, ab ipso rege, vt conseruum suum vocet, & tu

ploras

ploras: Non vides quale sacramentū est quod fit: quàm terribile ac horrendum, & verè hymnis ac gaudio dignum. Vis discere, vt scias quod non sit lachrymarum tempus: Hoc diuinæ sapientiæ maximū est mysterium: Nam quemadmodum doimo sua relicta pergit anima ad suum festinans maritum ac dominum, tu autem luges: Itaque & nato puero hoc facere oportebat. Etenim hic partus illo melior. Vadit enim ad aliam lucē, soluitur quasi à vinculo quodam, & quasi à certamine egreditur. Etiam, inquit, de probatissimis rectè hæc dicitis. Et quid ad te homo: Tu enim hoc neque apud probatissimos agis. Dic oro mihi, cur de puello poteris desperare, cuius gratia luges illum? Cur nuper illum natum? Etenim sicut ille, ita & iste se habet. Quare igitur luges illum? Nescis quod sicut sol mundus ascendit, ita & anima relinquitur corpus cum pura conscientia fulget clare: Non cum tanto silentio videri potest, rex ascendens in ciuitatem, vt anima quæ reliquit corpus, & cum angelis abit. Intelligence quæ sit anima, in quato tunc stupore sit, in quanta admiratione & voluptate. Quid luges dic oro? Non enim in peccatoribus hoc solum facis. Vtinam hoc esset, & non prohiberem luctus. Vtinam talis meus esset. Hic luctus apostolicus est, hic luctus & dominicus. Plorauit enim & Iesus Hierusalem. Vellem hac lege discerni luctus. Quando autem reuocans naturam dicitis & consuetudinem & curam: nõne propter hoc luges: sed considera. Luge, plora peccatorem, & ego deducam lachrymas, & ego magis quàm tu: quanto & maiore supplicio obnoxius ille, & ego plorabo tali animo. Non te autem solum oportet plorare, sed & ciuitatem totam & omnes occurrentes, tanquam eos qui ad mortem ducuntur. Verè enim mors illa, mala est, mors peccatorum, & omnia cõfundit. Hic luctus sapientiæ est, multamq; habet doctrinam: ille autem pusillanimitatis. Si sic luxisset omnes viuētes, illos emendassetum. Igitur si posses prohibere afferentem remedia, fecisses mortem illam corporalem: ita & nunc si quidem hanc luxisses mortem, prohibuisses certè & super te & super illo fieri. Nunc autem ænigma est quod fit, quum sint multi qui possent non permittere hanc accedere, & dimittere vt fiat, vt autem facta fuerit lugere. Verè lachrymis digni, quando assistent tribunali Christi, qualia audient verba? quantas res patientur? Frustra vixerūt hi, immo non frustra, sed etiam in malum. Et de illis tempestiuè diceretur, Vtile erat illis si non fuissent nati. Quæ enim vtilitas dic oro, tantum insumere tempus in malum tui ipsius capitis? Nam si frustra solum insumptum esset, non satis fuisset damni. Dic oro, si quis mercenarius factus, viginti annos perdat, frustra non plorabit & lachrymabitur, & videbitur omnium miserimus? Et hic quantum vita frustra insumpsit, neque vnum diem vixit sibi, sed voluptati, luxurie, auaritiæ, peccato, diabolo? Hoc igitur non plorabimus, dic oro? non tentabimus nos ab his periculis eripere? Est enim si voluerimus illi leue facere supplicium. Itaque si preces pro illo faciamus continuas, si eleemosynam damus, & si ille indignus sit, nobis deus placator erit. Si per Paulum alios seruauit, & per alios aliis parcat: quo modo non & propter nos istuc ipsum faciet? Ex illius opibus, ex tuis, vnde volueris, iuuat: instilla oleum, immo aquam: non potest suas eleemosynas ostentare, licet cognatorum. Non habet eas quæ facta sunt à se, tamen factas pro se. Ita cum fiducia illum deprecabitur tunc mulier, precium redemptionis pro illo depones: quò pluribus peccatis fuit obnoxius,

Tomus tertius.

hoc magis opus est illi eleemosyna. Non propter hoc autem solum, sed quod neque equalem habet vim nunc, sed multo minorem. Non est autem par, quod quis ipse facit, & quod per alium facit. Itaque quum minor sit, ita multitudinem maximam faciamus illam, non circa monumenta, non circa sepulchra occupati sumus. Assiste viduas. Hęc erit sepulchralis cura maxima. Dic nomen, omnes iube pro illo facere supplicationes & preces. Placabit hoc deum, etiam si non ab ipso factum sit: sed propter illum alius author sit eleemosynæ. Et hoc dogma est diuinæ misericordiæ. Vidua circumstantes & lachrymantēs, non solum à presentī, sed etiam à futura possunt eripere morte. Multi etiam vtilitatem acceperunt ex eleemosynis ab aliis pro se factis: nam licet non perfectam, attamen consolationem quandam inueniunt. Quoniam si hoc non est, quo modo pueri seruantur: quanuis certè illi nihil auerunt, sed parentes totum, & mulieribus donati sunt sepius pueri? Multas nobis deus salutis dedit vias, modò ne negligamus. Quid igitur si quis pauper fuerit, inquit? Iterum dicam: multitudo eleemosynæ non ex his quæ dantur, iudicatur solum, sed etiam ex voluntate: modò ne des minus quàm facultas tua potest, & totum exquisueris. Quid igitur si solitarius fuerit, & peregrinus, & nullum habeat? Quare enim nullum habet, dic oro? Hoc illo dat poenam; quod nullum ita amicum, ita virtute præditum habet. Itaque hoc fit, vt licet ipsi non simus virtute præditi, curemus socios & amicos virtute præditos habere, & mulierem & filium quasi fructum quendam etiam per illos habentes, paruū quidem fructum habentes, attamen aliquem: si curaueris, non diuitem, sed frugalem vxorem ducere, hac consolatione frueris. Similiter si operam dederis, ne diuitem filium relinquant, sed piū, ac filiam honestam: & sic hac frueris, consolatione, si hac curaueris, & talis eris. Et hæc pars virtutis est, quod tales elegeris & amicos, & vxorem, ac filios. Non frustra oblationes pro defunctis fiunt, non frustra preces, pro defunctis non frustra eleemosynæ. Hęc omnia spiritus disposuit, Etis non frustra fieri: volens vt nos mutuum iuuenus. Vide enim vtilitatem: accipiet ille per te, & tu per illum, contemptis opibus inductus ad faciendum aliquid generosum: & tu illi salutis, ipse verò tibi eleemosynæ factus est author. Ne dubita, quia erit aliquis fructus suauis. Non simpliciter minister clamat pro his qui defuncti sunt in Christo, & pro his qui illorum memoriam faciunt. Non diaconus est qui talem illam vocem emittit, sed spiritus non sanctus inquam, sed donum. Quid dicit? In manibus est hostia, & omnia proposita sunt bene ordinata, adsunt angeli, adsunt archangeli, adest filius dei, cum tanto horrore astant omnes, astant illi clamantes omnibus silentibus, & putas simpliciter hæc fieri? Igitur & alia simpliciter, & quæ pro ecclesia, & quæ pro sacerdotibus offeruntur, & quæ pro plenitudine ac vbertate? Absit. Sed omnia cum fide fiunt. Quid putas pro martyribus offerri, quod vocantur in illa hora, licet martyres sint, etiam pro martyribus magnus honor nominari domino presente, dum mors illa perficitur, & horrendum sacrificium, & ineffabilia sacramenta. Nam quasi sedente rege quæcunque voluerit, perficit: vt autem surrexerit, quæcunque dicit, frustra dicit. Ita & tunc quandiu proposita fuerint mysteria, omnibus honor maximus in memoria haberi. Vide enim: Annunciat tunc sacramentum horrendum, quod pro mūdo dedit seipsum deus, cum illo miraculo tempestiuè memor est ille eorum qui peccarunt.

runt. Sicut enim quando regum trophæa statuuntur, tunc celebrantur quidem & quicumque victoriæ socij fuerunt: dimittuntur autē qui sunt in vinculis per illud tempus. Vbi autem transierit hoc tempus, qui nihil assequutus est, nihil obtinet. Ita sanē & hic. Trophæorum & celebrandæ victoriæ tempus est. Quoties enim, inquit, manducatis panem hunc, mortē domini annunciate. Itaque ne simpliciter accedamus, neque fortuito hæc fieri putemus. Et aliter: Martyrum memores sumus, & hoc in fidem quod non mortuus adhuc est dominus: idq; quia deuicit & occidit mortem signum factum esse illum mortuum. Hæc scientes consideremus, quantas consolationes possemus mortuis, pro lachrymis, pro lamentis, pro monumentis, præstare: nempe eleemosynas, preces, orationes, vt & illi & nos assequamur promissa bona gratia & misericordia vnigeniti filij, cum quo patri simul sanctoq; spiritui gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

1. Cor. 11. g

Cap. X.

Vir autem quidam in Casarea, nomine Cornelius, centurio, ex cohorte quæ appellatur Italica, pius ac timens deum, cum omni domo sua, faciens eleemosynas multas populo, & orans deum semper.
Homilia xxij.



Ic non erat Iudæus, neque iuxta legem vivebat, sed prius nostro more vitam egerat. Et vide duos credere nunc, nempe Eunuchum a Gaza, & hunc, quum ambo sint in dignitatibus, magnamq; pro illis habitâ curam. Verum ne putes, quod electi sint propter has dignitates. Minimè: sed propter pietatem. Sanè propter hoc dignitates posita sunt, vt maior pietas ostendatur. Mirabilius etenim, quando quis in diuitiis & potentia agens talis fuerit. Iam magna illius laus, qui tantam peregrinationem susceperat, & neque per illud tempus lectionem intermittebat. Et Philippum quum in curru veheretur, orabat: & multa alia. Magna autem & huius laus est, quod facit eleemosynas ac preces, & pius est in tanto principatu. Vnde & ab dignitate hac virum notum reddit. Et meritò, ne quis dicat, scripturarū historiam fallere.

Supra. 8. e

Ibidem. f.

Numer. 10. u.

est, quæ nunc vocatur Numerus. Pius ac timens deum, cum omni domo sua. Hæc dicit, ne putes quod propter dignitatem illius talia facta sint. Itaque quando Paulum adduci oportebat, minimè angelus, sed ipse dominus apparet: neque mittit illum ad aliquē duodecim apostolorum, sed ad Ananiam. Hic autē secus fit. Præcipuum adducit, sicut & Philippum, attemperans se illorum infirmitati, & docens quo modo talibus vti oporteat. Quoniam & Christus ipse, qui abiit, apparet sæpe iis qui grauius patiuntur, & per seipsos accedere nō possunt. Vide autem oro, hic iterum aliud eleemosynæ encomium, sicut illic in Tabetha. *Vir, inquit, pius & timens deum cum omni domo sua.* Audiamus nos quotquot domesticos negligimus. Hic autem & militum curam gerebat, & faciebat eleemosynam omni populo. Sic & dogmata & vita illius recta fuerunt. *Vidit in visione manifestè, circiter horam nonam, angelum dei ingressum ad se, & dicentem sibi, Corneli.* Quare videt angelum? Etiam hoc faciebat ad confirmationē maiorem Petri, immo non illius, sed aliorum infirmorum. Nona autem hora, quando curæ dimittebantur, & quies erat, quando in precibus & compunctione. *Vt autem intuitus est illum, & trepidus factus est, dixit.* Vide angelum non statim dicere ad quæ dicenda venerat, sed prius soluere metum, &

mentem illius sublimia contemplantem. Etenim aspectu territus erat, sed metu moderato, & solum animaduertentem faciente. Mox verba metum soluunt, immo laus in illis dicta quæ formidinis asperitatem mitigabat. Audi autem & qualia verba: *Preces tuæ ac eleemosynæ ascenderunt in memoriam coram deo.* Itaque nunc mitte in Ioppen, & voca Simonem qui cognominatur Petrus. Ne ad alium veniant, non à solo cognomine, sed etiam à loco manifestat virum. *Et ille est qui hospitatur apud Simonem quendam coriarium, cui est domus apud mare.* Vidisti quo modo, quia diligebant solitudines ac silentium, in secretiores vrbium partes ingressi sunt? Quid igitur si contigisset & alium Simonem esse, eundemq; coriarium? Vnde & aliud signum habebat, quod apud mare habitabat. Vir autem possibile erat tria illa vni competere. Et non dixit, quare, ne contristet illum: sed relinquit illum, ita vt desiderium habeat audiendi illum. *Vbi verò abiit angelus, qui locutus est Cornelio, quum vocasset duos seruos suos, & militem piū, ex his qui manebant apud illum, & narrasset illis omnia, misit eos in Ioppen.* Vides quod non simpliciter hæc dicit, sed vt ostendat, quod etiam hi qui cum illo, tales essent? *Et quum narrasset illis omnia, dixit.* Vide quam alienus est à fastu: Nō dixit, *Vocate mihi Petrum:* sed ita vt persuaderet, narravit omnia. Idq; singulari ratione faciebat. Non enim volebat id sola autoritate præcipere & accersere: idcirco nunc narrat, tam moderatus erat vir: tamen nihil magnum cogitari poterat de viro qui apud coriarium diuerterat. *Sequenti autem die quum illi in tria essent ac ciuitati appropriarent, ascendit Petrus in superiorem partem domus, vt oraret circa horam nonam.* Vide quo modo spiritus connectit tempora, & neque citius neque tardius facit hoc. Ascendit, inquit, Petrus in superiorem partem domus, vt oraret circa horam sextam, hoc est, seorsim, & in quiete, quasi in cœnaculo. *Et quum esuriret ac vellet somnare cibum, parantibus autem illis irruit super eum mentis excessus, & vidit cælum apertum.* Quid est hæc? Spiritualis, inquit, contemplatio facta est in illo: quasi diceret quis, anima excessit è corpore. *Et vidit cælum apertum, & descendens ad se vas quoddam, velut linteam magnum, quatuor initiis alligatum submitti è cælo in terram, in quouant omnia quadrupedia terre, bestiarq; & reptilia ac volatilia cæli. Et facta est vox ad illum, Surge Petre, macta & vescere. Autem Petrus, nequaquam domine, quia nunquam edi quicquam commune vel immundum. Et vox iterum secundo ad eum, Quæ deus purificauit, tu communia ne dixeris. Hoc autem factum est tero. Et rursum receptum est vas in cælum.* Quid nam hoc est? Symbolum totius orbis fit. Homo ille præpucium habebat, & nihil commune cum Iudæis. Quoniam igitur accusaturi erant omnes Petrum, tanquam præuicatorum, & hoc valde illis frequens erat, necessariò & tempestiuè inquit, Nunquam comedi. Nunquid ipse timuerat? Absit. Sed spiritus ita moderabatur eum, vt defensionem habeat contra eos qui reprehensuri erant, quod & contradixerit: nam magna cura illam legem seruabant. Ad gentes mittebatur, vt igitur & hæc illud non accusent, sicut iam dixi: hæc singulari dispensatione contigerunt, vel etiam ne videatur spectrum quoddam esse, dixit: *Nequaquam domine quia nunquam edi commune vel immundum. Facta est autem vox ad illum, Quæ deus purificauit, tu ne communia dicas.* Hoc videtur quidem ad illum dici, totum autem Iudæis dicitur: nam si magister increpatur, multò magis hi. Itaque linteam, hoc est, terra: bestie autem in illa, gentiles. Macta verò & comede, quod etiam illos accedere oporteat. Teritiò autem fieri, baptisma significat. *Minimè domine, quum*

109
1. Cor. 11. g
1. Cor. 11. g
1. Cor. 11. g

quum comedi commune vel impurum. Et quare, inquit, contradixit? Ne quis dicat, quod tentauerit illum deus sicut Abraham, quando iussit vt filium hostiam offerret, sicut & Philippum quando rogauit, Quot habetis panes? non vt discat, sed tentans illum. Quin & in lege Moses distinctè præceperat de mundis ac immundis, tam in terra, quam in mari. Attamen neque sic sciebat, adeò apud seipsum hæsitat Petrus, quæ nam esset visio illa quam vidisset. *Ecce viri qui missi erant à Cornelio percontati de domo Simonis asserunt ad ianuam. Et vocantes, interrogabant, an Simon qui cognominatur Petrus, illic haberet hospitium.* Quoniam admiraretur ac dubitaret Petrus, veniunt viri tempestiuè dubitationem soluentes. Quoniam & Iosephum prius permisit turbari, & tunc archangelum mittit. Facile enim anima solutionē accipit, quæ prius dubitauit. Itaque non diutius permittitur hæsitare, neque antea, sed commodissimo tempore. *Petro verò cogitante de visione, dixit spiritus ei, Ecce viri querunt te: Surge itaque & descende, ac vade cum eis, nihil hæsitans, propterea quod ego misi illos.* Est hic & alia defensio Petri ad discipulos, vt discat, quod & hæsitari didiceritq; non hæsitandum. Quia ego, inquit, illos misi. Vide quanta spiritus facultas. Quod autem facit deus, hoc spiritus dicitur faceatur. Verum angelus non sic. Sed primū dicens, *Preces tuæ ac eleemosynæ tuæ: tunc, inquit, mitte: vt ostendat quod illinc missus sit. Spiritus autem, quoniam dominus, Ego illos misi.* *Descendens autem in Petrus ad viros, dixit, Ecce ego sum quem queritis, ob quam causam adestis? Qui dixerunt: Cornelius Centurio, vir iustus, ac timens deum, & testimonium habens ab vniuersa gente Iudæorum, graculo admonitus ab angelo sancto, vt accederet te in domum suam, & audiret verba abs te.* Dicunt laudes, vt persuadeant, quod & angelus apparuit illi. Intra vocatos igitur eos excepit hospitio. Vides vnde initium fit gentium? A viro pio, qui operibus dignus est habitus. Nam si offenduntur Iudæi quum talis fuerit: si non fuisset talis, quid non dixissent? Introduce, inquit, illos hospitio excepit. Vide quanta securitas. Intus vocat, ne quid graue eis accidat, & fidenter visitat cum illis. *Sequenti verò die Petrus profectus est cum illis, & quidam ex fratribus Ioppen sibus comitari sunt eum. Postridie verò introierunt Casaream.* Nobilis erat vir, & in præclara degebat ciuitate. ideo apud illum omnia simul pulchrè geruntur, & ad Iudæa res accipit initium, vt pote quæ non dormienti, sed vigilanti interdiu acciderit. Circa horam enim nonam. Ita seipsum attendebat. Sed videamus iterum quæ supradicta: *Et dixit angelus, Preces tuæ ac ac eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam coram deo.* Hinc manifestum quod per vocem vocauit angelus, & ita vidit illum: quod si non vocasset, neque vidisset. Ita quibus vacabat, erat intentus. Et accerit Simonē, qui Petrus cognominatur. Iam quod ad vtilia illum vocet, manifestauit: qualia autem vtilia hæc, non addidit. Sic neque Petrus dicit totum. Sed vbique sunt succisæ narrationes, vt audientes excitent: sic & Philippum solum vocat in solitudinem: Ascendit autem Petrus in superiorem partem domus, vt oraret circiter horam sextam, & cecidit super illum mentis excessus, & videt vas quoddam quasi linteam. Vide quod neque fames cogit illum currere ad linteam. Vt autem non diu hæsitet, audit vocem dicentem. Vt autem non diu hæsitet, audit vocem dicentem, Surge Petre, macta, & ede. Forfan positus genibus orabat ac videbat visionem. Mihi videtur propter prædicationem hanc visam esse. Quod autem & diuinum fuerit quod videbat, manifestum quia supernè id quod videbat, descendebat: & quod vox inde afferbatur.

tur, & ter fiebat, & cælum aperiebatur, & quod illinc veniebat, & illuc rapiebatur, maximum autem indicium erat diuinè fieri. Quare autem hoc fit? Propter eos quibus erat narraturus. Quia ipse iam audierat. *In viam gentium ne abieritis.* Et ne mireris. Si enim circuncisione & sacrificio Paulus habebat opus, multò magis tunc in principio prædicationis, quum essent adhuc infirmiores, illis egebant. Et ecce viri, inquit, missi à Cornelio astabant ad ianuam, & vocantes, rogabant an Simon, qui cognominatur Petrus, illic haberet hospitium? eo quod vilis domus erat infra rogabant, non vicinis. Petro autem cogitante, dixit ei spiritus: Surge, descende, & vade, nihil hæsitatis, eo quod ego misi illos. Vide, non dixit, Propter hoc enim visio apparuit tibi: sed, ego misi illos: ostendens quod sic per suadere debent non exacturi pœnas. Sufficit enim illi ad omnem probationem, audire ab illo, *Fac hoc, loquere hoc:* & nihil amplius querere. Descendens autem Petrus dixit, Ecce ego sum quem queritis. Cur nam nō statim illos suscipit, sed querit? Vidit milites esse qui astabant. Ideo non simpliciter rogat, sed prius confessus esse se quem querebant, quærit causam aduentus, vt nē putetur propter hoc querere, quasi velit seipsum occultare. Et rogat vt si quidem opus, statim festinet & simul eat. Si autem minus, vt hospitio excipiat. Quare autem illi dicunt, Accerit te in domum suam? quia hoc illis præcepit. Fortassis autem & quasi rationem pro illō dantes dicunt: Ne desperes, non quasi contemnens misit, sed præcepit sic. Cornelius autem expectabat illos, conuocatis cognatis suis & necessariis amicis. Meritò: nō enim iustum fuisset etiam cognatos & amicos non simul adduci. Et aliter, & illic presentes magis quam illi audissent. Vidistis quanta eleemosynæ virtus, & in priore, & in præsentī sermone. Illic à temporali morte liberati, hic ab æterna, & ianuas aperuit cæli. Vide etiam quanti fecerit quod credat Cornelius, vt & angelus missus, & spiritus operatus, & princeps apostolorum accersitus, visionemq; talem vidit, & nihil omnino intermissum est. Quot fuerunt Centuriones & Chiliarchi & reges, & nullus horum assequutus est quæ ille. Audite omnes qui in militia estis, qui regibus assistitis. *Pius erat, inquit, ac timens deum.* Et quod maius, *Talis erat cum omni domo sua.* Ita erat huic rei intentus ac affectus, vt non solum sua bene constitueret, sed etiā in ministris suis istuc ipsum faceret. Nō enim sicut nos qui omnia facimus, vt nobis timendi sint ministri, at pij non ita. Et hic non sic, sed cum omni domo sua deum timebat: non solum enim quasi communis pater eorum qui cum ipso erant, sed etiam militum qui ei suberant. Audi autem & quid aliud dicunt. Necessario enim appositū est quod testimonium habebat ab omni populo, ne quis dicat: Quid enim, licet præpucium habeat? Et illi, inquit, testimonium ei dant. Igitur nihil eleemosynæ par est. Immo tam magna rei virtus est, quando ex penuariis puris profunditur, vt ea quæ ex iniustis promuntur comparentur luto, immisso in fontem: quæ autē ex iusto lucro, flumini quod pellucidum & purum in horto, dulce quidem aspectu, dulce etiam contactu, dans leue ac frigidum in meridie. Iuxta hunc fontem, non pini & quercus, neque cyparissi: sed plantæ illis multò proceriores, amor dei, laus hominum, gloria quæ in deo, beneuolentia ab omnibus, peccatorum abolitio, multa fiducia, opum contemptus: Eleemosyna autem per quam charitatis planta nutritur: Nihil enim ita charitatem fouere solet, ac dum quis

Mat. 20. d

se misericordem exhibet. Hic ramos in sublime erigi facit. Hic melior fons eo qui est in paradiso, non in quatuor diuisus initia, sed in cœlum ipsum surgit. Hic parit flumen illud quod salit in vitam æternam, in hunc si mors incidit, tanquam flamma à fonte consumitur sic: ubi irrorarit, magna operatur bona. Hic, ignis flumen extinguit, vt scintillam. Hic vermem ita suffocat, vt nihil fiat. Qui illum habet, non stridet dentibus. Ab aqua ista si irrorat in vincula, soluit eas: si in caminos incidit, totas extinguit. Itaque quemadmodum in horto fons nō nunc quidem profundit flumina, nunc verò arefcit, alioqui non esset iam fons, sed semper scaturit, ita & nos, semper largius profundit flumen in eos qui maximè indigēt misericordia, vt maneat fons. Hoc hilarem facit eum qui accipit. Hoc eleemosyna est, nō solum emittere flumen rapidum, sed etiam limpium. Si vis quasi ex fontibus tibi implui dei oleum, & tu fontem habe. Nihil illi par. Si tu huius fontis aperueris ora, fontis dei talia erunt ora, ita vt omnium abyssum vincant. Occasionem solam quærit à vobis accipere deus, & profundit ex penuriis suis bona. Quando infumit, quando sumptus facit, tunc dicitur, tunc abundat. magnum illius fontis os, purum eius flumen ac limpium, si hunc non obturbaueris, neque illum. Nulla sterilis stet apud illum arbor, vt ne humorem illius absumat. Habes diuitias, ne planta salices illuc. Talis est enim voluptas, multa infumit, & nullum in se ostendit fructum sed perdit: ne plantas populum, ne tiliam, neque aliam talem quandam, quæ sumptum quidem postulant, fructum verò negant. Tales sunt vestium delicia, pulchræ aspectu: ceterum inutiles. Imple arboribus omnia vtilia, planta in pauperum manibus, quæcunque volueris, nihil hac terra pinguius, quamuis parua sit capacitas munus, attamen in ipsum peruenit cœlum arbor quæ plantatur. Iam quod plantatur in terra, licet non modò, attamen post centum annos fructum affert. Quid plātas arbores, quibus non frueris: Priusquàm fruaris, præripit te mors. Hæc arbor quando mortuus fueris, fructum tibi afferet. Si plantas, ne in gastrimargiæ plantas ventre, vt ne in fecesum fructus exeat, sed planta in vtero afflicti & ieiunantis, vt saliat in cœlum fructus. Refocilla pauperis animum quæ in angustiis est, vt ne spaciosam tuam arctes. Non vides quòd arbores quæ sine fine ac modo rigantur, à radice corrumpuntur: quæ autem cum modo, crescunt. Sic sanè & tu, ne tuum ipsius ventrem supra modum riges, ne corrumpatur radix arboris, Potasitientem, vt fructum feras. Quæ in tempore rigantur, non corrumpit sol: quæ autem absque modo, corrumpit. Talis enim Solis est natura. Vbi que malum, vbi non est mediocritas. Ideo demamus aliquid cupiditati, vt & nos assequamur quæ cupimus. In summis locis, fontes dicuntur nasci. Igitur simus & nos anima sublimes, & statim misericordia diffluet. Non potest enim fieri summam animam non etiam misericordem esse, & misericordem non esse summam. Itaque contemnens diuitias, radice malorum superior est. Fontes in solitudinibus sunt magna ex parte. Et nos animam à turbulentia educamus, & scaturiet apud nos eleemosyna. Fontes quò magis purgantur, clariores sunt. Sic sanè & nos, quò magis infumemus, tantò magis bona scaturient. Qui fontem habet, non timet. Si igitur & nos habuerimus eleemosynam fontem, non timebimus. Etenim ad potum, ad rigationem, ad ædificium, ad omnia nobis vtilis est hic fons. Nihil

A fonte hoc melius, non solet ille ebrietatem inducere. Melius talem habere fontem, quam auri fontes fluentes aureis glebis. Mulier quæ hoc fert aurum, animam non enim in hæc regna, sed in ea quæ sursum sunt, aurum simul concedit, ornatúsque fit ecclesiæ dei. Ex hoc auro gladius efficitur spiritus, gladius per quem draco abscatur. Ex hoc fonte lapides promanant preciosi, qui ad caput assumuntur regis. Ne igitur negligamus tãtas diuitias, sed inferamus eleemosynam cum largitate, vt consequamur misericordiam dei, Gratiæ & miserationibus vnigeniti illius filij, cui etiam gloria, honor, & imperium, cum sancto spiritu in secula seculorum, Amen.

Sequenti verò die surgens Petrus, profectus est cum illis. Quidam autem fratres Ioppenses comitari illum, simul ingressi sunt in Casarem: Cornelius verò expectabat illum, vocatis cognatis & necessariis amicis suis.

Homilia xxij.

Rostquam hospitaliter tractauit viros, profectus est cum illis. Bene, prius beneuolum scilicet præbet, vt pote ex itinere fatigatis, & familiaribus sibi reddidit, & tum tandem profectus est. *Sequenti verò die, inquit, surgens Petrus, profectus est cum illis. Quidam autem fratres Ioppenses. Non solus, sed & alij veniunt cum eo, id quod singulari ordinatione contingit, vt essent postea testes, quado Petro opus defensionis. Cornelius verò expectabat illum vocatis cognatis & necessariis amicis suis. Hoc amici officium, hoc pij, in talibus benis, necessarios amicos facere socios. Merito hos conuocat, quibus fidebat, & cum quibus de talibus semper egerat, quæ frustra cum aliis tractasset. Mihi autem videntur amici & cognati ab ipso fuisse instituti. *Plurimò aduenit Petrus, occurrens Cornelius illi, & cadens ad pedes, adorauit. Petrus autem erexit illum, dicens: Surge, nam & ego homo sum.**

Hoc faciens humilitatem suam ostendit, & alios docuit, deoque gratias agit, ac declarat quòd licet iustus sit, tamen & per se multam habeat promptitudinem. Quid igitur Petrus: Surge, nam & ego homo sum. Vides quo modo præ aliis illos docent, nihil de se magnum sentire. *Et ingressus colloquebatur cum illo, & inuenit multos qui simul aderant, dixitq; ad illos: Vos scitis quòd non esse hominem Iudæam adhaerere alienigenæ. Vide vt statim de diuina misericordia disserit, monstrans quòd magnalibus bona deus concesserit. Non solum autem hoc admirabile hic est, quòd talia disserit, sed quòd aliquo modo simul & sublimia loquitur, & modestiæ rationem habet. Non enim dixit, Non dignamur accedere aliquos homines, & venimus ad te. Sed quid? Vos scitis quòd deus hoc iussit, inquit, iniustum esse adhaerere vel accedere alienigenam. Deinde vt ne in illo gratiam statuatur, subdit: *Et mihi deus ostendit nullum cõmunem vel mundum dicendum hominem. Hoc apponit, ne videatur adulari homini. Ideo & absque contradictione veni accersitus: Quod quamuis in hoc legem præuaricaretur, quia veniat, totum deo imputat. Non solum non adhaerere, sed neque accedere liceat, inquit. Obedio igitur sermone, sed primùm vult illos confiteri, & fidei mancipare. Quid igitur Cornelius: nō enim dixit: Nōne dixerunt tibi milites: sed vide quam mansuetè ac humiliter. *A quarto die usque in hanc horam eram ieiunans, & non a hora orans in domo mea. Et ecce vir stetit coram me in vestitu splendido. Et inquit, Corneli, exaudita est oratio tua, & eleemosyna tua ascendit in memoriam coram deo. Et nona hora, inquit, orans. Quid est hoc?***

Rom. 2. b

est hoc? Mihi videtur, & tempora vite religiosæ sibi cõstituisse. Et in aliquot diebus: propter hoc enim dixit, A quarto die. Vide, quanta sit oratio, quantum se induiserit pietati. Tunc apparet illi angelus. Ille vnus dies erat, & quando abierunt missi, iterum vnus: & quando venerunt, iterum vnus: & quarto die apparuit, ita vt sit secundus dies post quem orauerat. Et ecce vir stetit coram me in vestitu splendido. Nō dicit angelum, ad eum alienus erat à fastu. Et inquit: Corneli, exaudita est oratio tua, & eleemosyna tua in memoria habitæ sunt coram deo. *Mitte igitur Ioppen, & accersit Simonem qui cognominatur Petrus, hic agit hospitem in domo Simonis cõriarij iuxta mare, qui vbi aduenit, loquitur tibi. Ex hac igitur hora misi ad te. Tu autem bene fecisti qui aduenisti. Nunc ergo omnes nos coram deo assumis, vt audiamus omnia quæcunque tibi præcepta sunt à deo.*

Idcirco dixit, qua ratione accersistis me vt hæc sic dicat verba? *Aperiens autem Petrus os, dixit, In veritate comperio quòd non est personarum acceptor deus, sed in omni gente qui timet illum, & operatur iusticiam, acceptus illi est. Hoc est, siue præpuciatu sit, siue circumcisus. Hoc & Paulus manifestans, Non enim est personarum acceptio apud deum, dicit. Nunc igitur assumus omnes, inquit, coram deo. Vide quanta fides, quanta pietas. Sciebat Petrus nihil humani dicturum, quum dixisset, Deus monstrauit mihi. Ideo & assumus vt audiamus omnia quæ præcepta sunt tibi à deo, dicit. Quid igitur? Nunquid acceptus illi est is qui in Perfide agit? Si fuerit dignus, hac ratione acceptus erit vt assequatur fidem. Hinc etiam Eunuchum ex Aethiopia non despexit. Et quid dicit quis, dicis de his qui deum colunt, & despecti sunt? Absit. Nullus qui deum colit, despicitur. Non enim possibile est, vt quis vlla in gente despiciatur vnquam. In omni enim, inquit, gente, qui timet deum, & operatur iusticiam, iusticiam vocat omnem virtutem. Vides vt deprimat illius arrogantiam ne sublime de se sentiat, dicendo, In omni gente qui timet deum, acceptus illi est. Quasi dicat, nullum repellit, omnes admittit credentes. Deinde vt ne putentur esse inter abiectos, adiicit:*

*Sermonem quem misit filiis Israel, euangelizantem pacem per Iesum Christum, hic est omnium dominus. Hæc dicit propter præsentem, vt & illis persuadeat. Idcirco facit & Cornelium loqui. Sermonem, inquit, quem misit filiis Israel. Vide, dat his priuilegium, mox & illos testes adhibet, dicens, Vos scitis verbum quod factum per totam Iudæam, quod incepit à Galilæa post baptisma quod prædicauit Ioannes. Quòd sic habeat ex sequentibus, firmat: *Iesum Nazarenum quo modo vnxit illum deus in spiritu sancto & virtute. Non dixit, Scitis Iesum. Nesciebant enim, sed quæ ab illo facta erant, pertractat. Qui ambulauit benefaciendo & sanando omnes oppressos à diabolo. Hinc ostendit multas cæcitates diabolicas & corruptiones corporis ab illo factas. Quia deus erat cum illo. Iterum humilia loquitur, non simpliciter opinor, sed propter humanitatem.**

Et nos testes omnium quæ fecit, tam in regione Iudæorum, quam in Hierusalem. Quem & interemerunt suspensum in ligno. Hic passionem prædicat. Hunc deus suscitauit tertio die, & posuit illum vt manifestus fieret, sed testibus his qui præordinati erant à deo, nobis scilicet qui comedimus & bibimus cum illo post resurrectionem à mortuis. Hoc maximum resurrectionis argumentum est. Et præcepit nobis prædicare populo & testificari, quòd ipse est, qui definitus est à deo index viuorum ac mortuorum. Magnum etiam hoc, vt demonstret fide dignos. At ille etiam testimonium adhibet, dicens, Hinc omnes propheta testimonium perhibent, quòd remissionem peccatorum accepturus sit per nomen illius, omnis qui credit in illum. His quid post

Tomus tertius.

A hæc futurum prædicebatur: quòd vt corroboraret, prophetas tempestiue testes adhibet. Sed videamus iterum ea quæ de Cornelio dicta. Misit, inquit, in Ioppen, vt accerferent Petrum. Omnino venturum credidit, & propterea mittit. Et colloquens cum illo, dicit, intrauit. Quid nam colloquens? hæc opinor loquens, quæ scilicet antea dicta sunt: & quum cecidisset ad pedes, adorauit. Vide sermonem ab adulatione alienum, & per omnia humilitate plenum. Hinc dignus monstratur & ille Eunuchus. Iussit enim, inquit, Philippum vt ascendat & sedeat in curru, quamuis nesciret quis esset. Vides mores sine fastu? Tu autem oro considera, quò modo Petrus diuinam suam loquendi audaciam ostendit, dicendo, vos scitis quòd non licet. Et quare non dixit statim linteum? quia erat valde alienus à vana gloria, nam dicit quidem quòd missus erat à deo, quò modo autem non item, sed quando oportebat, tunc dixit, Vos scitis quòd non licet Iudæo adhaerere, vel accedere ad alienigenam. Ita erat expertus vana gloriæ: Vos scitis, hoc dicens, etiam illorum sententiam admittit. Quid igitur Cornelius? Assumus, inquit, coram deo, vt audiamus omnia hæc quæ tibi præcepta à deo: non dixit coram homine, sed coram deo, ostendens sic oportere accedere seruos dei. Vidistis mentem excitatam & vigilem? vidistis illis omnibus dignum? *Aperiens autem inquit os, dixit: In veritate comperio quòd non est personarum acceptor deus. Hoc & ad Iudæos præsentem defendendi gratia dicebat. Habiturus enim ad illos sermonem hoc tanquam defensionem præmittit. Quid igitur? num antea personarum acceptor erat? Absit, quia & antea sic erat. Omnis enim qui timet deum, & operatur iusticiam, inquit, acceptus illi erit. Hoc & Paulus scribens dicit, Quado enim Gentes legem non habentes, natura quæ legis sunt faciunt, etiam dogma adhibet, & instructione. Nam si Magos & Eunuchum non despexit, neque latronem, neque meretricem: multò magis eos qui faciebant iusticiam & volebant, omnino non despiciet. Cur igitur, quòd sunt humani & faciles homines, & credere nolunt? Ecce causam dixisti, quòd noluit. Et aliter: Iustus hic dicit nō simpliciter benignum & humanum, sed eum qui operatur iusticiam, hoc est, eum qui in omnibus virtute præditus est. Quis igitur talis est, vt habeat timorem vt oportet, solus deus nouit. Vide quo modo erat hic acceptus. Mox vt audiuit etiam obediuit. At dicit quis, Etiam nunc nemo est qui non obediret adueniente angelo? At nunc multò maiora sunt signa quam hæc fuerunt, & nihilominus increduli multi. Deinde doctrinam incipit, & Iudæis nobilitatem seruat. *Sermonem, inquit, quem misit filiis Israel, euangelizantem pacem, hic est dominus omnium. Primùm de dominatione illius disserit, multumq; sublimiter. Quia ad hominem loquebatur eximium iam factum, & alacriter suscipientem omnia quæ à se afferbantur. Deinde præparat sermonem quo modo dominus omnium addit ac dicit, Quem misit euangelizantem, hoc est, ad bona vocantem, non iudicium intentantem. Hinc ostendit quòd hic à deo Iudæis primùm missus est: deinde ab his quæ per totam Iudæam facta sunt: hoc simul ostendit & dicit, Vos scitis, verbum quòd factum per totam Iudæam. Etiam hoc mirabile, quum incepit à Galilæa post baptisma quod prædicauit Ioannes. Prius dixit ipse opus, & tunc fidenter loquitur de eius patria, dicendo, Iesum à Nazareth. Sciebat enim quòd patria offendebat. Quo modo vnxit eum deus spiritu sancto & virtute. Iterum præparat, vt ne quis dicat, vnde**

Rom. 2. b

hoc manifestum addit, dicens, Qui ambulauit benefaciendo & sanando omnes oppressos à diabolo. Postea cum bonis quæ fecerat, ostendit etiam potestatem quod plurima esset ac magna. Et causa, Quia deus erat cum illo, inquit. Propter hoc & Iudæi sic dicebant, Scimus quod à deo venisti, magister: nullus enim hæc signa potest facere, nisi deus sit cum illo. Deinde ubi ostendit quod à deo missus, tunc dicit quod occisus est, ne quid absurdum imaginis. Vides illos nusquam occultare crucem, sed cum aliis & modum ponere. *Quem & occiderunt, inquit, suspensum in ligno.* Et posuit illum ut manifestus fieret non omni populo, sed testibus qui præordinati à deo, nobis. Quauis ipse illos elegerat, attamen & hoc refert in deum. His qui præordinati, inquit. Vides unde resurrectionem stabilit, à comedendo. Quare autem non resurgens fecit signum, sed comedit, ac bibit? Quia & resurrectio ipsa per se magnū signum erat. Nihil autem ad ostendam illam maius, quam comedere ac bibere. Testificari inquit. Hinc etiam cum terrore dixit, ne possent ad ignorantiam confugere: & non dixit, Hic est filius dei, sed quod maximè illos terreat. Hic est præfinitus à deo iudex viuorum ac mortuorum. Deinde valida est argumentatio à prophetis. Illi enim in magna existimatione habebantur. Huic omnes prophetae testimoniū dant. Postquam timore concussit, tunc & addit veniam, non ab illo, à prophetis dictam. Et hoc quod terreat, ab illo dictum: quod autem blandius erat, à prophetis sumptū. Quotquot hanc remissionem assequuti estis, quicumque fidem hanc adepti, scitote doni magnitudinē: obsecro, date operam ne benefactorem contumelia afficiatis. Obtinuimus enim remissionem, ut ne deteriores efficiamur, sed multo meliores ac præstantiores. Nullus igitur dicat, deus nobis auctor malorum est, dum non punit nec vindicat. Dic enim oro, si princeps apprehensum homicidam, liberum dimittat: nunquid iudicatur esse auctor sequentium homicidiorum? Minimè. Et quo modo audemus hoc impiis linguis permittere ut blasphement: non reueremur, nec horremus. Quid enim nõ dicunt: quid non loquuntur? Ipse illis permisit, aiunt. Eos enim qui pœna digni erant, non oportebat aut honorare, aut coronare, aut primatu euehere, sed punire ac vlcisci: At ille nihil horum illis faciens, sed pro his etiam honorans, tales illos efficit. Oro & obsecro, ne sic loquamini, nullus hanc vocem à nobis emittat. Satius fuerit sexcenties defodi, quam deum audire talia per nos. Dicebat ad illum & Iudæi, Qui destruis templum, & in tribus diebus illud excitas, salua teipsum. & iterum: Si filius dei es, descende de cruce. At hæc blasphemia illis multo grauiora. Absit igitur, ne dicatur à nobis, deus maliciæ doctor, ne sic blasphemando ipsi rei efficiamur & digni suppliciis. Propter vos, inquit, nomen meum blasphematur in gentibus. Demus operam, ut alia de nobis dicantur, viuentes ut decet illum, qui nos vocauit, & eos qui adoptionis filiorum baptisma acceperunt. Profecto magna est baptismatis virtus, participes doni alios ex aliis facit. Non sinit esse homines, homines. Fac ut credat Paganus, quia magna est spiritus potentia ut transformet, moresq; compositos reddat. Cur expectas extremam respirationem, sicut fugitiuus, sicut malefactor, sicut non debens deo viuere? Quare sic afficeris, quasi inhumanum & crudelē quendam dominum fortitus sis? Quid frigidius, quid inferius his qui illuminationem non accipiunt? Amicum te fecit deus, & omnibus dignatus est bonis, ut & ipse

Matt. 27. d
 & Mar. 15. c
 Matt. 27. e
 Roma. 2. d

facias ea quæ amici sunt. Dic oro mihi, si multis quempiam contumeliis, & innumeris probris profcideris, & in illius incideris manus, ille autem pro his omnibus te honoret, & omnia sua communicet, & inter amicos quum contumelia affectus sit, nihilominus te coronet, & dicat quod habeat ut germanum filium, deinde statim moritur, nõne damnum putasses? nõne dixisses, Vellem illum viuere, ut possem rependere, ut rependam, ut ne ingratus videar erga benefactorem. Iam si hoc homini facimus, ubi autē deo debitor es, vis abire ac mori, ne benefactori propter tot dona rependas? Quin potius tunc te illi adiunge, quando potes parua rependere. Cur fugis? cur tremis? cur metuis? Etiam, inquit. Sed non possum me continere à viciis. Igitur ne impossibilia præcepit tibi deus? Hinc omnia confusa sunt: propter hoc mundus corruptus est, quod nullius scopus est viuere iuxta deum. Proinde catechumeni hoc curantes, nullum studium collocant in emendanda vita. Qui verò iam illuminati, alij quidem, quoniam quum paruuli essent, baptisma susceperunt: alij verò quum infirmi, carent alacritate viuendi iuxta deum, & neque illi studiosi sunt. Qui autem & sani baptizati sunt, etiam ipsi paruam diligentiam præ se ferunt, & principio quidem præsentis valde feruidi sunt, postea autem & ipsi ignem extinxerunt. Nunquid non potes negociari: nunquid ab vxore te secludo: interdico tibi fornicationem. nunquid iuberis patrimonium dissipare? abiciere auariciam & rapinam, nunquid cogaris ut omnia eroges? Pauca quædam ex his quæ tibi abundant, petuntur indigis. Abundantia nostra, inquit, illorum inopiæ subueniat. Et neque hoc persuademus. Non enim cogimus ieiunare, prohibemus autem inebriari, & ventri indulgeri. Ista amputemus quæ scditatem tibi afferunt, quæ etiam ante gehennam iam sunt fugienda & odio digna. Etiam ipse hoc fateris, num oblectari & gaudere simpliciter decet? sed non fœdè nec indignè. Quid times? quid tereris? quid tremis? Ibi nuptiæ, ibi opum possessio, ibi conuenientes cibi, & quæ nam peccati occasio? Sanè exteri diuersa imperant, & obedientes inueniunt. Non enim ex his quæ suppetunt, exigunt, sed dicunt, Tantum dare oportebit, etiam si prætexas paupertatem, neque sic desistunt: Christus autem non sic, sed iubet ex his dare quæ habes, & in primo te ordine constituam. Iterum illi, Si vis, aiunt, clarescere, relinquito patrem, matrem, cognatos, & sedulus assis in aula regia, in laboribus, in miseris, in seruitute, in variis occupationibus, & innumera ferens mala: Christus autem non sic, sed sis in domo cum vxore, cum pueris, & illos ipsos institue, & bonis moribus instrue, ut quietam & sine periculo vitam agas. Etiam, inquit, sed ille opes pollicetur. At qui hic noster regnum, immo & cum hoc opes. Quare? inquit, regnum cœlorum, & hæc omnia adiicientur vobis. Et ille quidem, neque in augmenti partem: hic autem etiam purè concedit. Iunior fui, inquit, etenim senui, & non vidi iustum derelictum, neque semen eius quærens panes. Incipiamus igitur virtutes, ponamus initium, apprehendamus illam duratam, & videbis qualia bona. Nunquid enim absque labore, illa operaris, quod dum hæc aggredi oportet, mollior & ignauior es? Etiam, inquit, illa absque labore, hæc verò cum labore. Absit, minimè ita est: sed si verum dicere oportet, Illa cum labore, & hæc absque labore multo si vellemus, perficiuntur. Oro igitur ne abhorreamus à sacris mysteriis. Ne hoc spectes, quod

2. Pet. 3. c

is qui

117

is qui antè illuminatus, hoc est, baptizatus: improbus factus est, & à spe sua excidit, & teipso segnior fiat. Quoniam & inter milites videamus quosdam militia non ut oportet fungi, quosdam verò insignes ac præstantes esse, & non attendimus ignauos, sed bene operantes imitamur. Apud illos considera, quot post baptisma angelii pro hominibus facti sunt. Timete, quoniam incerti sumus, quid postea futurum si nunc fuerimus negligentes. Sicut fur in nocte, ita venit mors. Neque sinitolice sicut fur, sed dormitibus nobis insidiatur, desidesq; apprehensos abducit. Idcirco incertum voluit deus esse quanto tempore duraturi simus, ut expectatione incerta, virtutem amplexemur semper. At misericors est, inquit. Quandiu frigidum hoc & ridiculum verbum dicimus? Ego nõ, quod misericors sit deus dico solum, & ibi sermonem sisto, sed quod nihil sit misericordius illo, & quod vtiliter omnia quæ nobiscum sunt, dispensat. Quot vides per omnem ætatem elephantiasii laborare, quot item à prima ætate oculis orbos vsque in senectam, & alios postea excacatos, alios egestate premi, alios in vinculis, alios in metalli fodinis simul contumulari, alios in bello interimi? Num sunt hæc misericordie opera, dic oro: non posset hæc si vellet prohibere? sed sinit. Etiam inquit. Tu autem dic oro: Quare qui à prima ætate cecit? Non dicam, donec pollicearis mihi quod illumineris, quod illuminatus viuas rectè, non licet mihi talia inuulgare. Neque enim voluptatis gratia sermo est: nam licet hanc soluam, alia tamen succedet quæstio. Abyssus enim quæstionum scriptura est. Vnde non solum docet, ut asuehamus, quere ut quædam soluantur, sed etiam ut nõ quarantur. Quoniam quæstionum nullus erit finis. Ecce enim si hanc soluero, mille aceruos ostendam quæstionum: adeoq; discimus magis querere quam quæsitæ soluere. Neque enim si soluerimus, omnino soluimus. Sed iuxta humanam rationem propria horum solutio. Fides est scire, quod omnia iuste & misericorditer deus ac vtiliter facit. Quia possibile non est quod ratio illa capiat. Vna hæc solutio est, & hac non est alia melior. Quod enim, dic mihi, solutionis opus: omnino ne vltra quæras quod solutum est. Et si hoc tibi ipsi persuaferis, quod prouidentia dei omnia dispensentur, alia quidem permittens ob causam sibi cognitam, alia verò operans, liberaberis à quæstionibus, & solutionis lucrū acceperis. Redeamus autem ad institutum. Igitur quoniam vides tot in suppliciis, hæc autem omnia permittit Christus, vt ere sanitate corporis in sanitatem animæ. Sed dices, Quid mihi opus laboribus & ærumnis, licet absque labore omnia perficere? Hoc sanè minimè manifestum est. Contingit enim non solum absque labore non absolui, sed & mori omnia habentem. Veruntamen & hoc manifestum. Neque hic sermo tolerabilis est. In certamen traxit, arma posita sunt aurea, opus est ut illa in manus accipias. Si autem vis sine gloria feruari, & nihil boni operari, dic oro, Si bellum insurgat, & rex adsit, & alios quidem videas in medias turmas hostium irruere, & multa vulnera recipere, variaq; facere: alios autem in singulare certamen descendere & pugnare, alios admiratione ac plausu & coronis: Alios verò iterum, si nihil patiatur mali, in extremo ordine federe & quiescere: deinde finito bello, illos quidem vocari ut recipiant donaria magna, & celebrentur: horum autem ne mentionem quidem fieri, sed salutem illis pro retributione bonorum esse: ex quorum numero esse velles: nam si la-

A pideus esses, si & infensatis & inanimatis ignauior, nõne ex illorum numero multis nominibus magis esse velles? Profecto oro & supplico, nam si etiã pugnantem cadere oporteat, nõne dignum vt hoc cum alacritate eligant? Nõne vides eos qui in bellis istis cadunt, quam sint clari & nobiles, etiam si moriantur, & vltra à rege suo nõ possint honorari? Longè autem aliter euenit in hoc bello, assiste cicatrices habes, quas concedatur nobis omnibus ostendere, etiam absque persecutionibus: In Christo Iesu domino nostro, cum quo patri simul ac sancto spiritui sit gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Ab hac loquente Petro verba hæc, cecidit spiritus sanctus super omnes, qui audiebant sermonem, & obstupuerunt qui ex circumcisione erant fideles, quotquot venerant cum Petro, quod etiam super gentes donum spiritus sancti effusum esset: audiebant enim illos loquentes linguis, & magnificantes deum.

Homilia xxiii.



Ide dispensationem dei, non permisit absolui sermonem, neque ex præcepto Petri fieri baptismum, sed ubi exhibuerant se mète admirabili, quauis doctrina principium esset, & crediderunt omnino baptisma esse remissionem peccatorum, tunc aduenit spiritus. Hoc autē fiebat deo magnam defensionem Petro hac dispensatione afferente. Non simpliciter autem spiritum accipiunt, sed linguis loquebantur, id quod & obstupescit eos qui simul venerat: lam quær nam res hæc sic constituta? propter Iudæos. Etenim illis hoc valde molestum erat. Ideo hoc totum deus agit, & Petrus ferè simpliciter adest, ut dicat quod oporteat posthac illos accedere ad gētes. Et quod propter hæc oportebat illud fieri, ne mireris. Vbi enim post tanta etiam in Cæsarea & in Hierosolymis cōtrouersia sit, quid non factum esset, nisi hæc simul accidissent? Idcirco hæc cum excellentia quadam fiebant. Vide autem quo modo & Petrus accepta occasione excusat. Quod autem post occasionē respondet, audi euangelistam narrantem ac dicentem. *Tunc respondit Petrus, Nunquid aquam prohibere poterit quis, ut baptizentur hi, qui scilicet spiritum sanctum acceperunt, sicut & nos?* Vidisti quod causam retulit: & quo modo laborauit, ut hoc enunciaret hanc dudum sibi mentem fuisse? Nunquid aquam, inquit, prohibere quis poterit? Ferè enim, hoc est, contradicentis, prohibentibus & dicentibus quod non oportet hoc fieri. Totum factum est, inquit, quod magis necessarium fuit baptismum, quo & nos baptizati sumus. Imperauit illos baptizari in nomine Iesu Christi. Postquam pro se rationem reddidit, tunc præcepit baptizari, docens illos re ipsa. Adeo molestum erat Iudæis, & propter hoc prius se defendit, quauis res ipsa clamarent, & tunc præcepit. Tunc rogauerunt illum, ut maneret per dies aliquot. Hinc postea meritò etiam bona fiducia illic permanet. *Audierunt autem apostoli & fratres qui erant per Iudæam, quod & gentes acceperunt verbum dei. Et quando ascendit Petrus in Hierusalem, expostularunt cum illo hi qui ex circumcisione erant, dicentes, Ad homines præpucium habentes ingressus es, & comedisti cum illis.* Post hæc contentebant hi qui ex circumcisione erant, non apostoli. Quid est *ἀνεπιβαίνο*, expostularunt. Offendebantur, inquit, non parum, & vide quid prætexant: non dicunt, Quare annunciaisti, sed quare simul edisti. At Petrus non in hoc frigidum dicto morabatur. Reuera enim frigidum erat, sed in magno illo dicens, Si spiritus participes fuerunt & illi, quo modo hoc non erat commu-

Cap. XI.

r iij nicandum

nicanandum? Quo modo igitur in Samaritanis hoc non factum est, sed contrarium? Etenim non solum antea baptisma factum non est, sed neque post baptisma, & non indignati sunt, sed magis re audita miserunt aliquos in hoc opus. Verum neque istud obiiciunt: sciebant enim quod diuinæ gratiæ esset, sed quare simul edisti, dicunt. Et aliter, Magnū & ferē infinitum discrimen erat inter Samaritanos & gētes. Vel etiam singulari dispesatione accidit illum reprehendi, ut hi discant, non enim ren obiter Petrus narrauit. Vide autem quā alienus sit à factu & vana gloria. Incipiens enim Petrus inquit, exposuit illis per ordinem dicens: *Ego eram in ciuitate Ioppe orans. Et non dicit quare, vel qua occasione. Et videbam in raptu mentis visionem, descendere vas quoddam, sicut linteam magnum quatuor initiis demissum de caelo, & venit usque ad me. In quod intentis oculis consideravi, & vidi quadrupedia terre, & bestias, & reptilia, & volatilia caeli. Audiui autem vocem dicentem mihi, Surge Petre, macta, & occide. Quid per hæc dicere vult? Sufficiebat, inquit, vel hoc persuasibile, spectatum esse linteam, veruntamen & vox adhibita est. Dicebam autem, Minime domine, quia commune vel immundum nunquam intravit in os meum.* Vides: Feci, inquit, quod meum: dicebam quod nunquam comedi. Hoc ad id quod dicebant illi, Ingressus es & simul edisti cum illis, respōdit, non autem ad Cornelium, neque enim necesse erat.

Respōdit autem mihi secundo vox de caelo, Quæ deus mundauit, tu ne communis dixeris. Hoc autem factum est tertio. Et iterum raptus sunt omnia sursum in caelum, & ecce mox tres viri asiterunt ad domum in qua eram, missi à Caesarea ad me. Narrat ea quæ necessaria erant, alia verò obtinet, immo per hæc & illa probat: & vide quo modo rationē reddit, & non vult doctoris autoritate vti, sciebat enim quod quod modestius loqueretur, hoc magis eis prodesset. Nunquam ingressum est, inquit, in os meum commune vel immundum. Et sic totum negocium defendebatur. *Et ecce mox tres viri astabant ad domum in qua eram. Dixit autem mihi spiritus, ut irem cum illis nihil hæsitans.* Vides quod spiritus est legislatio? *Venerunt autē mecum & sex illi fratres.* Quid humiliter Petro, qui ad hoc etiam fratrum adhibet testimonium? *Venerunt autem mecum sex fratres, & ingressi sumus in domum viri, & annunciauit nobis, quo modo viderit angelum in domum suam missum, & dicentem sibi: Mite in Ioppen viros, & accersere Simonem qui cognominatur Petrus, qui loquetur verba ad te, per quæ saluus eris tu & omnis domus tua.* Et non dixit ea quæ ab angelo dicta erant Cornelio, Orationes tuæ & eleemosynæ tuæ ascenderūt in memoriale coram deo. Ne scilicet illis tribuat, utpote nihil magnum habentibus. Loquetur verba ad te, per quæ saluus eris tu & omnis domus tua. Vides quo modo festinat propter id quod dixi, Et nihil de humanitate viri dicit. Igitur quū spiritus missus sit, & deus miserit, & illinc per angelum euocatus sit, hinc vrgeat & soluat differentiam rerum quid faciendum erat. At nihil horum dicit, sed à posteriore confirmat, quod & iuxta illud testimonium fit omni controuersia carens. Et quare dicit: Non hoc factum est solum ex superabundantia deo, ut demōstretur etiam initium non ab apostolo. Si autem sua sponte motus illuc profectus esset, nihilq; horum accidisset, plurimum perculsi ac attoniti facti fuissent. Et sic iterum illorum mentem capit, dicens ad illos, qui scilicet spiritum sanctum acceperunt sicut & nos. Et iterum, *Quumq; inciperē ego loqui, delapsus est spiritus sanctus super illos, sicut & super nos in initio.* Et non est hoc contentus, sed & verbi dominici mentionem facit. *Recordatus autem sum verbi domini quod dixit, Ioannes quidem baptizauit aqua, vos au-*

Sup. 10. a

Supra. a

tem baptizabimini spiritu sancto. Atque ita nihil noui accidit, sed id quod antea prædixit. Sed non oportebat, inquit aliquis, baptizari eos, quia iam venerat in eos spiritus sanctus. Propter hoc non dicit, iussit illos baptizari. Sed quid? Nunquid aquam prohibere quis potest, ut non baptizetur? Ex hoc demonstrat sese nihil fecisse. Igitur id quod habebamus nos, acceperunt illi. *Itaque si par donum, inquit, dedit illis deus, sicut & nobis qui credidimus in dominum Iesum, ego quis eram, potens prohibere deum?* Vt ex abundanti illorum obturet ora, propter hoc adiecit, par donum. Vides quo modo eos qui semel crediderunt non sinit minus habere. Par donū dedit illis deus, sicut & nobis, qui credidimus in dominum Iesum. Et ita ipse purgat illos, & non dicit vobis, sed nobis, mitigans etiam hac ratione sermonem. Quid igitur indignum passus estis, quādo nos illos socios dicamus? *Auditis autem illis qui euerunt & glorificauerunt deum dicentes: Igitur & gentibus deus penitentiam dedit ad vitam.* Vides quo modo ex concione Petri bene omnia narrantis totum fuit: Ideo & glorificauerunt deum, quod penitentiam etiam illis dedit. Ita humiliati sunt ab his sermonibus, hinc postea apertum est ostium veniendi ad gentes. Videamus autem si placet iterum quæ dicta sunt. Non dixit, quod exposularit Petrus, sed hi qui ex circumcisione, quoniam ipse sciebat quod parabatur. Etenim illud oportebat admirari, quo modo & illi credidissent. Itaque vbi audierunt, ut creduli facti sunt, nihil sunt passi. Verum quando deus largitus est spiritum, quando Petrus exposuit suam visionem dicens, Deus ostendit mihi nullum commune vel immundum dicere hominem. Propterea & pro gentibus sermonem instruit, quod posthac habita fide neque gentes futuræ sint. Igitur non est mirum, si ante baptisma acceperunt spiritum. Et in nobis hoc factum est. Hic ostendit Petrus, quod neq; sicut reliqui baptizati fuerint, sed multo melius. Propter hoc autem sic ex abundantia res geruntur, ut nihil dicere possint, sed ut sibi pares habeant. *Et rogauerunt, inquit, illum, ut maneret.* Vides quo modo non vulgariter erga illum affecti fuerunt? vidisti zelum quem habebant pro lege: non dignitatem Petri reueriti sunt, non facta signa, non opus illud magnum, susceptum esse verbum, sed propter parua illa exposularabant. Si enim nihil horum fuisset, non sufficisset bonum opus? At non sic rationem reddit Petrus. Intelligens enim ac prudens erat, sed non erant prudentiæ illius, imò spiritus verba. Et ostendit in apologia sua se nequaquam authorem, sed omnino deum, & tantum non illos sic affatur. Ipse me fecit in raptu mentis constitui, ego enim simpliciter orabam, ipse vas ostendit, ego contradicebam, & neque sic audiui. Spiritus iussit abire. Et abiens non accurri dicēs, quod deus misit me, & post hæc neque sic baptizauit, sed iterum deus totum fecit. Igitur deus illos baptizauit non ego. Et non dixit, his omnibus factis, nonne oportebat posthac apponi aquam, sed quasi nihil reliquum? Ego quis eram, inquit, ut prohiberem deum? Papæ, qualis defensio. Non enim dixit, Hæc igitur scientes tacete & quiescite, sed quid? Fert illorum impetum, & impropertantibus rationem reddit. Quis eram: potens prohibere deum? Valde grauitate hac admonitione defendit se. Non poterā prohibere. Vnde postea terribi tacuerunt & glorificauerunt deum. Sic & nos oportet in bonis proximorū glorificare deum, & non insultare, sicut faciunt quidam ex his qui nuper illuminati sunt, quando alios vident baptizari, & mox ex hac vita migrare. Glorificare oportet deum, etiam

2. Tim. 3. c

etiam quod manere non concedit. Et ita etiam tu si volueris, maius acceperis donum, non loquor secundum quod illuminatus es. Hoc enim tuum & illius donum par est, sed quod accepisti priuilegiū nobilitatis? Ille indutus est stola, & non est ei permissum cum illa in turba esse spectabilem. Tibi magnam potestatem dedit deus, nempe uti armis ut oportet, adeoq; illa probare quantum valeant. Ille migrat solum fidei habens mercedem. Tu stas in stadio operum, & potes accipere multas retributiones, & intantum illo apparere clarior, quantum sol stellis minimis, quantum dux belli postremo milite, imò quantum rex. Igitur te ipsum explora, imò non explora, sed recte operare semper. Non enim sufficit seipsum accusare, opus est, ut & certes: calumniam passus es, grauius passus es, surge, repara te ipsum. Adhuc in stadio stas, adhuc theatrum solum non est. Non vides, quot certando defatigati postea iterū certarunt: Tantum, ne voluntarius succumbas. Beatum dicis eum qui mortuus est, multo magis beatum te ipsum dicas. Solutus est ille à peccatis, sed si tu volueris, non solum lauabere à peccatis, sed etiam bona opera habiturus es, id quod illi non est possibile. Cōcessum est nobis, ut reparemus nos ipsos. Magna penitentia remedia sunt. Nullus seipsum condemnet. Ille reuera desperatione dignus, qui de seipso desperat, ille nullam salutis spem habet. Non graue est venisse in profundū malorum, sed manere ibi postquam veneris. Non impiū est venisse in profundum malorum, sed contemnere postquam eò veneris. Propter quod debebas sollicitus esse, dic oro, magis contemnis: vulnera tanta habens cecidisti? Nullū animæ vulnus insanabile, sicut in corpore multa sunt talia. Et pro illis quidem quæ in corpore, nullum laborem detractamus, pro his autem quæ in anima curandis desides sumus. Nō vides latronem quā breui tempore correctus est? Non vides martyres, quā breui tempore opus totum absoluerunt: Sed nunc non est martyrij tempus, atqui certaminum tempus est, quod sapius dixi, si vellemus. Qui enim piē viuere volunt in Iesu Christo, persecutionem patientur: & si nō ab hominibus, certē à demonibus: semper persecutionem patientur, qui piē viuūt. Sanē & grauior est persequutio. Et primum ab ipsis maximē deliciis, hanc ferunt, qui non sobrij sunt. Num parua putas esse persequotionem in deliciis? Hæc omnium difficillima est, hæc & persequotione grauior. Nam quasi copiosus amnis animam deliciæ resoluunt. Et sicut se habet æstas ac hyems, ita persequutio & deliciæ. Vt autem plenius cognoscas ita rem habere, considera sic: Somnum immittit voluptas animæ, ignauiam & oscitantiam mox ingenerat, vndique affectiones excitat, fastum armat, armat voluptatem, armat iram, inuidiā, vanā gloriā studium, æmulationem. At in persequotione, nihil horum inturbare valet, sed timor ingressus, quasi flagello quodam, percusso cane, omnes affectiones ne gry quidem sonare sinit. Quis in persequotione vanæ gloriæ vacare potest? quis voluptatibus deditus esse: nullus, sed tremor magnus ac timor magnam tranquillitatem afferunt, & placidum portum efficiunt, animam piam reddunt. Audiui aliquando patres nostros dicere, Nobis autē non contingat. Non enim iubemur petere tentationē. In persequotione priscorum licebat videre Christianos veros. Nullus enim curabat opes, nullus mulierem, nullus pueros, nullus domum, nullus patriam, vnum omnibus erat studium suam seruare animam. Alij quidē in sepulchris & mo-

numentis, alij verò in solitudinibus latebant, non solum autem viri, sed mulieres generæ ac delicatæ tunc occultabantur cum perpetua fame pugnantes. Considera, num desiderium aliquod sumptuum, vel deliciarum, veniret in mentem mulieri in fouea latenti & expectanti ministrā, ut cœnulam afferat, timentiq; ne deprehendatur, & quasi in camino quodam iacentis nunquid cogitaret, quid deliciæ, quid totus mūdus? Vides nunc maiorem esse persequotionem, inuadentibus nos vndiq; affectionibus tanquā bestiis? Nunc est grauis persequutio, vel ob hoc, quod nō putatur esse persequutio. Etenim etiam hanc difficultatem habet bellum, quod pax putatur, ut ne contra illud arma sumamus, vel insurgamus, nullus formidat, nullus tremuit. Si autem non creditis, rogate gentiles qui persequuntur, vnde sit, quod res Christianorum accuratius geratur, vnde omnes clariōres. Parua horum erat tunc multitudo, magna autē virtutum diuitiæ cernebantur. Quæ enim vtilitas dic oro, multum esse scōnū, præsentēs esse lapides preciosos, etiam numerum omnem excedetes; at vera multitudo est in probatione virtutis. Helias vnus erat, sed mundus hic erat indignus illo, atqui mundus innumera milia sunt, imò non sunt innumera milia, quando neque vel vni tot adæquantur. Melior vnus faciens voluntatem domini, quā innumeri præuaricatores. Hoc & sapiens quidam insinuans alicubi sic inquit: Ne desideres multitudinem filiorum inutilium. Hi etiam blasphemiam magis inurūt deo, quā si nunquam fuissent Christiani. Quid mihi opus multitudinis? Alimetum amplius igni. Hoc & ex corporibus cognoueris, quod melior congruus cibus cum sanitate, quā cum molestia deliciæ. Hoc alimentum illo amplius, hoc alimentum, illud morbus. Hoc & in bello viderit quis, melius esse decem peritos belli, & decē viros quā innumeros imperitos. Hi enim præter hoc quod nihil operantur, etiam alios qui operantur, morantur. Hoc & in nauī inuenerit quis, vtiliores esse duos nautas nauigare sciētes, quā magnam imperitorum multitudinem. Hi enim & nauigium submergūt. Hæc dico, non quod molesta sit multitudo vestra, sed quod vellem omnes esse probos, & non confidere multitudinis numero. Multo plures ingrediuntur gehennam, sed maius illa est regnum, etiam si paucos habeat. Sicut arena maris erat multitudo populi, sed vnus seruabat illos. Vnus erat Moyses, & plus valebat quā omnes. Vnus erat Iesus, & plus poterat sexcentis milibus. Non hoc curemus solum, ut multi fiant, sed magis ut præclari & probi. Vbi hoc effectū fuerit, tunc & illud. Nullus domum spaciosam primum vult facere, sed primū validam, & idoneam, & tunc spaciosam. Nullus mittit fundamēta, ut derideatur. Primum hoc queramus, & tūc illud. Hoc si est, facile & illud erit: si illud autem non est, hoc etiam si sit, nulla vtilitas. Nam si fuerint qui in ecclesia clari, statim erit etiam multitudo: hi autem si non sint, nunquam erit in ecclesia honesta multitudo. Quot putatis esse in ciuitate nostra qui seruentur? Molestum quidem est quod dicturus sum, dicam tamen: Non est in tot milibus centesimum inuenire qui seruetur, sed etiam de illis dubito. Dic enim oro, quanta malicia in adolescentibus, quanta desidia in senioribus? Nullus quam oportet diligentiam adhibet in educandis suis: nullus habet zelum, ut seniorem quē videt, imitetur. Exemplaria disparuerunt, idcirco nulli adolescentēs sunt admirabiles. Ne mihi hoc dicas, in magno numero sumus. Hoc frigidorum hominum est,

est, & de hominibus quidē meritō hoc dicitur. De deo autem, qui non opus habet nobis, non item. Quōd autem & quantum ad nos attinet, frigidū sit verbum audi: Qui multos habet ministros, si improbi fuerint, quanta feret mala: Et ei quidem qui nullum habet, hoc videtur graue, quōd ministerium illi negatū est. Is autem qui malos, seipsum vna cum illis perdit, & grauius incommodatur. Multo sanē difficilius est pugnare cū aliis, & bellum suscipere, quā sibiipsi seruire. Hęc dico, ne quis ecclesiam admiretur propter multitudinē, sed vt curemus illam probam efficere, vt quisq; curam habeat, nō solum amicorum & cognatorum, id quod semper dico, & vicinorum: sed & ita vt exteros, si possibile sit, attrahat, orandum. Iacent omnes adoleſcentes frigidi ac senes, purgamenta magis quā adoleſcentes, rident, subsannant, cauillantur. Etenim & hoc fieri audiui, & mutuum se incessunt scommatis geniculantes. Tu autem si assisisti iuuenis vel senex & stupēda vides, increpa acriter: si non fert, voca ministrum, abige, quæ tua sunt facito: & si quid ausus fuerit contra te, utique multos habiturus es adiutores. Quis enim ita ratione destitutus, qui si te viderit propter talia obiurgātem, & illos obiurgari, non malit esse à parte tua? Vade sumpturus mercedem ab oratione in æde dominica. Hos diligentiores inter seruos iudicamus, qui nullum vas inordinatum iacere sinunt. Dic obsecro, num si videres in domo argenteum vas foras proiici, etiā si nō esses ad hoc deputatus: nōne acciperes hoc, & inferres in domum. Si vestem videres temerē proiectam, etiam si non haberes curam, etiam si inimicus sis eius qui ad seruandam illam deputatus est, tamen propter beneuolentiam in dominum, nōne bene componeres? Ita & nunc. Vasa illi sunt, si videris iacere absque ordine, componito. Accede ad me, non detrecto: dic mihi, fac me certiorē, videre omnia non possum. Ignoscite. Videtis, quanta malicia orbem terrarum detinet: nunquid simpliciter dicebam, quōd multitudo sumus fœni, mare incompositū? Non dico, quōd illi talia faciunt, sed quōd tanta oscitantia laborant intrātes, vt neque hęc corrigāt. Iterum alios video stare & nugari dum preces fiunt, & quidam ex illis, adhuc meliores scilicet, idem facientes, nō solum dum fiunt preces, sed etiam dum sacerdos benedicit. O audaciam. Quando erit salus, quo modo poterimus deum placare? Si transires in ludum, videres omnes compositē saltantes, & nihil inordinatum. Itaque sicut in lyra maximē cōsona, & vario modo facta, vna quædam bene sonora symphonia fit ex singulorum quæ simul sita, bono ordine. Sic sanē & hęc. Vnam ex omnibus consonam harmoniam fieri conuenit. Vna enim facti sumus ecclesia, vnus capitis membra per compages decenter commissa sumus, vnum omnes constituimus corpus: si quid fortē neglectum fuerit, totum neglectum erit ac corruptum. Ita multorum bonam ordinationem vnus deordinatio incommodat. Et hoc profectō terribile, quōd non venis huc vt saltes in ludo & chorea, & stes sine ordine, nescis quōd cum angelis stas, cum illis cantas, cum illis hymnos dicis, & stas ridens? Etenim non esset mirum si fulmen demitteretur, nō solum in illos, sed etiam in nos. Digna enim fulmine sunt hęc. Adest rex, considera exercitum, & tu in illorum conspectu stas ac ridens: vel ridentem negligis. Verum quandiu obiurgamus: quandiu reprehendimus: Nōne vt damnosus, vt fures, vt corruptos & perniciosos tales & innumeris malis plenos, ab ecclesia exigi oportebat? Vnde hi qui horrē-

da hora rident, abstinebunt à risu, vnde abstinebunt à nugis, qui in tempore benedictionis garrunt: non reuerentur presentes, nec deum timent. Non sufficit nobis quōd ipsa mente sumus ignaui, neq; quōd orantes aliō euagamur, sed etiam risum & cachinnos multos afferimus. Nunquid theatrica sunt hęc quæ hęc geruntur, opinor autem quōd id theatris debeamus, Inobediētes enim multos nobis constituunt, & ineptos: quos enim hęc extruuntur, illic subuertuntur: & non hoc solum, sed & alias immundicias necesse est theatris studiosis adherere. Et perinde fit ac si quis campum velit purgare, in quem fons luto fluens influat: quantum enim purgatis, tantum influit. Hoc & hęc fit, quando enim purgamus à teatro huc venientes, & immundiciam afferentes, dum illuc iterum abeunt, maiore contrahunt immundiciam, quasi dedita opera sic viuunt, vt nobis negocium faciant, & iterum veniunt multo luto sordidati, in moribus, in gestibus, in verbis, in risu, in desidia, Deinde iterum nos fodimus, quasi dedita opera in hoc fodientes, vt puros illos dimissos iterum videamus luto ac cæno inquinari. Ea propter cōmendo vos deo, vnde iam & testificor vobis qui sani estis, quōd iudicium vobis erit ac condemnatio, si quis viderit inordinate viuentem, si quis viderit maximē in illo tempore, non admonuerit nec corripuerit. Hoc plus est quā orasse. Dimitte preces & illum corripe, Ita & illi proderis, & tu lucrum habebis, ita etiam omnes seruari poterimus, & regnum cælorū assequi, quo contingat nos omnes frui, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri vna cum spiritu sancto, gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Itaque hi qui dispersi erant ex persecutione moti ob Stephanum, transierunt vsque ad Phœnicem & Cyprum ac Antiochiam, nulli loquentes verbum nisi solis Iudæis. Homilia XXV.

Aud parum ad verbi profectū faciebat persequutio: Diligentibus enim deum omnia cooperantur in bonum. Nunquid si dedita opera conati esset instituere ecclesiā, aliud quiddam quā hoc fecissent? De dispersione inquam discipulorum. Et vide quorsum se extenderit prædicatio.

Transierunt, inquit, vsque ad Phœnicem & Cyprum & Antiochiam, nulli loquentes verbum nisi solis Iudæis. Vides quōd ea quæ apud Cornelium acta, omnia singulari dispensatione gesta sunt. Hoc autē & ad defensionem Christi, & ad accusationē Iudæorum pertinet. Itaque quando Stephanus interemptus est, quando Paulus bis periclitatus, quando apostoli flagellati sunt, quādo sapius latuerunt, tunc Gentes receptæ sunt, tunc & Samaritanæ, quod & Paulus clamat dicēs, Vobis erat necessariū primū dici sermonem dei: quoniam autē repulistis illum, & non dignos iudicastis vos ipsos, ecce conuertimur ad gentes. Accesserunt itaque & gentes allocuturi. Erant autem quidam ex illis viri Cyprij & Cyrenæi, qui scilicet venerant Antiochiam, alloquuti sunt Græcē loquentes euangelizando dominum Iesum.

Et erat manus domini cum illis, magnusq; numerus qui crederet, conuersus est ad dominum Iesum. Vide, Græcis euangelium annunciant. Verisimile est enim illos scisse Græcē, & in Antiochia tales multos fuisse. Et erat manus domini, inquit, cum illis. Hoc est, signa operabantur. Vides quare etiam nunc signorum necessitas fuit: vt credāt. Auditus autem est sermo in auribus ecclesie, quæ est in Hierosolymis de illis.

de illis: & miserunt Barnabam vt transfret vsque in Antiochiam. Quare nam tanta ciuitate suscipiente verbum non uenerunt ipsi, sed miserunt Barnabam? Propter Iudæos. Veruntamen nō paruum quiddam geritur, etiā quōd Paulus huc aduenit, neque simpliciter, sed & valde magna cum dispensatione illum auersantur, vt ne includatur in Hierosolymis vox prædicationis, tubaq; cælorum. Vidisti quo modo vbique maliciis illorum vt opus erat, & quemadmodum volebat, vsus est Christi, etiam odio quo persequebantur Paulum in edificationem ecclesie ex gentibus congregandæ. Qui vt venit & vidit gratiam dei letatus est, & inhortabatur omnes vt in proposito cordis manerent in domino. Erat enim vir bonus, & plenus spiritu sancto, ac fide, & apposta est turba multa domino. Exiit autem in Tharsum Barnabas vt requireret Paulum, & inuentum illum adduxit in Antiochiam. Valde utilis erat vir ille, etiā frugi ac Paulo familiaris. Ideo & venit ad Athletam, ad ducē belli, ad certantem singulari duello, ad leonē: nec habeo quo nomine dignē vocem illum, venit ad canem venaticum, leones occidentem, ad taurum fortem, ad facem claram, ad os orbi sufficiens. Reuera in Antiochia, appellati sunt nostri propter hoc, vocabulo Christianorum, quia Paulus in ea tanto tempore perseuerauit. Factum est autem, quōd illi anno integro congregarentur in ecclesia, & docerent multum populum, vt primū appellati sint discipuli in Antiochia Christiani. Non parua autem hęc ciuitatis laus erat. Hoc cōtra omnes adduci potest, quōd prima omnium, tanto tempore, illo ore frui cœpit, vnde & principio hoc nomē assequuti sunt. Vides in quantum fastigium ciuitatem extulit, & clariorem reddidit hoc Pauli opus? Alibi tria milia, & quinque milia crediderunt, hęc tanta multitudo. Nihil tale factum ibi, sed adhuc tantum de via illa esse dicebatur, hęc autē Christiani appellati sunt. In istis autem diebus descenderunt à Hierosolymis propheta in Antiochiam. Quoniam etiam in illis locis fructum eleemosynæ plantari oportebat, vtili dispensatione accidit propheta descendere. Tu autem considera & obserua, quo modo nullus clarus his doctor aduenit. Cyprios enim habebāt doctores, ac Cyrenæos & Paulum, quauis ille antecelleret istos. Sicut Paulus Barnabam & Ananiam, sed nihil ex hoc minor fuit. Habebat tamen & Christum. Surgens autem quidā ex illis Agabus nomine, significauit famem magnam futuram in toto orbe, quæ scilicet & facta est sub Claudio Cæsare. Necessariō hęc famem magnam futuram significat, quæ sanē sicut prædicta est, contigit. Vt enim ne putent quidā propter hoc factam famem quōd Christianismus ingressus est, vel quōd dæmones deiecti fuerint, prædicat spiritus sanctus quod euenturum, sicut & Christus prædixit multa, & eueniunt. Non igitur propter hoc, quoniam oportebat ab initio hoc fieri, sed propter mala quæ in apostolos facta: quæ quum & fierent, longanimiter ferebat deus. Quum autem in peccatis perseuerarent, famēs magna facta est, significans Iudæis euentura mala. Dicis: Si propter illos erat, propter alios quū esset, oportebat cessare. Quid enim iniuste egerāt Græci, vt propter illos malorum fierent participes, qui nihil mali fecerant? Si autem non propter Iudæos, & probari illos magis oportebat, eo quōd Iudæi faciebāt pro sua virili, occidebant, puniebant, multabant, vbique persequebantur. Et vide quo modo fit famēs, quādo & Ethnici iam suscepti erāt. At dicis: Si propter mala hęc fiebant, oportebat illos ab aliis separari. Quare dic mihi: Nōne prius dixit eis Christus: In mundo tribulationem habebitis? Tu autem hęc dicens, forsitan & hęc

dices, quōd oportebat neque flagellari. Sed vide vt illis etiam famēs salutis fiat causa, & eleemosynæ occasio, multa concilians bona, atque ita etiam vobis factū esset siquidem voluissetis, sed nolulistis. Prædicatur autem, vt posthac magis preparati sint ad eleemosynam; quia grauius affligebantur ij qui in Hierosolymis. Ante hoc non erant in fame, & mittitur Barnabas ac Paulus qui ministrarunt. Discipuli autem, prout quique abundabant. Vidisti simul credere, & simul fructum afferre, non his solum qui propere erant, sed etiam his qui à longē. Hoc autem mihi videtur hęc dicere id quod alicubi Paulus inquit, quōd dexteras dederūt mihi & Barnabæ communionis, tantum vt pauperum memores simus. Intantum profuit famēs. Et vide illos neque ex tribulatione in lamenta & lachrymas erupisse, sed operi magno & bono sese exposuisse. Cū maiore enim vbertate prædicabant sermonem. Et non dixerunt, Nos quum simus Cyprij & Cyrenæi tam nobili & claræ ciuitati hoc imponemus: sed credentes gratiæ dei, etiā illi aggressi sunt doctrinam, & hi nō dedignati sunt ab illis discere. Vide per paucos omnia hęc fieri, prædicationem crescere, curam omnium qui Hierosolymis geri, quasi vnā domum orbem haberi. Audierat quōd Samaria receperat verbum, & miserunt Petrum ac Iohannem. Magnum enim discrimen erat, & non oportebat apostolos illinc pridem separari, ne putentur esse fugitiui, & suos fugisse: tunc autem necessariō separantur, quando nulla ratione res Iudaicæ curari poterāt, quando bello incrudescente perituri erant, quādo sententia pronunciata. Quoniam quandiu Paulus in Romanam non peruenit, illic erant. Egre diantur autem, nō bellum formidantes. Et quo modo formidaret quum ad impugnandos se abiret. Et bellum illud factum est mortuis apostolis, & quod de illis dictum finem accepit. Peruenit super illos ira in finem. Apostoli autē quōd ignobiliores erant, hoc magis fulgebat gratia, paruis conficiens magna. Sed videamus iterū quæ dicta sunt: Inhortabatur omnes, inquit, vt perseuerarent in domino, quia erat vir bonus. Mihi videtur bonum nunc frugi appellare, & simplicem sine fūco valde cupidū salutis proximorum. Non solum autem erat vir bonus, sed etiam plenus spiritu sancto ac fide. Ideo & proposito cordis omnes inhortabatur. Inhortabatur, hoc est cum præconio & laudibus. Et considera quo modo ciuitas illa quemadmodum terra pinguis sermonem accipit. Quare autem Paulum à Tharso abducit, & in illam ciuitatē inducit? Non absq; causa, nam hęc & amplior ciuitas, & amplior spes, hominumq; frequentior copia. Vidisti gratiam omnia operari non Paulum, & quo modo à paruis res initium cepit: vbi autem inclaruit, tunc Barnabam mittunt? Et quare non ante hoc miserunt illi multam secum habebant curam? & nolebant improperare sibi Iudæos quōd suscepissent gentes, quauis absque vitiatione illis admiscerentur: quoniam futura erat controuersia apud illos, ea quæ apud Cornelium acta præcesserunt, & tunc sanē etiam dicunt, vt nos in gentes, illi autem in circuncisionem. Et considera quo modo tempestiuē necessitas famis inducit cōmunionem illam quam gentes, ad eos qui in Hierusalem, miserunt. Accipiebant enim ab illis, & nō sicut nos, in luctibus calamitates addebant, sed minore pauore vivebant, quum procul fierent ab eis qui prohiberent, & essent inter homines qui nō timebant Iudæos, quod & ipsum non parum conducebat, sed & in Cyprum abeunt vbi minor metus ac sollicitudo. Nulli autem ser-

Suprà 2. g
& 4. a

Galat. 2

Suprà 8. e

Ioh. 16. g

monem.

monem, inquit, loquebatur, nisi solis Iudæis. Non propter hominum metum, quem nihili faciebant, sed legem retinentes, & illos adhuc tolerant. *Erant autem quidam in Antiochia Cyprij & Cyrenæi, hi maxime non curabant Iudæos, qui scilicet loquebatur ad Græcos loquentes, & euangelizabant dominum Iesum.* Fortassis quod nesciebant Hebraicè, vocabant illos Ἑλληνας Græcos. Vt autem aduenit, inquit, Barnabas, & vidit gratiam dei, non diligentiam hominum.

Inhortabatur illos ut perseverarent in domino. Forſan in eo quod laudabant turbâ & approbabant, hoc plures cõuertit. Et quare non Paulo scribunt, sed Barnabâ mittunt? Nondum viri sciebant virtutem, ideo solum cõstitutum est, vt Barnabas proficisceretur. Quoniã autem & multitudo erat, & nemo prohibebat: meritò germinauit fides, & maxime quod nullam illic sustinebant tentationem, & quod Paulus prædicabat sine fugiendi necessitate. Bene autem non illi de fame dicunt sed propheta, ne onerosi quidam videantur: & admiratione dignum, quo modo non indignati fuerunt, quod despecti Antiocheni, sed contenti sunt magistris, ita omnes feruebant ad sermonem. Qui etiam non expectarunt donec fieret fames, sed ante illã miserunt prout abudabat quisq;. Et vide quod inter apostolos alij quidam hanc potestatem accipiunt, hic autem Paulus & Barnabas erant, idq; non sine causa cõstitutum est. Et aliter: Et principium erat, & iam non oportebat scandalizari. Verum iam nullus hoc facit, tamen fames sit illa grauior. Non enim par est cõmunem ferre calamitatem, & quum abundantia fruuntur pauperiores quosdam fame laborare. Tunc solum fames erat, & qui dabant pauperes, Sicut enim, inquit, vnusquisq; abundabat: nunc autem duplex fames, sicut & duplex abundantia, fames grauis, fames non audiendi verbum domini, sed educandi per eleemosynam. Tunc & eleemosyna ij qui in Iudæa erant pauperes, potiti sunt: & qui in Antiochia, pecunias contributebant, & hi magis quàm illi. Nunc autem & nos & pauperes in fame, nam illi quidem necessario alimento egent, nos verò rarissime misericordie sumus dediti. Hoc autem alimeto nullum magis necessarium. Ferre nequeunt mala quæ a satietate sunt, quod amplius est hoc alimeto non vadit in fecesum. Nihil pulchrius, nihil suauius anima quæ sic pascitur, omni superior est morbo, omni fame, omni intemperie & aegritudine, nullus illam poterit rapere, sed sicut adamantinũ corpus, nec ferrum cædere valet, nec aliud quiddam, ita & animã ob eleemosynam cõfirmatã nihil tollere potest. Quid enim dic oro, hanc rapere vnquam posset? Paupertas minimè, habitat enim in regalib; promptuariis. Num D latro & fur: sed illos parietes nullus perfodere valet: num vermis: sed etiam hoc incommodo superiorem habet thesaurum. Num inuidia & odium: sed neq; ab illis capitur: nũ caluniã & insidiã: neq; illã. Inpredabilis enim thesaurus est, sed fædũ fuerit, si hæc sola demonstraro quæ eleemosynæ accidunt, & non contraria. Non enim ab inuidetia solum liberata est, sed etiã multa benedictione fruuntur etiam ab his, quibus nõ est benefactum: Nam quemadmodum crudeles ac inhumani non eos duntaxat habent aduersarios, quos afflixerunt, sed etiam eos qui nihil passi illis condolent: nã & isti accusant & vituperant: Sic qui multa bona fecerunt, nõ solum eos quibus benefecerunt, sed etiam eos quibus nullum beneficium impenderunt, inueniunt laudatores. Quid dicam liberos ab inuidia & insidiatoribus, & latronibus, & parietum effractoribus? Non hoc

solum bonum habet, sed adhuc cum eo quod non imminuuntur, crescunt etiã opes, & multiplicantur. Quid Nabuchodonozore turpius: quid deformius: quid iniquius: Impi; homo erat, plurima signa & iudicia vidit, & noluit respicere, sed seruos dei in caminũ iniecit, & postea adorauit. Quid igitur propheta: Rex, ait: Conſilium meum placeat tibi, peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas miserationibus pauperũ: forſan erit venia delictis tuis. Hoc sic dixit, non ambigens, valde enim persuasum erat propheta, sed volens illũ amplius terrere & cogere vt hoc faciat. Si enim affirmando dixisset, negligentior factus esset ille. Ita & nos tũc maxime quosdam urgemus, quando dicimus, oblecta illum, & non adiicimus omnino auditurum, sed forte auditurum. Metus enim a dubitatione profectus, magis impellit, & propter hoc certum & manifestũ istud non fecit. Quid dicis: tãtis ne impietatibus erit venia? Etiam, non est peccatum, quod nõ possit purgare eleemosyna, quod vobis non possit extinguere. Omne peccatum infra illam stat. Remedium est ad omne vulnus vtile. Quid Publicano deterius? omnis iniusticia formis est auaricia, sed hanc omnem abluuit Zachæus. Vide quo modo & Christus hoc monstrat, dum curauit & marsupiũ habere, & portare ea quæ immittebantur. Paulus autẽ dicit: Tantũ vt memores pauperũ esse. *Luc. 16. e.* Et per omnem vbicq; scripturam super hac re sermo est. Precium animæ viri, inquit, diuitiã propriã, Et Christus: Si vis perfectus esse, vende tuas facultates, & da pauperib;, & veni sequere me. Hæc meritò perfectio est. Eleemosyna autem non in solis sit pecuniis, sed etiã in operibus, vt exempli gratia dicam, est patrocinari, & viduã manum porrigere. Huiusmodi enim patronium sepe plures seruauit, quàm pecuniarum largitio. Igitur in præsentis tẽpore omnia misericordiarum genera exerceamus. Ne sis segniss, potes patrocinari, ne dicas, quoniam pecuniã mihi non sunt. Hoc nihil est dicere, nam & illud magnum quiddam erit, quemadmodum si aurum dedisset, ita affectus esto. Potes ministrare, etiam hoc facito, vt puta medicus es arte, diligenter cura infirmos, est etiam hoc magnum. Vales etiam cõcilio, hoc omnibus maius est, melius & amplius, quãd & maius habet lucrum. Non enim famem soluis, sed difficilem mortem. Hoc etiam apostoli abundanter pleni erant. Propterea pecuniarum distributionem alijs concediderunt, ipsi prædicationibus vacarunt. An putas parnam esse eleemosynam animam consilio destitutam, & extremè periclitantem, atq; febrium incedio detetam, morbo posse liberare: Vides amicum ab auaricia detineri, miserere hominis: suffocatur, extinguitur illic ignem. Quid igitur si non obtemperet? Tu quod tuum est facito, & ne sis ignauus. Vidisti illum in vinculis detineri, vincula enim reuera sũt pecuniã, abi ad illum, visita illum, cõsolare, tenta illum a vinculis eripere. Si audire non vult, ipse feret pœnam. Vidisti nudum & peregrinum, nudus enim reuera & peregrinus est cœlorum, qui vitam bonam negligit: recipe eum in diuersorium tuum, & vesti illum vestimētis virtutum, fac eum ciuem in cœlis. Quid igitur si ipse nudus sime inquis, & te ipsum primum vesti: si scis quod nudus es, omnino etiam scis quod debes te induere. Si huius nuditatis modum solum nosti, potes facile scire etiã animæ vestitum. Quot mulieres serica vestimenta ferunt nudæ autem reuera sunt a virtutum vestibus. Illis eas viri vestiant, sed has vestes nolunt, aliasq; petunt. Hoc primum fiat, vt illas principio desideret ac concupiscat: ostende

ostende quod nudæ sint. Differe de iudicio futuro, dic alibi, nõ his, sed aliis opus fore. Quod si toleratis me dicente, etiam ego nuditatem ostendam. Nudus in frigore stat, frigore cõtremiscit, ac stupeſcit brachijs seipsũ amplexans. In æstate non fit idẽ. Si igitur ostendam opulentos & opulẽtas, hoc magis nudos, quod magis vestiti sunt. Ne sitis difficiles. Quid igitur, dic oro, quãdo sermones de gehenna mouerimus, & de tormentis illis: nõne magis quàm nudi illi, tremiscunt ac stupet? nõne amarè gemunt, & condemnant seipsos? Quid igitur quando ad aliquem accedunt, & dicunt: Ora pro me: nõne hæc verba illis dicunt: at nunc quid licet multa dixerimus, nondum manifesta est nuditas, erit autem illic manifestum. Quo modo? quando sericis illis vestibus amissis a solis virtutum & maliciã vestibus singuli agnoscentur, quando pauperes quidem magna gloria vestiti erunt, diuites autem nudi ac deformes ad tormenta rapiuntur. Quid delicatius ac luxuriosius diuite illo purpura vestito, quid etiam Lazaro pauperius? Vter igitur mendicorum proferebat verba: vter abundans factus est? Dic oro. Si quis domum multis tapetibus ornet, ipse autem intus sedeat nudus, quæ utilitas? ita & mulieribus accidit (nam domum animæ, corpus voco) multis amicitur, mater familiã autem intus sedet nuda. Afferte mihi animæ oculos, & ostendam vobis animæ nuditatem. Quid enim est, vestimentum animæ: virtus. Quæ nuditas: peccatum. Sicut igitur si quis spoliauerit quempiam liberum, erubescit & humiliatur ac fugit: ita sanè & anima, si voluerimus in illam respicere, quæ non habet has vestes, erubescit. Quot putas nunc confundi, & in illud profundum descendere, & quasi velamentum quoddam requirere, vt hos non audiant sermones: Quæ autem sibi non sunt male conscia, oblectantur, gaudent, & gloriantur in his quæ dicuntur. Audi de beata Thecla, illa vt Paulum videret, aurum suum dedit. Tu autem vt Christum videas, neq; obolum das. Et admiraris quidem, quod illa fecit, non imitaris autem. Non audis quo modo misericordes beatos dicit sermo: Beati misericordes, inquit, quoniam misericordiam consequentur. Quod lucrum a preciosis vestibus? Quandiu hanc stolam admiramur: induamur gloria Christi, circundemur illa pulchritudine, vt & hic laudemur, & alibi æterna bona consequamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul ac spiritui sancto gloria, imperium, & honor nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

Matth. 5. d.

Cap. XI.

Per illud autem tempus, immisit Herodes rex manus vt affligeret quosdam ex ecclesia, occidit autem Iacobum fratrem Ioannis gladio, & videns quod rem gratam fecisset Iudæis, adiecit vt apprehenderet etiam Petrum. Erant autem dies æzymorum. Homilia XXVI.

Matth. 3. d.



Vale nam tempus dicit: omnino quod mox sequebatur. Et hic quidem sic intelligere conuenit, alibi autem aliter. Quando enim Matthæus dicit, In diebus illis, adest Ioannes prædicans: non mox sequentes dies intelligit, sed illos, in quibus futura mox erant ea quæ narrabat. Mos enim scripturæ est hoc tropo vti, & aliquando quid exponere per ordinem iuxta quem eueniunt, aliquãdo autem quæ posterius contingunt enarrare, quasi mox fierent. Bene autem dicit, Herodes rex: hic non erat, sub quo Christus passus est. Ecce alia tentatio, & vide id quod initio dixi, quo modo per relaxationem & afflictionẽ

contexantur in apostolorum successibus omnia. Non iam Iudæi, neq; concilium, sed rex immittit manus vt affligat. Maior potestas, difficilior certamen & hoc magis, quo gratificari Iudæis magis studebat. *Occidit autem Iacobum fratrem Ioannis gladio.* Simpliciter & quasi fortuito. Si autem quis rogarit, quare deus permiserit: dicemus, quod pro illis ipsis, primum quidem persuadebat illis, quod præualeat, licet occidatur, id quod & de Stephano actum est. Secundo dabat Iudæis postquam impleſſent furorem, vt reducantur ab infania, & tertio ostendebat quod hæc permissione fierent. *Videns autem, quod rem gratam faceret Iudæis, adiecit vt apprehenderet etiam Petrum.* O miram inhumanitatem. Quare in re gratificatur illis: sine causa & simpliciter cædes faciens. *Erant autem dies æzymorum.* Iterum superflua Iudæorum curiositas. Occidere quidem non prohibebant, in tempore autem tam sacro talia committebãt. Quem etiam apprehensum posuit in vincula, tradens quatuor militum quaternionibus. Erat hoc & furoris, & timoris. *Occidit, inquit, Iacobum fratrem Ioannis gladio.* Vidisti illorum fortitudinem? Nam ne quis dicat, quod sine periculo & metu contemnerè audeant mortem, vt pote eripiente illos deo, idcirco occidi permittit etiam principes, docens sic eos qui occidebãt, quod neq; ista illos destitunt & prohibent. *Itaq; Petrus seruabatur in custodia, oratio autem fiebat continua pro illo ab ecclesia apud deum.* Erat enim grauisimum certamen, meticulousque illos faciebat, & quod ille in carcere coniectus erat, & quod iste interfectus esset. *Quando autẽ præducturus erat illum Herodes nocte illa Petrus erat dormiens inter duos milites ligatus catenis duabus. Et custodes ante fores obseruabant custodiam. Et ecce angelus domini astitit, & lux fulsit in habitaculo. Percussit autem latere Petri excitauit illum, dicens: Surge velociter, & deciderunt catena illius a manibus.* Vide, per illam noctem illum eripuit: & lux fulsit in habitaculo, ne putet spectrum esse. Et lucem nemo vidit præter illum. Nam licet etiam hoc factum sit, & nihilominus putabat esse phantasiã, eo quod sic inexpectatum erat: si hoc non fuisset factum, multo magis suspicatus fuisset se illudi. Ita ordinat aciem contra mortem. Faciebat hoc quod multis diebus illic manserat, & non seruatus erat. Et quare, dicit quis, non permisit illum deus, ne caderet in manus Herodis, & mox tunc eripuit? Quia illud quidem attonitos eos fecisset, hoc autem pro illis factum est. Nunquid habiti fuissent homines, si omnia diuino more fecisset: Circa Stephanum nihil tale contigit. Nõne vt angeli, faciem illius ostendit? Quare D autem omnino dereliquit & in hoc loco. *Dixitque Suprà. id. angelus ad illum: Præcingere, & subliga sandalia tua.* Iterum hoc loco ostendit, quod non & dolis euasit. Nullus enim festinans & euadere effodiendo volens tantam diligentiam adhibet, ita vt etiam sandalia accipiat, & se præcingat. Fecit autem sic, & dicit illi: *Circunda te vestimento tuo, & sequere me.* Et egressus sequutus est illum, & nesciebat verum esse quod fiebat ab angelo. *Videbatur autem sibi visionem videre. Transcuntes autem primam custodiam & secundam, venerunt ad portam ferream quæ fiebat in ciuitatem quæ vltro aperta est eis.* Ecce secundum signum. Quando recessit angelus, tunc cogitauit Petrus. *Et egressi processerunt vicum vnum, & continuo discessit angelus ab eo.* Et Petrus ad se reuersus dixit: *Nũc scio quia verè emisit dominus angelum suum, & liberauit me de manu Herodis, & omnis expectationis populi Iudæorum.* Nunc cognoui, inquit, non tunc. Quare autem fit hoc, & non sentit Petrus ea quæ fiebant, quanuis iam tali frueretur liberatione, quando catena soluta repete illum

illum liberat: & postquam liberavit, tunc sentire facit. Quod autem catenæ e manibus ceciderant, magnum argumentum est quod non fugerit. *Et ita conscius sibi venit ad domum Mariæ, quæ erat mater Ioannis qui cognominabatur Marcus, ubi erant multi congregati & orantes. Pulsante autem Petro ianuam vestibuli, processit ancilla ut subauscultet, nomine Rhode, & agnita voce Petri præ gaudio non aperuit vestibulū.* Vide Petrum non statim recedere, sed prius annunciare lætum nuncium suis. *Ingressa autem annunciat Petrum stare ante vestibulum. Illi autem ad eam dicebant: Insanis. Porro hæc confirmabat sic se habere.* Vide & ancillas pietate plenas, præ gaudio non aperuit vestibulum. Illi verò etiam hoc factò reuerunt, nam hæc quidem confirmabat sic se habere, at illi dicebant: Angelus illius est. *Petrus autem permansit pulsans. Vt autem aperuerunt, agnouerunt illum, & obstupuerunt. Quum innuisset autem eis manu ut tacerent, narrauit illis quo modo dominus ipsum eduxit ex custodia. Dixit autem: Annunciate Iacobo & fratribus hæc. Et egressus iuit in alium locum.* Itaque iterum videamus contextum eorum quæ dicta: Per illud tempus, inquit, iniecit manus rex Herodes, ut affligeret quosdam de ecclesia, sicuti bestia absque omni ratione omnes inuadit. Hoc est quod dicebat Christus: Poculum quod bibiturus sum, bibetis: & baptismo quo ego baptizor, baptizabimini. Occidit autem, inquit, Iacobum fratrem Ioannis gladio. Et quo modo, inquit, Petrum non mox occidit? dixit causam scriptor: Dies enim, inquit, erant azymorum, & magis volebat euulgari trucidationem eius. Itaque illi quidem propter admonitionem Gamalielis continebant se in posterum ad cædibant. Et aliter: Neque causas inueniebant, & sic adumbrabant per alios sua. Quoniã autem & alius Iacobus erat frater domini, propter hoc assignauit dicens fratrem Ioannis. Vides quod hi tres summi erant, maximè autem Petrus & Iacobus. Hæc maxima condè natio illorum erat. Non enim iam humana prædicatio ostendebatur, & reuera illud adimplebatur. Reputati sumus sicut oues occisionis. Videns autem quod gratificaretur Iudæis, adiecit, ut comprehenderet etiã Petrum. Grata res Iudæis cædes, atque iniusta cædes. Magna dementia Herodis, illicitis illorum desideriis ministrabat. Debebat diuersum agere, & illorum impetum morari: ille autem indulget sicut carnifex quidam agrotantium, sed non medicus quanuis innumera exempla habens, & aui & patris Herodis: & quo modo ille quidem propter cæde paruulorum innumera passus est mala, hic autem Ioanne occiso graue bellum suscitauit. Quem & apprehensum, inquit, posuit in vincula. Metuebat ne Petrus propter timorem, quem ex morte Iacobi concepisset, secederet: & volens illum securè detinere, coniecit in vincula, tantò maiori diligentia custoditum, quò mirabilior foret ostentatio. Hoc autem erat pro Petro, qui hinc probator factus, & fortitudinem suam declarauit. *Oratio autem, inquit, continua fiebat.* Magni amoris indicium oratio. Patrem omnes quarebant patrem mansuetum. Continua, inquit, oratio fiebat pro illo. Audite quo modo affecti erant erga præceptores, non comminantur, non tumultuati sunt, sed ad preces conuersi, prælidium reuera inexpugnabile, ad illud confugiebant. Nò dicebant, humilis ego & nihili homo pro illo orarem? Quoniã dilectio erat, nihil tale cogitabant. Vis scire quanta fecerint Iudæi, etiam non voluntarij: illos clariore reddiderunt, hos diligentiores fecerunt. Et vide in die festo tentationes intentari, ut clariore apparerent hi. Quando autem producere illū voluit He-

rodes, nocte illa, inquit, Petrus dormiebat. Vide Petrum dormientem, & nequaquam in mentis agone constitutum. Ista nocte qua producturus erat illū dormiebat, causam totam proiecerat in deum: non simpliciter autem dormiuit, sed inter duos milites, & catenis vincētus. Inter duos, inquit, milites dormiebat vincētus catenis duabus. Vides quàm diligens custodia. Et ecce angelus domini astitit, inquit, dicens: Surge velociter. Simul dormientes erant custodes, ideo quid fieret non sentiebant. Lux autem fulgebat, ita ut etiam videre posset Petrus, ne putet esse phantasiã: & ne sit deses, percutitur latus eius. Et non simpliciter audit, surge: sed, velociter: cum additamento, ita grauius dormiebat. Videbatur autem visionem videre, inquit. Transiuit autem primam & secundam custodiam. Vbi nunc sunt hæretici, quo modo transierit dicant nunc, sed non poterunt, quamuis propter hoc illum accingi iubeat & calciari, & hac ratione persuadet ei, quod nò sit phantasma, & ut excutiat somnum, & sciat quod verum sit. Idcirco statim etiam catenæ eius de manibus eius ceciderunt, & audit, Surge velociter: non turbati est & trepidantis, sed urgentis ne moram trahat. Et nesciebat, inquit, quod verum esset, quod fiebat per angelum: videbatur autem visionem videre: merito, maximæ enim res fiebat. Vides quantum lignum: quo modo videntem terret: quo modo non limit credibile esse. Si enim Petro videbatur tantopere quod videret visionem, quanuis cinctus & calciatus, quid alius non passus esset? Transeuntes autem, inquit, primam custodiam & secundam, venerunt ad portam ferream, & egressi processerunt vicum vnum, & statim recessit angelus ab illo. Ea sanè quæ intus gesta erant magis mirabilia erant, hoc autem iam humanius: recedit enim angelus quum nihil prohiberet. Non enim per tot obstacula transisset Petrus, reuera enim stupor erat. Nunc cognoui, inquit, quod verè misit dominus angelum suū, & liberavit me de manu Herodis, & omnis expectatio nis populi Iudæorum. Nunc, non tunc quando in carcere eram. Et conscius sibi venit ad domum Mariæ matris Ioannis, qui cognominabatur Marcus. Quid est, conscius: hoc est reputans ubi esset. Vel igitur huius rei sibi conscius, vel quod non simpliciter abire oportet, sed remunerare benefactorem, quod & cōsciū venit ad domum Mariæ. Quis est hic Ioannes? forsitan ille qui semper cum eis erat, nam propter hoc etiam cognomen eius ponit. Vide quantum bonum est perfectio, quantum precantes in nocte perficiunt, quo modo alacres & excitatos illos efficit. Vidisti quantum luctum cædis Stephani: vidisti vinculi huius quanta utilitas: Deus enim dum non apud iniustos illos, tanquã reos conuinci suos, magnum ostendit & efficac euangeliū, sed iniustis ipsis facit apparere tribulationes per se magnas, dum nihil horum patiuntur, ne liberatione eorum quæramus omnino, neque vltionem. Vide autem quo modo ancillæ cum illis iam in pari honore sint. Præ gaudio, inquit, non aperuit. Bene etiam hoc factum est, ut ne etiam illi statim videntes nimium obstupescant & minus credant, sed ut exerceatur illorum mens: & qui nobis mos est ut faciamus, inuenta est laborans & illa: nam ut illa ferat euangeliã, studuit. Sic enim erant euangeliã. Alij autem dicebant ad illam: Insanis. At hæc confirmabat sic se habere. Porro illi dicebant, Angelus illius est. Et hoc verum est, quod vnus quisque angelum habet. Et vnde venit illis in mentem tunc angelum esse? A tempore illud coniectabant. Vt autem

autem ille permansit pulsans, inquit, aperientes viderunt illum, & obstupuerunt. At ille quum innuisset manu, silentium magnum fecit, ita ut audirent quæ illi obuenerant. Desiderator multò posthac fuit discipulis, non solum quod seruatus est, sed etiam quod astitit, & statim accessit. Discunt postea & familiares omnia manifestè, & extranei didicissent, si voluissent credere. Hoc & in Christo euenit. Annunciate, inquit, Iacobo & fratribus hæc. Vide quo modo non est vanè gloriosus, Non enim dixit: Vbiq̃ manifesta facite hæc, sed fratribus. Et abscessit in alium locum. Nò enim tentabat deum, neque in tentationes immittebat seipsum. Quia quando etiam hoc iussus fuit, fecerunt. Ingressi enim, inquit, in templum loquamini populo, audierunt, & statim obedierunt. Hoc autem non dixit angelus, sed silenter abducendo, & noctu educendo dedit copiam secedendi. Hoc autem factum est, ut discamus quo modo multa etiam humano modo dispensentur ac fiant, atque ita ne iterum periclitetur. Ne enim dicant, quod angelus eius sit, postquam abiret, prius hoc dicunt: & tunc illum vident, subuertentem opinionem illam. Angelus si esset, non pulsasset fores, non secessisset in alium locum. Confirmat etiam illos, quod non in die factum est. Illi autem effuserant in preces, & is ligatus somno. Num putasset verum esse quod fiebat, si territus esset, si non meminisset. Nunc autem quasi insomnium esset, inturbatus fuit. Venerunt, inquit, ad portã ferream. Vide etiam quàm fortis fuerit. Transeuntes autem, inquit, primam custodiam & secundam, venerunt ad portam ferream. Quare non illos per seipso, dicit quis, sic liberat: Quare? Etiam hæc re honorat illos deus, per angelos eripiens. Cur igitur in Paulo non similiter actum est? Illic meritò, quoniam custodem carceris credere oportebat: hic autem liberari duntaxat apostolum. Et aliter: Variis modis deus omnia dispensat. Illicque Paulus hymnos dicit, hinc autem Petrus dormit. Ne igitur occultem miracula dei, sed & in nostram vtilitatē, demus operam, ut inuulgemus ea, & in aliorum edificationem. Sicut enim mirabilis est qui vult ligari, ita etiam mirabilior, non antea recedit, donec suis omnia antea enarret. Et dixit, inquit, Dicite Iacobo & fratribus. cur nam iubet dicere? ut gaudeant, ne solliciti sint, ut per hos illi discant, non ipsi per illos. Adeo curam gerebat partis quæ humilior erat. Nihil igitur congrua afflictione melius. Qualem putas illorum fuisse animam? quanta voluptate plenam? Vbi nunc mulieres quæ tota nocte dormiunt, ubi viri qui neque in lecto se versant? Vides sobriam animam? Cum vxoribus & pueris, & puellis deum laudabant, puriores cælo afflictione facti: nunc autem paruo periculo viso concidimus. Nihil ecclesia illa clarius fuit. Imitemur illos, æmulemur, non ideo facta est nox, ut per totam dormiamus, & ociosi simus. Testantur hoc & opifices, nauar, negociatores. Ecclesia dei medijs surgit noctibus, surge & tu, & vide astrorum choream, profundum silentium, magnam quietem, obstupescere dei tui miram dispensationem. Purior tunc est anima, leuior subtiliorque tunc est, sublimia videt ac expedita est. Tenebræ ipsæ, silentiumque multum in compunctione inducere sufficiunt. Si autem & cælum videris, quasi innumeris interpunctum oculis, omni voluptate frueris statim concepta opificis sapientia. Si consideraris eos qui interdum clamant, rident, lasciuunt, saltant, iniuste agunt, auariciã intenti sunt, minantur, innumera

mala inferunt, ibi tunc à mortuis nihil distare, condemnabis omnem humanam infirmitatem. Somnus accedit, & naturã redarguit, imago est mortis, imago est consummationis. Si prospexeris in plateam, nullam vocem audies: si videris in domum, videbis omnes quasi in sepulchris iacentes. Hæc omnia sufficiunt, excitare & inducere animam ad cogitandam mundi consummatione. Hic sanè mihi & ad viros & ad mulieres sermo est, flecte genua, ingemisce, ora dominū, ut tibi misericors sit, imò inflectitur nocturnis precibus, si quando tu quietis tempus, facias lamentorum tempus. Memor esto regis, qualia verba dicebat: Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum, in lachrymis meis stratum meum rigabo. Quantumuis delicatus fueris, non es illo delicatior: quantumuis diues, non es ditior Dauide. Et iterū idem dicit: Media nocte surgebam ad confitendum tibi super iudicia iusticiæ tuæ. Tunc non inturbat vana gloria, omnibus scilicet dormientibus, & non videntibus; tunc non ignauia & oscitantia insidiantur, quandoquidem animam tot ac tanta excitant, & alacrem reddunt. Post tales vigilias dulces somni, & visiones mirabiles. Hoc fac & tu vir, non sola mulier. Sit ecclesia domus ex viris mulieribusque constituta. Nunquid enim quia tu solus es vir, neque quia ista sola est mulier, putabis impedimentum esse? Vbi enim sunt duo in meo nomine, inquit, congregati, illic sum in medio illorum. Vbi Christus medius, magna multitudo est: ubi Christus est, necesse est & angelos esse, necesse & archangelos, & alias virtutes. Non igitur soli estis, omnium vobiscum habentes dominum. Et iterum audi prophetam dicentem: Melior est vnus faciens voluntatem domini, quàm innumeri præuaricatores. Nihil infirmius multis præuaricatoribus, nihil fortius vno iuxta legem dei viuente. Si tibi etiam filij sunt, excita & filios, & fiat modis omnibus domus noctu ecclesia. Si autem teneri sunt, & vigiliam ferre nequeunt, vnã & alteram orationem faciant, & iterum finito quiescere. Tantum surge, tantum in consuetudine conserua teipsum: nihil hoc promptuario melius quod tales suscipit preces. Audi prophetam dicentem: Si memor eram tui super stratum meum, in diluculis meditabar in te. At dicis: Laboraui per diem multum, & non possum. Cauillum est & excusatio: nam quantumuis laboraueris non laboraueris, quantum faber ferrarius, qui graues folles trahit vsque ad flammam, & fumum toto corpore recipit: attamen ille noctu sæpe multum negocij insumit. Scitis etiam mulieres, si qua vos necessitas facit ire in agrum, vel ad vigilias progredi, quo modo per totam noctem vigilant. Et tibi igitur officina sit spiritualis, non ut ollas ac lebetes, sed ut animam tuam pares quæ arario fabro & aurifabro melior, veterem illam factam impone in conflatorium confessionis, folles à summo deduc, hoc est verba condemnantia, accende ignem spiritus, multo maiorem artem habes, & omni auro preciosiorẽ animam, sicut ærifaber vas: non enim corporale vas componis, sed animam liberis ab omni seculari fantasia & solitudine. Assit tibi lucerna non illa quæ flagrat, sed quam propheta dicens habuit: Lucerna enim pedibus meis verbum tuum. Accende orationibus animam tuam. Si videris satis habere, educ, accende ad id quod volles: crede mihi, non sic ignis sordes purgare solet, ut oratio nocturna sordes peccatorum nostrorum. Si nihil aliud, erubescamus quod nocturni vigilantes ac custo-

Marc. 10. f

Supra 5. f. g

Psal. 43. d

Psal. 6. b

Ibid. 18. b

Math. 18. c

Eccl. 16. a

Psal. 62. b

Ibid. 18. o

des propter hominum leges obambulant in frigore multum clamantes, & in vicis euntes saepe compluuntur, rigentque propter te ac tuam salutem, pecuniarumque tuarum custodiam. Illi pro tuis pecuniis tantam habent curam, tu autem neque pro anima tua. Sanè ego non cogo ambulare sub dio sicut illi, neque clamore disumpi, sed in ipso promptuario conclauisque tuo fle ete genua, ora dominum. Quare ipse Christus pernoctauit in monte: nonne ut typus nobis fieret? Tunc respirant plantæ in nocte dico: tunc & animæ maximè & magis quàm illæ rorem suscipiunt. Quæ enim in die sol adusit, eadem nox refrigerat. Nocturnæ lachrymæ quouis rore magis contra concupiscentias & ardores omnes demittuntur, nec sinunt grauiora pati. Si autem rore illo non frueris, post diem exureris, sed abis ut aliquis vestrum, ignis illius fiat materia. Verum refrigeremur, & misericordia dei fruamur, ut omnes nos liberemur ab onere peccatorum, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre ac sancto spiritu simul sit gloria, imperium, & honor in secula seculorum, Amen.

Luca. 6.6

Facto autem die erat turbatio non parua inter milites, quidam de Petro actum esset. Herodes autem quum requisisset illum, & eo non inuenito, examinauit custodes, & insit abduci, & descendens à Iudæa in Casarea commoratus est. Homilia XXVII.

Multi dubitant quo modo despexit tunc deus illos seruos, qui propter Petrum occidebantur, quum potuisset illos cum Petro liberare: at si etiam cum Petro angelus milites eduxisset, res illa habita fuisset fuga. Cur igitur non aliter dispensauit, inquit? Nam quale damnum factum est nunc, si videamus quod iniuste patientes, & grauius, nihil nocuerunt: non quærimus hæc, quare non dicis etiam de Iacobo, quare illum non eripuit? Et aliter: Nondum erat iudicij tempus, ita ut vnicique detur pro merito. Neque Petrus iniecit illos in manus Herodis, (Verum ille multo magis dolebat se delusum esse sicut auum suum à Magis) imò faciebat illum dissecari, & ridiculum fieri. Bonum autem est scriptoris audire verba: *Facta, inquit, die, erat turbatio non parua inter milites, quidnam de Petro actum esset. Herodes autem requisit eum, & non inuenito illo, examinauit custodes, & insit duci.* Quauis audiisset ab illis, examinauerat enim & quod vincula soluta, & quod sandalia accepit, & quod vsque ad noctem illam cum eis fuerit. Sed quid? simul ne occultati fuerunt? quare non ergo & ipsi effugerunt? Certè illum oportebat admirari, oportebat obstupescere, at qui postea manifestum est omnibus per mortem illorum, & dei miraculum, & illius malicia. Et vide quo modo hic ea non occultat, sed & meminit historiae ita ut doceat nos. *Et descendens à Iudæa in Casarea, ibi commoratus est. Erat autem Herodes iratus Tyrus ac Sidoniis, & unanimiter aderam apud illum, & persuaso Blaſto qui præerat cubiculo regis, petierunt pacem, eo quod illorum regio, à regia aleretur. Statuto autem die Herodes induto vestitu regio, & sedens super tribunali concionabatur ad illos. Populus autem acclamabat: Vox dei. Statim autem illum percussit angelus domini, eo quod non dedit deo gloriam, & cerosus est à vermibus, ac expirauit. Verbum autem domini crescebat ac multiplicabatur.* Statim ultio inuasit illud, quauis non propter Petrum, sed propter ipsius magniloquentiam. Dicit quis: Si illi clamauerunt quid ad hunc? quia accepit vocem, quia dignum se putauit esse adula-

Math. 23

tionem. Per hunc maximè erudiuntur qui temerè adulantur. Vide igitur iterum utrosque meruisse poenam, hunc autem puniri. Non est enim nunc tempus iudicij. Verum illum qui maximè reus erat punit, dimissis illis ut sic lucrum accipiant. *Et verbum dei crescebat, inquit, ac multiplicabatur: Hoc est, hoc factum. Vidisti dispensationem dei? Barnabas autem & Paulus iterum reuersi sunt Hierusalem, impleto ministerio, simul accipientes Ioannem qui cognominabatur Marcus. Erant autem quidam in ecclesia quæ in Antiochia propheta ac doctores, Barnabasque & Simcon qui vocabatur Niger, & Lucius Cyrenæus: & Manaen Herodis tetrarchæ collectaneus, & Saulus. Adhuc Barnabæ prius meminit, nondum Saulus clarus erat, nondum signum aliquod fecerat. Ministrantibus autem illis domino, & ieiunantibus dixit spiritus sanctus: Segregate mihi Barnabam & Saulum in opus in quod vocaui eos. Tunc ieiunantes & orantes, & impositis manibus illis dimiserunt. Quid est, ministrantibus? predicantibus. Segregate, inquit, mihi Barnabam & Saulum. Quid est, segregate mihi in opus? in apostolatium. Vide iterum à quibus ordinantur. A Lucio Cyrenæo & Manaen, imò à spiritu. Quantò enim personæ humiliores erant, tanto purior dei apparet gratia. Ordinatur iam in apostolatium, ut iam cum potestate prædicet. Quo modo igitur ille dicit, Non ab hominibus neque per homines: dicit non ab hominibus, ut manifestet, quod non homo illum vocauit, neque adduxit. Dicit nec per hominem, quod non ab aliquo missus est, sed à spiritu. Idcirco & sic subdidit: Igitur illi quidem missi à spiritu, descenderunt in Seleuciam, & illinc ab nauigarunt in Cyprum. Videamus autem iterum ea quæ dicta sunt: *Facto autem die, inquit, erat turbatio non parua propter Petrum. Et examinatos custodes insit abduci.* Aded insensatus est, quod etiam iniuste punire attentat. Ecce sermonem pro illis suscipio. Vincula erant, custodes intus, carcer clausus, nusquam perfusus paries, omnes eadem dicebant, vir rapi non potuit, quare illos condemnas? Si voluissent soluere, antea hoc fecissent, vel simul exissent. Num pecunias acceperunt? Vnde? Qui neque pauperibus quod daret habebat, his dabat? Neque enim detrita sunt catenæ, neque soluta. Oportebat videre esse rem diuinam non humanam. Deinde quoniam historiam postea inseriturus erat, propter hoc etiam nomina ponit, ut comprobetur omnia verisimè tradere. Et persuadentes Blaſto, inquit, qui præerat cubiculo regis, petebant pacem. Hoc faciunt, quoniam fames erat. Isto autem die quum sedisset Herodes in tribunali, concionabatur, inquit, statim autem percussit illum angelus domini, & erosus à vermibus expirauit. Hoc & Iosephus dicit, quod longo morbo implicitus fuerit, multi itaque hoc nescierunt, Apostolus autem hoc ponit. Cæterum qui hæc morti Iacobi & cædi custodum imputat, per ignorantiam errant. Vide quando Apostolum occidit, nihil tale faciebat: & quando alios, nihil de illis traditur, quoniam hæsitabat quid faceret, & confundebatur. Descendit à Iudæa in Casarea. Mihi videtur & illos abducere volens, defendere factum suum voluit. Irascebatur enim illis, ut aliis gratificaretur. Vide ut vanæ gloria cupidus homo erat. Daturus illis beneficiū concionabatur. Iosephus dicit quod amictus fuerit veste splendida: vide & quàm adulantes illi fuerint, & apostolorum prudentiam. Quem enim gens tota curabat, hunc hi respuebant. Iterum autem illi multum respirant, & multa bona ex illius ultione. Si autem hic quum diceretur vox dei & non hominis, quauis ipse non*

Gal. 2

Ioan. 14.6
Ibid. 18.5

non diceret, talia passus est, multo magis si Christus non fuisset deus ipse, semper dicens: Verba mea non sunt mea: & Ministri mei utique decertarent pro me: & alia id genus. Ille autem fœde ac miserabiliter vitam finiuit, & nihil ex eo reliquum. Vide autem illum quo modo à Blaſto iterum mitigatur, utpote homo facile irascens, & iterum conciliabilis, & vbique seruus vulgi, nihilque liberum habens. Considera autem & auctoritatem sancti spiritus. Ministrantibus autem illis, inquit, domino & ieiunantibus dixit spiritus sanctus: Segregate mihi in opus Barnabam & Paulum. Quis non tantæ auctoritatis existens, ausus esset hæc dicere, atque ita cum non essent communiter congregati? Vidit illos habere maiorem virtutem, & cum multum valerent contentos esse. Quo modo autem illis dixit per prophetas forsandem idcirco præoccupans dixit: Et propheta erant ieiunabantque & ministrabant, ut discas magna sobrietate opus esse. In Antiochia ordinatur, ibi prædicat. Quare non dixit, Domino segregate, sed mihi? Ostendit vnam esse potestatem ac virtutem. Vides quanta res sit ieiunium? ostendit quod spiritus omnia faciebat. Magnum quoddam bonum est ieiunium, non termino circumscribatur. Quædo ordinatio erat, tunc ieiunant, & ieiunantibus illis dixit spiritus sanctus: Ieiunium, non hoc solum est, sed etiam abstinere à deliciis ieiunij species est, eatenus imperarim ego solum: Ne ieiunate, sed abſtinite à deliciis. Alimenta quæramus, non corruptionem: alimenta quæramus, non morborum fomites, morborum & spiritualium, & corporalium: alimētum quæramus quod voluptatem habet non delicias insauitate plenas. Illud est in deliciis, hoc damnum affert: illud est voluptas, hoc vero labor: illud iuxta naturam, hoc præter naturam. Dic enim mihi, si quis dedisset tibi aconitum bibere, nonne præter naturam esset? Si quis ligna & lapides, nonne auerſareris merito? utpote præter naturam. Ita se habent etiã deliciae. Quemadmodum enim in ciuitate dum obſidetur, multa fit turbatio ac tumultus, hostibus oppugnationem aggredientibus: ita in anima fit vino & voluptate ingrediente. Cui vax? cui turbationes? cui insauitates & nugæ? cui iudicium? nonne his qui immorantur vino? cuius sanguinolenti oculi? Verum quicquid dixerimus, non auocabimus eos qui voluptati sunt dediti, si non contra aliam passionem resisterimus. Et primum quidem contra mulieres nobis sit sermo. Nihil fœdus muliere quæ in deliciis agit, nihil turpius ea quæ ebria est, obſcuratur illi flos visus, turbatur serenitas & puritas oculorum, quasi nube quadam radiis solaribus succedente. Opus illiberale ac seruire, & omni ignobilitate plenum. Quam insauus est mulier vinum spirans, quod olet ac corruptum est, dum eructat carniū corruptarum humorem, grauata & excitari non valens, plus rubicunda quàm opus, plena oscitatione & magna nebula. Nunquid quæ à voluptate abstinet talis est? non, sed honesta, casta, & formosa: nam & animæ status, corpori suum decorem adiicit. Ne putes à corporalibus liamentis hoc solum fieri. Da formosam puellam, turbulentam, loquacem, conuiciatricem, ebriam ac sumptuosam: nonne quauis fœda & turpi deformior est? At si erubescat, sileat, modeste loquatur, ieiunij vacet, duplex pulchritudo, amplior formositas, gratior vultus continentia ornata plenus. Vis iam & de viris loquamur, quid ebrius turpius, ridiculus est famulis, ridiculus est hostibus, miserabilis apud amicos, omnium detestatione dignus. Bestia est magis quam homo: Et

enim multis pasci, paridi, leonis, ac vrsi est. Merito. Rationalem enim animam illa non habent. Quin & illa plus quàm opus habent, & mensura naturæ illorum poscit ac præſcribit pasta, corrumpunt totum corpus. Quanto magis nos idcirco nobis deus angustum ventrem dedit, ut erudiat animæ curam gerere diligentiorum. Consideremus nostram constitutionem, & videbimus vnam particulam in nobis eandem habere operationem. Os enim nostrum & lingua ad hymnos deputata sunt, faux ad vocem. Vnde & naturæ necessitas nos intus ligauit, ut neque inuoluntarij in multam difficultatem incidamus. Quod si quidem voluptas labores, morbos, & ægritudines non haberet, horrendum foret. Nunc autem terminos tibi præſcribit natura, ut neque volens transgrediaris. Nunquid voluptatè quæris amice? hanc à frugalitate parabis. Num sanitate? etiam hæc inde: num securitatem & sollicitudinis immunitatem? etiam hanc: num libertatem? num valetudinem ac robur corporis? num bonam cõstitutionem? num animæ sobrietatem? num alacritatem? Ita bona omnia hic. In crapula autem contraria, insauitas, mala valetudo, infirmitas, illiberalitas, sumptus. Vnde igitur ad illa currimus omnes inquit: ab infirmitate? Dic enim mihi, quare nocium ægrotans inquit, nonne & istuc ipsum signum est ægritudinis? Quare claudus non recte incedit? Istuc ipsum autem nonne ab ignauia, & quod non vult accedere ad medicum? Rerum enim alia temporariam voluptatem habent, & perpetuum supplicium: alia contra, temporarium laborem, & perpetuam fruitionem. Qui igitur sic dissolutus & ignauus, ita ut præſentes delicias præ futuris non contemnat, statim capitur. Dic mihi Eſau vnde captus est, vnde præſenti voluptati futuram gloriam non prætulit? à mollicie & dissolutione. Istuc ipsum autem inquit vnde? A nobis ipsis. Et manifestum illinc. Quando enim voluerimus excitamus nos ipsos, & robusti laborique patientes efficimur. Si igitur aduenerit necessitas saepe etiam contendendo duntaxat, quod vtile sit, confcij sumus. Quando igitur deliciis vacaturus es, cõsidera temporariam voluptatem, damnum esse. Damnum enim reuera est, cum tuo damno tantas opes insumere, morbosque contrahere & infirmitates quæ inde oriuntur, & contemnes voluptatem. Quot vis tibi enumerem mala passos à voluptate? Noë inebriatus est ac nudatus. Et vide quanta hinc mala. Eſau primogenita per gulam amisit, & ad fratris cõdem festinavit. Populus Israël sedit ut manducaret ac biberet, & surrexerunt ad ludendum. Propter hoc dicit, Comedens ac bibens memor esto domini dei tui. In præcipitium enim inciderunt, qui in voluptatem inciderunt. Vidua, inquit, quæ in deliciis agit, viuens mortua est. Et iterum: In crassatus est, impinguatus est, & recalcitrauit dilectus. Et Apostolus: Carnis curam ne feceritis in concupiscentiis. Non ut legem præcipio ieiunij. Neque enim est qui audit, sed tollo luxum, moror delicias, propter utilitatem vestram. Nam quasi torrens, ita omnia subuertit voluptas. Nihil est quod illam prohibet. Regno enicit. Quid amplius? Vis deliciarum? Da pauperibus, voca Christum, ut & post mensam tollere possis delicias. Nã nunc quidem non potes. Merito: Non enim consistit præſentia, tunc autem poteris. Vis esse in deliciis, ale animam, communica ei cibos quibus assuevit, ne occidas illam fame. Tempus belli, tempus certaminis est, tu autem sedes in deliciis? Nõ vides etiam reges qui sceptra ferunt in externis militiis frugaliter viuere? Non est vobis

Gene. 25. 24

Gene. 9. c
Ibid. 25. d

1. Cor. 10. b
Deut. 6. b

1. Tim. 5. a
Dent. 32. b

Rom. 13. d

Eph. 6. b

Luca. 8. a

est vobis certamen cōtra carnem & sanguinem. Tu autē impinguas teipsum certaturus. Stat aduersarius stridens dentibus suis in te, tu autem effusus es, & mēsa addictus es. Scio quod hæc frustra dico, sed nō omnibus. Qui habet aures audiendi, audiat. Christus præ fame ta befcit, tu autem præ gula teipsum dirumpis. Duo sunt sine mensura. Quid enim mali non facit voluptas: sibi ipsi aduersaria est, vnde nescio quo modo etiā hoc nomen illi obuenit. Sed quemadmodum gloria, cum sit ignominia, & diuitiæ, vbi paupertas est, ita & hic nomen inuenis voluptatis vbi insuauitas est. Nunquid enim sacrificandi sumus, quod impingamus nos ipsos? Quid suppeditas vermibus tam splendidam mensam? quid amplius facis quam saniam? cur fontes sudorū & foetulentias in te deponis: cur te ipsum ad omnia inutilem præstas? Vis fieri fortem oculum, corpus fac bene constitutum. Etenim in chordis, crassa quidem & impurius ac incorrecta, inutilis ad omnes modos est. Quæ autem vndique depurata, & tracta satis, bene sonora est, Cur defodis animam? cur crassum parietē crassiorē facis? Cur magnum fumum & nebulam? quando quidem vapores quasi nebula quædam vndique euaporant. Si nemo alius, certe athletæ doceant te, quod gracilius corpus, idem & robustius. Igitur & anima frugalitati dedita, firmiter est, comparatur enim aurigæ & equo. Et licet videre, quemadmodum in hominibus voluptariis & corpulentis, ita & equos obefiores & plus habentes carnis minus agiles esse, & sæpe aurigæ rem turbare. Sanè qui obsequentem & firmum equum habet, brabium occupare potest. Quando autem cogitur auriga trahere illum, & dum cadit, sexcētis pungere, neque sic surgentem, etiam si valde ille peritus sit, victoria priuabitur. Obsecro ne despiciamus animam nostram, quæ per corpus irritatur, sed & illam perspicaciorē efficiamus, alas eius leues reddamus & laxiora vincula, sermonibus illam pascamus, frugalitate ac parsimonia, ita vt sanum sit corpus & validum, gaudeatque & non doleat, vt sic vobiscum bene affecti possimus summam apprehendere virtutem, & æterna bona assequi, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cū quo patri simul ac sancto spiritui sit gloria, imperium, & honor in secula seculorum, Amen.

Itaque hi quidem emissi à spiritu sancto, descenderunt in Seleuciam, & illinc abnauarunt in Cyprum, & vt venerunt in Salaminem, annunciauerunt verbum dei in synagoga Iudæorum. Habebant autem & Ioannem ministrum.

Homilia. xxviii.



Imul abierunt ordinati, & in Cyprum nauigarunt, eo quod illic non esset persecutio, & verbo dei iam sparso, in Antiochia quidem sat plures erant. Et Phœnicea prope Palæstinam erat. Cyprus autem non item. Ultra non quærit quare: quando spiritu mouentur. Non enim solum ordinati sunt à spiritu, sed etiam emissi. Et vt venerunt in Salaminem, annunciauerunt verbum dei in synagoga Iudæorum. Vides illos omnium diligentiam facere, & illis primum annunciare verbum, vt ne contentiosiores efficiantur: & illi non loquebantur nisi Iudæis solis, & hi in synagoga abierunt. Transcuntes autem insulam totam vsque in Paphum, inuenerunt virum quendam magnum, falsum prophetam, Iudæum, cui nomen Bariesus, qui erat cum proconsule Sergio Paulo, viro prudente, qui vocatis Barnaba & Saulo, inquisiuit vt audiret verbum dei. Restitit autem illis Elymas magus. Sic enim sonat, si interpretis nomen eius, querens auertere proconsulem à fide. Ite-

rum magus Iudæus sicut Simon, & vide hunc, quando aliis quidem prædicabant non valde indignantem, quando autem accesserunt proconsulem, tunc indignati sunt. Miraculum autem est in proconsule, quod præoccupatus illius magia voluit audire apostolos. Ita & Samaritani fecerant, & à comparatione victoria apparet dum magia vincitur. Vbiq; vana gloria & amor principatus causæ sunt malorum. Paulus autem qui & Saulus plenus spiritu sancto, intentis in cælum oculis, dixit: O plene omni dolo, & omni versutia, fili diaboli, inimice omnis iusticiæ, non cessas peruertere vias domini rectas? Et nunc manus domini super te & eris cæcus, non videns Solem vsque ad tempus. Hic nomen illius mutatur cum ordinatione, id quod & Petro accidit. Et vide, non hic contumeliis locus est, sed stupori. Impudentes enim & erubescere nescientes sic appellare conuenit. O plene omni dolo, inquit, & omni versutia fili diaboli, hostis omnis iusticiæ. Hic reuelat quæ in mente eius erant, prætextu salutis perdente proconsulem. Non cessas, inquit, peruertere vias domini: & credibiliter. Non nos, inquit, impugnas, sed vias domini subuertis rectas, & cum laude hoc dicit. Etiam nunc ecce manus domini super te, & eris cæcus. Quo ille adductus est signo, hoc & hunc voluit adducere. Vsque ad tempus, non punientis erat verbum, sed admonentis. Si enim punientis fuisset verbum, omnino illum fecisset cæcum. Nunc autem non hoc agit, sed ad tempus, vt proconsulem lucrifaciat. Mox autem irruit super illum caligo & tenebræ, & obambulans quærebat, qui nam manu ducerent. Tunc videns cōsul quod factum, credidit obstupescens ad doctrinam domini. Merito eū enim qui præoccupatus erat magia, hæc pena edoceri conueniebat: ita & in Aegypto magi à muscis instituebantur. Vide autem illos non diu moram trahentes, vt pote consule iam credulo facto, neque emollitos adulatione & honore, sed statim operi incumbentes, & in diuersam regionem festinantes. Dedisti autem à Cypro qui cum Paulo erant, venerunt in Pergen Paphias. Ioannes vero recedens ab eis, reuersus est in Hierusalem. Illi autem transeuntes à Perge, venerunt in Antiochiam Pifidia, & ingressi in synagoga die sabbatorum, sederunt. Iterum in synagoga in persona Iudæorum ingressi sunt, vt ne impugnarentur nec fugarentur, ita totum perficiebant. Post lectionem autem legis & prophetarum, miserunt principes synagoga, dicentes ad illos: Viri fratres, num est in vobis verbum exhortationis ad populum? dicite. Iam hinc quæ cum Paulo acta disceamus, non pauca enim de Petro in antea dictis didicimus. Sed iterum videamus quæ dicta sunt: Et vt venerunt in Salaminem, annunciauerunt verbum dei in metropolim Cyprum. Manserunt ad annum in Antiochia, oportebat & illinc abire, & non semper ibi sedere: opus erat illis maioribus doctoribus. Vide quo modo & in Seleucia non perseuerant, scientes quod à vicina ciuitate fructum habituri essent ij qui illic: verum ad ea quæ magis proderant, festinant & illic. Nam vt venerunt ad metropolim insulæ, accelerarunt vt proconsulem corrigerent. Quod autem non adulanter conuenerint proconsulem sapientem virum, à re ipsa disce, quod non opus habuerit multis sermonibus, & quod voluerit illos audire. Et nomina enumerat ciuitatum, ostendens quod quoniam nuper sermonem susceperant, opus fuerit confirmari illos, vt permanent in fide, vnde & subinde illas accedunt. Vide quod nihil ad Magum dixit, quoad ille occasionem dedit, sed sermonem domini solum annunciarunt. Quoniam enim alios ille videbat attendentes, ad vnum hoc per-

spectabat,

341

spectabat, ne principi persuadeatur. Et quare non aliud signum fecit? Quia nō fuisset huic æquale, quod inimicum raperet. Et vide, prius obiurgat, & tunc punit, vt ostendat iuste illum passum, dicēdo: O plene omni dolo: hoc est, nihil habes sanum, inquit. Et bene dixit, omnis doli: Simulabat enim. Fili diaboli, Opus enim illius faciebat. Inimice omnis iusticiæ, Nam omnis iusticia illa erat. Mihi videtur & vitam redarguere illius hæc dicens, & vt ostendat quod non erāt furoris verba, propter hoc præmisit dicens, Plenus sancto spiritu: hoc est, efficacia. Et nunc ecce manus domini super te. Minime vltio erat, sed sanatio. Etenim tantum non dicebat, Nō ego facio: sed, dei manū. Vide vt alienus est à fastu. Eris cæcus non videns Solem vsque ad tempus. Hoc dicit, vt det illi pœnitentiam. Nunquam enim volebant supra modum difficiles videri: nam quāuis hæc erga inimicos fiant, & erga familiares ac domesticos, merito: sed non erga extraneos, ne à necessitate ac timore proficisci res putetur. Indicium autem est cæcitatē quære re ductores. Deinde vide cæcitatē proconsulis. Et statim credit, & nō simpliciter, sed obstupescens. Vidit quod nec dolis nec fallaciis agerent apostoli. Vide quantum amorem doctrinæ habuit ab initio: non dixit ad illum, Non cessas peruertere proconsulem: sed, vias domini: quod plus erat, vt ne videatur adulari. Quid autem quod Ioannes recessit ab eis, reuertitque in Hierusalem: vt pote in prolixiorē viam mittentibus, quāuis ille esset minister. Ipsi autem periclitabantur. Iterum venientes in Pergen transeunt ad alias ciuitates. Ad metropolim enim festinant Antiochiam. Et vide quo modo scriptor succindit. Sederunt in synagoga, inquit, & die sabbatorum. Et ita viam parant sermonibus, sed non priores loquuntur, sed admoniti, & tanquam hospites prouocati. Nisi autem expectassent, non habitus fuisset sermo. Hic primum prædicat Paulus, & vide illius sapientiam: nam vbi quidem sermo erat dispersus, transeurrit: vbi vero nullus fuerat, diutius hæret ac versatur: quemadmodum & ipse scribens dicit: Ita autem admittens euangelizare, vbi nondum nominatus erat Christus. Hoc autem magnæ fortitudinis erat. Reuera ab initio admirabilis vir ille. Crucifixus, in aciem positus sciebat quāta potiretur gratia, æquale adiecit studium. Non succensuit Ioanni. Non enim huius erat, sed opera opus habuerat, non formidauit, non timuit in media multitudine minis abactus. Vide quo modo singulari dispensatione cōtingit Paulum non prædicare in Hierosolymis. Sufficiebat etiam hoc solū audire, quod credidit. Nō permisissent propter odium, & procul digrediretur, vbi notus non erat. Prius redarguit Magum qualis esset: & quia talis erat, signum ostendit, vsque ad tempus patitur, ita vt pœnitentiam agat. Bene autē in sabbato ingressi sunt in synagoga, quando omnes fuerunt congregati. Et post lectionem legis ac prophetarum, inquit, miserunt principes sacerdotum dicentes, Viri fratres: Num est verbū in vobis consolationis: ad populum dicite. Vide illos copiose tunc hoc facere: post hoc autem non itē. Si hoc voluissetis, magis oportebat exhortari. Sed o ambitionem, o vanam gloriā, quā subuertit ac perdit omnia, contra domum, contra mutuam salutem stare efficit. Ita cæcitate percutit, vt etiam ductores quærat. Vtinam hoc facerent, vtinam ductores quærent, sed hoc iam non ferunt: sibi ipsi autem totum permittunt, nullum sinit videre, sicut caligo imponit & nebula, nō permittens translucere. Qualem ab affectione habebimus

Tomus tertius.

defensionem, propter timorem domini, affectioni non imperantes? Valde intemperantes ac auari existentes propter pecuniarum parsimoniam refrænarunt voluptatem: alij contra, propter voluptatem contempserunt pecunias. Iterum qui vanæ gloriæ dediti sunt, vtrisque imperant, opes infulentes largiter & sobrii sine causa. Alij iterum vanæ gloriæ cupidi cum sint, despexerunt passionem multa fœda sustinentes, & propter amores & propter pecunias. Alij iterum, vt iræ suæ satisfaciant, voluerunt innumeris damnis exponi, neque illis vllius horum curæ fuit, vt solum voluntatem suam perficiat: & id quod potest affectio, non potest apud nos dei timor? Et quid dico, passio: id quod pudor hominum valet, non potest dei timor? multa etiam facimus & peccamus homines timentes, deum autem non timemus? Quot propter confusionem perdiderunt opes? Quot in malis gratificati sunt amicis, idq; absque fructu, sed magno cum studio? Quot in amicorum gratiam grauius sepe deliquerunt? Si igitur & affectio & pudor hominum possunt nos in grauius & opera & peccata intrudere: temere dicimus, quod non possumus. Possumus enim, si voluerimus. Velle autem omnes conuenit. Dic autem mihi, Quare non potes gloriam vincere, cum alij eius generis animam, corpus, & figuram fortiti, & eandem vitam viuentes possint? Cogita deum, cogita supernam gloriam, oppone illi præsentia, & statim ab hac resilies. Omnino si gloriam quæris: veram gloriam quære ac concupisce. Qualis gloria, quando fœditates operaris? Qualis gloria est, quando cogeris ab his, qui te inferiores sunt? Honorem concupiscis, & illo opus habes: Honor est frui gloria à maioribus. Si omnino gloriam amas: magis ama eam, quæ à deo est. Si amaueris illam, hanc despicias, videbis hanc ignobilem. Quādiu illam non videris, tandiu nec hanc videre potes; quā sit fœda, quāmq; ridicula. Quippe sicut ij, qui mala cuiusdam mulieris amore capti sunt, si demonstrerent etiam turpis: quādiu amant illam, non possunt turpitudinem videre. Affectio nis est, quæ obtebrat iudicium. Ita sanè & hic, quādiu detinemur ab affectione, non possumus simul videre quale malum sit. Quo modo igitur liberabimur ab illa? Cogita, quod plurimos sumptus sine vtilitate facis, cogita mortuos: qui hanc gloriam adepti erant, vt nusquam illa stabilis sit, sed perit ac dissipata est. Cogita esse solum nomen absque re. Quoniam quid est gloria, dic oro: da definitionem aliquam. Admirari, inquit, ab omnibus. Iuste ne vel iniuste? Nam siquidem iniuste, nō erit iam admiratio, sed accusatio & adulatio: & calumniatio. Si autem iuste, hoc non est possibile. Vulgus enim iudicio recto caret. Atqui ministrant concupiscentiis illius, in admiratione sunt. Et si volueritis scire, attendite eos qui donant sua scortis, aurigis, saltatoribus. Iam nō hos, inquit, sed etiam iustos dicimus & rectos, & eos qui magna bona operari possunt. Vtinam voluissent & statim fecissent bona. Nunc autem nihil horum faciunt. Quis, dic mihi, laudat iustum & rectum nunc? Contrarium videre licet. Quid autem frigidius iusto, si rem talem faciens concupiscit à multis gloriam? Hoc enim facit, quod & pictor optimus existens, & regiam imaginem pingens, si imperitorum laudes expectet. Et aliter: Statim homo ad humanam gloriam spectans, à bonis operibus deficiet. Si enim ad laudes illas respiciet, quæ certe illi volunt, faciet, non quæ ipse vellet. Quid igitur vobis, vt posthac faciatis, consulerim? Attendere deum: contentos esse laudibus, quæ ab illo: omnia quæ illi pla-

f ij cent,

cent, operari, & bona facere: non admirari humanas res: quandoquidem hoc & ieiunium, orationes, & elemosynā destruit, & omnia vestra bona euacuat. Quod ne patiamur, fugiamus hanc affectionem. At vnum solum spectemus: Laudem inquam, quæ à deo est, & illius approbationem, communisq; omnium domini commendationem, ut cū virtutibus presenti vita transacta, promissa bona cum diligentibus illum assequamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cū quo patri simul ac sancto spiritui sit gloria, imperium, & honor in secula seculorum, Amen.

Surgens autem Paulus & innuens manu, dixit: Viri Israelitæ, & inter vos timentes deum, audite: Deus populi huius elegit patres nostros, & populum exaltauit in peregrinatione eius in Aegypto, & cum brachio excelso eduxit illos inde.

Homilia. xxix.

Vide Barnabam vbique cedentem Paulo sicut & Ioannes vbique Petro. Ille abduxit eum à Damasco, quāuis venerabilior esset, sed ad communem vtilitatem spectabant. Et surgens, inquit, ac innuens manu. Mos hic iudæis erat. Ideo & ipse iuxta illum eis loquitur. Vide quo modo sermoni viā parat, prius illos laudibus extollit, & mōstrat magnam dei erga illos curam, per hoc quod dicit, Timētes deū. Sic incipit sermonem, & non dixit, aduenā: id quod erat calamitatis nomen. Deus populi huius elegit patres vestros, & populum. Vide quo modo deum illis vt propriū tribuit, qui omnium communis est deus. Et ostendit olim maxima ab illo beneficia populo concessa, sicut & Stephanus. Hæc autem faciunt, vt doceant illos, quod nunc quoque eodem modo filium suum misit. Sicut & Christus dixit de vinea, ita & ille dicit: Exaltauit in peregrinatione in terra Aegypti, & cum brachio excelso eduxit illos ex ea. Sanè contrarium euenit, priusquam in multitudinem creuissent, sed miracula propter illos facta sunt, & prophetæ memores sunt vbique eorum quæ in Aegypto acciderunt. Et vide, vt tempora calamitatum præterit, & nusquam crimina in medium affert, sed magnā dei misericordiam, relinquens illa ipsis cogitanda.

Et circiter quadraginta annorum tempus, mores illorum sustinuit in solitudine. Deinde in habitationem terræ dicit, Et deletis gentibus septem in terra Chanaan, sorte diuisit eis terram illarum. Et multum intercessit tempus nempe anni quadringenti quinquaginta. Et post hæc circiter annis quadringentis & quinquaginta, dedit illis iudices vsque ad Samuelem prophetam. Hic quia varie dispenset res illorum, manifestauit. Et exinde petierunt regem. Et non dicit, ingratitudinem illorum: sed vbique, dei misericordiam. D

Iosue. 14. a

Iudic. 3. a

3. Reg. 8. a

1. Reg. 9. c

& 10. a

Matt. 3. a

Ioan. 1. c

Et dedit illis Saulem, filium Cis, virum ex tribu Benjamin, annis quadraginta: & destruxit eo, excitauit eis Dauidem in regem: cui & dixit testimonium perhibens. Inueni Dauid filium Iesse, virum iuxta cor meum, qui faciet omnes voluntates meas. Nō paruum hoc, quod ex Dauid esset Christus, Deinde etiam Ioannem inducit testificantem, dicens. Huius è semine deus, ita vt promiserat, adduxit Israeli seruatorem Iesuab: cum antea prædicasset Ioannes ante faciem introitus eius baptismum penitentia Israeli. Cum autem implectet Ioannes cursum, dicebat: Quem me putatis esse, non sum ego. Sed ecce venit post me, cuius non sum dignus calciamentum pedum soluere. Et Ioannes quoque testificatur, non simpliciter, sed gloriam à se repellens, quāuis illi eam omnes tribuerent. Non est autem idem repellere talem honorem nullo tribuente, & omnibus illi tribuētibus: idque nō simpliciter, sed post talem legationem. Viri fratres filij generis Abrahe, & timentes in vobis deum. Vobis

bis sermo salutis huius emissus est. Nam habitantes Hierusalem, & principes illorum hunc ignorauerunt, & voces prophetarum quæ per omne sabbatum leguntur, iudicantes, impleuerunt. Et ne vna quidem mortis causa inuenta petierunt Pilatum, vt interficeretur ille. Vbi que hoc conantur ostendere, quod illorum sit hoc bonum proprium, ne tanquā alieno attendentes, fugiant, eo quod crucifixerant illum. Hunc, inquit, cum ignorarint, atque adeo erat ignorantie peccatum. Vide quo modo etiam pro illis leuiter rationem reddit. Et non hoc solum, sed quod hoc oportebat fieri, apponit. Et ne quis dicat, Vnde manifestum quod resurrectit: dicit etiā testes illius esse: & postea iterum à scripturis confirmat.

Vbi autem persecerunt omnia quæ de eo erant scripta, depositum de ligno posuerunt in sepulchro. Deus autem illum excitauit ex mortuis, qui visus est ad dies plures, his qui simul ascenderunt cum illo à Galilea in Hierusalem, qui scilicet sunt testes illius ad populum. Et nos vobis bonum hoc nuncium annunciamus de promissione ad patres nostros facta, quia illam impleuit deus filiis illorum nobis facta. Iesu, sicut & in psalmo secundo scriptum est: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quod autem resurrexit ex mortuis, non vltra in corruptionem conuertendus, ita dicit, Dabo vobis sancta. David fidelis. Ideo & in alio dicit, Non dabis sanctum tuum videre corruptionem. Nam David quidem sua generatione scriuens voluntati dei dormiuit, & appositus est ad patres suos, & vidit corruptionem. Quem autem deus excitauit, non vidit corruptionem. Vide hunc vehementius differentem. Hoc nunquam Petrus dixit. Itaque notum sit vobis, viri fratres, quod per bonæ vobis remissio peccatorum annunciat, & ab omnibus à quibus non voluistis in lege Mosi iustificari. In hoc omnis qui credit, iustificatur. Deinde etiam hoc terribile est. Videte igitur, ne ascendat super vos quod dictum est in prophetis: Videte contemptores, & aspiciete, & admiremini, & euasiscite: quia opus quod ego operor in diebus vestris, quod non credetis, si quis annunciat vobis. Vide quo modo complectitur sermonem ex præsentibus, ex prophetis, ex semine promissi. Verum iterum videamus ea quæ dicta sunt: Viri fratres filij generis Abrahe. Et à patre suo illos vocat. Vobis sermo salutis huius annunciat. Hic dicens, Vobis: non separatim iudæis dicit, sed dat illis potestatem auellendi se, ab his qui cædem patrarant: id quod ex sequentibus manifestum. Habitantes enim Hierusalem, cum hunc ignorarent, & voces prophetarum quæ per omne sabbatum leguntur, iudicantes, impleuerunt. Magna accusatio, si perpetuo audientes non attenderunt. Verum mirum nō est, dicta enim illa quæ in Aegypto ac eremo acciderunt, sufficienti mōstrare illorum ingratitude. Et quo modo ignorarunt, inquit, cum Ioannes eis dixerit? Quid mirum, ignorantibus eis, licet prophetæ perpetuo clament: Deinde & alia accusatio: Et neque vna causa mortis inuenta. Id quod non erat ignorantia. Ponamus enim quod non habuerint eum pro Christo, cuius gratia etiam occiderunt? Et petierunt, inquit, Pilatum, vt occideret illum. Vt autem omnia persecerunt quæ de illo scripta, depositum eum de ligno posuerunt in sepulchro. Vide quanta illi cum sedulitate hoc fecerint, modum dixit mortis, & Pilatum in medium affert, partim quidem vt manifesta passio fiat à tribunali, partim autem vt illi grauius accusentur, qui tradiderunt illum viro alienigenæ. Et non dixit, obtulerunt: sed, petierunt: etiam ne vna quidem mortis causa in illo inuenta occidi, ita vt manifestum, quod gratiam acceperant, illo non volente: id quod manifeste Petrus dicit, Iudicante illo absolendum. Valde amabat illos Paulus, & quod non moratur in ingratitude patrum, sed ipsis immittit metum. Sanè Stephanus quidem merito hoc facit, vt pote occidendus, & nō docens,

Luc. 3. a

Ioan. 1. c

Psal. 15. d

Esa. 55. b

3. Reg. 2. b

Sup. 2. e

docens, & ostēdens quod iam lex destruebatur. Hic autem non item, sed minatur, & terret solum. Deus autem excitauit illum ex mortuis: qui apparuit, inquit, ad dies multos, iis qui cum eo ascenderant à Galilea in Hierusalem. Vide & hunc vt pote ab eodem motum spiritu, plurimum prædicare passionē ac sepulturam. Et nos vobis bonum nuncium annunciamus de promissione ad patres facta. Hoc est, patres quidem acceperūt promissionem, vos autem rem ipsam. Deinde testem Ioannem cum adduxisset qui dicebat, Ab huius semine propter promissionē adduxit Israeli seruatorem: cum prius prædicasset Ioannes ante faciem introitus eius baptismum penitentia Israeli. Deinde iterum inducit illum, dicens: Quem me putatis, nō sum. Mox addit etiam apostolos testes resurrectionis, dicens: Qui scilicet sunt testes illius ad populum. Deinde etiam Dauidem id ipsum testificantem, dicens: Non dabis sanctum tuum videre corruptionem. Neque vetera per se ipsa tam firma esse videbantur, neque hæc sine illis: & ita sermonem per vtraque credibiliorem facit. Quoniam enim metu tebantur, quod occidissent illum, & conscientia alienabat eos, non vt ad Christicidas disseruit, neque vt alienum bonum, sed proprium bonum illis commendauit. Valde gratum illis erat nomen Dauidis, vnde & hoc ponit, vt vel sic illum suscipiant, quasi diceret, à puero illius regnabimini: igitur illius frænum ne abieceritis. Quid est, Dabo vobis sancta Dauid fidelis? Firma, inquit, quæ nunquam pereunt. Et non immoratur his, vt pote verbo iam credito. Sed mi natur pœnam, & transit quod eis gratum, ostēdens legem abrogari, & hæret in eo quod conducibile, quod magna bona obedientibus, & grandia mala præuaricantibus futura sint. Postea de Dauid iterum dicit, non sine laudibus: Nam David quidem, inquit, suo seculo, vt seruauit voluntati dei, appositus est ad patres suos. Sicut & Petrus eius memor dicebat, Licet dicere cum fiducia de patriarcha Dauide. Et non dicit, quod mortuus est: sed, appositus ad patres suos: id quod clarius erat. Et vide, quod nusquam illorum ponit correctiones, sed ea quæ habet accusationem. Nam quod petierunt & acceperunt, maxima accusatio illorum. Mox beneficia dei enumerat: Elegit, dicens, exaltauit, mores tulit. Hæc autem non illorum erant laudes, sed dei. Dauidem autem solum commendat, quoniam ex illo Christus. Introitum autem, Ioannes vocat, dicens, Ante faciem introitus illius, incarnationem Christi, & eius cum carne apparitionem. Ita & Ioannes euangelium scribens, ad illum continuo confugit. Nomen enim erat illi magnum in toto orbe. Et vide, Non dicit illum ex seipso, sed illius affert testimonium. Vidisti quanto studio ostendat, rem singulari dispensatione geri: Videamus autem quid Apostoli dicentes persuaserint: Crucifixus est. Quid hoc imperuasibile? Sepultus ab illis est, quorum promisit salutem fore. Sepultus remittit peccata, & magis quàm lex. Ideo etiam non dixit, à quibus non voluistis: sed, à quibus non potuistis in lege iustificari. In hoc enim omnis credens iustificatur, infirmitatē legis ostēdens. Bene autem appositus etiam, omnis: vt indicet quicunque fuerit is qui credit. Nulla enim illorum vtilitas, si quis non bene egerit. Idcirco posteriori ponit remissionem, hinc quod maius est colligēs ac ostēdens, & quod impossibile sit legi facere, hoc fecisse per mortem patienti apparet. Et ita bene dicebat, Qui scilicet testes illius sunt ad populum: illum qui occidit, inquit, neutiquam tales, nisi diuina virtute confirmarentur. Licet enim ad homines occidentes talia testificati sint, nōne

Tomus tertius.

ad illos qui interimebant? Quod autem dicit, Ego hodie genui te: quasi sciens, quod ad hoc etiam alia sequatur. Et quare non addidit testimonium per quod erant persuadendi, remissionem peccatorum per illum fieri? Quia magno studio iam inter eos quærebatur quod à mortuis resurrexit. Hoc autem confesso, illud in dubitatum fuit; etiam ab illo remissionem peccatorū fieri. Et aliter: Nolebat illos desiderio tantæ rei duci. Igitur nō derelictio erat mors illius, sed prophetia impletio. Meminit historiarum, quas ignorantēs plurima patiebantur mala. Et hoc insinuat per finem dicens, Videte contemptores, & aspiciete. Et vide quo modo istud asperū quod succinate dicit, Ne adueniat, inquit, super vos quod aliis di etiam, Opus ego operor quod non credetis, si quis narraverit vobis. Ne admiremini, quod fidem videtur excedere, etiā hoc olim prædictum est. Hoc & contra nos merito diceretur. Videte contemptores, dum resurrectionem nō credimus. Sanè res ecclesiæ pessime habent, quāuis putetur esse pacifica. Hoc enim graue est, quod cū male habeamus, id ipsum ignoremus. Quid dicitis? Ecclesias retinemus, possessiones, alia omnia, conuentus fiunt, quotidie adest populus, & contemptores sumus? At non inde quis ecclesiam probarit. Sed vnde inquit. Si pietas est, si cum lucro domum redimus quotidie, si fructum aliquem vel magnum vel paruum capimus. Vter melior est factus, qui toto mense semel congregatur, vel qui quotidie? Hoc est quod queritur, quoniam & istuc ipsum est, quod ad felicitatem attinet. Infelicitas autem fuerit, si dum illa fiunt, nihil præterea accidit. Igitur vti nam quidem nihil præterea, nunc autem multo deteriores abeunt. Quæ enim vtilitas vestra à communionibus, quāuis siquidem vllus fructus vobis esset, iā olim sobriæ & continentis vitæ specimen ostēdere oportuerat, cum sæpe in hebdomada tanti prophetæ, tanti apostoli, tantiq; euangelistæ vobis loquantur: & omnes salutaria dogmata proponant, & vobis cōmendent quæcunque ad componendos mores sufficienti. Miles in tyrocinio fit exercitator in rebus bellicis. Athleta in palastram vadens, lucta fit expertior. Medicus doctorem accedens, diligentior euadit, & plura nouit, & plura discit. Tu quid lucri habes, nō dico de his qui ad annum, sed de his qui à principio ætatis nobiscum congregari sunt soliti: Num hoc putatis pietatem esse, continuo cōmunioni adesse? Hoc nihil est, nisi quid lucri faciamus, nisi quid colligamus. Melius manere domi. Etenim progenitores nostri ecclesias ædificauerunt, nō vt e domibus congregatos, vos mutuum ostendant. Hoc enim & in foro & in balneis & in pompa fieret, sed vt discipulos simul & doctores congregantes, meliores hos per illos faciant. Lex simpliciter & segregatio facta sunt res nostræ. Consuetudo nunc est. Venit Pascha, magna turba, non enim dixerim multi homines. At illa nō est hominum turba. Abiit festiuitas. Turba minor fit. Silentium autem iterum sine vtilitate. Vigiliæ multæ & sacræ cantilenæ. Et quid amplius: itaq; deterius quidem. Multi etiā propter vanam gloriam hoc faciunt. Quātum putatis cruciatur viscera mea, quasi in cribrum perforatū omnia procedere vidētis? Sed omnino dicitis mihi, Scripturas scimus. Et quid hoc? si per opera illas declararetis, id esset lucrum, & vtilitas. Ecclesia lucrum est: si semper abiretis nullā accipientes tinctionē, quæ vtilitas perpetuo huc ire, nā manus quidem damnū. Quod accedit ex legibus his quæ à patribus acceptæ, vt dicā aliquid. Quidam ex consuetudine habet memoriā matris vel vxoris, vel puerorum: hoc facit siue audiat, siue etiā non au-

Psal. 1. b
diat à
f iij

diat à nobis tractus à cōsuetudine & cōscientia. Prop-
ter hoc igitur indignaris, inquit? Absit: quin potius val-
de gaudeo. Vellem autem illum quid & à nostra con-
cione vtilitatis habere, & id quod cōsuetudo fecit, hoc
& à nobis fieri, & aliam induci consuetudinem: alioqui
quid frustra laboro & nigor, si semper iidem mansuri
estis, si communionem nihil in vobis operatur bonum?
Etiam, inquit, precamur. Et quid hoc si absque operibus?
Audi Christum dicentem, Non omnis qui dicit mihi,
domine domine, intrabit in regnum cœlorum, sed faci-
ens voluntatem patris mei, qui est in cœlis. Sæpenu-
mero silendum puto, videns nihil lucri accedere vobis
ex nostris: vel fortassis est quiddam lucri, mihi autē in-
satiabili, & multum hoc desiderati idem accidit, quod
nimium auaris: sicut enim illi pro nihilo habent, quic-
quid eis suppetit, ita & ipse quoniā valde cupidus sum
salutis vestræ, donec videro vos profecisse, nihil labo-
rasse me opinor, eo quod velle vos perfectos fieri. Vel-
lem ita esse, & id à me dici, non ob vestram ignauiam,
sed meam affectionem. Timeo autem, ne forsitan bene
coniectem. Debeatis enim certiores fecisse, tanto tē-
pore vtilitatem aliquam, & oportuisset vtique nos ab
his quæ dico cessare verbis, quæ superuacanea essent.
Nam & ita satis dicta sunt, vt & alios possint modera-
ri, siquidem absentium vobis vlla accessisset vtilitas.
Quod autem nobis necesse perpetuo eundem habere
sermonem, non est alterius cuiuspiam indicium, quā
quod res vestræ non satis bene se habent. Quid fieret,
oro, non enim obiurgandū duntaxat. Obsecro & oro,
ne hoc solum spectetis, quo modo in ecclesiam venia-
tis, etiam quo modo aliquid inde portātes domum re-
uertamini cum pharmaco vestrarum affectionum, etiā
si non à nobis, sed à scripturis habeatis congrua reme-
dia: vt pote est quis iracundus, attēdat scripturarum le-
ctionibus, & omnino pro se aliquid inueniet, vel in hi-
storia, vel in admonitione. In admonitione quidē, mo-
mentum furoris illius, ruina ipsi. Et vir iracundus nō ho-
nesta est forma, & quæ similia. Et iterū: Vir linguax non
dormiet. Et Christus iterum: Qui irascitur fratri suo te-
mere. Et iterum Propheta: Irascimini & ne peccetis. Et,
Maledictus furor illorum, quia pertinax. In historiis au-
tem vt pote quādo audis Pharaonem multa ira imple-
tum, & Assyrium, & propter hoc peccasse. Iterum si est
quem vincunt pecunia, audiat quod auaro nihil est in-
iustus. Hic enim & animam suam venalē facit. Et Chri-
stum dicentem, Nō potestis deo seruire & mammonæ.
Et Apostolum, Radix omnium malorū est auaricia. Et
Prophetam, Dinitię si affluat, ne apponite cor. Et multa
alia talia. Et ex historiis, Gieze, Iudā, principes scribarū.
Et quod dona excācant oculos sapientium. Alius est su-
perbus, audiat quod superbis resistit deus. Et principū
superbiæ peccatum. Et omnis sublimis corde immūdus
est apud dominum. Et in historiis, diabolū, & alios om-
nes, & omnino possibile nō est enumerare omnia. Suo-
rum quisq; vulnerum remedia ex diuinis scripturis eli-
gat, et si non totum curat, partem saltem hodie, partem
cras, deinde totum abluetis. Quin & de pœnitentia, &
de confessione, & de eleemosyna, & de iusticia, & de cō-
tinentia, & de omnibus inueniet multa exempla. Hæc
enim omnia scripta sunt ad nostram admonitionē, in-
quit. Si igitur ad nostram admonitionem de omnibus
differit, attendamus sicut conuenit attendere. Quid fru-
stra nos ipsos decipimus? Timeo ne & de nobis dicat
quis: Defecerunt in vanitate dies nostri, & anni nostri
cum acceleratione. Quis audiens cedit à theatris? quis

Matt. 7. c

Matt. 5. c

Psal. 4. a

Gene. 49. a

Matt. 5. c

1. Tim. 6. b

Psal. 61. c

Eccl. 10. b

Roma. 15. a

Psal. 77. d

desistit ab auaricia? quis alacrior fit ad eleemosynam?
Vellem scire, non vanæ gloriæ causa, sed vt siam ala-
crior, videns egregium fructum laborum. Nunc autem
atingo labores, tantos quidem imbres vidēs dissipare
doctrinas, & torcularia nostra manent in eadem men-
sura, & nō sunt meliores fructus facti. Cæterum aræ tē-
pus aduenit, habens ventilabrum. Timeo ne totum fœ-
num fiat, timeo ne in caminū abiiciamur omnes, præ-
terit æstas, venit hyems, sedemus cum iuuenes, tū senes
nostris affectionibus alligati. Ne mihi dicas: Non scortor.
Quæ enim vtilitas si non scortaris quidem, sed aua-
rus es? Passer licet non ex omni parte, à pede tamen de-
tinetur solum, & ita perit, ac in laqueo irretitus stat, &
nihil profunt ei alæ capto pede: ita & tu, non per forni-
cationem, sed auaricia captus es: captus certe es, nō hoc
queritur quo modo captus sis, sed quod captus es. Ne di-
cat adolescens: non sum auarus, sed forsitan scortaris, &
quæ iterum vtilitas? Non enim possibile est, quod per
vnam ætatē, omnes affectiones nos infestent, sed discre-
tæ sunt, & hoc propter dei misericordiam. Et iterū non
simul imposita difficilius euincuntur, & grauius certamē
exhibent. Quantæ erit ignauiæ etiam separatis non im-
perare affectionib; sed per singulas ætates vinci & sub-
lime sapere ex his quæ non sunt à nostro studio, sed ab
ætate afferuntur. Non videtis aurigas, quanta diligentia
& exercitatione, quantoq; labore & cibis aliisq; vtūtur,
ne deiecti à curribus distrahantur? Vide quanta sit ars.
nam vir quidem fortis, ne vnum quidem equum magi-
stratur: adulescentulus autem arte læpe duos cōiungit,
agit, & moderatur facile. Et in India magna illa bestia
& terribilis elephātus puero quindecim annorum cum
magna alacritate cedit. Quare autē hæc à me dicta sunt?
C Quia si elephantes & equos feroces studiis constringi-
mus, multo magis possemus affectiones, quæ in nobis, à
quibus trahimur per totam vitam. Nunquam artem il-
lam curauimus, nunquam vel per ocium, cum nōdum
esset certamen de his locuti sumus nobis ipsis, quidnam
vtile sit. Tunc nos inexercitatos super currū stare vide-
rit quis, quando certamen adest. Quare igitur ridiculi
sumus? Nōne dixi sæpe, exerceamur apud domesticos
ante tētationem? sed apud pueros domi sæpe exaspera-
mur: vincamus illic animi impetū, vt dextrē illo apud
amicos vtētes appareamus. Et in aliis omnibus, si exer-
ceremur, non fieremus ridiculi. Nūc autem sunt arma,
exercitia, studia, in aliis artibus & certaminibus: in vir-
tutibus minime. Non ausus est agricola vineam tange-
re, non antea bene in re rustica exercitus: neq; guberna-
tor amplius trahit, non prius edoctus bene. Nos autē
absque exercitatione omni primam palmā habere vo-
lumus, oportebat silere, oportebat nulli communicari,
vel verbo, vel negotio, donec possemus bestiam quæ
in nobis cōpescere. An non quōuis grauius contra nos
militant, & furor, & concupiscentia? Ne vadas cum his
bestiis in forum, donec bene imponas eis frænum, do-
nec ipsas mansuefacias, & manum tuam sequantur. Nō
vides hos qui mansuetos leones circumducunt, quan-
tum lucri faciant, & quanta sint in admiratione, quia
in feroci bestia talem mansuetudinem operati sunt? si
autem subito ferociat ille, omnis turba quæ in foro sub-
mouetur, & periclitatur postea homo qui circumducit
illum, & perditionis aliorum factus est author. Et tu igi-
tur leonem mansuefacias prius, & tunc circumducito,
non vt pecuniam accipias, sed vt lucrum cui nullū par
est lucrifacias. Nihil enim par est iusticiæ quæ & possi-
dentibus & vtentibus valde vtilis est. Hæc igitur lecte-
mur

mur vt possimus virtutis viam diligenter ambulantes
æterna bona assequi, gratia & misericordia domini no-
stri Iesu Christi, cum quo patri simul ac sancto spiritui
sit gloria, imperium, & honor, nunc & semper, & in se-
cula seculorum, Amen.

*Egressis autem illis orabant vt loquerentur eis in-
terim vsque ad sabbatum verba hæc.*

Homilia. xxx.

Vidisti Pauli sapientiam? Non tūc solum in ad-
miratione fuit, sed etiam desiderium inmisit
illis, vt secundo audire cuperent, cum dixisset
sermonem quædam, & nōdum absoluisset ac cō-
summasset sermonem, ita vt illos sibi conciliaret, ac fa-
miliares redderet, & non congerendo simul omnia in
illorum animos minus idoneos faceret. Dixerat, quod
remissio peccatorum per hūc vobis annuntiatur: quo
modo autem, non manifestat. Post hæc sui ipsius ipse
memoriam facit primum. Vides quanta alacritas? Se-
quebantur illos, inquit. Quare illos non baptizauit ita-
tim? Nō erat tempus. Persuadere oportebat, vt sic firmi
maneant. Soluta autem congregatione secuti sunt mul-
ti Iudæi & pij aduenæ Paulum & Barnabam, qui scilicet
allocuti eos, persuaserunt vt maneant in gratia dei.

*Et sequente sabbato, quasi tota ciuitas congregata est, vt audiat
sermonem dei. Videntes autem Iudæi turbas, impleti sunt zelo: & cō-
tradicebant his quæ à Paulo dicebantur, contradicentes ac blasphemantes.* Vide maliciam vt verberatur dum alios verberat. Hoc magis faciebant claros, quod contradicebant illi. Itaque primum quidem sponte obsecrabant. Contradicentes, inquit, ac blasphemantes. O impudentiam. Contradicunt in his propter quæ illos commendare oportebat. Cum fiducia autem loquentes Barnabas ac Paulus, dicebant: Vobis oportebat primum dici sermonem dei: quoniam autē repellitis illum, & non dignos iudicatis vos æterna viua, ecce conuertimur ad Gentes. Vides quo modo cōtentione facta magis propagarunt prædicationem, & ratione reddita se cōtulerunt ad Gentes: Et non dixit, Indigni estis: sed, iudicatis vos ipsos indignos: sermonem facies onerosum.

Esa. 49. b

*Eccc conuertimur ad Gentes: Ita enim præcepit nobis dominus,
Posui te in lucem gentium, vt sis tu in salutem vsque ad finem terræ.* Nam vt gentes non contristentur, quasi ex illorum diligentia, bona non assequantur, addit prophetiam dicens: Posui te in lucem gentium: hoc est, vt sis in salutem: vsque ad extremum terræ. Audientes autem Gentes. Hoc & illos alacriores reddebat, quia quibus auditis hi debebant frui, his illi fruuntur. Et istos magis mordebat.

Audientes autem Gentes, inquit, gaudebant & glorificabant sermonem domini, & crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam: Id est, præfiniti à deo. Vide quo modo ostendit vtilitatis accelerationem. Differebatur autem sermo ille per totam regionem: Hoc est, in diuersa ferebatur, & diuulgabatur. Non cōtenti erant zelo, sed etiam opera adiecerunt: Vide iterum quo modo persequentes alia efficiunt magna per æmulationem. Effecerunt enim, vt hi liberius loquerentur, & ad Gentes venirent. Et audi quo modo: fidenter autem loquentes Paulus & Barnabas dicebant, Vobis, inquit, oportebat primum dici sermonem dei: quoniam autem repellistis illum, ecce conuertimur ad Gentes. Igitur egressuri erant postea ad Gentes. Sed vide etiam in hac dicendi libertate seruatum modum. Et merito. Nam si Petrus rationem reddebat, multo magis & his defensione opus erat, cum nemo illos illuc vocasset. Dicens autem, primum, ostendit quod & illis oportebat: dicensq; fuisse necessarium ac oportuisse, ostendit quod

Tonus tertius.

& illis necessarium. Quoniam autem auersamini, nō dixit, Vt vobis: nec dixit, Puniamini: sed, Conuertimur ad Gentes. Vides quantam habet mansuetudinem iustitiam, sermonis libertas? *Iudæi autem extimulantes mulieres piæ & honestas, & principes ciuitatis, & excitauerunt seditionem apud Paulam & Barnabam, & euicium illos à finibus suis: Vides quantum profecerint, qui aduersabantur prædicationi, in quantam turpitudinem illos ducunt? At illi excusso puluere à pedibus suis super illos, venerunt ad Iconium.*

Matt. 10. & Mar. 6. b

Hic terribile hoc faciebant, quod præceperat Christus, dicens: Et si quis vos non acceperit, egressi excutite puluerem à pedibus vestris. Illi autem non simpliciter hoc fecerunt, sed postquam abacti sunt ab eis. Veruntamen neque hoc discipulis nocuit, sed multo magis perseuerarunt in verbo, id quod manifestat, addens: *Discipuli autem implebantur gaudio & spiritu sancto.* Palsio enim præceptoris, fiduciam illorum non minuebat, sed alacriores reddebat discipulos. *Factum est autem in Iconio, cum introissent illi in synagogam Iudæorum & loquerentur ita: sicq; crederet Iudæorum & Græcorum magna multitudo.* Iterum in synagogas ingrediuntur. Vide quā non fuerint meticulosi facti. Cum dixissent, Conuertimur ad Gentes: ex abundantia tamen suam defensionem tollunt. Ita vt crederet Iudæorum Græcorumque magna multitudo. Verisimile enim illos, & cum Græcis differuisse. *Qui vero increduli erant Iudæi, concitauerunt & corruperunt animos Gentium erga fratres.* Simul iam etiam Gentes concitabant, quasi non satis esset quod ipsi obfisterent. Cur igitur illinc non exierunt? Non ferebant persecutionem, sed impugnabantur solum. *Multo igitur tempore demorati sunt cum fiducia loquentes per dominum, qui testimonium dabat sermoni gratiæ suæ, & dabat signa ac prodigia fieri in populo.* Hoc faciebat fiduciam, immo fiduciam faciebat illorum alacritas: nam propter hoc aliquandiu nusquam signa faciebant. Quod autem credebant audientes, ex signis habebant. Itaque conducebat aliquid & dicendi libertas. *Scissa est autem multitudo ciuitatis, & alij quidem erant cum Iudæis, alij autem cum Apostolis.* Non parum facit ad accusationem, etiam istud sciendi. Hoc erat quod dicebat Christus: Non veni mittere pacem, sed gladium.

Cap. XIII.

Matt. 10. d

Cum autem factus esset impetus Gentium pariter ac Iudæorum cum principibus illorum, vt vim afferrent, & lapidarent eos, re comperta confugerunt in eas, quæ in circuitu ciuitatis Lycaonia, Lystra & Derben, & finitimam regionem, & illic erant euangelizantes. Iterum quasi dedita opera propagare volentes prædicationem, postquam creuissent, illos iterum expellunt. Vide vbique persecutiones magna bona facere, & persequentes vinci: eos autem qui persecutionem ferunt, clariores apparere. Nam vt venit in Lystra, facit magnum miraculum etiam claudo sanato, & magna voce. Et quo modo, audi: *Et vir quidam, inquit, in Lystra sedebat infirmis pedibus, qui nunquam ambulabat, hic audiuit Paulum loquentem, qui intinuit illum, & videns quod fidem haberet, & fore vt saluus fieret, dixit magna voce: Surge in pedes tuos rectus. Et exiit, & ambulauit.* Quare magna voce? Vt turbæ credant. Vide autem, attendebat diligenter ea quæ à Paulo dicebantur. Hoc enim est quod audiuit. Vidisti sapientiæ studium, nihil impediēbat claudicatio, quin diligenter audiret verbum. *Qui intinuit illum, & videns quod fidem haberet, fore, vt saluus fieret.* Iam prælectione, assumptus familiariter erat, quanuis in aliis contrarium factum fuerit. Prius enim curarunt corpora, & tunc curarunt animas. Hic autem non sic. Mihi videtur Paulus ad animam illius respexisse. *Et exiit, inquit, & ambulauit.* Saltatio, perfectæ sanitatis indicium.

f. iij. indicium.

indiciam. Turba vero cum vidissent quod fecerat Paulus, sustulerunt vocem suam Lycaonicè, dicentes: *Dij in specie hominum descenderunt ad nos, & vocabant Barnabam Ionem, Paulum vero Mercurium, quòd is esset dux sermonis. At sacerdos Iouis cum esset ante illorum ciuitatem, tauros & coronas ad vestibula afferens cum turba volebat sacrificare.* Sed hoc nõdum erat manifestum, sua enim voce loquebantur, quòd dij in specie hominum descenderunt ad nos. Idcirco nihil illis dicebant. Vbi autem viderunt coronas tunc egressi, diruperunt vestes suas. *Cum audissent autem apostoli, Paulus & Barnabas disruptis vestibus suis, insilierunt in turbam clamando ac dicendo: Viri, cur hoc facitis? Et nos similiter vt vos passibiles sumus homines.* Vide illos vbique à gloriæ studio mundos, quam non solum non desiderabant, sed & cum daretur, repellebant. Sicut & Petrus dicebat, *Quid in nos respicitis, quasi propria virtute vel pietate fecerimus ambulare illum? Et illi idem dicunt. Ioseph autem dicebat de somniis, Nõne à deo manifestatio somniorum? Et Daniel similiter: Et mihi non in sapientia, quæ est in me, reuelatum est. Et Paulus vbique hoc dicit, vt quando dicit: Et ad hæc quis sufficit? Et iterum: Non sufficiens à nobis ipsis cogitare, quasi ex nobis ipsis, sed sufficientia nostra ex deo est. Videamus autem iterum quæ supradicta: Non simpliciter illis apposita sunt turba, sed quo modo: Rogabant, vt ipsis eadem iterum loquerentur, & operibus studium declarabant. Vide vbique obsecrantes, nõ recipientes simpliciter, nec aduantes. Idcirco dicebat, *Qui scilicet colloquentes cum illis suaserunt, vt perseverarent in gratia dei. Quare ante hoc non contradicebant? quia tunc non increduli tacebant. Vides, quòd vbique affectionibus mouebantur. Et non contradicebant solum, sed & blasphemabant. Etenim malicia nunquam sistit, sed vide dicendi libertatem. Vobis erat, inquit, necessarium primum dici sermonem dei, quoniam autem repulistis illum. Nihil cõtumeliose dictum. Quod sanè & prophetis faciebant. Ne loquamini nobis, inquit, locutione. Quoniam autè repulistis illum, inquit, non nos. Non enim contumelia nostra, vestra tantum est. Ne enim quis pietatis esse putet, dicit: Indignos iudicatis vos ipsos. Quocirca primum dixit, Repulistis illum: & tunc, conuertimur ad Gentes. Verbum hoc mansuetudine plenum est. Nõ dixit, derelinquimus vos: ostendens quòd possibile sit se iterum huc conuerti. Et hoc non propter vestram contumeliam factum est. Sic enim præceptum est nobis. Itaque oportet adire Gentes, veruntamen hoc non ex nobis facimus. A vobis autem factum est, quod à nobis oportebat. Sic enim præcepit nobis dominus, Posui te in lucem gètium, vt tu sis in salutem: hoc est, in cognitionem quæ est in salutem, & non simpliciter gentium, sed omnium. Hoc sanè manifestat dicendo, Quotquot ordinati sunt in vitam æternam. Et hoc indicium est, quòd illi iuxta voluntatem dei assumantur. Ordinati autem, inquit, vt non ostendat, quòd per necessitatem. Quos enim præcognouit, inquit, & præfinit. Non iam in ciuitate dispersi sunt, sed etiam in regione. Nam cum audissent ij qui ex gentibus etiam ipsi paulo post accesserunt, Iudæi autem concitabant religiosas mulieres, & excitarunt persecutionem. Vide etiam quòd mulieribus illis authores sui furoris sunt. Et eiecerunt illos, inquit, à finibus suis: Non à sola ciuitate, sed ab omni regione. Deinde hoc terribilius. Discipuli autem, inquit, implebantur gaudio & spiritu sancto. Persecutionem patientur magistri, & illi gaudebant. Vidisti quãtam virtutem natura euangelij habet? Affixerunt, inquit, ani-**

mas Gentium contra fratres: hoc est, calumniati sunt Apostolos, & innumera mala contra illos dixerunt, & cum sine fuce essent maligne affecerunt. Et vide quo modo semper deo totum adscribit: *Multo tempore, inquit, morati sunt, cum fiducia loquentes per dominum, qui testimonium dabat sermoni gratia sue.* Num hoc imminutionis esse putas, quando enim dicebat: *Qui testimonium dedit, inquit, sub Pontio Pilato: tunc loquendi libertas ostendebatur. Hic autem de populo dicit: Non expectabant igitur, sed videbant impetum, & confugerunt in ciuitates Lycaonia, Lystran, & Derben, & finitimanam regionem.* Hic minime feruorem illorum extinguere licebat. Et ita etiam in regionibus, & non in solis ciuitatibus aggressi sunt. Vide etiam Gentium simplicitatem, & Iudæorum maliciam, operibus declarabant se dignos qui audirent, & ita ob sola signa illos honorabant. Illi quidem vt deos colebant, hi vero vt scelestos persequebantur. Et illi non solum non offendebantur prædicatione, sed etiam dicebant: *Dij in specie hominum descenderunt ad nos. Iudæi autem offendebantur. Vocabant autem, inquit, Barnabam quidem Ionem, Paulum autem Mercurium.* Mihi videtur etiam ab aspectu venerabilis fuisse Barnabas. Etiam hæc tentatio non parua, ab immodica obseruandi nimietate prodiit, verum & hinc apostolorum virtus ostenditur. Et vide quo modo vbique omnia tribuunt deo. Hos & nos imitemur. Nihil nostrum esse putemus, quandoquidem & ipsa fides nõ est nostrum opus. Quòd autem nõ sit nostrum, sed magis dei, audi Paulum dicentem, Etiam hoc non ex nobis, dei donum. Ne igitur sublime sapiam, ne inflemur, cum simus homines, terra ac cinis, fumus & vmbra. Dic enim oro, quare superbis: Eleemosynas dedisti, & pecunias expendisti. Et quid hoc? Cogita, si non voluisset deus te facere diuitem. Cogita eos qui inopia premuntur. Imò cogita, quot etiam corpora impederunt: & postquam plurima erogarunt, se ipsos miseros dixerunt, Tu autem propter te ipsum dedisti: Christus non te opus habet. Vide quã incerta futura. Et ne superbi, sed time, ne virtutem arrogantia pessundet. Vis re ipsa bonum aliquod opus facere? Nunquam præsumas tanquam de magnis operibus. Num virgo es? Sed & illa, cum virgines essent, nullum à virginitate, propter inhumanitatem ac crudelitatem fructum reportarunt. Nihil conferendum humilitatis virtuti. Ipsa enim mater est ac radix, & alumna, & fulcimentum, & vinculum bonorum. Sine illa, abominabiles & scelesti & immundi sumus. Esto enim quis mortuos suscitet, ac claudos sanet, leprosos purget, cum superbia: nihil eo cõtaminatus, nihil magis impium, nihil scelestius. Nihil tui ipsius esse putat. Industria vales, & docedi gratia: ne propterea putes, quòd plus aliis habeas. Idcirco maxime humiliari, ac modestia vti debes, quia plura assecutus es dona. Cui enim plus remissum est, plus diligit. Igitur & modestia opus est, quòd aliis præteritis te respexit dominus. Time ob hæc rem. Sæpe enim tibi & perditionis causa fit, nisi sobrius sis. Cur superbis, quòd doces sermonibus? Perquam facile est philosophari verbis. Doce me vita tua. Hæc doctrina optima est. Dicis, quòd opus est modestia: & tu procul ab hoc sermone recedis, & rhetoricaris, nullo prohibete, verbis diffuens. Sed te melior ille, inquit, qui operibus docet. Nõ enim sic insident animæ verba ac opera. Quoniã si non habueris opus bonum, nõ solum nõ proderis loquedo, sed etiã plus nocebis, vtiliusque fuerit tacere. Quare: Quia opus mihi proponis, ac si impossibile foret. Cogito enim mecum, Si tu qui tantum loqueris nõ facis, multo magis ego venia dignus sum, nihil

nihil tale dicēs. Idcirco, inquit propheta, Peccatori, inquit deus, vt quid tu enarras iustificationes meas? Maius enim hoc damnum, quãdo bene quis docet verbis, & operibus doctrinam impugnat. Hoc multorum in ecclesia malorum causa est. Ea propter & veniam date, oro, quòd prolixior sum in hac causa. Multi vt in medium procedant, multa faciunt: & vt longum sermonem facere possint: & si applaudentem multitudinē habent, quasi regnum adepti sint, gaudent: si autem cum silentio claudatur sermo, tristitia maior illis è silentio, quã ex gehenna. Hoc subuertit ecclesias, quòd & vos non quaritis audire sermonem, qui compugere possit, sed qui oblectet, & tinnulo strepitu, & verborum compositione, quasi citharædos & cantores audientes: & nos frigidè & miserè facimus, nostras affectiones sequentes, quas eiicere oportebat. Et idem fit ac si pater videns puerum, quem supra modum tenerè amat, ægrotum: illi frigida & quæcunque oblectant, porrigat, quæ autem vtilia, minimè curet. Deinde quando obiurgatur à medicis, rationem reddat, dicens: *Quid patior, vidēs flentem puerum, ferre nequeo. Miser & erumnose ac proditor, neque enim talem patrem dixerim. Et quãtò satius fuerit paruo tempore tristitia affectum, perfectæ sanitati restitui, quã temporariam illam gratiam perpetuæ tristitiæ causam fieri: Hoc etiam nobis accidit. Floresculos verborum & compositionem & harmoniam curiosius sectamur, vt canamus, non vt profimus: vt simus in admiratione, non vt doceamus, vt oblectemur, non vt compungamus: vt plausu & laudibus obtentis abeamus, non vt mores componamus. Credite mihi, non dicere alioquin, quoniã quando inter dicendum plausum excito, per illud quidem tempus, humanum quiddam mihi accidit. Cur enim verum quis non dicat, & distrahatur, & diffundatur: vbi autem domum redeo, & intelligo plaudentes sine fructu abiisse, & si fructum accipere poterant, à plausu & laudibus periisse: ploro, & gemo, & lachrymor, & quasi frustra omnia dixerim sic afficior, mihiq; ipsi dico: Quæ sudorum meorum vtilitas, si auditores è verbis meis nullum fructum accipere volunt? Et sæpius cogitavi ponere legem plausus prohibentem, & suadentem, vt cum silentio & cõuenienti decencia audiat. Sed sustinete oro, & credite mihi, & si placet hanc nunc legem firmabimus, ne quis auditor plaudat quandiu nos loquimur. At si voluerit admirari, admiretur silens, nemo est qui prohibet. Omne autem studium & alacritas in id collocetur, vt quæ dicuntur, accipiantur. Quare applausistis: De hoc legem pono, Vos autem nec audire potestis. Multorum bonorum causa erit philosophiæq; schola. Disserebant & exteri philosophi, nec tamen plausu excipiebantur vnquam. Et apostoli concionabantur, & nunquam hoc accidit, quòd auditores dicentem plausibus inturbarent. Magna ex ea lege nobis vtilitas, sed stabiliamus illam, cum silentio omnes omnia audiamus, & dicamus. Nam si quidè post plausus abierimus habentes ea quæ audiuius, maxime profectò neque sic laus erit vtilis. Verum non inuestigari accuratius, ne me quis rusticitatis accuset. Quoniam autem nihil vltra reliquum, nisi damnum, soluamus impedimentum, tollamus plausus incompósitos, eiiciamus vincula animæ. Sed nullus quid dicat, donec finiatur sermo. Christus cõcionatus est in monte, & nullus quippiam dixit, donec sermonem finiisset. Nihil damni affero his qui vellent plaudere, sed magis admirari faciam. Multò melius est cum silentio audientem, propter memoriam omni tempore plaudere,*

& in domo, & in foro, quã amissis omnibus redire vacuos domum, & nescire plausus causam. Quo modo auditor ille non ridiculus? Quo modo non adulator & irrisor putabitur magis? Dum asserit quidem, doctorè bene dixisse, nescire autem se quid dixerit. Hoc adulationis est. Ei qui citharædos & tragædos audit, meritò id accidit, vt pote similem orationem dicere nescienti. Hic autem nec modulationis, nec vocis ostentatio est, sed sensuum ac philosophiæ potentia, quæ cuique dicere ac annunciare non difficile. Quo modo non dignus vituperatione, qui non potest dicere causam propter quam laudauit dicentem? Nihil ita decet ecclesiam, vt silentium, vt morum compositio. Turbationes ad theatra pertinent, & balnea, & pompas, & fora. Hic autem de talibus dogmatis doctrina, tranquillitas & silentium, & boni mores, & portus magnus esse debet. Hæc oro & supplico, vt omnes sciant. Conor enim etiã ego omnigenos modos inquirere, quibus vestris animabus prodesse queam. Est autem & ille non minimus. Non vobis solis proderit, sed etiam nobis. Non sinet excidere, neque laudes & gloriam diligere, neque oblectantia loqui, sed vtilia: neque in compositionem & ornatum verborum, sed in sensuum virtutè omne temporis momentum collocare. Ingrederet in pictoris officinam, & videbis multum illic silentium. Igitur & hic sit. Etenim etiam hic regias pingimus imagines, & nullam priuati hominis, propter colores virtutis. Quid hoc, iterum plauditis? Num facilis res videtur, idq; non natura, sed consuetudine multa, nondum didicisse istud facere? Stylus igitur, est nobis lingua. Artifex autem, spiritus sanctus. Dic oro, num in sacramentis tumultuatio quædam, vel turbatio? Quando baptizamur, quando alia omnia facimus, nõne silentiũ & quies alia omnia detinet? Hæc in cælo pulchritudo dispersa est. Hanc ob rem & apud gentes malè audimus, quasi ad ostentationem omnia facientes, & ad gloriæ studium. Sed si hoc prohibeatur, etiam primarum sedium amor extinguetur. Sufficit si quis laudes amat, quòd eas postquã auditus est assequitur, quando fructus colligit. Valde oro firmemus hanc legem, vt omnia facientes, pro vt domino placet, illius misericordiã mereamur, gratia & miserationibus vni geniti illius, dominiq; nostri Iesu Christi, cui cum patre simul & sancto spiritu gloria, honor, imperium nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Auditis his apostoli Barnabas & Paulus disruptis vestibus suis exilierunt in turbam, clamantes ac dicentes: Viri, cur hæc facitis? Nos similiter passibiles vobis sumus homines, euangelizantes vobis, vt ab his vanis conuertamini ad deum viuentem, qui fecit cælum ac terram & mare, & omnia quæ in illis.
Homilia xxxi.



Idè vt apostoli omnia magna cum vehementia faciunt, diruperunt vestimenta, insilierunt, clamauerunt, omnia ex affectione anime procedunt, auerfantur ea quæ facta, & luctus signa faciunt. Luctus enim erat verè luctus non admittens cõsolationem. Siquidem pro diis haberi voluissent, introduxissent idololatriam quam destruxerant, quæ diaboli opus. At illi nõ tacent. Et quid dicunt? Etiam nos vobis similiter passibiles, homines sumus. Statim ab initio subuerterunt viciũ. Nõ dixerunt simpliciter homines, sed sicut vos. Deinde ne videatur deos honorare, audi quid adiiciunt: *Euangelizantes vobis, vt ab his vanis conuertamini ad deum viuentem, qui fecit cælum & terram, & mare, & omnia quæ in eis.* Vide quòd hic nunquam prophetarum sunt memores,

mores, neque dicunt, cuius gratia is qui omnium est conditor, gentes reliquit propria lege frui. *Qui in praeceperis generationibus permisit omnes gentes ire in viis suis.* Dicit quidem quod permisit. Quare autem permisit non iam addit, sed in hoc ad quod festinabat, subsistit, nusquam Christi nomen ponens. *Quamquam non expectem testimonij scriptum esse sinebat, beneficia de caelo conferens vobis, dans pluuias ac tempora fructifera, implens cibo ac lacticia corda vestra.* Vide non vult accusationem eorum exaggerare, sed magis docet eos, vt totum in deum referant. Didicerant enim non tantam habendam dicendi curam dignum aliquid de deo, quantam vt auditoribus vtilia dicatur. Vide quam latenter accusationem ponit, quanuis etiam palam taxasset, probè egisset. Oportebat enim puniri illos qui tantis bonis fruebantur, & nutritorem suum non agnoscebant. Non dicit autem manifestè, sed insinuat: Caelitus nobis pluuias, inquit, dans. Ita & David dicebat: A fructu frumenti, & vini, & olei sui multiplicati sunt. Et saepe de conditione differens, hæc in medium affert. *Quin & Hieremias de primo opificio, & deinde de pluuibus narrans prouidentiam dei commendat.* Atque ille inde edoctus, inquit, Implens alimèto & læticia. Cum largitate alimètum, & nõ solum ad frugalitatem ac vsum. Et hæc dicentes vix compeuerunt turbas ne sibi immolarent. Et hoc maximè admirati sunt. Vides quod hoc contenti sunt, quod turbam ab hac insania liberarent? *Superuenerunt autem ab Antiochia & Iconio Iudæi quidam, qui quum persuasissent turbis ac lapidasset Paulum, traxerunt eum foras portam, putantes illum mortuum esse.* Reuera diaboli filij. Non in ciuitatibus suis solum, sed etiam extra illas hæc faciebant, tantoq; studio anhelabant tollere prædicationem, quanto apostoli erigere moliebantur. Et quum persuasissent, inquit, turbis, & lapidasset Paulum, traxerunt foras portam. Hic impletur, Sufficit tibi gratia mea. Virtus enim mea in infirmitate perficitur. Maius hoc erat quam claudum sanare. Gentiles quidem vt deos putabant, hi autem traxerunt persuadentes turbis. Non enim verisimile erat admirari illos. Et vide, In ciuitate illa, in qua tam admirabiles fuere, in eadem grauius patiebantur. Id quoque videntibus proderat. Quod autem etiam propter hoc permittebantur pati, audi hoc istuc ipsum manifestantem ac dicentem: Ne quis me putet esse supra id quod videt me, vel audit aliquid ex me.

Vbi autem discipuli circumdederunt eum, surgens ingressus est in ciuitatem. Vides alacritatem? Vides desiderium feruens & succensum? Iterum in illam ipsam ciuitatem ingressus est, & vt monstratur quod si alicunde & secesserit, velle per hoc feminari verbum, & non extinguendum propterea esse illorum desiderium. Hæc non minus claros reddebant, quam signa, magisq; gaudere faciebant. Nusquam autem dicit quod reuersi sunt, vbi signa fecerunt: sed vbi meruerant pro nomine illius ignominiosi haberi. Nam etiam hoc à Christo didicerant dicente, Ne gaudete, quod darmonia vobis subiciuntur. Et enim reuera gaudium & purum est, pati aliquid propter Christum. Deinde in ciuitates omnes redierunt, in quibus periclitati fuerunt. *Et postero die exiit cum Barnaba in Derben, quumque euangelizasset ciuitati illi ac docuissent multos, reuersi sunt in Lystram, & Iconium, & Antiochiam, confirmantes animas discipulorum, obseruantes vt maneat in fide, & quod per multas afflictiones oportet intrare in regnum dei.* Hoc dicebat, hoc monstrabant. Confirmantes, inquit, animas discipulorum, atq; ita confirmati fuerunt, imò appositi sunt. Prædicebant igitur ne offendantur. Atque tam discipuli quam apostoli, operam dant, vt discant statim ab ini-

tiatio prædicationis virtutem, & quod etiam ipsos oporteat talia pati, & vt generosè stent, non solum signa stupentes, sed multo magis tentationes. Idcirco & ipse dicebat: Eundem agonem habentes sicut vidistis in me & audiistis. Vbi que prælia, pugna, lapidationes. Qualis adhortatio, statim ab initio afflictiones proponere. Sequitur & alia consolatio: *Quum autem suffragiis delegissent illis seniores per ecclesias, orassentq; cum ieiuniis, commendauerunt illos domino in quem crederant.* Vidisti feruorem Pauli, cum orassent, inquit, cum ieiuniis, commendauerunt illos domino. Vide cum ieiuniis fiunt ordinationes. Iterum ieiunium, purgatio est animarum nostrarum. *Et quum pertransissent Pisidiam, venerunt in Pamphiliam, & quum loquuti essent sermonem Pergæ, descendunt in Attaliam.* Iracundis quidem illis cedit, mitigatos autem accedit. Vides quod non omnia per miraculorum gratiam, sed etiam propria diligentia multa dispensabant. *Et illinc soluerunt in Antiochiam, vnde erant traditi gratia dei in opus quod impleuerunt.* Quare iterum veniunt in Antiochiam: vt annuncient quæ illic facta. & aliter: Etiam hoc loco magna res agitur. Oportebat enim cum fiducia iam prædicare gentibus, veniunt igitur vt hæc annuncient, & scire possint. Et agebatur hoc tunc, vt hi qui prohibuerant conuersari cum gentibus, magna nunc sumpta fiducia à Hierusalem abeant. Vel etiam aliter: Ostendit illorum mores nõ pertinaces. Veniunt igitur magnam præ se ferentes fiduciam, quod etiam absque illis gentibus prædicassent, & obedientiam quod illis referunt, non enim arroganter gloriabatur talia se fecisse. Vnde erant traditi, inquit, gratia dei. etiam spiritus dixerat: sed quæ sunt spiritus, sciebat esse filij. Vna enim potestas, sicut vna natura & filij spiritus. *Vbi autem aduenerunt & congregauerunt ecclesiam, annunciarunt quæcunque fecit deus cum illis, & quod aperuit deus Gentibus ostium fidei.* Commorati autem sunt illic tempore non paruo cum discipulis. Merito, magna enim erat ciuitas, & doctoribus egebat. Videamus iterum quæ sunt dicta. Isto spectaculo terruerunt eos disruptis vestibus. Hoc & Iesus Naue fecerat in populi strage. Ne igitur putes indignum illis esse, & ipsorum moribus. Etenim non aliter compressissent illorum impetum, nec aliter incendium extinxissent. Quando igitur opus fieri talia, & nos quoque ne detrectemus. Si igitur & post hæc vix persuaserunt, nisi hoc fecissent quid factum fuisset? Nam nisi sic egissent, putati fuissent superbi esse, & talem honorem concupiscere. Et vide sermonem in medio stupore, quam moderatus fuerit, miraculoque plenus & stupore. Hoc maximè illos prohibuit quod dicunt, Et nos sumus similiter vt vos passibiles homines, euangelizantes vobis quod à vanis illis conuertamini ad deum viuentem. Quasi dicerent, Homines quidem sumus, inquit, his autè maiores, hæc enim mortua. Vide illos non confutare solum, sed etiam docere, & nihil de inuisibilibus loqui. Qui fecit, inquit, cælum ac terram, & mare, & omnia quæ in illis. Testes illos dicit, an nos? O insaniam Iudaicam. Ausi sunt ingredi ad populum qui tantum honorem apostolis dederat, & lapidare Paulum? Extra autem portam traxerunt, forsantimientes illum. Et adorantes, inquit, cum ieiuniis, commendauerunt illos domino. Et ieiunandum docuerunt in tentationibus. Non dixerunt, Quæcunque ipsi fecerant, sed quæcunque deus fecerat cum ipsis. Mihi videntur tentationes dicere. Non simpliciter venerunt illuc, neque quiescendi gratia, sed miro spiritus sancti ductu, ita vt prædicatione gentium confirmetur. Et quare, inquit, in Cypro non fecerunt presbyteros, neque in Antiochia?

Quia

Quia illa quidem erat apostolis, ista autem propinqua Antiochia. Et verbum inualesebat. Hic autem multa opus erat consolatione, maximè enim qui ex Gentibus erant, multum doceri debebant. Venerunt docetes, vnde merito ordinati fuerunt à spiritu. Et vide feruorem Pauli. Non rogat an oporteat loqui Gentibus, sed statim loquitur, idcirco dicit: Non acquieui carni & sanguini. Magnum bonum est persecutio, & magna ac generosa animæ opus. Quot post hoc crediderunt, & nullis sic fulsit, ita nobis vbiq; alacritate opus est, & multo feruore, anima ad mortem parata, neque aliter regnum acquiratur, nisi crucifixus. Ne decipiamus nos ipsos. Si enim in bello feruari impossibile est, delicatè agem, & lucri cupidiorum, negociantemq; & ignauium, quantum magis in hoc prælio? An non putatis nunc esse bellum, difficillimum omnium? Non est nobis, inquit, certamen contra carnem & sanguinem. Et prouidentibus, & ambulantes, & lauantes adest inimicus. Nescit enim quietis tempus nisi somni, immo & tunc sapius oppugnat, & cogitationes immittit immundas, & à somniis intemperatior reddidit. Nos autem quasi parua res sit, propter quam ille præliatur, non sumus sobrii, neque excitamur, neque videmus in multitudinem aduersariarum nobis potestatem, non cogitamus quod istuc ipsum maximè infelicitatis est: at dum in tantis periclitamur, agimus ac si pax esset. Credite mihi, grauiora nunc sunt quam ea quæ Paulus ipse passus est. Miserunt tunc lapides in Paulum, at nunc imperit verbis quæ lapidibus grauiora. Quid igitur oportet facere? Id quod ille fecit. Eos qui lapidarunt, odio nõ habuit, sed quum extraxissent ipsum, iterum ingressus est in ciuitatem, benefacturus his qui iniuria affecerant. Sic tuleris & tu asperum conuiciatorem, & iniusticia te opprimentem, lapiderisque. Ne autem dicas, nihil iniuste feci. Quid enim iniuste egit Paulus? regnum annunciauit, ab errore depulit, deo adduxit. Hæc coronis, hæc prædicatione, hæc innumeris bonis digna, nõ lapidibus, attamen contraria passus est. Ista enim clara victoria est. Et traxerunt illum, inquit. Et te sapius trahunt, sed ne irascaris, sed prædica sermonem in mansuetudine, Contumelia te affecit, tace & benedic, si potes, & sic prædicasti etiam tu sermonem, docuisti iusticiam, docuisti mansuetudinem. Scio plerosque non ita vulneribus, vt verborum plaga fauciarum: nam illud quidem vulnus corpus suum scipit, hoc autem anima, sed ne doleamus, immo dolentes sustineamus. Non videris athletas faucio capite, stridentes dentibus strenuè ferre dolores? hic autem non opus stridore & morfu dentium. Memor esto domini tui, hoc pharmacum statim imposuisti memoria. Memor esto Pauli. Cogita quod qui cæderis vincis, ille autem qui cædit vincitur, & totum per hoc curabo. Momentum est, ne simul rapiaris, & totum statim effecisti, ne mouearis, & totum extinxisti. Magna consolatio est aliquid propter Christum pati. Non prædicas sermonem fidei, sed prædicas sermonem philosophia. At quando alius, dicitis, magis me mansuetum videt, hoc magis infestat. Igitur propterea doles, quod magis tibi merces crederet? Sed inutilis erit mansuetudo, inquit. Hoc tuè pusillanimitatis excusatio est, aliter inutilis fit, si vlciscaris. Ignorabat ne deus iniustis inutile, si non sumatur vltio? Si sciisset, non præcepisset. Verum dixit, Ne vlciscaris te ipsum. Sciebat utique quod hoc magis conducit. Ne pone deo legem contrariam, obtempera illi, non es tu melior eo qui fecit nos. Dixit, contumelia affectus fer. Tu dicitis, retaliabo, vt non fiat inutile. Tu igitur maio-

rem curam habes quam ille. Affectionis, & asperitatis arrogantiæ verba hæc sunt, & quod contra deum lex ponatur. Nam licet dano afficeretur, num obedire oportebat, quando deus aliquid præcepit, ne ponamus nos legem contrariam? Responsio, inquit, submissa auertit iram: Itaque hoc facit submissa nõ aduersaria. Si tibi prodest, & illi proderit: si autem tibi nocet, qui correcturus es illum? Medicæ cura te ipsum. Dixit malè, lauda tu: conuicia dixit, dic tu præconia: insidiatus est, benefac tu, diuersis illi retalia, siquidem omnino illius salus curam tibi est. Et ne velis ob tuas affectiones vlcisci. At dicitis: Sapius longanimitatem expertus, deterior factus est. Hoc non apud te, sed apud ipsum. Vis discere quanta passus est deus? Altaria illius subuerterant, prophetas occiderant, & omnia ferebat. Non poterat fulmè supernè demittere: Sed quando prophetas misit, & occiderunt illos: tunc Iesum misit, quando maximè impiè agebant, tunc plurimum benefecit. Et tu si videris exasperari, tunc magis cede, maiore enim consolatione furor ille indiget, quanto molestioribus contumeliis insequitur, tanto maiore mansuetudine illi opus est. Et sicut incendium quando maximè flat, tunc magis opus, vt cedatur: ita & ira flagrantem bestiam, quando maximè effera est, omnes effugimus, ita nos & irascentem. Nec putes hoc esse honorem, alioqui & bestiam honoraremus, & furibundos honoraremus, si deuitaremus. Ignominia est & contumelia, immo non ignominia & contumelia, sed & misericordia & humanitas. Non vides nautas, quando vehementer flat ventus detrahere vela, ne subuertatur nauis? Eques quando se equi simul rapiunt, laxat, & non retinet frænum, ne sua sponte vim euacuet? Hoc & tu fac. Ignis est furor, flamma acuta est indiga materia, ne suppetas igni materiam, & statim extinxeris malum. Non habet à seipsa robur ira, nisi alius sit qui illam alat. Nullam excusationem habes, ille detinetur furore, & nescit quid facit. Tu considerans illum, quando in eadem incidis, & neque illius exemplo sapietior efficeris, qualis venia? Si in conuiuio quis factus videret in vestibulo aliquè inebriari & turpiter agere, deinde ipse iisdem viciis irretiat, nõne post illum hic multo minus venia dignus fuerit? Sic & hic, ne putemus defensionem dicere: Ego non cæpi. Hoc contra nos est, quia neque illius turpitudine visa temperatior facti sumus. Quemadmodum si dicat quis, ego nõ primus occidi. Eapropter poena dignus es, quod neque exemplo viso melior factus te ipsum continuisti. Si videris ebrium vomere, dilacerare, dirumpere, oculis toruis videre, immundicia mensam implere, omnes illum fugere: deinde in illa ipsam incidas ebrietatem, nõne magis eris odibilis? Talis est etiam qui irascitur, plus quam vomens, inflat venas, incendit oculos, dirumpit viscera, vomit verba, illa immundicia magis impura, omnia non commandata, sed cruda loquitur, nihilque perfectum. Non enim finit ira. sed sicut illic saepe humorum nimietas, stomachum perturbat, omniaque euacuat: Ita & hic calor nimietas, perturbat animam, nec finit latere quæ silere deceret, sed dicenda ac non dicenda effutit, non audientes, sed seipsum confundens. Sicut igitur vomentes fugimus, ita & irascentes. Quid faciendum? Pulverem super vomitum illorum ponemus, tacendo canes vocemus, vt & illa euomita deuorent. Scio quod hæc audietibus vobis nauseam cient. Verum tunc sic vos affici velim, quando illa fieri videris, & tunc non oblectari. Conuiciator enim immundior est cane, qui ad vomitum suum reuertitur. Ille enim vt semel euomuerit cessat,

Psal. 4. b

2. Cor. 12. b

Ibidem.

Luc. 10. c

Gal. 1. c

Eph. 6. b

Hic supra c

Psal. 145

Luc. 4. d

3. Reg. 19. b

rit cessat, nec erit sicut ille: & si iterum eadem vomit, manifestum, quod eadem edit. Quid igitur illo abominabilis: quid immundius illo ore, quod eosdem cibos vomitos manducat? quanuis hoc naturæ opus: illud autem inimitabile, immo & hoc & illud præter naturam est. Quo modo? Non enim secundum naturam est, sine causa conuiciari, sed præter naturam. Igitur nihil quidem vt homo loquitur, sed alia vt bestia, alia vt rō vt furibundus. Itaque sicut corporum morbus præter naturam est, ita & hoc: & quia præter naturam est, si in illo moretur, paulatim perit. Mallem absidere homini lutum edenti, quam talia loquenti. Non videtis porcos stercorea deuorare, & suauiter glutire: ita & illi. Quid enim scdus quam verba quæ contumeliosi conuiciatores loquuntur? Nullum autem illis studium est, vel sanum, vel mundum aliquid dicere, sed quicquid scdum, quicquid turpe hoc & facere, & loqui solent. Hoc sane grauius, quod dum seipfos magis confundunt, alios confundere putant, & manifestum est inde. Ne enim mihi dixeris illos mendacia dicere, sed sit quedam insignis meretrix, vel alius quispiam e fornice, & faciat cum illo pugnam: postea ille huic hæc loquatur, & hic iterum illi similiter, vt magis contumelia affectus erit: nam ille quidem, ea quorum reus est, audit: hic autem, ea quorum non est reus: & ita illi quidem, nihil accessit ad confusionem sermonis, huic autem plurimum. Iam sint quedam iterum per opera facta, & solus ille qui contumelia afficit, ea sciat: & qui antea siluerit, per conuicia nunc diuulget: etiam hic propter hoc magis conuicio sese infamabit. Quo modo? præco maliciæ factus, in suspicionem venit, quod malè conscius & fide indignus loquatur, videbitque omnes statim se obiurgare, & talia vbique dicere. Si enim homicidij conscius erat, omnino antea enunciare oportebat, & hunc quidem quasi non sit homo auerfantur, odere, bestiamque esse dicunt efferam & crudellem: huic autem magis quam il si ignoscunt. Eos enim qui vulnera habent, horremus, si tegere cogantur & monstrent: ita & hic contumelia afficit, non illum, sed etiam seipsum, & audientes, & communem hominum naturam, verberauitque auditorem, & nihil boni fecit. Idcirco Paulus inquit: Si quis bonus sermo ad ædificationem, vt det gratiam audientibus. possideamus linguam honesta loquentem, vt simus desiderabiles ac amabiles. Verum eousque maliciæ perueniunt omnia, vt quæ potissimum velare oportebat, in his plerique gloriantur. Multi enim in hunc modum minantur: Non potest lingua mea ferre verba vxoris vetulæ ebriæ ac scæde agentis, & eorum qui in foro exhibent, & traducunt. Nihil his verbis deformius, nihil minus virile. Nihil muliebrius est, quam robur in lingua habere, & in conuiciis superbire, sicut qui in pompis, sicut mimi, & parasiti, & adulatōres. Porci magis sunt quam homines, quotquot in hoc gloriantur. oportebat teipsum occultare, oportebat si quis alius hæc de te testaretur, fugere testimonium quasi hostile & nō virile. Tu autem conuiciorum præco efficeris. At nihil eum qui malè audit, nocere poterit. Ideo obsecro, vt considerantes quanta malicia sit, quod & gloriantur quidem, resipiscamus, emedemus eos qui sic insaniunt, tollamus hos e ciuitate cætus, ornemus linguam nostram, liberemus eam ab omni accusatione, vt purificati a peccatis, supernam beneuolentiam nobis conciliari, & dei misericordiam mereri possimus, Gratia & misericordiam vnigeniti illius, cum quo patri simul, ac spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc & sem-

Eph. 4. g

Commorati autem sunt illic tempore non paruo cum discipulis. Et quidam descendentes à Iudæa docebant fratres: Si non circumcidimini more Moisaico, non potestis seruari.

Homilia xxxij.

Vide vbique transitum ad gentes, necessarium initium à Iudæis habere. Ante hoc qui obiurgabatur, rationem reddebat, & ad defensionem omnia loquebatur, id quod sermonem magis gratum reddebat, quod Iudæis auerfantibus venit ad gentes. Hic iterum videns alium excessum oriri, legem statuit. Quoniam enim vepote à deo docti apostoli, sine discrimine omnibus loquebantur: & hi qui ex Iudæis erant, ad zelum prouocabantur, nec docebant simpliciter circumcisionem, sed sine illa saluari non posse. Cuius contrarium tempestiuè nunc dicitur: Si circumcidimini, non potestis seruari. Vides continuas tentationes intus & foris? Pulchra autem dispensatione hoc agitur, Paulo præsentem vt contradicat. Et non dixit Paulus: Quid? non merebor fidem à tantis signis: sed differit propter illos. Et vide vt iam omnes discunt, quæ contigerant inter gentes, etiam Samaritani, & gaudent.

Itaque facta seditione, & disputatione non parua Pauli & Barnabæ contra illos, statuerunt, vt ascenderent Paulus & Barnabæ, & quidam alij ex illis ad apostolos & seniores in Hierusalem super hæc questione. Illi ergo deducti ab ecclesia pertransibant Phœnicem & Samariam, annunciantes conversionem gentium, & faciebant gaudium magnum fratribus omnibus. Vt autem venerunt in Hierusalem, suscepti sunt ab ecclesia, & apostolis & presbyteris, annunciantes quæcunque deus fecit cum illis.

Vide quanta ordinatione lingua facta sunt. Surrexerunt autem quidam ex secta Pharisæorum, qui crediderant, dicentes, quod oportet circumcidere illos, & præcipere eis vt seruent legem Moysi. Congregati sunt autem apostoli & seniores, vt dispicerent de sermone hoc. Multa autem disceptatione facta, surgens Petrus dixit ad illos: Viri fratres, vos scitis quod à diebus antiquis deus in vobis elegit per os meum, vt audiant gentes sermonem euangelij, & credant. Vide Petrum hætenus separatum à negotio, & Iudaizantem: Vos scitis, inquit. Aderant forsan ex his qui vocauerunt illum ad Cornelium olim, & ingressi cum illo, & propterea adducit illos testes. A diebus antiquis in vobis elegit deus. Quid est, in vobis? Hoc est: In Palestina, inquit, vel præsentibus vobis. Per os meum. Vide vt ostendit deum per illum loqui, & nihil esse humanum. Et cordium cognitor deus testimonium dedit illis. Ad spiritus testimonium ducit illos. Dans illis spiritum sanctum, sicut & nobis. Vide quo modo vbique æquat gentes, & nihil diiudicat inter nos & illos. Fide purificatis cordibus illorum. A sola fide, inquit, illa assequuti sunt, & non operibus vel circumcisione. Etenim hæc non dicunt solum pro gentibus rationem reddentes, sed etiam illos à lege abducere cupientes. Verum iam hoc nondum dicunt. Itaque nunc quid tentatis deum, vt imponatis iugum super cervicem discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos potuimus portare, sed per gratiam domini nostri Iesu Christi credimus seruari, quem admodum & illi. Quid est, tentatis deum? Cur increduli estis, inquit, deo? quid tentatis illum quasi non possit seruire fide? Itaque infidelitatis est legem inferre. Postea ostendit etiam illis non fuisse vtilem, & rotum in legem, non in illos reicit, & accusationem sistit ac moratur. Quod non potuimus nos & patres nostri portare, sed per gratiam domini nostri Iesu Christi credimus seruari quemadmodum & illi. Quanta virtute plena sunt verba hæc, quæ sanè Paulus multis in epistola ad Romanos

Rom. 4. 4.

Romanos dixit: hæc & hic. Si enim Abraham, inquit, ex operibus iustificatus est, habet gloriationem, sed nō apud deum. Vides quod magis hæc docet, quam quod gentes defendit? At siquidem absque occasione hæc dixisset, forsan minimè obseruatus fuisset. Initio autem sumpto hinc, deinde intrepidè loquitur. Et vide vbique, quod omnia quæ inimici mouerunt, illis prosint. Nam si illi non mouissent, hæc nequaquam dicta fuissent, neque etiam ea quæ postea. Hinc discunt, quod si gentes adducere voluissent, non tamen despiciere debuerint. Videamus autem iterum quæ dicta sunt. In nobis, inquit, elegit deus, & à diebus antiquis. Hoc dixit, ostendens quod olim non nunc. Non parum autem est, quod etiam Iudæi credentes hoc auerfantur. Duobus quod dicit confirmatur, tempore & loco. Et quod elegit, bene, sicut in ipsis. Non dixit, voluit: sed elegit. Vnde hoc manifestum: A spiritu inquit. Deinde ostendit non gratiæ simpliciter, sed virtutis testimonium hoc fieri, & nihil minus illis exhibitum. Nihil enim diiudicauit inter nos & illos. Igitur corda omnino oportet inquirere. Et opportunè dixit: Cordiū cognitor deus, testificatus est illis sicut etiam illic. Tu domine cordiū cognitor omnium ostende. Nam quod hoc voluerit, vide quid dicat: Nihil discreuit inter nos & illos. Quando dixit illorum testimonium, tunc magnum hoc loquutus est, id quod Paulus inquit: Neque circumcisio aliquid operatur, neque præpucium. Et vt duos condat in seipso. Omnium horum semina in concione Petri sita sunt. Et non dixit: Inter circumcisos, sed inter nos, hoc est apostolos. Deinde ne videatur contumelia ex nihilo esse: addit, Fide purificatis cordibus illorum. Et per hoc suspicionem aufert. Expurgauit priorè sermonem, & tunc ostendit non malam legem, sed illos infirmos. Vide quam terribilis finis, nihil ex prophetis narrat illis, sed ex rebus præsentibus, quarum ipsi testes erant. Merito & illi posthac testificantur, & sermonem roborant his iam factis. Et vide, in ecclesia permittit primum inquisitionem & disputationem fieri, & tunc ipse dicit: Igitur quoniam non memorat circumcisos, sed gentes. Hoc enim quod paulò antè inducitur, fiebat firmius: fuisset autem tentatis dicere, num possit etiam post legem seruari? Vide quid facit, ostendit illos esse in periculo, quandoquidem id quod non poterat lex, potuit fides: quod si ab hac exciderint, necesse est illos interire. Et non dixit: Increduli estis, id quod fuisset molestius, præsertim causa posita. Itaque in Hierosolymis nulli quidam erant ex gentibus, sed verisimile est fuisse Antiochiæ. Quapropter veniunt, & commorantur illic non paruo tempore. Surrexerunt autem quidam Pharisæorum, adhuc ambitionis morbo laborantes, volentes sibi asciscere eos qui ex gentibus. Non patiebatur autem hoc Paulus. Postquam autem illuc venit, dogma euidentius factum est. Si enim hi qui in Hierosolymis sunt, nihil tale imperant, multò magis hi. Vides: Quotquot ambitione non tenentur, gaudent in fide. Itaque non narrabantur ea quæ ad ambitionem, vel ad ostentationem pertinebant, sed reddebatur ratio prædicationis erga gentes. Ideo etiam nihil dicunt eorum quæ euenerant Iudæis, Magna pertinacia Pharisæorum, etiam post fidem, adhuc legem timentur, & nō credunt apostolis. Sed vide quam mansuetè, & nō cum autoritate loquuntur. Nam quæ talia amabilia, & magis animo figuntur. Vides nusquam sermonum, sed operum & spiritus ostentationem. Attamen etiam tantis muniti orationibus adhuc mansuetè loquuntur. Et

1. Corin. 7. d

vide non veniunt accusaturi eos qui Antiochiæ, sed illic iterum sumunt occasionem. Sic meditabatur quidam præesse aliis, qui & apostolis nescientibus reprehensum sunt. Attamen nihil horum isti prætulerunt, at vbi satis probarunt, tunc vehementius scribunt. Etenim æquitas magnum vbique bonum. Aequitas dico, non frigiditas, æquitas non adulatio. Multum enim hæc inter se distat. Nihil exasperabat Paulum, nihil Petrum. Quando habes certa testimonia, quid irascere? num vt etiam illa infirma reddas? Impossibile est, vt iracundo persuadeatur. Etiam heri de ira differuimus, nihil autem prohibet, quin & hodie proficit enim plurimum continuo. Etenim pharmacum quod vim habet mederi vulnus, nisi continuo imponatur, totum perit. Ne oro puteris, quod desperem de vobis, quia subinde de iisdem rebus dissero: nam si desperarem, planè nihil loqueremur: nunc autem quia spes est, quod multum lucri faciatis, hæc loquimur: Vtinā perpetuo de iisdem loquamur, vtinam non sit alia quedam occasio vel cura, sed vt affectionibus nostris imperemus. Quo modo enim non absurdum? Regibus quidem in deliciis viuentibus, ac tanto honore, nullum alium esse sermonem, vel in mensa, vel in aliquo alio tempore, quam quo modo hostibus queat præualere, & propter hoc quotidie conuentus facit, & capitaneos, & milites deligit, ac tributa petit. Etiam in ciuilibus causis opinor hæc duas rationes necessarias, vt & hostibus imperent, & suos in pace contineant. Nos autem neque somniamus velle talia dicere. Sed vt seruos quidem emamus ac agros, & vt facultates ampliemus, quotidie loquendo nulla satietate oneremur. De rebus autem nostris, & verè nostris, neque ipsi loqui volumus, neque alios loquentes sustinemus. De quo igitur, dic mihi, loqui vis? De prandio? sed hæc coquorum sunt verba. De pecuniis? sed hæc mercatorum & institorum sunt. De structuris? sed hæc architectorum sunt & ædificantium. De terræ? sed hæc agricolarum. Nostrum autem nullum est opus, quam vt opes animæ acquiramus. Non igitur super illis nobis perpetuo sermo esset? Quare nullus accusat medicos semper de re medica differentes, neque alios opifices de sua arte loquentes. Quod si sic nostras affectiones moderaremur, ne admonitione opus merito quis nobis obiiceret ostentationem & ambitionem: immo neque sic: nam etiam si emendatæ essent, etiam sic colloquendum, ne succumbamus: quoniam & medici non agrorum solum, sed & medicis loquuntur, & sunt eis libri super ea re, vt & morbos curent, & à morbis præseruent. Et ita licet sani simus, neque sic desistendum, vt etiam conseruemus sanitatem. Quando autem & ægrotamus, duplex sermonum necessitas: vna quidem vt liberemur à morbo, alia autem ne liberati recidamus. Itaque curatiuam methodum proponamus infirma curaturi. Quo modo igitur huic affectioni malæ quis medebitur, quo modo acutam hanc comprimet febrem? Videamus vnde nata est, & causam tollamus. vnde nasci consuevit? Ex arrogantia & magna superbia. Causam igitur hæc tollamus, & simul auferetur etiam morbus. Quid autem superbia? vnde nascitur? fortasse iterum ad aliud initium ire conandum. Igitur quam sermo dabit eam viam ibimus, vt radicitus malum euellatur. Vnde igitur arrogantia? Ex eo quod non spectamus quæ nostra sunt, sed de natura quidem terræ, quanuis non simus agricolæ, curiosè inquirimus, & de natura arborū, & de natura auri, quanuis non simus negociatores & de vestibus, & de domibus: de nobis autem & de nostra natura nūquam sustinemus

nemus hoc fieri. Et quis ignorat, inquit, suam naturam? Multi, fortassis omnes: certe pauci. Et si vultis hinc faciamus argumentum: dic oro mihi: quid nam est homo, si quis roget, qua re differt ab irrationalibus: quo modo cognatus est his qui in cœlis sunt: Quid potest ex homine fieri? Num poteris recte respondere: Equidē non opinor: quemadmodum enim licet loqui de materia quadam, ita & de homine. Materia quidem est homo: fieri autem potest & angelus, & bestia. Igitur non videbitur extraneus esse hic sermo: quanuis & sæpe illum in scripturis audistis. Nam de quibusdā hominibus dictum est: Angelus domini est, & ex labiis eius requirūt iudicium. Et iterum: Emmittam angelum meum ante faciem tuam. De quibusdā autem, serpentes, progenies viperarum. Iam sanē apud eos qui totum depingūt, potest fieri etiā iam sanē deus. Quid dico angelus: & dei filius: Ego enim dixi, inquit, dij estis, & filij sublimis omnes. At hoc certē maius, quia vt fiat & deus, & angelus, & dei filius, potestatem ipse accepit, & est homo angeli conditor. Forasan vos turbauit verbum, sed audite Christum dicentē: In resurrectione neque nubent, neque nuptui tradētur, sed sunt sicut angeli. & iterū: Qui potest capere, capiat. Attamen si virtus angelos facit, vtique angelos possumus facere: etsi nō natura, certē proposito & electione: Nam hoc quidem absente, nulla vtilitas est angeli esse naturam, id quod diabolus indicat, qui antea angelus erat. Hoc autem præsentē, nullum damnum est esse hominem natura, vt in Ioāne & Helia perspicuum est, qui in cœlum ascendit, & omnes abituri sunt illuc. Nam hi quidē licet corporei, non prohibiti sunt inhabitare cœlum: illi autem quum incorporei essent, non potuerunt manere in cœlo. Nullus igitur doleat, nullus indignetur de natura quasi impediat, sed de sua electione ac voluntate. Leo ille factus est ex incorporeo, Ecce enim, inquit, inimicus vester sicut leo rugiens obambulat, quærens quem deuoret, Nos angeli à corporibus. Quemadmodum si quis inuenta preciosa materia, quum non sit artifex, contempta illa, magnum damnum accipiat, vt pote margarito vel cōchiliis, vel alio tali quopiam repperito & neglecto. Sic & nos si ignorauerimus nostram naturam, ipsam valde contempnemus: si autem sciuerimus, multum adhibebimus studiū, & maxima lucra faciemus. Ex hac regium fit indumentum, ex hac domus fit regia, ex hac mēbra fiunt regia, omnia regia. Ne abutamur in damnum nostrum natura nostra. Parumper ab angelis minores fecit nos, morte inquam, sed & hęc accepimus breuissimam. Nihil igitur prohibet nos angelos fieri statim, si voluerimus. Velim⁹ igitur velimus, & si disposuerimus nos ipsos, gloriam referamus deo patri, & filio, & spiritui sancto, nunc & semper, in secula seculorum, Amen.

Postquam autem illi stauerunt, respondit Iacobus dicens: Viri fratres, audite me: Simeon narrauit, quo modo primum deus visitauit, vt sumeret ex gentibus populum in nomine suo, & huic consonant sermones prophetarum.

Homilia xxxiiij

Dente. 17. 4



Ic erat episcopus ecclesiæ Hierosolymitanæ. Et impletur nunc quod in ore duūm vel triū testium consistat omne verbum. Vide autem & huius sapientiam, ex prophetis nouis veteribusque consummantis sermonem. Non enim poterat ostendere aliquid, sicut Petrus vel Paulus. Et bene cōstitutū est, vt per illos hęc facta sint, qui non habitaturi in Hierosolymis: hic autem doceat, ne esset reus, neve sententia eius confutetur. Et quid inquit: Viri fratres, audi-

te me, Simeon narrauit. Quidam hunc esse dicūt illum à Luca dictum, alij autem alium eiusdem nominis: siue autem hic, siue alius est, nō opus est sermone exquisitorum, sed solum quod susceptu necessaria quæ narrauit. viri, inquit, fratres: Magna æquitas viri, & perfectior ista cōcio, vbi scilicet & finem imponit operibus. *Quomodo primum visitauerit deus, vt assumat ex gentibus populum nomine illius. Et huic consonant omnes sermones prophetarum. Quoniam ille ob tempus quidem notus erat, sed non tam insignita fide, quod non erat antiquus: addit etiam veterem prophetiam dicens, Si erit scriptum est: Post hæc conuertam, & reedificabo tabernaculum Dauid quod cecidit, & diruta illius reedificabo, & corrigam illud, vt hi qui ex hominibus relictī requirunt dominum, & omnes gentes super quas inuocatum est nomen meum, dicat dominus, qui facit hæc omnia.* Quid igitur suscitata est Hierusalem, an nō magis diruta est: Sed non de hac ab illo dicta sunt hæc. Et quæ dicit suscitationem: Eam quæ est post Babylonē. *Nota à seculo sunt deo omnia opera eius.* Postea ponitur quàm dignus fide sermo, quia nihil nouum, sed ab antiquo hæc præfigurata fuerunt. Et iterum sententia: *Propter quod ego iudico non esse obturbandum illis qui ex gentibus conuertuntur ad dominum, sed scribendum illis, vt abstineant ab inquinamentis simulachrorum, & fornicatione, & suffocato, & sanguine: Moses enim ab atatibus antiquis in singulis ciuitatibus habet qui ipsum prædicent in synagogis, vbi per omne sabbatum legitur.* Quoniam non audierant legem, meritō hæc imperat de lege, ne videatur abrogare illam. Et vide quo modo non abdicat illos à lege, hæc audiendo: Censeo, inquit, non ab aditu legis. Postea commune dogma fit. *Tunc visum est apostolis & presbyteris cum tota ecclesiâ, electos viros ex ipsis mittere Antiochiam cum Paulo & Barnabâ, Iudæ qui agnominabatur Barsabas, & Silam, viros primarios inter fratres, quum scripsissent per manum eorum in hunc modum.* Vide illos non simpliciter legē ferre, sed ita vt dogma fiat fide dignum, mittunt hos à se. Et ne Paulus vltra suspectus esset. Et vide quàm grauer accusers illos, scribant: *Apostoli, & presbyteri, & fratres, his qui Antiochia, & in Syria, & in Cilicia fratribus, qui ex gentibus salutem. Quoniam audiuimus quod nonnulli ex nostris turbauerunt vos sermonibus labefactantes animas vestras, dicentes, vt circuncidamini, & seruetis legem quibus non præcepimus.* Sufficiens erat accusatio temeritatis illorum, & digna apostolis nihil maius vltra dicentibus: *Visum est nobis congregatis vnanimiter, electos viros mittere ad vos, cum dilectis nostris Barnabâ & Paulo, hominibus qui & tradiderunt animas suas pro nomine domini nostri Iesu Christi.* Atque ita ostēditur, quod non violentē agat, quia omnibus hæc placet: nam cum consideratione hæc scribunt. Electos, inquit, viros ex nobis, ne videantur esse ex subornatione Pauli & Barnabæ missi. Vides laudes illorum. Hominibus, inquit, qui & tradiderunt animas suas pro nomine domini nostri Iesu Christi. Misimus igitur Silam & Iudam, & illos qui per sermonem hæc annunciabant. *Visum est enim spiritui sancto & nobis.* Igitur notū humanum, si spiritui hæc placent. *Vt nihil amplius oneris imponeremus vobis.* Iterum onus legē vocat. Deinde etiam de illis rationē reddit. *Nisi necessaria hæc, abstinere ab idololatriis, & suffocatis, & fornicatione, & sanguine, à quibus si cōseruaueritis vos ipsos, bene facietis.* Hęc noua lex nō præcipit. Nusquam enim de his differit Christus, sed à lege hæc sumunt. Et suffocato inquit. Hic eadem cohibet. *Itaque dimissi venerunt Antiochiam, & congregata multitudo reddiderunt epistolam. Qui quum legissent, gauisi sunt super consolatione.* Postea manifestans, quod & illi eos hortati sunt, addit: *Et Iudas & Silas etiam ipsi prophetæ cum essent, sermone copioso hortati sunt fratres, & confirmauerunt, commorantesque illis ad tempus, dimissi sunt cum pace*

cum pace à fratribus ad apostolos. Non iam seditiones & pugna: ideo & confirmatis illis abierunt cum pace. Contentiosus autē erga Paulum erant affecti. Vltra & Paulus docet, ita nullus factus erat in ecclesia, sed bene composita omnia. Et vide post Petrum Paulus loquitur, & nullus os eius obturat. Iacobus fert, & non resilit, illi erat principatus concreditus. Nihil Ioannes hic, nihil alij apostoli loquuntur, sed silent, & non indignantur, adeo puræ à vana gloria erant illorum animæ. Sed videamus iterum quæ dicta sunt: Postquam autem siluerunt illi, inquit, respondit Iacobus dicens. Simeon narrauit quemadmodum primum visitauerit deus. Ab initio vehementius quidem Petrus loquebatur, hic autem mitius. Ita semper faciendum est his qui in magna potestate sunt, vt onerosa illa aliis permittant: ipsi autem mansuetius agant. Bene dixit: Simeon narrauit, quasi & ille aliorum dicat sententiam: vide vt hoc ostendit esse antiquum. Vt assumat ex gentibus populum, inquit, nomini illius. Non simpliciter electus est, sed nomini illius, hoc est, gloriæ illius: Non confunditur nomen illius, dum assumptionem gentium, gloriam vocat. Hęc enim maior gloria. Hic aliquid etiam magnum insinuat. Quale hoc: quia dicit, ante omnes hi. Post hæc conuertam, & reedificabo, inquit, tabernaculum Dauid quod cecidit. Si quis diligenter considerat, nunc regnum Davidis stare inueniet, regnante i'lo qui ex eo prognatus. Vbi quæ rat hoc. Quid opus domicilii & vrbe, quum non sint obedientes? Quale damnus ex destructione ciuitatis, quum omnes etiam animas suas impendere velint? Et ita non solum stat, sed etiam clarissimum omnium factum est. Vbi quæ enim nunc hæc canuntur, illud euenisse: igitur etiam hoc euenire oportet. Vt autem dixisset: Et reedificabo, addit causam illius: quare dicat, Vt requirant qui reliqui sunt homines dominum. Si igitur propter hoc, erecta est ciuitas propter illum, qui ex ipsis: manifestum quod ædificata ciuitatis fuit causa gentium vocatio. Qui sunt reliqui? qui tunc relinquebantur. Sed vide illum, etiam ordinem custodire, & secundos illos inducere. Dicit dominus, qui facit omnia hæc. Non dicit solum, sed etiam facit. Igitur dei opus est gentium vocatio. Aliud erat quod quærebatur, id quod & manifestius. Petrus dicebat: Nō oportet illos circuncidi. Quid igitur hæc concionaris? Sanē non hoc dicebant, quod non assumendi sint credentes, sed quod post legem, etiam hoc Petrus bene cōcionatus est. Sed quoniam turbabat hoc omnium maximē auditores, etiam hoc iterum curat. Et vide: Id quod oportebat lege cauere: non seruandam legem Petrus adducit. Quod autem nostrum est, id & olim susceptum, hoc hic dicit, & versatur in eo de quo nihil scriptum erat, vt curata illorum mente, concedendo tempestiuē inducat etiam illud. Ideo ego iudico non obturbandum esse illis; qui ex gentibus conuertuntur ad dominum: hoc est, non auocados esse. Si enim deus vocauit, ille autem traditiones subuertunt, Pugnamus cum deo. Et bene dixit: His qui ex gentibus conuertuntur, manifestans supernam dei erga illos curam, & obedientiam ac crudelitatem illorum in vocatione. Quid est iudico ego: id est, cum potestate dico esse scribendum illis. Vt abstineant, inquit, ab immolatis idolorum, & fornicatione, & suffocato, & sanguine. Hęc enim licet corporalia, sed obseruata necessaria, quoniā magna procurant mala. Et ne quis obiciat: Quare non & Iudæis eadem scribimus, addit: Moses ab atatibus antiquis per singulas ciuitates habet eos qui ipsum prædi-

cant. Hoc est, Moses illis continuo loquitur. Hoc est enim quod per omne sabbatum legitur. Vide quantum se attemperat. Hic nihil nocuit, instituit illis doctorem, & concessit beneficium nihil obstat, admonitis Iudæis vt audiant illum per omnia, & abductis his qui ex gentibus. Et per quæ voluit illum honore & commendare eis, per ea ab illo gentes abduxit. Quare igitur non ab illo discunt: propter suam incredulitatem. Hinc ostendit, quod & hos nihil ampli⁹ oportet seruare. Quod autem non scribemus, non est quod illi debeant aliquid amplius præter hæc seruare, sed quod habent, dicentem. Et non dixit: Ne offendamus illos, neve subuertamus, id quod dicit Paulus Galatis: Sed, non obturbandum: *Galat. 1. 4* id quod nullum ostendit esse opus, sed solum obturbationem, quæ totum negocium perderet. Et videtur quidem etiam legem seruare, eo quod hæc ex illa sumpta sint: soluit autem illam, hæc sola accipiendo: quanuis sanē sepe eis de illis dictum, vt videatur etiam legem honorare: id quæ non quasi à Mose dicens, sed quasi ab apostolis, & multa faciens mandata, vnum discepit. Hoc maximē illos quietos fecit. Mira autem dispensatione facta est contradictio, vt post contradictionem firmiter sit dogma. Tunc visum est apostolis, inquit, viros primarios inter fratres mitti. Non fortuito assumptos, sed primarios electos mittunt. His qui Antiochia erant, & in Syria ac in Cilicia. Ibi morbus natus erat. Vide vt nihil molestum contra illum dicunt, sed ad vnum solum spectantes, vt extirpetur quod natum. Hoc enim & eos qui illic seditiosi erant, confiteri faciebat. Non dixerūt: Impositores illi & pestilentes, & aliqua id genus conuicia, quæ alio qui licuisset. Facit istud Paulus, sicut quædo dicit: O plene omni dolo. Hic autem errore correcto, non erat opus. Et vide: non ponunt quod quidam ex vobis iusserunt vos legem seruare, sed turbauerunt vos sermonibus labefactantes. Nulla magis propria dicitio erat, nullus ita dixit: Animas quæ iam firmatæ erāt: inquit, labefactantes, sicut in ædificatione, qui transferunt ab aliis facta. Quibus, inquit, non præcepimus. Visum igitur nobis, cōgregatis vnanimiter cum dilectis. Si dilecti non contempnant illos: si enim tradiderunt animas suas, & ipsi sunt fide digni. Misimus igitur, inquit, Iudam, & Silam, & illos sermone annunciates eadem. Oportebat enim non epistolam adesse solum, ne dicant, quod dolo extorserint, quod alia pro aliis dixerint. Laus illa Pauli erat, obstruere illorum ora. Propter hoc enim, neque Paulus venit solus, neque Barnabas, sed etiam alij ab ecclesia, ne suspectus sit, quoniam ipse susceperat dogma, & non soli hi qui à Hierosolymis. Ostendit quo modo fide digni sint, non extollunt se ipsos, inquit, non ita insaniūt. Ea propter etiam apposuit: Hominibus qui tradiderunt animas suas pro nomine domini nostri Iesu Christi. Et quare addidit: Visum est spiritui sancto & nobis, quum sufficisset dicere, spiritui sancto: ne putent humanum aliquid esse. Quod autem addit: Nobis, vt doceant etiam se acceptos esse, tametsi in circuncisione sint. Nihil oneris amplius imponendum vobis. Hęc dicunt: Quoniam ad infirmos homines sermo erat, & qui timuerant. Idcirco & hoc adiectum est. Cæterum ostendit non esse sermonem ad gratificandum compositum, neque ad parcendū illis quasi infirmis, sed contrarium. Magnus enim & doctorum pudor fuisse, superfluumque fuisse onus. Vide breuem epistolam nihil abundans habere, neque epicheremata, neque syllogismos, sed imperium. Erat enim legislatio spiritus. Sæpe vocant onus. Et iterum: Congregata

Galat. 1. 4

Supra. 13. d

multitudine

multitudine reddiderunt epistolam. Post epistolam etiam ipsi sermonibus exhortantur. Nam & hac re opus erat, ut & ita omni suspicione liberentur. Et ipsi, inquit, quum essent prophetae, sermonibus multis exhortabantur fratres. Ostendit hic fidelitatem illorum. Potuissent enim & Paulus, sed hos decebat. Commorantes autem ad aliquantulum tempus, dimissi sunt eum pace. Non iam seditio, nec auersio. Hic mihi videtur, quod ipsi dexteris acceperint, sicut ipse inquit. Dexteris dederunt mihi, & Barnabas communionis. Postea dicit, quod nihil mihi contulerunt. Sententiam enim illius confirmarunt, laudarunt illam, & admirati sunt. Ostendit quod etiam humanis rationibus liceat hoc conspici, & non solum a spiritu, quia peccarant peccatum correctu difficile. Huiusmodi enim non egent spiritu. Ostendit quod alia non necessaria, sed superflua, siquidem hac necessaria. Ab his si conseruaueritis uos ipsos, bene facietis, inquit. Ostendit quod nihil illis desit, sed hoc sufficiat. Potuissent certe & absque literis, sed epistolam mittunt, ita ut sit lex scripta. Et iterum, ita ut credant legi, & illis dicebant. Et illi hoc faciebant, ac cum pace. Porro ne offendamur propter haereticos: vide enim in principio praedicationis quanta offendicula, non dico ea quae ab his quaeruntur, sed quae intus: utpote primum Ananias, deinde murmur, postea Simon magus, mox illi qui accusabant Petrum propter Cornelium. Accessit illis fames. Super haec omnia istuc ipsum ut caput malorum. Impossibile enim est bonum aliquid fieri, quin simul etiam pullulet malum. Itaque ne turbemur, si quidam offenduntur, sed & pro his gratias agamus deo, quia clariores nos efficiunt. Etenim non solum afflictiones, sed etiam tentationes clariores nos reddunt. Si enim nullus esset deceptor veritatem inuadens, non foret vehemens & feruidus veritatis amator. At illi quum multi abstrahant, valde clarescit. Quid igitur? propter hoc sunt offendicula: non dico, quod deo hoc faciente. Absit, sed quod ille etiam per illorum maliciam benefaciat nobis, alioquin nunquam fieri voluisset. Da illis, inquit, ut unum sint. Postquam autem fiunt scandala, nihil nocet illis, sed etiam prodest. Sicut etiam hi qui ad martyrium trahunt, vel nolentes martyribus profunt. Non certe a deo ad hoc impelluntur: sic utique & hoc loco. Ne videamus, quod offendantur plerique. Hoc enim indicium est, dogma esse eximium, si multi simulent ac imitentur: non enim nisi bonum esset, simularent: & hoc iam faciam vobis manifestum. Vnguenta quae fragrantia sunt, habent multos qui ea adulterent: nullus autem simulatione exprimere conabitur eum qui improbe agit, sed eum qui singulari vita clarus est: Quid ergo respondebimus gentibus? Venit enim gentilis ac dicit: Vellem fieri Christianus, sed nescio cui adharem, multae inter vos sunt pugnae, seditiones ac tumultus, nescio quod dogma eligam, quod praferam: singuli dicunt, Ego verum dico. Cui credam nescio, quum ego scripturarum sim ignarus, & illi vtrinque idem praetextunt. Sanè hoc multum pro nobis: nam siquidem diceremus nos rationibus credere, merito turbareris, sed quum scripturas accipimus, & illae simplices sunt ac verae, facile tibi fuerit iudicare. Si quis illis consentit, Christianus est: si quis contra illas pugnat, procul est ab hoc canone. Quid igitur si veniens ille dicat, Hoc habere scripturam: tu autem aliud dicas, aliter scilicet enarrando scripturas mentem illarum pro te trahens? Tu igitur dic mihi, mentem ne habes & iudicium? Et quo modo possem, inquit, ne-

sciens iudicare vestra? Discipulus fieri vellem: tu autem me doctorem facis. Si haec dicat, quid respondendum, inquit, quo modo illi persuadendum? Interrogabimus, an hoc illi cauillum sit: item non condemnet gentiles? Omnino aliquid dicit. Non enim suis non condonatis, ad nos diuertet. Rogabimus quam ob causam sua condemnet. Non enim temere condemnat, manifestum quod dicit, eo quod creaturae sunt, & non inconditus deus. Igitur hoc quidem inuenies apud alias haereses: contrarium autem apud nos. Quam ob causam? Omnes fatemur Christum deum. sed videamus utri hoc oppugnent. Nos dicentes deum: digna deo etiam loquimur, quod potestatem habeat, quod non sit seruus, quod liber sit, & a se omnia faciat. Ille autem contrarium. Iterum rogo: Si medicinam discere velles, num obiter & ut euenit quae dicuntur, suscepturus esses, tamen multa apud illos sunt dogmata? Certè non est viri accipere simpliciter omnia quae audit: at si iudicium habueris ac mentem, omnino quod bonum est, scies. Filium dicimus nos, & verè dicimus. Illi autem dicunt quidem, sed non fatentur. Ut autem manifestius dicam: Illi habent quosdam a quibus appellantur, prout enim haereticarum nomen, ita & secta vocatur. Nobis autem nullus vir nomen dedit, sed fides ipsa. Porro cauillum est ac praetextus. Quare enim? dic oro: si quidem empturus veitem, quantum artis textoriae imperitus sis, haec verba non dicis: Nescio emere, illudunt mihi, sed facis omnia ita ut dicas. Etiam si quid aliud emere vis, omnia facis, & curiose inquiris: hic autem haec dicis, quali propter haec rationem nihil suscepturus sis. Sit autem quis, nulli omnino dogmati addictus, si etiam ille dicat, id quod tu de Christianis dicis: Tanta multitudo hominum est, & varia habent dogmata: nam ille quidem Ethnicus est, alius autem Iudaeus, & iterum alius Christianus, nullum dogma amplecti oportebit, quia inter se pugnant. Ego discipulus sum & iudex esse nolo, nullumque dogma condemnare potero. Non iam ille praetextus locum habet: nam quemadmodum potuisti adulterinum refutare, ita poteris etiam huc veniens quod nam utile sit probare: nam ille quidem nullo dogmate condemnato facile hoc dicit: qui autem condemnarit, etiam non valde eximius tibi pergat, poterit videre, quamnam re opus sit. Itaque ne cauillumur, ne praetextus quaeramus. Haec enim facilia sunt. Vis tibi ostendam, quod haec praetextus sint? Scis quae faciendae, & quae non faciendae: quare igitur faciendae non facis, sed ea quae non faciendae. Fac illa & recta ratione quaere a deo, & ille tibi omnino reuelabit. Non est personarum acceptor, inquit, deus, sed in omni gente, qui timet illum, & operatur iusticiam, acceptus illi est. Non est possibile, quod is qui absque acceptione personarum audit, non persuadeatur. Nam sicut si regula esset, secundum quam omnes dirigi oportebat, non multo opus praetextu, sed male merientem facile deprehenderemus: ita & nunc. Quo modo igitur non videntur? Multa facit etiam imaginatio humanaeque causa. Hoc etiam de nobis, inquit, illi dicunt. Quo modo? Nunquid scindimur ab ecclesia? num haereticas habemus? num ab hominibus cognomen habemus? nunquid nobis dux quidem est, sicut illi Marcion, & illi Manichaeus, huius Arius: alteri verò alius haereseos dux? Quod si & nos agnominacionem cuiusdam sortimur, sed non ut ab haereticis principibus, sed ut ab his qui praesunt nobis, & gubernant ecclesiam. Non habemus doctores super terram, absit, vnum habemus in caelis. Et illi, inquit, eadem praetextunt. Sed assistit nomen accusans illos, & obturans nomina.

nomina. Multi fuerunt gentiles, & nullus haec rogauit. Et apud philosophos erant haec, & nullus prohibitus est eorum qui haereticam rectam habent. Quare non dixerunt, quando haec mouebant, quia & hi & illi Iudaei: cui oportet nos credere? sed crederent sicut oportebat. Igitur & nos credamus diuinis legibus, & omnia faciamus, prout illi placet, ut cum virtute praesente vita transacta, bona quae diligentibus illum promissa assequi valeamus, Gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul ac spiritui sancto sit gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Paulus autem & Barnabas versabantur Antiochia, docentes & euangelizantes cum aliis multis sermonem domini. Post aliquot autem dies dixit Paulus ad Barnabam: Age conuertamur, & visitemus fratres per singulas ciuitates, in quibus annunciamus sermonem domini, quo modo habeat. Homil. XXXIII.

Ide iterum, quanta humilitate cum aliis sermonem communicant. Et iam quidem reliquorum apostolorum consuetudinem describit Lucas, ostendens quod vnus quidem tenerior, & ad condonandum propensior: alter autem exactior & austerior. Varia enim sunt dona. Quod autem & hoc donum sit, sed illud quidem aliis hominum moribus congruit: hoc autem aliis: & si commutentur, inutilia futura sunt. Et videtur quidem esse exasperatio: omnia autem singulari dispensatione contingunt, ita ut vnusquisque congruum locum sortiatur, quod & factum est. Et aliter: Etiam oportebat non omnes in aequali honore esse, sed alium quidem praesentem, alium verò subditum esse, & hoc suam dispensationem habet. Nam Cyprius nequaquam se tales exhibuerant, sicut Antiocheni & reliqui. Et alij magis opus habebant teneritudine, alij vero seueritate. *Barnabas autem volebat simul assumere, & Ioannem qui vocatur Marcus: Paulus vero volebat, ut is qui ab illis desererat a Pamphylia, & non ierat simul ad opus, ne simul assumeretur. Facta est igitur exacerbatio, ut se separarentur alter ab altero. Et tunc Barnabas assumpto Marco nauigaret in Cyprum, Paulus vero alleceto Sila egressus est, & traditus gratiae dei a fratribus.* Sic & in prophetis inuenimus varias sententias, & varios mores. Erat Helias austerus, Moses vero mitis. Et hic quoque asperior est Paulus: sed vide etiam hoc loco illius mansuetudinem. Volebat, inquit, ut is qui de fecerat ab illis a Pamphylia, ne simul assumeretur. Sic dux quidam belli non vellet baiulum semper esse sordidum, & inter lixas: ita neque apostolus. Hoc etiam alios docuit, & illum emendauit. Dicit igitur quis: Male igitur fecit Barnabas? Minimè. Quonia & valde absurdum putare hoc esset. Et quo modo non absurdum, ob rem paruam dicere illum malum? Sed vide, quia primum quidem malum nullum fuit, si contenti saluis gentibus, auulsi sunt alter ab altero, sed etiam magnum bonum, quonia nisi hoc fuisset, haud facile relicturus fuisset alter alterum. Tu autem admirare hunc, quod neque hoc celarit: sed dicis, quauis illos separari oportuerit, id tamen sine exacerbatione fieri debebat. Itaque maxime hinc ostenduntur humana: nam quum in Christo hoc oportebat fieri, multo magis hic. Et aliter: Exacerbatio non fuerit mala, quando pro talibus vnusquisque contendit, idque iusta cum ratione: Itaque si quis illorum exacerbatus, quod suum, & quod in sua gloriam quaesuisset, bene: si autem vterque volebat docere & instituire, & hic quidem hanc, ille autem aliam viam ingressus est: quale hoc fuerit crimen? Multa e-

Tomus tertius.

tiam humana ratione faciebant. Non enim fuerunt lapides, vel ligna. Et vide Paulum etiam accusantem, & causam dicentem: Reuerbatur enim Barnabas praemagna modestia, utpote, quia in talibus sibi communicarat, & cum ipso fuerat, sed non sic reuerbatur, ut propterea quod oportebat curare, negligeret. Vter igitur melius consuluerit, non est nostrum pronunciare, sed quod magna fuerit dei ordinatio, quando quidem hi quidem secundam visitationem assequuti sunt; illi autem nullam. Non simpliciter commorati sunt in Antiochia, sed docebant. Quid docebant, quid nam euangelizabant: alios quidem esse fideles, alios vero nondum: nam plurima oriebantur offendicula, propter quae opus erat ipsorum praesentia. In hac quaestione audiendum, non quod diuersi fuerint in sententiis, sed quod alter alteri morem gessit: unde ex discessione maius bonum fuit, & res hinc occasionem sumpsit. Quid igitur? Inimici ne inter se discesserunt? absit. Vides enim quod Barnabas postea multum a Paulo in epistolis celebratur. Exacerbatio, inquit, facta est, non inimicitiae, neque contentio. Tanta autem fuit exacerbatio, ut separarentur. Et merito: nam vterque studebat esse bonae frugis. Hoc postea non accidisset propter communionem cum illo. Mihi videtur etiam disertè separatio illa facta, & quod inter se dixerint: Quonia ego non volo, nec tu vis, ne pugnemus, distribuamus prouincias: & ita sibi inuicem multum cedentes hoc fecerunt. Volebat enim Barnabas non deiici quod a Paulo erectum. Idcirco & secessit, volebat similiter & Paulus, non infirmare quod illi visum. Eapropter & ipse idem facit ac fecedit. Vtinam & nos tales secessiones faceremus, & sic ad praedicanandum abiremus. *Paulus vero electo Sila egressus est, traditus gratiae dei a fratribus.* Admirabilis est hic vir, & valde magnus, plurimumque profuit Marco pugna haec. Seueritas enim Pauli conuertit illum: benignitas vero Barnabae fecit, ne porro relinqueretur. Et ita certant quidem, ad vnum autem finem tendebat utilitas. Etenim videns Paulum velle diuelli, valde terribus est, & condemnauit seipsum. Et iterum videns Barnabam sic sibi opitulantem, valde illum dilexit, corrigebaturque discipulorum praceptorum pugna: tantum absit, ne offenderetur. Etenim si hoc propter honorem sui ipsorum fecissent, merito offensus fuit: quum autem propter alterius salutem, & propter vnum contendunt, ita ut declaratur eum, qui illum honorarit, bene consuluisse: quid absurdum? Vide sapientiam Pauli, non prius transit ad alias ciuitates, priusquam eas quae acceperant verbum, visitasset.

Perambulabat autem Syriam ac Ciliciam confirmans ecclesias. Cap. XVI.

Peruenit autem & Derben ac Lystram. Etenim in spiritibus est temerè currere. Hoc & nos faciamus: Primos primum instruamus, ne illi sint impedimento posterioribus. Visitemus, inquit, fratres, quo modo habeant. Et hoc ignorabat merito, ut veniens fratres inuisat. Vide illum semper alacrem sollicitum esse, non desidem sedere, tamen plurima ferret pericula. Vides non formidinis fuisse, in Antiochiam venisse? Etenim ut medicus ad aegrotantes abiret. Etiam necessitatem visitationis manifestauit, dicens: In quibus annunciamus verbum. Recelsit Barnabas, & non ultra simul profectus est. Assumpto, inquit, Sila, & traditus gratiae dei. Quid hoc est? Orauerunt, inquit, rogauerunt deum. Vide ubique orationem fratrum magna posse, & nunc pedes ambulabat, & in itinere videre volentibus proderat. Merito: nam quando festinabant, nauigabant: nunc autem non item.

Et ecce

Et ecce discipulus quidam erat illic nomine Timotheus, filius mulieris Iudaeae fidelis, patris autem Graeci, qui testimonium habebat à fratribus in Lystris & Iconio: hunc insit Paulus secum egredi, & assumptum circumcidit illi propter Iudaeos qui erant in locis illis. Sciebat enim omnes quod pater eius Graecus erat. Dignum est ut obstupescamus Pauli sapientiam, qui tantopere pugnavit propter circumcisionem, qui omnia mouerat, & non prius destitit, quam correxisset confirmatum dogma. Circumcidit discipulum, non solum alios non prohibet, sed etiam ipse hoc facit, & ita omnino ad utilitatem spectabat; & nihil cum animi praecipitatione agebat.

Hunc voluit, inquit, secum egredi. Mirabile hoc quod & illum assumit, propter Iudaeos, inquit, qui erant in illis locis. Haec est causa circumcidendi: Non enim ferebant audire verbum ab incircumciso. Et cur? Vide opus: Circumcidit ut circumcisionem tollat. Dogmata enim praedicabat apostolorum. Vides pugnam, & per pugnam, aedificationem, non per alia impugnant, sed etiam ipsi contraria faciunt: ita ecclesiam aedificabant, dogma asseriebant, non circumcidendi, Et circumcidit. Et abundabant numero quotidie. Vidisti utilitatem circumcisionis? Deinde non diutius moratur in illis locis. Visitandi enim gratia aderat. Sed quid ultra procedit. Cum autem transiret per ciuitates, tradebant eis seruanda decreta, quae erant constituta ab apostolis & presbyteris, qui erant in Hierusalem. Itaque ecclesiae confirmabantur fide, & abundabant numero quotidie. Quum pertransissent autem Phrygiam & Galaticam regionem, prohibiti sunt à spiritu sancto, ne loquerentur sermonem in Asia. Relicta Phrygia & Galatia in mediterraneam festinant. Ut autem venerunt per Mysiam, tentarunt in Bithyniam proficisci, & non permisit illos spiritus.

Quare igitur prohibiti fuerunt? Non dicit, quod autem prohibiti fuerint dicit, docens nos querere solum, & non inquirere causas. Et ostendens quod multa etiam humano more faciebant. Ut autem transferunt Mysiam, descenderunt in Troadem, & visio per noctem apparuit Paulo. Vir quidam erat Macedo, stans, & obsecrans illum ac dicens, Transiens in Macedoniam, inuua nos. Quare visio, & spiritus sanctus non prohibuit: Voluit illos etiam sic attrahere, alioquin & sanctis non est rarum videre visiones. Et ab initio ipse visionem viderat. Virum ingressum & imponentem sibi manus, postea propter hoc illum trahit illuc, ut diffundat praedicationem. Etiam propter hoc prohibetur morari in aliis ciuitatibus, Christo ipsum urgente. Nam hi quidem fruituri erant Ioanne multis temporibus, & forsitan non multum habebant opus. Illum autem abire oportebat, & in diuersum postea transiens proficiscitur. Ut autem visionem vidit, statim quae suimus proficisci in Macedonia, certi facti, quod aduocarit nos dominus ad euangelizandum illis. Ut autem soluimus à Troade, recto cursu venimus in Samothracen, & sequenti die Neapolim, & inde Philippo, quae scilicet est prima Macedonia ciuitas colonia: Eramus autem in illa ciuitate conuersantes diebus aliquot. Hic illi etiam Christus apparet, dicens, Quia Caesari oportet te assisiti. Deinde dicit etiam locos, utpote historiam narrans, & ostendens ubi moram traxerit, indicatque quod diutius in maioribus ciuitatibus, alias autem praeterierit citius. Dignitas ciuitatis est esse coloniam. Sed iterum videamus quae dicta sunt: Necessitatem Barnabae iniungit, dicens, Visitemus ciuitates in quibus annunciauimus sermonem, quum non oportuerit rogare illum, quem postea accusaturus erat. Hoc autem & de deo ac de Mose legimus: hic quidem rogat, ille autem irascitur, ut quando dicit, Num pater eius spuit in faciem eius? Et iterum, Dimitte me, & iratus delebo populum hunc. Et Samuel quando luget Saulem. Per vtrunque

Num. 12. d
Exod. 32. b
1. Reg. 15. g

enim magna bona sunt. Ita sane & hic ille quidem irascitur, sed non iste. Hoc etiam apud nos fit. Et exacerbatio, Merito ut ille instruat, & ne videatur fabula esse quod agitur. Non enim qui ubique cedit, hic non cessasset, & qui sic Paulum dilexit, ut etiam antea quaesierit illum in Tarso, & adduxerit illum ad apostolos, & communem fecerit eleemosynam, & quod ad dogma attinet, communiter susceperit. Itaque non propter hanc rem iratus fuisset, sed separantur alter ab altero, ut sic erudiant & perfectiores reddant per suam separationem, eos qui doctrina ipsorum habebant opus. Quemadmodum ergo & alibi facit, dicens, Vos autem ne defatigemini bonum facientes. Et increpat quidem alios, iubet autem benefacere erga omnes. Hoc etiam consuetudo habet. Hic mihi videtur etiam alij simul indignati esse Paulo. Et postea seorsim etiam illis acceptis omnia facit, & admonens, & exhortans. Multum potest concordia, multum charitas, etiam si pro re magna roges, etiam si indignus sis, propter propositum audieris, ne time. Perambulabat itaque ciuitates, & ecce erat discipulus, nomine Timotheus, qui testimonium habebat à fratribus in Lystris ac Iconio. Magna fides Timothei, quia ab omnibus testimonium habet. Quando discedit Barnabas, alium illi conferendum inuenit. De hoc inquit, Memor lachrymarum tuarum, & fidei tuae nequaquam simulate, quae sane fuit primum in auia tua Loide, & matre tua Eunice. Et assumptum illum, inquit, circumcidit. Quare autem ipse addit, dicens, Propter Iudaeos qui erant in locis illis, propterea illum circumcidit, vel etiam propter patrem. Gentilis igitur quum esset, manit. Igitur non erat ex circumcisione. Vide iam legem solui. Quibusdam autem videtur post praedicationem illum natum esse. Sed forsitan hoc non est. Ab infantia enim, inquit, sacras literas nosti. Igitur illud est dicendum, vel si non hoc, quia futurus erat episcopus, & non decebat incircumcisum esse. Iam gentibus nihil tale seruandum. Neque hoc paruum erat, ubi scilicet post tantum tempus hoc illos offendeat. Initium destructionis erat, quod gentes haec non seruabant, & nihil incommodabantur, neque minuebantur in fide, voluntarie enim posthac desistebant. Igitur praedicaturus, ne dupliciter verberet Iudaeos, circumcidit illum, quum ex dimidio esset: natus enim est ex patre gentili, matremque fideli. Attamen quia magnum erat opus hoc quod inter gentes, non curabat illud. Sermonem enim oportebat dispergi, propter hoc & ipse illum circumcidit. Vide etiam hoc loco, magnum quiddam fieri, dum sibi contraria videtur facere. & quod factum bonum: & abundabant numero, inquit. Vide quod non solum nihil nocuit circumcisio, sed etiam plurimum profuit. Ut autem visionem vidit, statim inquit, quae suimus proficisci in Macedonia, certi facti, quod aduocarit nos deus. Vide quod iam non per angelum monetur, sicut Philippus & Cornelius: Sed quo modo? Per visionem apparet illi, aliquantulum humanius, & non iam diuinius. Nam ibi quidem facilius creditur, & humanius apparet, illic autem violentius ac diuinius. Nam ubi quidem solum ut praedicaret festinauit, ad hoc somnium apparet ei: ubi vero non permittitur praedicare, ibi spiritus reuelat. Sic & illic Petro, Surge, descende. Non enim facilia operatur spiritus, sed sufficit illi somnium. Quin & Iosepho facile credenti somnium apparet, aliis vero visio. Ita & Cornelio, & illi ipsi. Et Ecce, inquit, vir Macedo, stans, obsecrans, ac dicens. Non dixit imperans, sed obsecrans: hoc est, pro illis qui indigebat cura.

cura. Quid est *συνεσιζήσωντες*, hoc est, coniectantes & certiores facti. Nam quia Paulus & nullus alius vidit, & quod prohibitus est à spiritu, & quod apud terminos erant: ex his omnibus haec collegerunt, quid faciendum. Et aliter: Etiam nauigatio hoc declarabat. Non enim erat multum temporis ex quo in illam radicem Macedoniae venerant. Et ita exacerbatio illa inter eos vtiliter facta esse comprobatur. Alioqui spiritus sanctus non sic operatus fuisset, nec Macedonia sermonem suscepisset, tatusque profectus: Signum ex eo, quod non humanum quiddam factum, quum etiam non dixit, quod Barnabas exacerbatus sit, sed inter eos fuit exacerbatio. Si hic non exacerbatus est, nec ille. Haec scientes, oro ne simpliciter haec eloquamur, sed discamus & doceamus: non enim temere scripta sunt. Magnum malum est ignorare scripturas, si à quibus utilitatem capere oportebat, ab his incommodamur. Ita & remedia saepe naturam habentia curatiuam, nescientibus his qui videntur bene vti illis, corrumpunt ac perfundant. Et ab armis quibus se quis posset tutari, si nullus sit qui recte circumponat, damnum accipi potest. Causa autem est, quia omnia magis quaerimus quam animae utilitatem, & aliena magis consideramus quam nostram utilitatem. Et domum quidem ut consistat saepe quaerimus, & non ferremus videre illam vetustate, vel tempestate subuersam vel collapsam. De anima autem nulla est cura, sed licet fundamenta eius videamus putrefieri, & structuram ipsam, & aedificium: nullam tamen eius rei habemus rationem. Iterum armenta habentes, quid illis profit quaerimus, & equis suos pastores ac medicos, & omnia bene prospicimus. Et domus curamus, & de concreditis admonemus. Ita ut non simpliciter neque temere abigamus, neque onus imponamus, neque intempesta nocte educamus, neque alimenta vendamus, & apud nos sunt multae leges de bestiis curandis, de anima autem nullus est sermo. Iterum quid dico de bestiis quae nobis vtilis? Sunt multi qui passeres nullam utilitatem habentes pascant, sed solum delicias, & multae etiam de illis leges, nihilque mittitur vel negligitur. Et omnia magis curam quam nos ipsos. Sic omnibus sumus ignobiliores. Et si quis per contumeliam nos dicat canes, dolemus: nos autem quando nos ipsos contumelia afficimus, non verbo, sed opere, haud tantam adhibemus diligentiam animae quantum canibus, & nihil graue nos ferre putamus. Videtis quantis cuncta tenebris plena sunt? Quot sunt qui curant canes, ne plus quam par est impleantur, & ita ut efferri praefame & esurie venentur, seipsum autem non curant: & ita docent non deliciarum, ut & bestiae philosophiam discant: seipsum autem permittunt in ferinam sauciam degenerare. Aenigma dixisse videor. Nam ubi sunt animalia philosopha? An non videtur tibi esse magnae philosophiae, quando canis qui mordet praefame, postquam in venatione arripit & venatur, à praesenti esca abstinet, & mensam videns propositam, etiam fame urgente expectat dominum? Erubescite à vobis ipsis, docete ventres vestros ut sint philosophi. Nulla vobis defensio est, qui potest indere naturae brutae, quae neque loquitur neque rationem habet, tantam philosophiam, multo magis potest sibi ipsi. Quia enim diligentiae humanae est, & non naturae, oporteret alioqui omnes canes hoc habere. Fiatis saltem sicut canes. Vos me cogitis inde similitudines afferre. Oportebat enim à celestibus. Quoniam autem si dixero tale quid, dicitis, quod illa magna sunt, propter quod nihil dico caeleste: Et si

dixero Paulum, dicitis quod ille apostolus fuerit: si dixero hominem, dicitis quod ille potuit: Propter hoc neque hominem dico, sed bestiam. Et bestiam quae hoc non habet à natura, ne dicatis quod natura, & non electione hoc fecit. Et hoc profecto mirabile, quod non sua electione, sed tua diligentia: non quod fatigata, non quod cursu dilacerata, non quod suis laboribus apprehendit considerat, sed omnibus illis foras missis, domini praecipitum seruat, & ventre fit superior. Etiam inquit, expectat enim laudari, expectat maiore frui mensa. Dic igitur & tibi ipsi, quod canis spe futurae voluptatis praesentem contemnit, tu autem non vis spe futurorum bonorum, praesentia despiciere: sed ille quidem scit quod si intempestiue & secus quam domino placet alimentum degustat, etiam illo priuatur, & neque constitutos cibos accipit, sed plagas pro alimento. Tu autem neque hoc potes videre, & id quod à consuetudine didicit ille, hoc tu per rationem tuam non corrigis. Imitemur canes. Hoc dicuntur facere & Aquilae & Accipitres. Et sicut se gerunt canes in feras & capreas: ita illae in volucres, & id ipsum ab humana institutione. Haec nos condemnare possunt. Haec nos trahere. Dicam & aliud, Equos agrestes & indomitos apprehensos, licet recalcitent ac mordeant, in tam breui tempore ita periti erudiunt, ut eques ex composito incessu, insidens oblectetur. Animam autem, quum absque ordine graditur, nullus curat, sed & saltat & calcitrat, & humi trahit, sicut puellus, & multa foede agit, & nullus illi adhibet psalides & retinacula pedum, & franos, neque insidet peritus eques, Christum dico. Propter hoc omnia confusa sunt. Nam quia etiam canes doces imperare ventri, & furorē in leone domas, & ferociam in equo, doces etiam loqui aues: quo modo non absurdum brutis naturis rationalia indere opera: in rationalem autem, brutorum ingenia & affectiones introducere? Nulla nobis est venia. Omnes qui bene agunt, nos accusant, tam fideles quam infideles. Nam & infideles bene agunt, & bestiae, & canes, & non soli homines, sed & nos nos ipsos accusabimus, quando quidem voluerimus bene agere. Si autem ignaui fuerimus, exhibilabimur. Etenim qui excellēter mali sunt, multi saepe quia voluerunt mutati sunt. Causa autem haec quae dixi, Quia obambulamus quaerentes quae nostra sunt, non quae proximorum. Si domum extruxeris magnificentiam, domus utilitatem, non tuam vidisti: si equum bonum curaueris, similiter. Nullus sollicitus est, ut sit anima bona: quum ubi haec bona fuerit, non est illis opus: si autem non, neque ex illis utilitas est. Sicut & de sponsa dicitur, licet thalami sint ex velaminibus aureis, etsi allunt chori mulierum pulcherrimarum, etsi rosae ac corollae, etsi sponus pulcher sit, etsi ministratae, etsi amicae, etsi omnes decentes sint, illa autem deformitate plena, nulla utilitas: sicut neque damnum, si illa pulchra sit, ex illis. Quin & contrarium est, nam si deformis est, ab illis deformior apparet, ab istis autem pulchrior fieret. Ita certe etiam anima habet, quando pulchra est, non solum non opus habet illis, sed etiam obumbrat pulchritudo illius. Philosophum enim non sic videmus in diuitiis, ut in paupertate fulgentem, nam illic quidem multi opibus adscribunt virtutem, & quia non indiget pecuniis. Quando autem in paupertate agit, & per omnia clarescit, & nihil turpe admittit, iam nulla corona afferri potest eiusdem ditiari. Quae utilitas, quando multae quidem albae sunt, & pingues ac obesa: tu autem

tem infidens, macer, scabiosus es, ac deformis? Quæ etiam vtilitas, si lecti quidem molles, & variè ornati: anima autem pânosa, nuda, ac deformis: Quod lucrû, quando equus quidem compositè ambulat, & saltanti quàm gradienti similior est, & cum saltatione ornatus mundo nuptiali, infidès magis claudicet claudis, & ebriis, & infantiètibz, distortisq; sit pedibus ac manibus? Dic sanè mihi, si quis tibi daret equum bonû & corpus vulnerasset, quæ vtilitas? Nûc animâ distortam habes, & non est tibi curæ. Cûremus nos ipsos aliquândo, obsecro, oro, ne nos exhibeamus ignominiosiores ac fœdiores quàm illi sunt, & siquidè verbis conuicia in nos iactet quis, mordemur ac dolemur, re autè ipsa nos ipsos contumelia afficimus & nô cõuertimur. Resipiscamus vel tardè, vt possimus etiã animã magnam curã facientes, & virtutè amplexantes, eterna bona assequi, Gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cû quo patri simul ac spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Die autem sabbatorum, egressi sumus ciuitatem ad flumen vbi putabatur oratio esse, & sedentes loquebamur mulieribus quæ conuenerant. Et mulier quædam, nomine Lydia, purpurarum venditrix, ex ciuitate Thyatiris, cuius cor dominus aperuit, vt attenderet his quæ dicebantur à Paulo.

Homilia XXXV.



Ide iterum Paulum Iudaizantem, temporisq; ac loci rationem habentem. Vbi putabatur, inquit, oratio esse. Nô enim solum vbi synagoga erat, sed etiam foris precabantur, ita vt locum segregarent, quoniã crassiores erant Iudæi. Die autem sabbatorum, quando verisimile erat & turbam concursuram. *Et sedentes loquebamur mulieribus quæ conuenerant. Et mulier quædam, nomine Lydia, purpurarum venditrix, ex ciuitate Thyatiris, colens deum audiit, cuius dominus aperuit cor vt attenderet his quæ dicebantur à Paulo.* Vide iterum, vt est alienus à fastu. Mulier & humilis ista. Et manifestum ab arte, sed vide quantæ sapientiæ fuerit. Principiò quidè datur ei hoc testimonium, quòd coluerit deum. Deinde quòd ipsa vocarit apostolos. *Vt autè baptizata est illa & domus illius, obsecrauit, dicens: Domini mei, si iudicatis me fidelè deo esse, ingressi in domum meam manete, & coegit nos.* Vt autè baptizata est, inquit, illa, & domus illius. Cõsidera quo modo omnibus persuasit. Deinde vide sapietiam quo modo blandè loquatur apostolis, quanta humilitate plena sint verba. Si iudicatis me fidelem domino. Nihil contemptibile in his. Què non mollirent hæc verba non rogauit simpliciter, non permisit dominos esse, sed & coegit valde. Hoc enim est coegit nos, id est, his verbis. Vide quo modo statim fructû facit, & magnum lucrum putat, vocationem. Quòd autem fidelè iudicaueritis, manifestum ex eo quòd concredidistis mihi talia sacramenta, quæ nequaquam tradidissetis si me iudicassetis indignam. Et non ausa fuit antea vocare, quàm baptizata fuit, manifestû faciens, quòd non aliter persuasisset. Quare autem Paulus & sui primû non assenserunt, ita vt etiã cogerentur? vel quòd illam prouocabant ad maiorè alacritatem, vel quoniã dixit Christus, In quacumq; ciuitatem ingressi fueritis, quis sit dignus interrogate, & illic manete. Atq; ita omnia singulari dispensatione sunt. Factum est autè euntibus nobis ad orationem, vt puella quædã habens spiritum Pythonis occurreret nobis, quæ quæstum magnû præstabat dominis suis diuinando. Hæc subsequuta Paulû ac nos clamabat dicens, Isti homines, serui dei altissimi

Luc. 10. a. b

mi sunt, qui annunciant nobis viã salutis. Quid? Numquid & dæmon hæc loquebatur, & Paulus prohibuit? & ille malignè agebat & hic prudenter. Voluit enim hûc non esse dignum fide. Si enim admisisset illius testimonium Paulus, multos etiã fideles decepisset, vt pote ab illo approbatus. Propterea sustinet quæ per se dicunt, vt finem illi faciat. Et ipse permissione quadam vsus ad illius interitum. Igitur primû quidè admisit Paulus, & respuit, non volens simpliciter iniicere signis. Vbi autem perseuerauit hoc dicere diebus multis, & opus môstrabat: Hi homines, inquit, serui dei altissimi sunt, qui sanè annunciant nobis viam salutis. Tunc præcepit illi vt exiret, *Sed molestè ferens Paulus & conuersus, spiritui dixit, Præcipio tibi per nomen Iesu Christi, vt exeat ab ea, & exiit in illa hora. Videntes autem domini eius, quòd actum esset de spe quæstus sui, apprehensum Paulum ac Silam traxerunt in forum ad principes, & offerentes eos magistratibus, dixerunt: Hi homines turbauerunt ciuitatem nostram, quum sint Iudæi, & annunciant mores, quos non licet nobis suscipere, neque seruare quum simus Romani.*

Vbique malorum causa pecuniæ. O Paganorum inhumanitatem, vt augeant pecuniam, puellam à dæmonis vexari volunt. Arrepto Paulo & Sila dixerunt, inquit: Hi homines turbauerunt ciuitatem nostram. Quid nam fecerunt? Quare igitur antehac non attraxistis Iudæi, inquit, quum sint. Ita nomen cauillabantur. Et annunciant nobis mores quos non licet nobis suscipere, neque facere quum Romani simus. Maiestatis læsæ crimen dicunt. Et simul insurrexit turba contra illos. O inconsiderantiam, nô exquisierunt, neque comunicauerunt sermone, quanuis tanto miraculo factò, adorare oportebat vt seruatores ac benefactores habere: nam si pecunias volebatis, quare his diuitiis inuentis, non accurristis? Possè dæmones abigere clariore reddidit, quàm ipsis credere, Ecce & hîc signa, sed pecuniarum cupiditas plus valuit. *Et militum principes disruptis vestibus suis, iusserunt eos virgis cæditi, & multas plagas eis imposuissent, coniecerunt eos in carcerem, præcipientes custodi carceris, vt diligenter custodiret eos.* Itaque Paulus quidem totum fecit, & miracula & doctrinam, periculorum autem & Silas particeps fuit. Quid est, molestè ferens Paulus? Malicia, inquit, dæmonis visa, sicut ipse alibi dicit: Non enim illius versutias ignoramus. Quare nô dixerunt, quòd dæmonem eiecerunt, quòd in deum impiè egerunt, sed maiestatis læsæ crimen faciunt, vnde & victos se declarant. Ita & de Christo dicebant: Non habemus regem, nisi Cæsarem. Omnis qui seipsum regem facit, contradicit Cæsari. *Et coniecerunt illos, inquit, in carcerem. Magnus furor. Qui quum tale præceptum accepisset, coniecit illos in interiorem carcerem, & pedes illorum diligenter asseruauit ad lignum.* Vide, & ille iterum in interiorem carcerem illos coniecit. Et hoc singulari dispensatione contigit. Quoniam enim magnum miraculum erat futurum, idoneus locus ad auditorium ille qui extra ciuitatem iudicatur, liber à tentationibus ac periculis. Vide vt historiæ scriptor illorum studia enumerare non erubescit: Vt pote quum esset ocium magis auscultabant his quæ dicebantur, & neq; ciuitas ista Philipporum magna erat. Hæc sanè sciètes & nos, neminem erubescamus. Apud coriariam manet Petrus, apud purpurariam Paulus, Vbi fastus: Igitur deum oremus vt aperiat cor. Deus autem aperit corda quæ uolunt, est enim & excæcata corda videre. Sed videamus iterum quæ dicta sunt: Mulier, inquit, purpurarum venditrix cuius dominus aperuit cor, vt attenderet his quæ dicebantur à Paulo. Itaq; aperire dei est, attendere autem illius, & ita erat

erat diuinû ac humanum. Vt autè baptizata est, inquit, obsecrauit, dicens: Si iudicaueritis me. Vide, & baptizatur, & accipit apostolos cû tanta supplicatione, multo maiore quàm Abraham. Et non dixit vllam aliã coniecturam, sed illud per quod seruata fuit. Non dixit si magnam mulierè, si piam iudicaueritis me. Sed quid? fidelem domino. Si domino, multò magis vobis, nisi dubitetis. Et non dixit apud me, sed in domum meam manete, ita vt ostendat hoc cum magna faciendum alacritate. Reuera fidelis mulier. Dic oro mihi, quis hic est dæmon? Deus, inquit, Pythõ, A loco sic dicitur. Vides quòd & Apollo dæmõ est? Et quoniam volebat in tentationes illos iniicere, atque ita magis manifestauit exacerbare & dicere, O scelerate & scelestissime. Si igitur scis, quòd viam salutis annunciant, quor non egredieris cedens: sed id quod Simon volebat, dicens: Date mihi vt cui imposuero manus, accipiat spiritû sanctû. Hoc & ille faciebat. Quoniam vidit clarescere, etiam hoc loco simulat. Hac ratione expectabat se relinquere in corpore, quòd hæc prædicaret. Si autem de homine dictum, quòd nô est pulchra laus in ore peccatorum, multo magis de dæmone. Si ab hominibus testimoniû non accepit Christus, neque à Ioanne, multò minus ab dæmone. Hoc enim prædicare non hominum, sed spiritus sancti est. Quoniam igitur arrogantius faciebant clamantes, clamore obstupesceri putarunt, dicentes: Hi homines turbant nostram ciuitatem. Quid dicis? persuades dæmoni: quare non & hic ille dicit, Filij dei excelsi? Tu dicis quòd turbant nostram ciuitatem, ille dicit, quòd annunciant vobis viam salutis. Tu dicis, tradunt nobis mores quos non licet suscipere. Vide illos neq; dæmoni auscultantes, sed vnã auariciam scilicet spectantes. Traxeruntq; illos, inquit, in forû ad principes, & simul insurrexit turba contra illos. Vide illos nô respondere, neq; defensionè dare vt maiore digni miraculo fiant. Quando enim, inquit, infirmor, tunc potens sum. Sufficit tibi gratia mea, potentia mea in infirmitate perficitur. Ita etiam ob mansuetudinè admirabiles erant. Quantò diligentior custodia fuit, tantò miraculum clarius: forsan seditionè illic voluerunt sedare, quoniã videbant turbã assistentè, & plagis quidem furorem iam sistere volebant. Quia autè in carcerè cõiiciunt, & præcipiunt diligenter seruandum, volebant causam audire. Et diligenter asseruare voluit in ligno, quasi dicat quis, in neruo. Quantis lachrymis prosequi oportet præsentis seculi statum? Illi quidem pasci sunt, quæcunq; scilicet pasci sunt, nos autè in deliciis, nos in spectaculis. Vnde & perimus, & submergimur, remissionem & oblectamenta vbiq; sectantes, & neq; patimur, vel probro, vel sermone aliquo propter Christû contristari. Horû exemplorû oro continuã habeamus memoriã, quanta pasci sint, quanta sustinerint, quo modo non turbati sint, quo modo non offensi sint. Dei opus faciebant, & hæc patiebantur. Non dicebãt, Quor hoc prædicamus, & non affert nobis præsidium deus? Verum & per hoc illis proderat, & absq; præsidio constantiores ac fortiores reddebat. Tribulatio, inquit, sustinentiam operatur. Obsecro igitur ne fluxã & remissam quæramus vitam: nam quemadmodû hîc duplex bonum, quòd & fortes sunt, & magna sunt præmia: Ita illic duplex malum, & quòd molliores efficiuntur, & quòd in nullo bono sed in malo versantur. Nihil eni inutilius fuerit homine, qui omne tempus in deliciis & remissione consumit. Vir enim, inquit, non probatus, etiam reprobus. Reprobis nô in his certaminibus,

Pythõ.

Suprà 8. d.

2. Cor. 12. c. Ibidem. b.

Torius tertius.

sed in aliis omnibus. Desidia res inutilis est, & in ipsis deliciis nihil ita fructu carens, vt delicatè agere. Habet enim suam satietatem, neque tanta alimentorum, neque remissionis voluptas est, sed omnia friuola fiunt ac disfluunt. Agè ne inquiramus hanc. Si enim considerare voluerimus vter suauius agat, qui laborat, & in ærumnis viuat, vel qui in deliciis versatur, illum magis inueniemus: nam primò, corpus quidem eius quitalis est, enterue & ineptum est: deinde & sensus corporis non sunt tam synceri ac sani, sed molles ac languidi: vbi autem illi non sunt, neque sanitatis voluptas apparet. Quis equus vtilis est, is qui in deliciis, vel qui exercetur? Quæ nauis, eã ne quæ nauigat, vel quæ in litore manet? Quæ aqua, eã ne quæ fluit vel quæ stat? Quod ferrû, an quod mouetur, vel quo nemo vtitur? nõnne illud quidem splendet ac argèto simile est: hoc autem rubigine consumitur, & vbique inutile est, ac etiam aliquid suæ materiæ amittens? Tale quiddam fit etiam in ociofa anima. Rubigo enim quædam apprehendit illam, & consumit splendorem ac alia omnia. Itaque quã nam re detergetur rubigo illa? Cote tribulationum. Illæ vtilem facient animã, & ad omnia accommodã. Quo modo enim poterit affectiones scindere, acie hebetata & quasi plumbea esset, flexili? Quo modo diabolus fauciat? Cui autem non est onerosus homo, aqualiculum pinguisimum paratis, & quasi belua marina trahendus? Non loquor de his qui natura sũt tales, sed de his qui ex delicata vita, corpora sua effecerunt talia. Oritur sol, & claros vbique diffundit radios, excitat singulos ad opera. Agricola arrepto ligone egreditur, faber ferrarius suos folles apprehendit, & singuli opifices quod sibi congruit, & inuenies vnumquenque sua instrumenta in manus sumere. Mulier solum vel contexta. Ille autem quasi porci statim à matutinis horis ad pascendum ventrem egreditur, quærens vt mensam præsumptuosam instruat, tamen hoc solum sit brutorum, primo mane pasci, quoniam ad nihil vtilia sunt quàm ad mactandum. Illa autem quæ dorso gestant, & operibus apta, etiam ipsa à noctu ad opus egrediuntur. Hic autè à lecto surgit, Sole iam totum implente forû, & omnibus labore fatiatis. Surgit autem sese distendens, sicut sus ipsa quæ impingatur, optima diei parte in tenebris consumpta. Deinde sedet lógo tempore in lecto, præ hesternam crapula inuenire vestes & alia non valens, & consumpta magna parte in illis, tum seipsum comit ac ornat, & procedit turpitudinis spectaculum, nihil habens hominis, sed omnia quæ sunt bestia, in humana forma apparent, oculi lippunt, vinum os olet, misera anima quasi in lectum coniecta, ob varietatem ciborum sine modo infusorum, pondus carnum circumferens sicut elephas: tandem veniès sedet in locis, dicit, facitq; talia, vt melius esset illum adhuc dormire quàm vigilem esse. Si pericula graua denunciantur, quauis puella trepidior sit: si vtilia, puella quouis laxior ac mollior est. Vultus eius oscitationibus plenus est, omnibus adhæret qui uolunt malè agere, & si non ipsis hominibus, certè illorum affectionibus. Et ira talem faciliè excitat, & concupiscentia, & inuidia, & omnia. Omnes adulantur, omnes ministrant, molliorem quàm est facientes animam, & quotidie prodit cû in ligni quadam noui morbi accessione. Vbi in rerum incidit difficultatem, cinis & puluis fit, & nihil ei fericæ vestes profunt. Hæc à nobis non sine causa dicta sunt, ne quis dissolutè & inutiliter viuat. Ocium enim & voluptas ad operatio-

c. iij nes

nes inutiles, ad gloriam solum, & ad delicias respiciunt. Quo modo non omnes talem condemnabunt, & domestici, & amici, & cognati: Quis autem non iustus dicet, Onus hic est terrae, frustra aduenit in mundum talis, immo non frustra, sed in malum sui capitis, in damnatum proprium, in detrimentum aliorum: Quid igitur videtur dulcius, hoc enim nunc quaritur, ocio & feriatiōe? Et quid foedius homine, qui non habet quod operetur, quid laboriosius, quid miserius: nonne hoc plurimis vinculis deterius? toto die in foro quotidie oscitare & spectare homines praetereuntes. Animae enim natura est, ut semper moueatur & quiescere nequeat. Deus hoc animal condidit operationibus deditum, & ex natura eius est operari, & praeter naturam eius, esse ociosum: ne ab aegrotantibus causam probemus, sed a re ipsa experimentum capiamus. Nihil vacatione molestius, nihil ocio. Ideo necessitatem operandi indidit nobis deus. Omnia enim ab ocio damnatum accipiunt. Etenim & oculus & os & venter, & vnumquodque membrorum nisi quod suum est operetur, in extremum incidit morbum. Hoc autem maxime in anima est: nam sicut ocium mala res est, ita & operatio quae non congruit. Sicut enim si quis non comedit, dentibus nocet: ita quae comedit quae non accommoda, stupere illos facit: ita sane & hoc loco, si vel non operatur, vel operatur quae non conuenit. Igitur vtrumque fugere studeamus, & ocium, & opus ocio deterius. Et quod est illud: auaricia, ira, inuidia, & reliquae affectiones, ab his vacemus, ut aeterna nobis bona promissa consequamur. Gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre simul ac spiritu sancto sit gloria &c.

Media autem nocte Paulus ac Silas orantes, laudabant deum, & audiebant illos vinciti. Repente autem terramotus factus est magnus, ita ut mouerentur fundamenta carceris. Aperte sunt autem statim ianuae, & omnium vincula soluta sunt. Homilia XXXVI.



Vid illis animabus conferendum? Multis plangis acceptis flagellati sunt, contumeliosi affecti sunt, extreme periclitati sunt, in neruum coniecti sunt, inque carcerem interiorē, & neque sic dormire poterant, sed tota nocte vigilant. Videtur quantum bonum sit afflictio: nos autem & in mollibus lectis, & metu territi, totas noctes dormimus, fortassis propterea infomes manserunt, quoniam in periculis fuerunt. Nunquid somni tyrannis illos cepit? nunquid dolor inflexit? nunquid metus consternatos reddidit? Atqui haec quae illos excitabant alacresque faciebant, etiam magna voluptate implebant. Media autem nocte, inquit, orantes laudabant deum, audiebant autem illos vinciti. Nouum enim videbatur esse ac admirabile.

Repente autem terramotus factus est magnus, ita ut commouerentur fundamenta carceris, aperte autem sunt statim omnes ianuae, & omnium vincula soluta sunt. Terramotus factus est, ita ut custos & somno excitaretur, & ianuae aperte sunt, ut factum fieret mirabile. Haec vinciti non videbant, alioqui fugissent omnes. Experimentus autem custos carceris, videns apertas ianuas carceris, arripit gladio seipsum interempturus erat, putans effugisse vincitos: clamauit autem voce magna Paulus, dicens, Nihil mali tibi ipsi feceris, omnes enim hic sumus. Admiratus magis est humanitatem Pauli, obstupuit fortitudinem, quia & fugere quum posset, non fugit, & se a caede prohibuit.

Petito autem lumine irrupit ac trem factus procidit ante Paulum & Silam, & dixit, Domini, quid me oportet facere, ut saluus fiam?

Vidisti quanta illum cepit admiratio? Illi autem dixerunt, Crede in dominum Iesum Christum, & seruaberis tu ac om-

nis domus tua, & loquuti sunt illi sermonem domini & omnibus qui in domo eius erant. Quia statim loquuti sunt ei, declarauerunt misericordiam erga illum. Et assumptis illis in eadem hora noctis lauit a plagis, & baptizatus est ipse & omnes qui illius erant continui. Et quum perduxisset illos in domum, apposuit mensam, & exultauit cum tota domo, credens deo. Abluit eos rediturus illis gratiam, & honorans eos propter ea quae fecerat. Die autem facta miserunt militum principes lictores, dicentes, Dimitte homines illos. Cognouerunt fortasse factum, & non audebant per seipsums dimittere. Annunciauit autem custos carceris sermones Paulo, dicens, Miserunt militum principes ut dimittamini, nunc igitur egressi ite in pace. Paulus vero dixit ad illos. Casos nos publice, indicta causa, homines Romanos coniecerunt in carcerem, & nunc clam nos ciuium. Non profecto, sed veniant ipsi, & educant nos. Annunciauerunt autem militum principibus lictores verba haec, & timuerunt, quum audissent Romanos esse. Et egressi orauerunt illos, & eductos rogabant ut egredierentur de ciuitate, egressi autem de carcere, intrauerunt ad Lydiam, visisque fratribus, exhortati sunt eos & profecti sunt. Etiam principibus militum denunciantibus Paulus non exit, forsitan propter Lydiam & alios fratres, vel etiam terret illos, ne putentur digni esse qui perirent: Et ut etiam alios confidentiores facerent. Triplex delicti crimen erat, quod Romanos, & non audita causa, & publice coniecerant in carcerem. Vides quod etiam multa humano more agebant. Exquiramus ad illam noctem noctes nostras. Ibi conuiuia, & ebrietates, & libidines. Ibi somnus nihil a morte differens, ibi vigiliae somno molestiores: nam alij quidem dormiunt ita ut nihil sentiant, alij autem vigilant miserabiliter ac miserè, seruos percutiendo, pro pecuniis curas gerendo, cogitando ut vlciscantur eos qui se laeserant, inimicicias meditando, verba contumeliosa per diem obieciat numerando, & ita ignem irae succendendo, intolerabiliaque faciendo. Considera quo modo Paulus dormiuit, mirè & singulari dispensatione hoc factum fuit. Angelus enim aderat, & nullum oportebat videre quod factum erat. Iam autè & hoc bene factum, quod prohibetur custos carceris seipsum occidere. Et quare, non aliud miraculum factum? quia hoc sufficiebat ad illicendum illum, quod nisi euenisset, etiam ipse in periculum venisset. Non enim ita trahunt miracula vlla, ut ea quae ad salutem nostram attinent. Et ne videatur a seipso factus terramotus, & naturalis, sequentium est hoc testimonium quod illud confirmet. Et in nocte apparet: Nihil enim ad ostentationem, sed omnia ad salutem aliorum faciebant. Non erat malus carceris custos. Coniecerat illos in interiorē carcerem, mandato sic accepto, & non a seipso. Et quare non antea clamauit Paulus? Tumultu ac turbatione plenus erat homo, & non suscepisset verba. Idcirco vbi vidit illum sibi ipsi mortem velle consciscere, praecipit ac clamat, dicens, Omnes sumus hic. Ea propter & petito lumine irrupit & procidit ante Paulum ac Silam. Ad pedes vinciti cadit custos, & praemittit illos foras ac dixit: Quid mihi faciendum est ut seruet? Quid nam dixerunt? Vide illum, non ob hoc diligere, quia seruatus erat, sed quia virtutem obstupescerebat. Vidisti quid illic factum, & quid hic? Illic puella liberata est a spiritu, & in carcerem coniecerunt illos, quod liberauerunt illam a demonio. Hic solum monstrauerunt portas carceris apertas, & aperuit portas cordis illius. Soluti vincula duplicia. Accendit illic lumē, nam & in corde illius lux fullit. Et irrupit ac procidit. Nec interrogauit, Quo modo hoc factum est? Sed statim dicit, Quid mihi faciendum

hi faciendum est, ut seruet? Quid igitur Paulus? Crede in dominum nostrum Iesum Christum, & seruaberis inquit, tu, ac domus tua. Maxime hoc homines conciliat, quod etiam sua domus liberanda sit. Et loquuti sunt ei sermonem, & omnibus qui in domo illius. Lauit illos & abluitus est. Illos quidem a plagis abluit, ipse autè a peccatis lotus est. Aluit & passus est. Exultauit, inquit, quauis nihil erat, sed verba solum & bona spes. Hoc signum erat, quod ipse credidit, se ab omnibus liberatum. Quid carceris custode peius? quid crudelius? quid ferocius? attamen cum multo illos honore suscepit, & laetatus est, non quia saluatus est, sed quia credidit deo. Crede, inquit, in dominum. Idcirco dixit, Qui credidit deo. Et ne videatur quasi reus ac peccator perire, propterea dicunt: Casos nos publice, & indicta causa coniecerunt in carcerem, ut non solum gratia, sed etiam ipsorum sit opus. Vide ut varia dispense gratia. Quo modo ille egressus est, quo modo hic: tametsi vterque apostolus. Timuerunt, inquit, quod Romani essent, non quod iniuste coniecissent in carcerem. Et rogauerunt illos ut exiret ex ciuitate. Hanc gratiam petierunt. Illi autem, ut venerunt ad Lydiam, & confirmauerunt illam, sic tandem profecti sunt. Non enim hospitem illam dimittere oportebat in agone & solitudine. Egressi autem sunt non illis obtemperantes, sed ad praedicationem festinantes, vtilitate per hoc miraculum sufficente ciuitati data. Non enim vltra oportebat ibi manere. Etenim miraculum magis clarescit, vbi abierint illi qui ipsum operati sunt. Et fides custodis carceris pro voce erat. Quid huic par? ligatur & soluit. Ligatus soluit duplici vinculo, eum qui ligauit soluit per hoc quod ligatus est. Reuera haec gratia opera sunt: Nunc igitur, inquit, egressi ite in pace, hoc est, cum securitate, nihil timeantes. Et aliter: Et huc extra periculum volunt fieri, ne post haec accusetur. Et non dicunt, Casos nos, coniecerunt in carcerem, quia miracula operati sumus. Neque enim illa attendissent, sed quod maxime illorum mentes concutere potuit: Indicta causa, inquit, & quum Romani sumus. Seper memores sumus huius custodis carceris, & non miraculi. Quid dicent Gentiles, quo modo quum esset vincitus, persuasit vincienti? Et quem dicit persuaderi oportebat, num scelestum hominem & miserum, & non habentem mentem, in numeris malis plenum, & facile adducibilem? Addunt, & huc, Quis ille vel corarius, vel purpurarum veditrix, Eunuchus, custos carceris? Serui & mulieres crediderunt. Quid igitur dicere poterunt, quando & eos qui in dignitatibus constituti sunt, adducemus Centurionem, proconsulem, eos qui ex illo usque in hunc diem, ipsosque imperatores ac reges? Ego autem aliud dico, quod hoc maius est. Illos contemptiores videamus. Et vbi, inquit, hoc miraculum? Profecto miraculum est. Nam siquidem crederet quis de rebus vulgaribus, non esset miraculum: quando autem de resurrectione, de regno caelorum, de vita philosophi, popularibus loquitur quis & persuaserit, mirabilior erit, quam si sapientibus persuaderet. Quando enim non est periculum & persuaserit quis, bene insipientiam in medium afferunt. Quando autem dixerit quis seruo sicut tu es, Si credideris mihi, periclitabere, omnes hostes tui erunt, oportebit te mori, & innumera mala ferre, & deinde ceperis animam illius, neutquam hoc erit insipientiae: nam si haec dogmata voluptatem habuissent, merito quis hoc dixisset. Si autem id quod non didicerunt philosophi, seruus discit, vti que magnum est miraculum. Et si placet corarium illum

Tomus tertius.

in medium afferamus, & videamus quid illi narrarit Petrus: vel si vis, illum hunc carceris custodem. Quid igitur illi dixit Paulus? Christus resurrexit, inquit. Est resurrectio mortuorum, est regnum, & persuasit facile credulo. Quid igitur, de vita nihil dixit? dixit vti que, quod temperate viuendum, quod pecuniis imperandum, quod cauenda crudelitas, quod propria danda aliis: nunquid & de his persuaderi erat parua sapientiae, & non magna animae? Esto autem quod illi dogmata per insipientiam receperint, vitam ita philosophicam agere: nunquid insipientiae fuerit? Atque ita quantum insipientior est cui persuadentur ea quae neque philosophi philosophis persuadere potuerunt, tanto maius sit miraculum, maxime autem quando & mulieres ac serui persuadentur, & operibus id declarant ea quae Platones & omnes illi persuadere nequiverunt. Et quid dico, quod nulli persuaserint, quum neque sibi ipsis? Quod enim Plato non persuasum habuit contemnendas pecunias, hinc habes, quod tantas facultates, aureosque annulos, ac phialas possedit. Item vanam gloriam non esse expetendam, Socrates qui omnia faciebat ad gloriam spectans, neutquam ostendit. Et siquidem illius sermones noti essent vobis, loquum super ea re mouerem sermonem, & ostenderem multa apud illum esse ironiam, siquidem credendum est his quae discipulus eius de eo dicit, & quo modo a vana gloria, omnes eius litterae argumentum habent? At illis relictis, nobis ipsis loquamur. Nam cum his quae dicta sunt, etiam hoc est dicendum, quia & cum periculis haec persuadebantur. Ne igitur impudens sis, sed cogita illam noctem, neruos, hymnos. Et hoc studeamus etiam nos facere, & aperiemus nobis non carcerem, sed caelum. Si orauerimus, & caelum aperire poterimus: Elias etiam clausit ac aperuit caelum oratione. Est etiam in caelo carcer: Quaecunque ligaueritis in terra, erunt ligata in caelo: Oremus per noctem, & soluemus haec vincula. Nam quod preces peccata soluant, persuadeat nobis vidua, persuadeat nobis ille amicus, qui interpesta nocte perseuerat ac pulsat: persuadeat nobis Cornelius, Orationes tuae, inquit, & elemosynae tuae ascenderunt coram deo. Persuadeat nobis Paulus, dicens, Quae autem vera vidua est, & solitaria, sperauit in deum, & adheret precibus die ac nocte. Si de vidua ille haec dicit de infirma muliere, multo magis de viris. Et iam dixi, & nunc dico, Excitemus nocte, etiam non multas preces facias, vnam fac cum sobrietate & sufficit, nihil amplius peto, etiam si non sit media nox, saltem sub ipsum diluculum. Ostende quod non corporis solum est nox, sed etiam animae. Ne simas illam ociose transire, sed da domino hoc donum, immo & ipsum ad te redeat. Dic enim oro, si in graues incidissemus facultates, quem non rogaremus: si forsitan petitionis copotes fieremus, respiramus. Quis tibi daret, ut paratus sit is qui rogatur ad habendum tibi gratiam, quod rogas? Quis tibi daret, ne obambules & queras quae nam roges: sed inuenias paratum? Ne aliis opus habeas per quos roges, ut per illos preceris. Quid hoc maius? Hic enim tunc maxime facit, quando non alios rogamus, sicut amicus germanus, & nos tunc maxime obiurgat quasi non fidamus illius amicitia, quando alios oramus qui pro nobis ad illum intercedant. Ita etiam nos facimus, quando aliqui nos rogant, tunc potissimum illis largimur, quando per seipsums & non per alios nos acceperint. Quid igitur, inquit, si offenderim? Cessa offendere, & lachrymas funde, & ita accede, & statim in primis inuenies

3-Reg. 17.

18. a

Matth. 16. c

Luc. 18. a

Ibid. 11. a

Supra 10. a

1. Tim. 5. a

t iij uenies

uenies illum propiciam. Dic solum, offendi, dic ex animo & pura mente, & soluta sunt omnia. Non adeo cupis dimitti peccata tua, sicut ille cupit peccata tua dimitti. Quod enim non concupiscis tu, cogita, quia neque vigilias suscipis, neque pecunias effundis: ipse autem ut dimittat peccata nostra, vni genito suo non pepercit, germano eiusdemque solij ac potestatis filio. Vides quod ipse magis concupiscit dimittere peccata tua: ne segnes simus, ne moras nequamus. Misericors est ac bonus, solum occasionem illi demus, idque, ne nos inutiles fiamus ac ociosi, quantum & absque illa absolueret, sed sicut nos multa in ministris nostris formamus & componimus, ita & ipse multa in nostram facit salutem. **Psal. 94.** Praecipue faciem eius in confessione, quonia bonus est ac suavis & misericors. Si autem non inuocaueris ex veritate, neque volueris ex corde loqui, Dimitte, sed ex ore, quid ille faciet? Quid est in veritate inuocare? Cum electione voluntatis, cum alacritate, cum mente sincera: sicut de vnguentis dicunt, verum esse, si nihil habet adulterinum, ita & illic reuera illum inuocat: & qui reuera illum inuocat, tam diu assidet, nec desinit, donec assequatur. Qui autem obiter defungitur, & sic legem implet, non inuocat in veritate. Quisquis ergo fueris, ne dic, Peccator sum solum, sed etiam da operam, ut ab hac existimatione te liberet: nec dic solum, sed & dole: si doles, operam adhibes: si non doles, operam non adhibes: si non doles, subsannas. Quis dicens aegrotum, non facit etiam omnia ut liberetur a morbo. Magna arma sunt preces. Si vos, inquit, scitis bona dona dare, multo magis pater vester. Quare non vis accedere, amat te: plus omnibus potest. Et vult & potest. Quid prohibet nihil. Igitur accedamus cum fide, accedamus donec afferentes quae vult, vltionis obliuionem, benignitatem, mansuetudinem. Et si peccator fueris, cum fiducia ab illo petes peccatorum remissionem, qui potest ostendere tibi ipsi, quod hoc tibi concessum sit. Si iustus fueris, & non habes ut ab vltione desistas, nihil profuerit. Non est possibile, quod homo qui dimiserit proximo, non plenam remissionem assequatur. Incomparabiliter magis misericors est deus quam nos, hoc omnibus manifestum est. Quid dicit: Si dixeris, iniuria affectus fui, iram domui, furoris vim pertuli propter tuum preceptum, non dimittet etiam ille: omnino utique dimittet. Et ita si purificauerimus animam ab vltionis cupiditate, sufficit nobis, ad hoc ut audiamur, & cum sobrietate & multa sedulitate oremus, ut obtemperata ab eo copiosa misericordia, bona promissa consequamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul ac sancto spiritui sit gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Cap. XVII.

Transferunt autem per Amphipolim & Apoloniā, & venerunt in Thessalonicā, ubi erat synagoga Iudaeorum. Pro more autē suo Paulus intravit ad illos, & per sabbata tria loquebatur illis de scripturis, aperiens & allegans quod Christum oportebat pati, & resurgere ex mortuis, & quod hic est Christus Iesus, quem ego annuncio vobis. Homilia XXXVII.

Terum paruas ciuitates transeunt, & ad maiores festinant, vnde quasi ex fontibus quibusdam, in vicinas diuulgandus sermo. Pro more autem suo intravit Paulus in synagogam Iudaeorum, quantum dixerat, Conuertimur ad gentes: non relinquebat illos, magno enim amore prosequabatur eos. Audi enim illum dicentem, Fratres, expectatio quidē cordis mei, & oratio ad deum pro Israël est, ut serue-

Supra 13.8

tur, & orati anathema esse à Christo pro fratribus meis. Faciebat autem hoc propter promissionem dei ac gloriam. Et ne offendiculum esset gentibus. *Et sabbata tria loquebatur illis de scripturis, aperiens & allegans, quod Christum oportebat pati, & resurgere ex mortuis. Et quod hic est Iesus ille Christus, quem ego annuncio vobis.* Vides quod ante omnia passionem praedicat. Sic de illa non confundebatur, sed praedicabant ut salutarem. *Et quidam ex illis crediderunt, & adiuncti sunt Paulo ac Sila. Et religiosorum Graecorum multitudo magna, mulieresque primariae non paucae.* Summam dixit sermonum, alienus ab omni superfluitate, non ubique conciones totas dicendo. *Zelo autem commoti Iudaei increduli, & assumptis quibusdam forensibus viris malis, & turba coacta concitauerunt ciuitatem. Et urgentes domum Iasonis, querebant illos ut ducerent ad plebem. Non inuentis autem illis, traxerunt Iasonem & fratres quosdam ad principes ciuitatis, clamantes: Hi qui orbem terrarum concitarunt, huc quoque venerunt, quos hospitio excepit clā Iason. Et hi omnes contra decreta Caesaris faciunt, regem alium dicentes esse Iesum.* O accusationem. Iterum accusant violatā maiestatis, & reipublicae. Dicentes, inquit, regem alium esse Iesum. *Concitarunt autem turbam & principes ciuitatis audientes haec, & accepta satisfactione à Iasone & à ceteris, dimiserunt illos.* Admirabilis erat vir ille, dimisit illos, & periculo se exposuit. *Fratres autem statim per noctem emiserunt simul Paulum & Silanum Berrhaem. Qui quum aduenissent, intraverunt in synagogam Iudaeorum. Hi autem qui erant generosissimi Thessalonicensium, qui receperant verbum cum omni alacritate quotidie diiudicantes scripturas, num haec ita se habeant.* Generosissimi inquit erant, hoc est, humanissimi. Et vide non simpliciter, sed cum diligentia scrutabantur scripturas. Hoc enim est diuicantes, volebant enim & à seipsis certissimam persuasionem habere de passione. Iam enim crediderant. Itaque multi ex illis crediderunt, etiam Graecae mulieres honestae, & non pauci viri. *Vbi autem cognouerunt Thessalonicenses Iudaei, quod & in Berrhaea à Paulo annunciatum esset verbum dei, venerunt, & illic concitauerunt turbas: statim autem tunc Paulum emiserunt fratres, ut iret velut ad mare, manserunt Silas & Timotheus illic.* Vide illum & cedentem & urgentem, & multa humano consilio facientem. *Porro qui prosequerantur Paulum duxerunt illum usque ad Athenas, & accepto mandato, ad Silam & Timotheum ut quam celerim ad illum veniant profecti sunt.* Videamus autem iterum quae dicta sunt: Per sabbata tria, inquit, loquebatur illis, aperiens ex scripturis. Bene, quando vocabant, hoc & Christus faciebat, multum de scripturis disserens, & non semper signa faciens. Quoniam enim illi aduersabantur, & eum ut impostorem & incantatorem calumniabantur, ideo & ipse de scripturis disserit. Qui enim solis signis attentat persuadere, merito suspectus est. Qui autem ex scripturis persuadet, non venit in eam suspicionem. Et ubique inuenimus illum doctrinis persuadere. Sed & quum in Antiochia doceret, congregata est ad ipsum ciuitas. Ita magnum quoddam etiam hoc est, & non paruum signum, sed vere valde magnum. Et ne putet quod ipsi possent totum, permittit illos deus expelli. Duo enim inde proueniebant, nempe quod quali depositi non superbiebant, & iterum quod neque ut rei terrebantur, ita etiam singulari ordinatione vocabantur. Religiosorum Graecorum, inquit, magna multitudo, & Graecarum mulierum crediderunt, etiam viri non pauci. Illi autem contra faciebant. Quo modo autem dicēs, Vt nos ad gentes, ipsi autem ad circumcisionem, loquitur Iudaeis: Hoc ex superabundantia faciebat. Quonia si Iudaeis loqui non oportebat

Galat. 2. b

1. Tim. 2. d

oportebat, quo modo dicebat iterum, Qui enim cooperabatur illi in circumcisione, cooperatus est & in me gentibus. Quemadmodum enim & illi gentibus loquuti sunt, quantum ad circumcisionem segregati: Ita & hic. Et quantum amplius hos curabat, non tamen illos negligebat, ne videantur diuisi esse. Et quo modo, dicit quis, prius ad synagogas ingreditur: Graecis persuadebat per Iudaeos dum Iudaeis loquitur. Sciebat enim quod hoc ad gentes conciliandas multum valebat. Idcirco dicebat, Quoniam ego gentium sum apostolus. Et epistola illius omnes contra Iudaeos pugnant. Quod Christum, inquit, oportebat pati. Si pati oportebat, omnino & resurgere, multo magis mirabile hoc quam illud. Si enim illum qui nihil iniuste egit morti exposuit, multo magis suscitauit illum. Iudaei autem increduli, assumptis forensibus quibusdam, turbauerunt ciuitatem, inquit: Ita quum plures essent Graeci, assumebant quosdam. Quoniam non putauerunt Iudaei, se sufficere ad seditionem mouendam, nec iustam causam habebant, tumultu semper talia perficiunt, idque assumptis viris malis: Non inuentis autem illis, inquit, traxerunt Iasonem. O tyrannidem, ab aedibus sine causa illos extrahunt. Hi omnes contraria decreto Caesaris faciunt, Regem inquit, dicentes esse Iesum. Quoniam nihil contrarium dicebant decretis, neque commouebant ciuitatem, in aliud crimen illos ducunt, & laesa maiestatis ac reipub. accusant. Et quid timetis, siquidem mortuus est. Vide persecutiones semper praedicationem promouere? Itaque hi erant, inquit, generosissimi Thessalonicensium, hoc est, nihil mali facientes, sed alij quidem crediderunt, hi autem contrarium faciunt turbantes illos. Igitur multi quidem crediderunt ex illis, etiam Graecae mulieres: Iterum hic credunt Graeci. Tu autem vide qua dispensatione fugerunt metuentes. Nonne si cessassent praedicare, etiam amplius exacerbassent? Duo fiebant, & illorum furor extinguebatur, & praedicatione crescebat. Merito autem & illorum malos mores ponit. Venerunt & illuc concitantes turbas, irrefrenabilem insaniam illorum insinuat. Statim autem emiserunt Paulum fratres, ut iret inquit quasi ad mare. Hic iam Paulum solum mittunt. Metuebant ne quid ipsi mali accideret, qui caput illorum omnium erat. Sic non ubique gratia operabatur, sed sinit illos etiam humano consilio agere, exultans illos, & in sollicitudinem impmittens. Vide saltem ut Philippis seruarit solum, hic non item. Et accepto mandato, inquit ad Silam & Timotheum, ut quam celerim veniant ad ipsum, profecti sunt. Et hoc merito, Nam licet Paulus erat, attamen illis opus habebat. Igitur bene in Macedoniam a deo impellebantur. Clara enim tum erat Graecia, alioqui & alia praeter necessitatem faciebat: Christus praecipiebat ex euangelio viuere, hic autem hoc non faciebat. Christus non misit illum baptizare, hic autem baptizabat. Vide quo modo conferendus omnibus erat: Petrus in circumcisionem, hic ad gentes, & in maiorem partem. Et accepta satisfactione à Iasone dimiserunt illos. Vide quo modo satisfaciens Iason emisit Paulum, & ita animam suam pro Paulo exposuit. Hi, inquit, erant generosissimi Thessalonicenses, hoc est, virtutibus & fide erga deum praediti. Qui scilicet susceperunt sermonem cum omni alacritate, inquit, quotidie diiudicantes scripturas, si haec sic habeant. Non simpliciter impetu, neque zelo. Et quia maior ciuitas erat, forenses homines erant in illa. Mirabile autem non est, si in maiore ciuitate deteriores sint, Immo maxime verisimile est, in maiore esse peiores;

1. Thess. 2. b

vbi multae tumultuum occasiones: nam sicut in corpore, quando difficilior morbus fuerit, plus habet materiae & alimentum: Ita certe hoc loco, id quod & in Iconio factum est, & egreditur Paulus, ut & perditionis aliorum praenam dent. Idcirco & Paulus dicit prohibentibus nos loqui gentibus. Et quare non manserunt, inquit, ibi: quare non signa fecerunt? Si enim illic ubi lapidatus est, mansisset multo tempore, multo magis ibi. Quare? Deus non semper voluit illos facere signa. Non enim minus signum est, vincere absque signo eos qui persequuntur quam signa facere, atque ita sicut nunc absque signis praualer, ita & tunc ubique volebat potens esse. Itaque nec apostoli ubique ad signa confugiunt. Nos autem praedicamus Christum crucifixum signa quaerentibus, & sapientiam. Haec dedimus quae neque signis persuaderi possunt. Et persuademus, adeoque magnum hoc signum erat. Igitur vide ubi extensa praedicatione, quo modo statim ad signa accurrunt: oportebat enim postea propter eos qui crediderant maiora esse signa, quam quae alij fiebant, ideo & fiunt, sed recedendo & accedendo ea faciebant. Emiserunt illum quasi ad mare. Quare? ut non possit facile deprehendi. Ita enim illum eripere voluerunt, quasi per hoc magni quippiam perfecissent. Vide quanto studio, & reliqui discipuli erga praecipuos apostolos vsi sunt, & non quemadmodum nunc separati sumus. Separatur enim inter nos parui & magni. Alij quidem extollimur, alij autem inuidemus, propter hoc & illi inuidet, quia nos inflamur, & non patimur cum illis aequaliter saluari. Idcirco in corpore est moderatio qualitatum & harmonia, quia non est inflatio: non est autem inflatio, quia membra ita constituta sunt, ut seipsis inuicem vtantur necessario, & caput pedibus eget, & pedes capite. Et nobis hoc fecit deus, & neque sic fieri sultinemus. Etenim etiam si hoc non esset, oportebat charitatem ac pacem habere. An non auditis illos qui foris calumniantur nos? Quando dicunt, Vtiles amicitiae, laici nobis opus habent, & nos iterum propter illos sumus. Ita & doctor & princeps non esset, nisi etiam discipuli essent ac subditi, neque faceret quae sua sunt; sicut terra opus habet agricolis, & agricola terra: ita & hic. Quam enim habet mercedem doctor, non habens cui ostendat edoctos? quam etiam hi qui docentur, si non optima fruuntur doctrina? Et ita iterum similiter alter altero opus habet, & principes his qui reguntur, & duces subditis. Principes enim multorum gratia sunt. Nullus enim sufficit per seipsum aliquid operari, sine suffragia dare oportet, siue consilia & sententias honestiores sunt a congregatione & multitudine. Exempli gratia, pauperes dantibus egent, dantes accipientibus. Iterum considerantes, inquit, mutuum, ad incitationem dilectionis ac bonorum operum, propterea maiora potest communitas ecclesiae. Quae per seipsum nullus potest, cum aliis potest, propterea maxime necessariae sunt preces hoc loco pro vniuerso orbe, pro ecclesia quae in finibus, pro pace, pro his qui in calamitatibus. Et hoc Paulus manifestat, dicens: Ut quod in nos beneficium, in multa persona, per multos gratiae dicantur pro nobis: hoc est, ut multis concedatur. Et saepe preces illorum petit. Vide etiam de Ninivitis quid dicit deus: Ego autem non parcerem ciuitati, in qua habitant plures, quam duodecim myriades. Vbi duo vel tres sunt congregati, inquit, in meo nomine, illic sum in medio illorum. Si autem duo magna possunt, multo magis plures: quantum visus, multum valeas, sed non similiter. Quare autem & vnus es, & non facis multos? quare non es author charita-

1. Cor. 1. d

2. Cor. 1. d

Iona 1. d

Mat. 18. e

charitatis: quare non concilias amicitiam? Maximum virtutis encomium scis. Sicut enim deum magis exacerbat, per conspirationem esse malos, ita magis illum lætificat in cõcordia esse bonos. Non eris, inquit, cum multis in malum. Quos declinauerunt, inutiles facti sunt, & facti sunt quasi fortetes in maliciis suis. Fac tibi amicos præ domesticis, præq; omnibus aliis. Si quis pacificus est, idem filius est dei, utique multo magis & is qui amicos parat. Si is qui reconciliat, filius dei dicitur, quo nomine appellandus est qui eos qui reconciliantur amicos facit? Hanc negociationem exerceamus. Amicos faciamus inter se qui inimici erant, & eos qui non inimici, & nec amici congregemus quidem & hos, & ante omnes, nos ipsos. Sicut enim qui in domo inimicitias habet, & cum vxore sua disidet, nõ est fidedignus, quod alios conciliet, sed audiet: Medice cura te ipsum. Ita profecto & hic dicitur. Quæ igitur sunt nostræ inimicitia? anima disidet cum corpore, malicia pugnat contra virtutem. Has soluamus, hoc bellum componamus, & tunc cum pace etiã aliis loquemur, cumq; multa fiducia, non reprehendente nos conscientia nostra. Pugnat ira cum mansuetudine, pugnat auaricia cum contemptu diuitiarum, pugnat inuidia cum benignitate. Dissoluamus hoc bellum, hos inimicos deiiciamus, hos statuamus triumphos. In ciuitate nostra præparemus pacem. Ciuitas enim nobis est, & administratio, & ciues, & peregrini multi, sed peregrinorum eiectionem faciamus, ita vt neque domesticos corrupamus, neque alienum & adulterinum dogma introducatur, neque carnalis sensus. Non videmus quod si quis hostium in ciuitate aliqua capitur, quasi explorator iudicatur. Igitur peregrinorum eiectionem faciamus, imò nõ solum peregrinorum, sed etiam hostium, si quem viderimus, tradamus principi, meti inquam cogitationem illam, quæ barbara quidem est, sed ciuili veste induta. Multæ apud vos cogitationes tales sunt, natura quidẽ inimicæ, amictæ autẽ ouillo vellere: Sicut Persæ tiara sublata, & gladiis peculiaribus quos anaxyrides vocant, & calciamentis barbaricis dimissis, alieno in habitu regionem nostram ingrediuntur, & rasi in corpore & familiari lingua loquentes, habitu bellum occultant. Si autem tormeta statim adhibueris, cum qui latet deprehendes. Ita & hic, examina sapius talem cogitationem, & statim videbis barbaricum sensum. Vt autem in exemplo tales exploratores ostendam, quos pramittit diabolus, vt videant, quo modo res nostræ habeant: Agẽ vnum despoliemus, & in tribunali diligenter examine-mus: Et si placet quosdam ex his quos Paulus deprehēderat, adducamus. Qualia sunt, inquit, quæ rationem quidem habent sapientiæ per superstitionem & humilitatem animi, & abstinentiam corporis, nõ per honorem aliquem ad satietatem carnis. Exempli gratia: Iudaismum inducere vult diabolus, itaque si inde adduceret, nihil persuaderet. Vide igitur quo modo illum efficiat? Oportet, inquit, abstinentiam habere corpus, hoc ad philosophiam & bonam vitam pertinet, ne admittas cibum, sed vt caueas. Humilis ille sensus est. Et nunc iterum hæreticorum quis volebat vos ad creaturam abducere. Vide igitur quo modo praparauit dolum. Si dixisset, Creaturam adora, captus eslet. Sed cur? Responderetur enim, Deus cõditor est. Porro exerceamus iuxta sententiam diiudicantium scripturarum apostolicarum mentem, illuc eum ducamus, ipsi agnoscent & prædicationem, & loquacitatem. Multi lucra magna lucrificiunt, vt habeant quod dent pauperibus.

Psal. 13. d

Luce. 4. d

Coloss. 2. d

Iniusta lucra, & hæc cogitatio molesta, sed exoneremus eam, & exploremus, redarguamus, ne capiamur. Ceterum effugientes omnes versutias diaboli, vt cum diligentia sana dogmata retinere valeamus, secureq; præsentem vitam transigere, æternaq; bona assequi, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre ac sancto spiritu simul sit gloria, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Paulo autem expectante illos Athenis, exacerbabat spiritus illius in ipso, quum videret idololatricam deditam esse ciuitatem. Disputabat igitur in synagoga cum Iudeis & religiosis, & in foro quotidie cum his qui forte ipsum adissent.
Homilia xxxviiij.



Idem quod maiores tentationes habet apud Iudæos quàm apud gentes. Athenis enim nihil tale patitur, nihil enim præter risum passus est.

Apud Iudæos autem multæ difficultates, ad eum erant irritati. Ideo & dicit: Paulo autem expectante illos Athenis, exacerbabat spiritus illius in ipso, quum spectaret ciuitatẽ idolis obnoxiam. Merito. Vix enim alibi tot videbantur idola. *Disputabat igitur in synagoga, & in foro quotidie cum his qui forte ipsum adissent.* Vide iterum differit apud Iudæos, vndiq; obstruens ora eorum, qui dicebant quod Iudæos reliquisset, propterea quod ad gentes se conuertisset. Mirum est, quod philosophi sic illo loquente non statim deriserunt eum, cum contumeliis, neque a prædicatione resilierunt, dicentes: Procul a philosophia abest, quia nihil fastus habebat. Et aliter: quia neque cogitabant, neque intelligebant ea quæ dicebantur. Quo modo enim quum alij ex eis corpus dicebant deum, alij verò voluptatem felicitatem.

Quidam autem Epicurei ac Stoici philosophi consueverant cum eo, & quidam dicebant. Quid vult verbosus ille dicere? Alij verò: Nouorum demoniorum annunciator esse videtur, quia Iesum & resurrectionem euangelizabat. Etenim resurrectionẽ deum quendam esse putabant, quia & fœminas colebant. *Apprehensum autem illum ad Ariopagum duxerunt, dicentes: Possumus ne scire, quæ nam noua ista quæ a te docetur doctrina, noua enim quædam ingeris auribus nostris. Volumus igitur scire quidnam velint hæc esse.* Duxerunt illum ad Ariopagum, non vt discerent, sed vt punirent. Ibi erant iudicia sanguinis. Vide igitur quo modo etiam sub spe discendi vbique, nouam doctrinam obiciunt. Loquaciũ ciuitas, ciuitas illa erat.

Athenienses autem omnes, & hospites qui illic versabantur, ad nihil aliud vacabant, quàm vt dicat & audiant aliquid noui. Stans autem Paulus in medio Ariopagi, dicebat: Viri Athenienses per omnia serẽ superstitiones vos video. Transiens enim & contemplans culturas vestras, inueni & aram in qua inscriptum erat, Ignoto deo.

Quid est hoc? Athenienses, quia per multa tempora acceperant deos etiam extraneos, vt pote templum Mineruæ, & Panem, & alios aliunde, timentes ne forsã & alius quispiam esset, quem ignorarent, ipsi quidẽ nondum cognitus, qui tamen alibi colatur, propter maiorem igitur securitatem etiã illi altare exererunt: & quoniam non erat manifestus deus, inscriptum est, Ignoto deo. Hunc igitur Christum Iesum esse Paulus dicit:

Quem igitur ignorantes bene colitis, hunc ego annuncio vobis.

Vide quo modo ostendit, quod ipsum præoccuparit. Nihil extraneum, inquit, nihil nouum affero. Multum illi obiciebant: Quæ est ista quæ dicitur a te doctrina? Noua enim quædam ingeris auribus nostris. Statim igitur suspitionẽ illorum aufert, ac dicit: *Deus qui fecit cælum & omnia quæ in illo, hic cæli ac terræ dominus existens.* Deinde ne putent vnum ex multis esse, corrigens deinceps

deinceps subdit: *Non in manufactis templis habitat, nec manibus humanis colitur, aliquo indigens.* Vides quo modo paulatim philosophiam inducit, quo modo deridet errorem gentilitiis? *Dans vitam & spiritum, & omnia, fecitq; ex vno sanguine omne genus hominum, quod habitat super omnẽ faciem terræ.* Hoc dei proprium. Vide igitur num hæc & de filio dici possint. *Præstititq; præstituta tempora, præfixitq; terminos habitationis eorum, vt quærent deum, si forsã sis palpent ac inueniant eum, tamen si non longè abstet ab vnoquoque nostrum. In ipso enim viuimus & mouemur, & sumus, sicut & quidam ex Poëtis vestris dixerunt. Nam huius & progenies sumus.* Hoc Aratus poëta dixerat. Vide, probationes adhibet etiam ab his quæ apud illos fiebant ac dicebantur. *Progenies igitur quum simus dei, non debemus putare auro vel argento, vel lapide arte sculpto, & inuento humano deum esse similem.* Et certè propter hoc, inquit aliquis, debemus? Minimè. Quandoquidem neque nos illis similes, neque animæ nostræ. Cur autem non recta iuxta philosophiam ingreditur, dicens: Deus natura incorporeus est, inuisibilis, & infigurabilis: Quia superfluum videbatur iam hæc dicere ad homines quidem nondum edoctos vnum esse deum. Propter hoc illa dicere omisit, sed in quæstione consistit, ac dicit:

Et tempora quidem huius ignorantia quum dissimularit deus, nunc annunciat hominibus omnibus vbique vt respiciant, eo quod statuit diem in quo iudicaturus est orbem in iusticia, in viro cui decreuit, fide præstita omnibus, resuscitando illum ex mortuis. Vide, concussa mente illorum dicendo, Statuit diem, & terrena, tunc opportunè adiicit hoc, Resuscitando illum ex mortuis. Sed videamus iterum quæ dicta sunt: Paulo autem expectate illos Athenis, exacerbabat, inquit, spiritus illius in ipso. Non ira hoc loco, neque indignatio est exacerbatio vel incandescẽtia, sed excitationem ac zelũ significat. Sicut etiã alibi: Facta est, inquit, exacerbatio inter illos: Et vide, singulari ordinatione euenit, quod illic expectans illos inuitus manserit. Quid igitur est *παροξύνω*? exacerbabat, pro eo quod dicimus, excitabatur. Procul enim est ab ira & indignatione, donum spiritus. Non ferebat, sed mordebatur. Itaq; disputabat quidem in synagoga cum Iudæis, inquit, ac religiosis. Vides, vt ille iterum cum ludæis disputat? Religiosos autem, profelytos dicit. Dispersi enim sunt Iudæi vbique ab aduentu Christi, nã simul & lex ab illo tempore soluebatur, & docebat homines pietatem, etiam si ipsi nullam acciperent vtilitatem, quàm quod habebat suarum calamitatum testimonia. Quidam autem Epicurei & Stoici philosophi consueverant cum illo. Non iam legibus suis utebantur Athenienses, vt pote Romanis iam subiecti. Et vnde voluerunt hi conflictare: quoniam videbant & alios cõferentes, & hominem existimatiõis cuiusdam. Et vide statim cum cõtumelia ag-grediuntur. Animalis enim homo nõ capit ea quæ sunt spiritus. Nouorum dæmoniorum videtur, inquit, annunciator esse. Dæmonia deos suos appellabant. Erant enim ciuitates ille idolis plenæ. Apprehensum enim illum ad Arium pagum duxerunt, dicentes: (Quare in Arium pagum illum traxerunt? vt perterreretur. Ibi enim capitales causas iudicabant, & homicidia.) Possumus ne scire, quæ noua illa quæ a te dicitur doctrina? Noua enim quædam ingeris auribus nostris. Athenienses autem omnes, & peregrini qui illic versabantur ad nihil aliud vacabant, quàm vt dicerent vel audirent quippiam noui. Hic illud assignatur, quod quãuis semper occuparentur in eo quod audirent vel dicerent aliquid noui: attamen illa noua putabant, vt pote quæ nunquam audierant. *Stans autem Paulus in medio Arii*

Aratus poe

ta

Supra. 15. g

1. Cor. 2. d

pagi, dixit: Viri Athenienses per omnia serẽ superstitiones vos video. Transiens enim & considerans culturas vestras. Non dixit demones simpliciter, sed viã parat sermoni, propter hoc dixit: Superstitiosiores vos video, propter altare. Deus, inquit, qui fecit mundum, & omnia quæ in illo locutus est vocem vnam, per quam omnia quæ philosophi tradebant, subuertit. Epicurei enim prouidentiam dei negantes, omnia per se ferri dicebant, & ex atomis constituta esse, Stoici autem corpus & feruorem. Ille verò dicit, opus dei esse mundum, & omnia quæ in illo. Vides quàm succinctus sit & quàm dilucidæ breuitatis. Et vide quæ erant quæ auribus illorum ingerebat, nempe quod deus mundum fecerit. Quæ etiam plebeij nunc sciunt, hoc ignorabant Athenienses, & Atheniensium sapientes. Si enim fecit, manifestum quod & dominus. Vide quid dicit deitatis esse indicia, nempe esse conditorem, id quod & filius habet. Etenim prophetẽ vbique hoc dicunt, dei esse create mundũ. Non sicut illi alium quidem esse factorem, sed nõ dominum, ponentes materiam ingenitam. Ibi nunc latenter dogma suum asserit, & illorum dogmata refutat. Non in manufactis, inquit, templis habitat: nam habitat quidẽ in templis, sed non in talibus, sed in anima humana. Vide, corporealem sustulit cultum. Quid igitur? non habitabat in templo, quod in Hierosolymis? Minimè, sed operabatur. Quo modo igitur colebatur manibus humanis apud Iudæos? non a manibus, sed a mentibus. Quia illa non querebat, quasi opus illis habeat. Nũquid enim, inquit, comedam adipem taurorum, vel sanguinem hircorum potabo? Alioqui neque hoc suffecisset quod nullo indigeat, id quod affirmabat. Nam diuinitum quidem & hoc, sed oportebat etiam aliud accedere, adiicit: Ipse dans omnibus vitam & spiritum, & omnia. Duas coniecturas deitatis ostendit. Et quod ipse nullo egeat, & quod omnia cunctis suppeditet. Cõfer cum his omnia quæ de deo Plato philosophatus est, quæcunque & Epicurus, & nugæ apparebunt. Dans, inquit, vitam & spiritum. Ecce etiam animæ opificem illum facit, non genitorem. Vide iterum quo modo destruit sermonem de materia. Fecitq; ex vno sanguine omne genus hominum, vt habitet super omnem faciem terræ. Hæc meliora sunt quàm quæ illi tradunt, & confundunt atomos ac hylen. Hic etiam ostendit, quod nõ est portio, neque anima hominis deus, quod etiam illi dicunt. Non esset enim hoc esse conditorem. Dicens autem, non humanis manibus coli deum, insinuat quod mente ac corde ei feruitur. Hic inquit, cæli ac terræ dominus. Igitur nõ sunt dæmones Merici ac prouinciales, quorum partes ac prouinciæ quædam propriæ in quibus domini sunt. Deus qui fecit cælum & omnia quæ in illo. Ostenso quo modo cælum factum, ostendit quod non in manufactis habitat: quasi diceret, Si deus, omnia scilicet fecit: si autem nõ fecit, neque deus est. Dij qui cælum & terram non fecerunt, pereant. Multo maiora quàm illi dogmata inducit, tamen nõ nondum adhuc magna dixisset. Nondum enim tempus, sed tanquam pueris loquitur de conditione mundi, & dominatione dei cui nulla re opus est. Vbi autẽ dixit, quod omne genus hominum ex vno sanguine fecit: manifestauit omnium bonorum auctorem. Quid huic sublimitati par? Nam mirabile est, quod ex vno fecit tot: quod autem omnibus ille simul imperat, adhuc mirabilius. Dãs enim, inquit, omnibus spiritum ac vitam. Quid est, quum præfuerit tempora præstituta, præfixeritq; terminos habitationis illorum, vt quærãt deum, si forsã palpent illum ac inueniant?

Psal. 48. d

ueniant: Quia non coactus est quis, inquit, obambulare & querere deum. Vel si non hoc, quia decreuit ut queratur deus. Sed non semper hoc finiuit, sed praestitit temporibus. Hic autem dicit ostendens, quod neque nunc qui quaesierunt inuenerint, quanuis ita manifeste inueniri queat, quemadmodum si quid in medio positum palpemus. Neque ibi quidem caelum est, alibi non, & in hoc tempore fuit, in alio non. Et ita omni tempore, & in omnibus praefixis terminis habitationis nostrae possibile est quod inueniamus illum. Ita enim pulchra dispensatione inquisitionem ordinauit, ut neque loco, neque tempore prohibeamur. Certè & istuc ipsum maxime illis conducibile fuisset, siquidem voluissent, quod ubique sit caelum, & stet in omni tempore. Idcirco & sic dixit: Quanuis non longè sit ab vnoquoque nostrum, sed propè sit omnibus. Quod autem dicit, hoc est: Non solum dedit vitam ac spiritum & omnia, sed etià quod est summa omnium, duxit ad sui noticiam, dando haec per quae possemus illum inuenire ac comprehendere, sed nolimus querere, quanuis ante pedes esset. Nò longè, inquit, ab vnoquoque nostrum quum sit. Papae, omnibus propè esse dicit, qui in toto orbe sunt. Quid hoc maius? Vide quo modo Mericos daemones refutat. Quid dico procul? Tam propè est, ut absque illo non viuiamus. In illo enim viuiamus, mouemur, ac sumus. Hoc dicit quasi corporali exemplo. Sicut impossibile est ignorare aërem ubique diffusum, & non longè ab vnoquoque nostrum existentem, imò etiam in nobis existentem, ita profectò & omnium opificem. Vide quo modo omnia illius dicit esse, prouidentiam illius esse dicit ac conseruationem esse ab illo, operandi vim, actum habere & non perire. Et non dixit per illum, sed quod propius fuerit, in illo. Nihil tale dixerat Poëta ille, dicens: Huius enim & genus sumus. Sed ille quidem de Ioue dixerat, hic verò de omnium opifice assumit, & non illum hoc dicto intelligens. Absit, sed quae proprie de vero deo dicta ei adscribès. Quoniam & altare huius dixerat, non ilius quem colebant. Dicta enim sunt quaedam, & sunt huic, & nesciunt Graeci quod fiant ei, sed ea ipsi de alio intellexerunt. Dic enim, de quo dicitur proprie: Ignoto deo: De conditore omnium, an de daemone, quum & illum ignorarint, huc verò scierint? Similiter etiam quod omnia fecit, congruerit de deo dictum esse, non de Ioue scelesto quodam homine & abominabili ac mago. Ita etiam Paulus nò similiter sicut ille dixit. Huius enim & genus sumus. Absit, sed alia mète. Genus enim dei nos esse dixit, hoc est, familiares, proximos, & quasi quis dicat, Proximè habitates ac vicinos. Ut enim non iterum dicant: Noua ingeris auribus nostris. Nihil enim hominibus contrarium, ducit poëtam in medium. Et non dixit, Non debetis putare auro vel argento deum esse similem, ò scelesti ac impij: Sed humiliter, Hoc non debemus putare, inquit. Sed super hoc. Quidnam est, Super hoc? deus, sed neque hoc. Est enim efficaciam nomen: verum iam hoc, nisi quod non dicimus huic deum esse similem. Quis enim diceret? Vide quo modo incorporeum introducit, Mens enim quando suspicatur corpus, etiam distantiam imaginatur. Genus igitur existentes dei, non debemus, inquit, auro vel argento, vel lapidi sculpto arte & figmento hominis, deum esse similem putare. Iam dixerit quis: Non hoc putamus, quare igitur haec dicit? Sed ad multos loquebatur ille, vnde & bene dixit. Nā si nos sumus illis similes iuxta animam, multò magis deus. Tunc abducit illos à suspitione. Non solum autem sculpturae

artis deus non est similis, sed neque alteri cuiquam humanae cogitationi subiicitur. Nam vel ars, vel mens inuenit. Idcirco sic dixit: Itaque si id quod ars humana vel mens inuenit, hoc deus, & in lapide substantia dei, quo modo in illo viuiamus, & nò inuenimus illum? Duplex obiectio. Et quod illum non inuenerunt, & quod tales inuenerunt, minimè per seipsam fide dignas. At ubi cōcussa illorum anima ostendit eos esse inexcusabiles, vide quid subdit: Tempora quidem ignorantiae dissimulans, nunc annunciat hominibus omnibus ubique ut poenitentiam agant. Quid igitur? Nullus horum punitur: nullus qui poenitentiam vult agere? de his dicit, non de his qui defuncti sunt, sed quibus annūciat. Nò exigit à vobis rationem, inquit: non dixit, ille despexit: non dixit, permisit: sed vos ignorastis, dissimulastis: hoc est, non exigit poenam, quasi digni sitis poena. Ignorastis, & non dixit, spontè malè egistis, sed per hoc superiora monstrauit, ut ubique poenitentiam agant, dicens: Hic totum orbem insinuat. Vide quo modo illos abducit à Mericis, hoc est, prouincialibus diis. Quapropter statuit diem, in quo iudicaturus est orbem in iusticia. Vide iterum orbem dixit, sic homines vocans. In viro cui decreuit suscitando illum ex mortuis. Vide quo modo iterum passionem manifestauit, memor factus resurrectionis. Quod autem verum sit iudicium, manifestum ex resurrectione? Simul enim praeparata sunt. Et quod omnia vera sunt, inquit, manifestum ex eo quod resurrexit. Et resurrexisset illum ex mortuis omnibus hanc fidem adhibet, idque iam manifestum. Haec quidem dicta sunt ad Athenienses, tempestiuum autem etiam vobis dici, omnibus ubique agendam esse poenitentiam, quia praefiniuit diem in quo iudicaturus est orbem. Vide quo modo & iudicem illum inducit, & cum prouidentia gubernantem mundum, & misericordem, & condonantem veniam, & potentem ac sapientem, & omnia simpliciter quae sunt conditoris habentem. Confirmationem dictorum ponit, quoniam ille resurrexit ex mortuis. Poenitentiam igitur agamus. Omnino enim iudicari oportet: si non surrexit Christus, non iudicamur: si autè surrexit, omnino iudicamur. In hoc enim & mortuus est, ut & mortuorum ac viuorum dominus sit, inquit. Et iterum: Omnes enim assistemus tribunali Christi, ut vnusquisque portet secundum ea quae operatus est. Ne autem putes haec esse solum verba. Ecce & de resurrectione omnium introduxit sermonem. Neque enim aliter iudicatur orbis. Etiam hoc quod suscitauit illum à mortuis, de corpore est dictum: hoc enim & mortuum erat, hoc & cecidit. Apud gentes, sicut creatio, ita & iudicium reprobatur. Haec autem puerorum commenta sunt, & ebriorum hominum. At nos qui de his melius instructi sumus, faciamus vtile aliquid, & studeamus familiarissimi esse Christo. Haec tamen inimici eius fuimus, haec tamen minus suauiter erga illum affecti fuimus. Absit dicet quispiam, cur haec dicis? Nò vellem haec dicere, nisi ea fecissetis vos. Nunc autè quae utilitas, si sermones taceantur, & res cum omni claritate sic clamet, Itaque quo modo illum diligemus? Dixi quidem sexcenties, dicam tamen & nunc: modum vnum inuenisse mihi videor maximum & mirabilem, nempe ut cum eo quod recogitamus innumerabilia & maxima beneficia, quae communiter cum aliis à deo accepimus, & pro quibus gratias habemus: recogitemus etià singuli, quid sibi peculiariter datum sit, recogitemus autem id quotidie. Igitur quod magnam haec habeat vim, vnusquisque nostrum apud seipsum recogitet, & diligenter scrutetur.

tur. num aliquando in periculum prolapsus, hostium manus effugerit, & beneficia dei quae describi praemultitudine nequeunt, tanquam in libro habeat: utpote si forte ante lucem egressus in viam, periculum euasit: si forte incidens in malos homines, eos vicit: si forte morbo correptus, desperantibus omnibus iterum conualuit. Multum enim & hoc valet ad conciliandum nos deo. Sanè si Mardocheus ille ita habuit subsidiaria bona opera quae ab ipso facta, quum venissent in memoriam regis, ut ad illam gloriae claritudinem perueniret, multo magis nos si memores fuerimus. Et duorum istorum operum diligens faciamus examen, quid nos quidem peccauerimus in deum, & quid boni ille nobis fecerit. Ita & grati erimus, & omnia effudemus. At nullus haec recogitat, sed quemadmodum de peccatis loquimur, esse nos peccatores peccata non in specie memorantes & exquirentes, ita & de beneficiis dei, quod benefecerit nobis deus dicentes, non speciatim illa examinamus, non dicimus ubi, & quanta, & in quo tempore: sed ex praesenti magnam faciemus diligentiam. Nam si quis etiam vetera repetere potest, omnia diligenter consideret, grandem inuenturus est thesaurum. Hoc etiam nobis vtile est, ut non desperemus. Nam quando viderimus, quod saepe nobis praesidio fuerit: non desperabimus, neque putabimus nos abiici, sed ingens illius pignus accipiemus, suam erga nos prouidentiam ac curam cogitantes, quod peccantes non punimur, sed etiam praesidio fruimur. Dicam autem quiddam & ego, quod à quopiam audiui: Erat puer quidam quem cum matre contigit, quum nondum decimum & quintum ageret annum, in agro, aëre perquam corrupto, febribus laborare. Erat autè post autumnum. Et mater quidem festinavit ingredi in ciuitatem: puer verò illic iubentibus medicis & mansit, & quum flagraret febris, coepit garrire, inde abstinentiam meditans, imò ignem extingui putans. Nisi autem mox quod optabat acciperet, utputa puer existens ob intempestiuam contentionem, postea nò accipiebat. Vbi autem venit in ciuitate proposita sunt ea quae illius linguae erant ac sermonis, & valde diu fuit non loquens, & nihil articulatum pronuncians, sed legebat quidem, & doctores multo tempore inuisebat, & simpliciter absque signis erat, & abiecta fuit de eo spes omnis: eratque mater dolore plena, & plurima adinuenerant medici, multa etiam alij, sed nihil horum proderat: donec misericors deus lingua vinculum sanauit, & tunc conualuit, & pristinam loquendi facilitatem ac claritatem accepit. Narrauit autem illius mater, quod etiam quum paruus esset puer in naribus habuerit morbum, quem polypum vocant, & iterum medici desperauerunt, orauitque mater ut moreretur, & pater illi maledicebat. Adhuc enim vivebat, & iterum omnia facta sunt difficilia. Et ille statim vnguis fricans à foramine narium, bestiolam illam impetu spiritus à naribus erasit, & omnes difficultates solutae sunt. Hoc autè sedato, fluxus per oculos acutus & viscosus continenter fluebat, magnasque & crassas lemas efficiebat, ita ut pupilla oculi obduceretur pellicula se interponente, & grauem cecitatem afferebat, omnesque dicebant actum esse, sed etiam ab hoc morbo statim per gratiam dei liberatus est. Et haec quidem sunt quae audiui, quae autè ipse scio, narrabo vobis. Mota est olim me adhuc adulescentulo, magna tyrannorum hostilitas, militibus etiam foris extra ciuitate ad insidias positis, fortè fortuito libellos quarebant incantatorios & magicos. Et qui scripserat librum, nondum perfectum in

flumen abiecerat, & captus, quum postularetur ab eo, reddere non poterat, sed ducebatur per totam ciuitatem vincens. Et ita quum accusaretur dedit poenam: tunc ego in martyris aedem proficisci volens, transibam per hortos iuxta flumen cum alio quodam: ille autem viso libro, qui in superficie fluebat, primum quidem putabat linteum esse: propior autè factus, agnouit esse librum, & descendens recepit. Ego autem contendebar ut de communi inuento, & ridebam. Sed videamus, inquit, quidnam hoc sit, reuoluit partem paginae, & inuenit scripta magica. Accidit autem eodè tempore militem transire, qui hoc animaduertens abiit, & timere nos fecit. Quis enim credidisset, quod è flumine sumptum sustulisset, quum omnes tunc etiam qui non suspecti detinerentur: & abiicere nò audebamus, ne videremur. Idem etiam periculum erat, si diuideremus. Concessit igitur deus, & abiecimus, & postea à periculis sumus liberati. Et innumera dicere possem, si omnia enumerare vellem. Et haec propter vos dixi, ut etiam si non talia, sed alia quaedam habetis, in perpetua memoria sint: ut si lapis quidam illatus in te tortus, super te non venit: Hoc semper habe in memoria. Magna haec nobis cum deo amicitiam faciunt: si enim memores beneficiorum ab hominibus acceptorum, multum dolemus quod non possumus illis aliquid rependere: multo magis hoc in his quae à deo accepimus. Si igitur volumus non contristari, dicamus oro: Si bona suscepimus à domino, mala non sustinebimus: Et Paulus propter hoc dicebat, vnde liberatus sit. Vide & Iacob, quo modo haec in mente habebat. Ideo etiam dicebat: Angelus qui eripuit me à natiuitate mea. Et non solum quod eripuit, sed quo modo & etiam in quo cogitemus. Vide igitur & illum seorsim, memorem esse beneficiorum. In baculo meo, inquit, transiui per Iordanem. Iudaei autem etiam eorum quae patribus euenerant, memores semper erant, repetentes subinde ea quae in Aegypto facta sunt. Igitur multo magis nos propria, quae nobis acciderunt, quoties in pericula & angustias incidimus, & si deus manum nò adhibuisset, olim periissemus. Haec cogitantes omnes & quotidie recensentes nobiscum gratias perpetuas habeamus deo, & omnes communiter gloriam ei demus, & glorificantes illum ne deficiamus, ut offeramus ei cum gratitudine magna retributionem, gratia & miserationibus vngenti filij eius, cum quo patri simul ac sancto spiritui gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Audita autem resurrectione mortuorum, alij quidem irridebant, alij verò dicebant: Audiemus te iterum super hac re. Et sic Paulus exiit de medio eorum. Homilia xxxix.

Vr nam Paulus, quum sic persuaserit, ut & Athenienses dixerint: Audiemus te iterum super hac re, quumque pericula non essent, festinat relinquere Athenienses? Fortassis sciebat se nò magnum lucrum facturum. Et aliter: Etiam à spiritu in Corinthum ducebatur. Quidam verò viri adherentes ei, crediderunt, in quibus erat Dionysius Areopagita, & mulier nomine Damaris, & alij cum illis. *Post hac autem separatus Paulus ab Athenis, venit in Corinthum, & inuenit Iudaeum quodam, cui nomen Aquilas, qui & genere Ponticus erat, nuperque ab Italia venerat, & Priscilla uxore illius, eo quod praecipisset Claudius separari omnes Iudaeos à Roma: accessit illos, eo quod eiusdem officij essent: mansit apud illos, & operatus est. Erat ars illorum texere tabernacula.* Merito in Corinthum à spiritu ducitur, in qua manere oportebat. Athenienses enim quan-

Supra. 17. d

uis noua doctrinae amatores essent, attamen non attendebant, neque enim hoc curabant, sed ut semper haberent noui aliquid quod fabularentur, studebant. Nisi enim hic mos illorum fuisset, non dixissent, Nouorum demoniorum annunciator videtur hic esse. Sed haec erant illis admodum obscura. Attamen persuasit Dionysio Areopagita & aliis quibusdam. Nam illi forsitan, utpote vitae moderatioris, citius acceperunt sermonem, alij vero non item. Igitur verisimile visum est, quod iam seminarium ac fundamentum iecerit. Iam enim potior pars vitae illius iam processerat. Sub Nerone enim occisus est. Claudio autem nunc bellum Iudaeis inferri coepit, procul adhuc, ut etiam sic castigentur. Etiam a Roma ut scelesti abigebantur. Et hoc dispensatione factum, ut vincetus illuc ducatur, & ne tanquam Iudaeus expellatur, sed tanquam sub militibus agens illic afferretur. *Et mansit, inquit, apud illos. Papae, quam iustitiam inuenit ut cohabitaret, quoniam illic potissimum non oportebat accipere. Et in quo gloriantur, inueniantur sicut etiam nos. Disputabat autem in synagoga per omne sabbatum, persuasitque Iudaeis & gentibus. Ut autem descendit a Macedonia Silas ac Timotheus, coarctabatur spiritu Paulus, testificans Iudaeis, quod Iesus esset Christus, hoc est, urgebant illum, & illi quidem molesti erant. Quid autem Paulus? Relinquit eos, multumque terret. Non ultra, inquit, vobis erit necessarium dici sermonem: hoc tamen obscurius eis loquitur.*

Contradictibus autem illis & blasphemia loquentibus excussis vestimentis, dixit ad illos: Sanguis vester super caput vestrum. Mundus ego ab hoc tempore, ad gentes vadam. Et digressus inde venit in domum cuiusdam nomine Iusti colentis deum, cuius domus erat contigua synagoga. Crispus synagoga princeps credidit domino cum tota domo sua. Et multi Corinthienses crediderunt, ac baptizati sunt.

Vide quo modo iterum licet dicat ab hoc tempore ad gentes ibo, neque sic tamen illos negligit, adeoque illud dixisse videtur, illos excitandi ergo. Et postea venit ad Iustum, cuius domus synagoga contigua, ut etiam sic si vellent ex vicinia zelum haberent. Crispus autem, inquit, princeps synagoga credidit domino cum tota domo sua. Et hoc plurimum faciebat ad illos adducendos. *Dixit autem dominus per visionem in nocte Paulo: Ne timeas, sed loquere, & ne sileas, eo quod ego sum tecum, & nullus adoriatur te ut affligat te, eo quod est mihi populus magnus in hac ciuitate. Vide quot rationibus illi persuadet, & quo modo id quod maxime placebat ei, vltimo loco ponit. Et dicit: Quo modo igitur simul aggressi sunt eum? Profecto non preualuerunt, sed ad proconsulem duntaxat adduxerunt. Seditque annuum & menses sex, docens inter illos sermonem dei. Caeterum quum Gallio ageret proconsulem Achaiae: insurrexerunt manumiter Iudaei contra Paulum, & duxerunt illum ad tribunal, dicentes: Quia contra legem hic persuadet hominibus colere deum. Vides quare illi semper publicas accusationes texebant, vide saltem hic. Quum illi dixissent, quod contra legem persuadet hominibus colere deum, nihil horum curae fuit proconsuli, sed magis defendit Paulum, & audi quo modo respondet: Si qua esset iniuria, vel quod facinus malum contingens ciuitatem de Iudaei, merito sustinerem vos. Iustus ille homo mihi esse videtur, & manifestum est ex his quae respondet. Quum autem Paulus aperturus esset os suum, dixit Gallio ad Iudaeos: Si quidem esset iniuria, vel facinus malum de Iudaei, merito sustinerem vos. Si autem quaestio est de sermone & nominibus, & lege vestrate, videritis ipsi. Iudex enim ego huius esse nolo. Et abegit illos a tribunali. Omnes autem Graeci apprehensum Sosthenem synagoga prin-*

cipem verberabant ante tribunal, neque quicquam eorum Gallioni curae erat. Et hinc iterum iusticia viri monstratur: nam quum ille verberaretur, non censuit priuatam iniuriam esse. Adeo impudentes erant Iudaei. Videamus autem iterum quae lecta sunt: Audita autem resurrectione mortuorum, alij quidem subsannabant, alij vero dixerunt: Audiemus te iterum. Quam magna & sublimia audierat: & nec sic attendebant, sed irridebant, resurrectionem autem irridebant. Animalis enim homo non percipit ea quae sunt spiritus. Et ita, inquit, exiit Paulus e medio illorum. Ita. Quo modo? alij quidem persuasit, aliis vero non credentibus. Separatus autem ab Athenis, inquit, venit in Corinthum. Et inuento quodam Iudaeo, cui nomen Aquilas, qui genere Ponticus nuper venerat ab Italia, mansit apud illos & operabatur. Vide quo modo lex incipit iam solui. Iudaeus enim quum esset rasilus postea in Cenchreis, in Syriam proficiscitur cum Paulo, neque in Hierusalem, neque in vicina ire festinat, sed valde procul. Apud illum igitur manet, & non confunditur manere, sed manet: imo propter hoc ipsum manet, quia commodum diversorium nactus erat, & quauis regia magis idoneum. Nec rideas dilecte. Sic enim palaestra pugili magis utilis quam molles lecti, & militi ferreus gladius magis quam aureus probatur. Et operabatur praedicans. Erubescamus nos, qui etiam absque praedicatione viuimus otiosae. Disputabat autem in synagogis per omne sabbatum, persuasitque Iudaeis ac Graecis. Contradictibus autem eis ac blasphemia verba dicentibus, discessit. Hac ratione expectans illos discessit, ut magis attraheret. Quare enim elegit illa relicta migrare in domum synagoga contiguam, nonne propter hoc? neque enim periculum videbat ibi. Testificans illis, inquit, non iam docet, sed testificatur. *Contradictibus autem illis, inquit, excussis vestibus dixit: Sanguis vester super caput vestrum. Hoc facit, ut non solo verbo, sed etiam opere terreat, & vehementius disserit, utpote multis persuasit. Mundus sum, inquit, ego. Ab hoc tempore ad gentes ibo. Igitur & nos rei sumus sanguinis eorum, qui nobis concrediti sunt, negligentes illos. Atque adeo quando dicit: In posterum negotium mihi nullus facescat. Non enim sic illos terrebat poena, ut hoc cruciabat. Et digressus illinc venit in domum Iusti. Transit volens illis persuadere quod ad gentes festinet. Crispus autem archisynagogus credidit, inquit, cum omni domo sua. Vide fideles cum tota domo hoc facere. Hoc autem facto statim & alij multi credentes baptizati sunt. Hinc dicit synagoga principem, de quo scribens, inquit: Nullum alium baptizauit, nisi Crispum & Caium. Opinor autem hunc etiam Sosthenem dici, qui intantum fidelis fuerit, ut etiam percussisset & Paulo semper affuerit. *Dixit autem dominus per visionem in nocte Paulo: Ne timeas, sed loquere. Eapropter multo tempore manet illic. Nam persuasit quidem illi & multitudo, & familiaritas Christi amplior. Maius enim periculum fuit postea etiam pluribus credentibus & synagoga principe. Ne timeas, inquit. Hoc ad excitandum sufficiebat, quia redargutus est timens, vel non redargutus, sed confortatur quasi nihil passurus. Non enim semper illos affligi sinit, ne infirmiores fiant. Nihil enim ita contristabat Paulum atque increduli quasi contradicentes. Hoc etiam periculis eis grauius fuit. Et ne sileas, inquit, eo quod mihi populus multus est in hac ciuitate. Fortassis etiam propter hoc illi apparet Christus. *Quum autem Gallio ageret proconsulem Achaiae, insurrexerunt manumiter Iudaei contra Paulum. Vide post annum &***

Ioan. 18. f

sex menses aggrediuntur, quando non iam poterat propriis legibus uti. Hoc maxime inflauit Corinthios, quod maxime persuadebantur: quia neque princeps sese demittit. Non enim idem erat ex contentione contendere, & docere illos: quia neque curae erant illi negotia. Et considera quam sapiens ille fuerit. Non enim statim dixit respondens: Non est mihi curae. Sed quid? Igitur si qua iniusticia, vel quod facinus malum de Iudaei, merito sustinerem vos. Si autem quaestio est de sermone & nominibus, deique lege vestrate, vos videritis. Iudex enim horum ego nolim esse. Separauit illos a tribunali. Clara facta est victoria. Apprehensum autem Sosthenem synagoga principem percutiebant coram tribunali, et nihil horum Gallioni curae erat. O confusionem qua confusi sunt. Et nihil horum, inquit, Gallioni curae erat, quauis hoc totum in ipsius contumeliam fuerit, sed quasi inde potestate accepta percutiunt ipsi facientes indiscreti furoris per confusionem opus. Et quare ille non reperculsit, quum & ipse potestatem habuerit, sed docebantur modeste & patienter viuere, & non referire, ut & iudex discat quis sit mansuetior. Non parum hoc profuit praesentibus. Docuit enim horum aequitas, & illorum temeritas, quod talia iudiciariam sententiam postulant. At hi omnia citra ordinem faciunt. Et non dixit: Non oportet, ne percutiant illum, sed nolim. Iudex enim horum, inquit, ego esse nolim. Adeo aequus erat vir. Hoc & Pilatus dicebat de Christo: Accipite illum vos, & iuxta legem vestram iudicate. Ille quidem secundum legem volebat iudicare eos: ipsi autem quasi ebrii, & insipientes affecti erant. Propter hoc digressus est ab Athenis, quoniam populus multus erat illic. Verberabatur, & nihil dicebat. Hunc & nos imitemur. Referiamus percutientes mansuetudine, silentio, longanimitate. Difficiliora sunt haec vulnera. Maior plaga & onerosior. Grauius enim est percutere animam quam corpus. Multos percutimus, sed ut amici, & delectatur: sed quem percusseris cum contumelia, quoniam cor tetigit, valde contristasti. Ita magis cor illorum percutimus. Quod autem mitas magis verberet quam temeritas, age demonstremus quantum possibile est sermone. Manifesta enim demonstratio per opera & experientiam est. Si autem videtur etiam sermone examen faciemus, quauis sapientius etiam fecerimus. In contumeliis nihil ita nos contristat, ut eorum qui nos vident sententia. Non enim equale est publice contumelia aspergi & priuatim, sed illas quidem priuatas contumelias facile ferimus, quando in solitudine, quando nemo conscius, & sine teste hoc patimur. Ut si quidem quis honoret coram omnibus, contumelia afficiat priuatim, etiam gratias habebimus. Itaque quod triste, non est ex natura contumeliae, sed in sententia spectantium, ut ita non videatur contumptibilis esse. Quid igitur, si haec pro nobis sit nonne qui contumelia afficit, ignominiosus fit, quando pro nobis sententias fert? Vtrum contemnunt praesentes, eum qui contumelia afficit, an eum qui contumelia afficitur, & silet? Furor enim suggerit quicquid in eo qui contumeliis afficitur, desideratur: nunc autem quando puri ab affectione sumus, sciamus, ne tunc simul rapiamur. Vtrum igitur condempnamus omnes: manifestum quod eum qui contumelia afficit: & si minor quidem sit, insanire illum dicimus: si par honore, desipere: si autem maior, neque sic approbamus. Vter enim approbatione dignior, is ne qui tempestatibus agitur, in turbulencia versatur, exasperatus erga communem naturam sic afficitur, vel qui in tranquillitate & portu, ac bona ani-

mi constitutione sibi imperat? Nonne hic quidem angelus, ille vero nec homini similis est: & ille neque propria mala ferre potest, hic etiam aliena: hic seipsum ferre non potuit, ille & alium: ille naufragatur, hic securus nauigat, naue eius secundis ventis fruente. Non enim in vela sua irruere furoris spiritum permisit, qui metis nauem subuertat, sed afflantur illa a tenui blandaque aura, quae est patientiae spiratio, ipsum ad philosophiae cursum cum magno silentio ducens. Et sicut nauis in naufragio nesciunt quae abiciunt, si a suis & ab alienis deposita receperint, sed omnia quae posita in naue similiter eiiciunt, tam preciosa, quam non preciosa: Vbi autem cessarit tempestas, tunc cogitantes quanta eiecerint, lachrymantur, & propter iacturae damnum serenitate non gaudent: Ita & hic, quando ira spirat, excitaturque animi tempestas, nesciunt quae suo ordine eiicere debeant: vbi vero ira cessauerit, tunc cogitantes, qualia effutuerint, considerant damnum, & quietem non sentiunt, memores verborum, ex his per quae confuderunt seipsos, damnumque maximum passi sunt, non in pecunia, sed in existimatione mansuetudinis ac humanitatis. Profecto ira tenebrosa est. Dixit enim insipiens in corde suo, non est deus. Forsitan & de eo qui ira exasperatur hoc dicere tempestiue poterit quis. Dixit iratus, non est deus: nam ob nimiam iram suam illum non quaerit. Pia enim cogitatio ingressa, omnes repellit & abicit sinistras. An non tu magis doles, quam is qui contumelia afficitur? Contumelia profinde alium qui nihil improperat, an non conscientia tribunal te propter multa flagellabit? Quando enim audis, quod is qui contumelia afficitur, nullum malum verbum loquutus est: nonne hac ratione tu magis doles? Dic oro, quo modo mansuetum, humile, & aequum innumeris abluere conuiciis ausus es? Haec subinde dicimus, sed non videmus eos qui id opere praesent. Homo enim quum sis, hominem contumelia afficis, feruus conseruum: Sed quid hoc admiror, quandoquidem multi sunt, qui & deum contumelia afficiunt. Haec vobis qui contumelia afficimini, consolatio est. Contumelia afficimini, contumelia afficitur & deus: exprobramini, exprobratur & deus: conspuimini, sanè nobiscum comunicauit etiam dominus noster. Nunquam autem contumelia affecit, neque iniuste egit. Et ita nos simus qui communicamus Christo, non vos. Ferre enim eum qui contumelia afficit, dei est: contumelia autem afficere immeritum, demonibus congruit. Videte duas partes, demonium habes, dictum est Christo. Alapa casus est a seruo principis sacerdotum. Itaque qui contumelia afficitur, cum illis stant. Merito. Nam si Petrus & satanas dictus est propter unum verbum, multo magis hi Iudaei dicentur, si eadem quae Iudaei faciunt. Sicur & illi diaboli filij, quoniam opera diaboli operabantur. Contumelia afficis. Quis existens, dic oro, imò propter hoc contumelia afficis, quoniam nihil es. Nullus enim qui homo est, contumelia afficit. Atque ita quod in bellis dicitur: Tu qui es, ediuerso oportebat dici. Contumelia affice. Nihil enim es. Et nunc dicentibus vobis, quasi aliquis sis contumelia afficis, quasi melior te sit per omnia auditur, quauis contrarium dicendum erat. At quoniam nos male rogamus propter hoc, & illi male respondent, atque adeo nos auctores sumus, quasi magnorum virorum sit contumelia afficere, sic dicimus, quis tu qui contumelia afficis: Idcirco & illi sic respondent: Contrarium dicere oportebat, contumelia afficis, contumelia affice, nullus enim es. Ad eos autem qui contumelia non afficiunt, Quis es tu, dicere oportebat, qui contumelia non afficis? Transgressus

Psal. 13. 4

Ioan. 8. f

Ibid. 18. d

Marc. 8. d

Transgressus es humanam naturā. Hoc esset nobilitas, libertas, nihil illiberale loqui, etiam de eo qui meretur asperius tractari. Dic autem oro, quot sunt qui non indigni ut occidantur? Attamen per se iudex hoc non facit. Si autem iudex non dignatur per se loqui homini malo, sed per præconem quandam hoc agit: multo magis nos eos qui in pari honore sunt, contumelia afficere non oportet. Non enim contumelia afficiendo illis meliores sumus: ut si doceamur: quod ipsos nos contumelia afficimus. Itaque malos propter hoc non oportet contumelia afficere: bonos autem etiam aliam ob causam, quia non merentur, & tertia, quia non decet esse contumeliosum. Nunc autem vide quæ fiant. Homo contumelia afficitur & irritatur: est etiam homo qui irritat, & sunt spectantes homines. Quid igitur? Oportebat bestias in medium producere & dissolui. Hoc enim officium erat. Quando enim qui oblectantur iniusticia, homines essent, bestias reconciliari curarent. Igitur sicut dominis pugnantibus in domo, feruorum fuerit illos conciliare. Hoc enim rei natura petit, licet hac ratione facile non fiat: ita & hoc loco contumelia afficitur. Merito. Neque enim homo es. Eapropter magnum aliquid videtur esse contumelia, & videtur magnis congruere. Seruis autem magis congruit, sicut bene loqui liberos decet. Sicut enim male facere illorum est, ita & bene facere horum. Contumelia est ancilla fur, quæ clam ea que sunt domini surripit: & quasi dicat quis, sicut fur qui ob hoc vnum venit, ut ubique subleget, circumspicit ut ubique aliquid exportet. Forasan & alio quopiam exemplo depingemus: Quemadmodum si quis vasa immunda fuerit e domo, & ea coram omnibus educat, non confundunt furtim sublata intantum, quantum ipse seipsum. Ita & accidit conuicatori. Eiectis enim coram omnibus immundis verbis, non alios confundit, sed seipsum per verba, productis talibus & coinquinata ipsius tum lingua, tum mente. Idem enim fit, quando cum malis pugnamus, ac si quis sterquilinio obuolutus percutiat, qui dimissis in lutum manibus suis, dum illum ferire studet, sese coinquinat. Hæc sanè, oro, omnia cogitantes, fugiamus damnatum quod inde oritur, & modestam habeamus linguam, ut puri existentes ab omni contumelia, possimus presentem vitam diligenter perficere, & bona diligentibus deum promissa, Gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul ac spiritui sancto, gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Paulus autem expectans dies multos, vale dicto fratribus abnauigauit in Syriam, & cum Priscilla ac Aquila, posteaquam raserat caput in Cæchreis: habebat enim votum. Homilia xl.

Vide quo modo lex soluta est, vide quo modo conscientia detinebatur: Iudaicum erat capita radi ex voto, veruntamen oportebat etiam sacrificium fieri, quod non est factum post verberatum Sosthenem. Oportebat abire illum, ideo & festinat, & quum oraret ut apud ipsos maneret in Epheso, non annuit. Quare igitur iterum in Antiochiam venit. Digressus enim, inquit, & salutata ecclesia peruenit in Antiochiam. Tenebatur humana quadam affectione erga ciuitatem illam. Ibi enim appellati sunt discipuli Christiani. Ibi traditus est gratiæ dei, ibi negocium dogmatis absoluit. Et ipse quidem in Syriam abnauigat: hos autem reliquit in Epheso. Merito, ut puta docturos, quia tanto tempore secum versati erant, multa didicerant. Attamen illos nondum à Iudaica consuetudine abdu-

xerat. Ecce & mulier idem quod viri, facit ac docet. Propterea prohibetur in Asiam venire: opinor quia ad ea quæ urgebant, impellebatur. Vide saltem hoc loco, & rogatum illum ut maneat, & non morem gerentem: quoniam festinabat abire. Certè non simpliciter illos dimisit, sed cum promissione. Et quo pacto audi: Deuenitque Ephesum, & illos ibi reliquit. Ipse autem ingressus in synagogam disputauit cum Iudæis. *Rogantibus autem illis, ut ampliore tempore maneret apud illos, non annuit, sed valè dixit eis, dicens: Oportet me omnino festum quod instat, agere in Hierosolymam. Iterum autem reuertar ad vos deo volente, & soluit ab Epheso. Et ut peruenit in Casaream, ascenditque, & salutatis ecclesiam descendit Antiochiam. Et factò multo tempore, exiit: transiit deinceps per Galaticam regionem ac Phrygiam, confirmans omnes discipulos. Vide iterum venit ad loca in quibus antea erat.*

*Iudæus autem quidam Apollo nomine Alexandrinus genere, vir eloquens, deuenit in Ephesum potes in scripturis. Ecce & eruditus emittuntur predicare, & discipuli esse incipiunt. Vides incrementum predicationis? Hic erat edoctus viam domini, & feruens spiritu loquebatur ac docebat diligenter de domino, sciens solum baptismum Iohannis. Hic cepit libere annunciare in synagoga. Audientes autem illum Priscilla & Aquila, assumpsit eum, & diligenter predicauerunt viam dei. Si ad baptismum Iohannis solum crediderat hic, quo modo spiritu feruebat? nondum enim datus erat hic spiritus. Si autem qui post illum, opus habuerunt baptismo Christi, multo magis ille. Quid igitur dicendum: neque enim vtrumque simpliciter ponit scriptor. Mihi videtur ille esse vnus ex centum viginti, qui cum apostolis baptizati. Vel si non est hoc, factum est idem cum hoc quod & cum Cornelio, sed non baptizatur antequam diligentius ei exposuerit. Hoc autem esse mihi verum videtur, quia & baptizari illum oportebat, quoniam duodecim alij nihil perfectum sciuerunt, neque ea quæ de Iesu. Merito autè & ille baptizabatur. Veruntamen si illi post baptismum Iohannis iterum baptizabantur, oportebat etiã discipulos hoc facere. Volente autè illo transire in Achaïam, exhortati sunt fratres, & scripserunt discipulis ut reciperent illum, qui ut aduenit, contulit multum his qui crediderant per gratiã. Vehementer enim Iudæos reuincebat publicè, monstrans per scripturas Iesum esse Christum. *Factum est autem**

*quum Apollo esset in Corintho, ut Paulus per agratas superioribus partibus veniret in Ephesum, & inuentis discipulis quibusdam, dixit ad illos: Num spiritum sanctum accepistis, posteaquam credidistis? Illi autem dixerunt ad illum: Sed neque an sit spiritus sanctus audiimus. Dixitque ad illos: Ad quid igitur baptizati estis? Illi autè dixerunt: In baptismum Iohannis. Dixitque Paulus: Iohannes quidem baptizauit baptismum penitentiae populo dicens, ut in eum qui post ipsum venturus esset, crederent, hoc est in Christum Iesum. Ut autè audierunt, baptizauerunt in nomine domini Iesu Christi. Et postquam imposuit Paulus illis manus, venit spiritus sanctus super illos, loquebanturque linguis, & prophetabant. Erantque omnes viri quasi duodecim. Multum hi ab illo differebant, neque spiritum sanctum esse scientes. Hi igitur qui & diligentius illi exposuerant viam domini, præmittunt etiam literasque addunt. Igitur volebat & ille in Achaïam venire. Antea autè quam exhortati sunt fratres, & literas dant ei, non recedit. Qui ut venit, inquit, contulit multum his qui crediderunt. Vehementer enim Iudæos reuincebat publicè, ostendens per scripturas esse Christum Iesum. Hinc quam potens erat in scripturis Apollo ostendit. Nam Iudæis quidem valde os obturauit. Hoc enim est quod, inquit, reuincebat: vnde & fideles confidentiores magis fiebant, & stabiliore in fide. *Factum est ut Paulus transiit per superiores partes, reuertens in Ephesum. Hæc autem sunt quæ iuxta Casaream & ciui-**

& ciuitates reliquas. Et inuentis quibusdam discipulis, dixit ad illos: Num spiritum sanctum accepistis postquam credidistis? Quod neque in Christum crediderant hi, manifestum ex eo quod Iohannes dixerat, ut credant in illum qui post ipsum venturus. Et non dixit: Nihil est baptismum Iohannis, sed imperfectum: & neque hoc addidit simpliciter, sed ut doceat ac persuadeat illis in nomine Iesu baptizari, quod & faciunt & spiritum accipiunt, impositione manuum Pauli. Impositis enim, inquit, illis Pauli manibus, venit spiritus sanctus super illos. Et ita hi quibus manus imponit, spiritum accipiebant. Verisimile igitur illos spiritum habere, sed non apparere, sed efficacia, & linguarum loquutione nunc declarabant. Sed videamus iterum quæ lecta: Paulus abnauigauit in Syriam, inquit, & cum illo Priscilla & Aquilas, quos etiã ut peruenit Ephesum reliquit ibi: vel quod non volebat circumducere illos, & propter hoc reliquit, vel magis ut doctores maneat Ephesius. Ipsi autem postea habitauerunt in Corintho, quibus etiam testimonium dat. Romanisque scribens. Vnde mihi videtur postea illos Romam venisse, ut puta conuersantes multum in illis locis, vnde eieci sub Nerone. Et descendens, inquit, in Casaream, ascenditque & salutatis ecclesiam peruenit in Antiochiam, factò quo ibi tempore quodam exiit, transiit Galaticam per ordinem regionem ac Phrygiam. Mihi videntur adhuc & fideles illis congregari. Neque enim statim relinquit. Vide autem quo modo ad illos festinat, & ad has regiones iterum transit, & ita aduentu suo discipulos firmat. *Iudæus autem quidam, inquit, Apollo nomine, peruenit in Ephesum, qui potens erat in scripturis. Valde alacer erat, vnde & legationem pro illo ipso mittit, Qui ut venit, inquit, in Achaïam, vehementer reuincebat Iudæos publicè. De hoc scribens dicebat: De Apollo autem fratre. Nam publicè quidem redarguere, libertatem eius in dicendo monstrabat: vehemeter verò virtutem manifestabat: ex diuinis autem scripturis, exercitationem cõprobabat. Neque enim dicendi libertas aliquid conducit, ubi non est facultas, neque facultas, ubi non est fiducia. Itaque non sine causa reliquit Aquilam in Epheso, sed propter Apollo forsan hoc spiritus dispesauit, ut & fortior ascenderet in Corinthum. Et cur nam huic quidem nihil fecerunt, Paulo autè insidiantur? Sciebant enim quod ille princeps esset, vel quod magnū nomen viri erat. Assumentes autem, inquit, illum Priscilla & Aquilas diligentius ei exponebant viam domini. Vide quo modo omnia fide fiebant, & nusquam odium, nusquam inuidia. Aquilas docet, imò autè & hic docetur. Etiam simul aliquanto tempore conuersantes, sic edocti fuerunt, ut etiam ad alios docendos fierent idonei. Quum igitur vellet transire in Achaïam scripserunt discipulis, ut suscipiant illum. Cuius gratia literas mittunt, interpretatur. Ut illum, inquit, suscipiant. Et vnde manifestum, quod illi quum in Epheso essent baptismum Iohannis habuerint: quia rogati, in quo baptizati estis? In Iohannis dicunt baptismum. Forsan tunc peregrinauerant in Hierosolyma, & abierunt, & baptizati sunt: sed etiam baptizati Iesum non crediderunt. Et non dicit illis: Creditis in Iesum. Sed quid, Num spiritum sanctum accepistis? Sciebant enim quod non habebant, & vult illos fateri, ut agnoscat quid ipsis desit & petant. Et quum imposuisset, inquit, Paulus illis manus, venit spiritus sanctus super illos, & loquebantur linguis ac prophetabant. Ab ipso baptismum prophetant. Hoc autem Iohannis baptismum non habebat. Ideo & imperfectus erat. Ut autem talibus digni fierent, prius illos preparauit at-*

Tomus tertius.

que hoc volebat Iohannes baptizans, ut crederet in eum qui post se venturus. Hinc ostenditur dogma magnum quod perfectè purgantur à peccatis qui baptizantur. Nisi enim purgarentur, non accepissent illi spiritum, non tam statim consequuti essent charismata: Et vide quod duplex donum fuerit, & linguarum, & prophetiarum. Bene autem dixit: Baptismata penitentiarum, quod Iohannis est, & non remissionis, adducens illos & suades, quod absque ea sit illud. Posterius enim dati baptismatis opus, est remissio. Et quo modo qui acceperant spiritum non docebant, sed Apollo nondum accepto spiritu? Quia nondum erant ita feruentes, neque initiati: ille autem & edoctus erat, & valde feruens. Mihi autem videtur, quauis multa esset libertas viri, diligentèrque loqueretur ea quæ de Iesu, attamen opus ei erat adhuc exactiore doctrina. Sic quauis nesciret omnia, ob alacritatem spiritum sanctum consequutus est, sicut etiam Cornelius. Forasan multi desiderant, utinam & nunc esset, Iohannis baptismum: at sic multi neglexissent vitam virtutibus claram, vel etiam approbaretur propter donum hoc, & non propter regnum cælorum. Et aliter, Multi facti essent pseudoprophetae, & non ultra valde probi apparuissent, neque beati habitati essent, qui fidem simpliciter susceperunt. Igitur quemadmodum ij qui non viderunt & crediderunt, beati: ita & qui absque signis crediderunt. Dic oro mihi, nonne exprobrans Iudæis dicebat Christus: Nisi videritis signa, non credetis: Igitur nihil damni erit nobis, si attendere voluerimus nobis ipsis. Summam bonorum habemus per baptismum, remissionem peccatorum accepimus, sanctificationem, spiritus participium, adoptionem, vitam æternam. Quid vultis magis signa? sed abolerunt. Fidem habes, spem, charitatem, hæc manent: hæc quære, hæc signis sunt maiora. Nihil æquale charitati: maxima omnium charitas, inquit. Nunc autem periclitatur, nomen enim illius reliquum est, opus minimè, sed diuisi sumus inter nos. Quid igitur quis fecerit, ut charitate aliis connectatur? Nam reprehendere quidem facile est, sed id diuini & imperfectum est. Oportebat igitur ostendi, quo modo amicitia efficiatur. Hoc enim est, quod nobis curæ, quo modo membra diuisa congregemus. Non enim hoc est quod quæritur simpliciter, an vnam ecclesiam habeamus vel dogma: sed hoc graue est, quod in aliis quidem comunicamus mutuum: in necessariis autem, non item. Et cum omnibus pacem habentes, inter nos ipsos seditiosi sumus. Non enim hoc specta, quod non quotidie prælia committimus, sed quod neque charitatem habemus synceram & immobilem. Nobis opus esset & vulnerum obligationibus & oïo. Consideremus signum esse, quo discipuli Christi internoscuntur charitatem, sine hac nihil valere alia, rem hanc si voluerimus, minimè molestam esse. At dicis: Scimus quidem hæc, sed qua ratione huc perueniemus, ut illa corrigantur, & constet inter nos amicitia: Primum abiicia mus è medio ea quæ charitatem tollunt, & tunc etiam hanc firmabimus. Nullus sit qui vltionem desideret, & malum alteri meditetur, nullus sit inuidus. Hæc enim dilectionem prohibent. Alia autem sunt, quæ illam nobis exhibent. Nec sufficit tollere quod obest, sed adhibenda etiam sunt quæ eam constituent. Itaque Sirach dicit, ea quæ illam auferunt, & non ea quæ conciliant: Exprobratione dicens, & arcanorum reuelatione, & dolo fam plagam. Sed ab illis, utpote carnalibus, merito proueniunt talia. Absit autè ut apud nos hæc fiat. Non ab his, sed ab aliis vos inducemus. Nihil nobis est absque dile-

v Etione

Stione suaue, licet sint innumera bona, sed quæ illorum utilitas: Sint diuitiæ, sint deliciae, absq; amicitia, & quod lucrum? Nulla possessio etiam in secularibus negociis honestior, quam hæc: quemadmodum scilicet nihil molestius his qui hostili in se sunt animo. Caritas multitudinem peccatorum tegit: inimicitia autem, etiam ea quæ non sunt suspicantur. Non enim sufficit non esse inimicum, sed oportet etiam amare. Considera quod Christus iussit, ac sufficit hoc. Etiam afflictio facit amicitias & congregat. Quid igitur, inquit, nunc? Quia enim afflictio non est, quo modo erimus amici? Non habetis, dic oro, amicos alios? quo modo illorum estis amici? quo modo permanetis? Iam nullus nullum habeat inimicum. Non est hoc paruum, nullus inuideat. Non potest qui non inuidet calumniari. Vnum habitamus orbem terrarum omnes, iisdem alimur fructibus. Sed hæc parua sunt iisdem, sacramentis eiusdem spiritualis cibi alimur. Hæc sanè amicitia symbola sunt, & dilectionem requirunt. Quo modo igitur, inquit, feruentius inter nos afficiemur? Quid facit amorem corporum? Corporis luculentia & formositas, itaque & animas facimus pulchras & luculentas, & erimus inter nos mutuam amatores. Non enim solum oportet amare, sed etiam amari. Primum hoc curemus, vt amemur, eritque secundum factum facillimum. Simus pulchri ac boni, & hoc efficiemus, & ita semper habebimus amatores. Nullus curet pecunias possidere, seruos, domos, sed cura vna sit, vt diligatur, vtq; nomen bonum habeat. Melius est enim nomen bonum, quam diuitiæ multæ, quandoquidem illud quidem manet: hæc autem disperunt, & has quidem possidere possibile est, illud autem difficile. Nam qui semel infamia laborare cepit, ægrè illam abluet. Pauper autem facile nomen diuitis habebit. Sit qui multas talentorum myriades possideat, abundantior illo erit, cui centum sunt amici. Ne igitur hoc obiter curemus, sed vt negociationem quandam vtilissimam. Et quo modo possumus, inquit, Faux dulcis multiplicat amicos, & lingua gratitudinis studiosa. Possideam⁹ mores puros, & os bene loquens: nec erit possibile, vt is qui sic afficitur, lateat. Vide quanta externi amoris conciliabula excogitarunt, adoptionem, viciniam, cognationem, proles. Sed his omnibus, ea quæ apud nos, sunt maiora. Mensa ista magis reuerenda est. Multi autem ex his qui accedimus, neq; nos mutuam nouimus. Multitudo, inquit, hoc facit? Minimè. sed nostra ignauia. Tria milia erant, & quinque milia: & omnes habebant animam vnam. Nunc autem vnusquisque fratrem ignorat, & non erubescit, multitudinem prætexens. Iam qui multos amicos habet, à nullo capi potest. Hic omnino tyrannus fortior est, non sic regem lancearij custodiunt, vt hunc amici, & est hic illo multum clarior: nam ille quidem à seruis custoditur, hic autem ab his qui in pari honore sunt: & ille quidem ab inuoluntariis & metuentibus, hic autem à volentibus, & nihil metuentibus. Et est videre mirabilem rem, in multis vnum, & in vno multos. Et vt in cithara varias quidem voces habes, vnam autem harmoniam, & vnus musicus est, qui citharam in manum sumit: Sic hoc in loco, Cithara quidem est caritas ipsa, voces loquentes verba, quæ ad charitatem conciliandam pertinent, omnes in vnam suauem conspirant consonantiam. Musicus verò est caritatis vis, illa dulcem melodiam pulsando affert. Vellem te ducere in ciuitatem talem, si quidem possibile, vbi anima vna esset, & videres quo modo quavis cithara & tibia consonantius ac suauius omnia sonent, nihilq; absurdi sit. Hæc melo-

dia & deum & angelos latificat. Hoc totum in cælo spectaculum excitat, hoc & demonum furorem compescit, & affectionum demulcet impetus. Hæc melodia non solum affectiones compescit, sed nec exurgere sinit, magnumq; silentium facit: quemadmodum etiam in spectaculo musicorum chorus: omnes enim tum cum silentio audiunt, & nemo inturbat. Ita & inter amicos diu charitas cithara pulsata, omnes affectiones silent ac dormiscunt, quasi bestia blanditiis demulset ac mitigata. Igitur sicut in inimicitia, contra eueniunt omnia, sed de illis nunc nihil loquamur, de amicitia dicamus solum. Si dixeris aliquid temerarium, nullus est qui assu- mit, sed omnes ignoscunt: si feceris, nullus suspicatur, sed magna est condonatio: omnes cadenti, manum alacriter porrigunt, omnes prompti sunt, vt sustant. Verè amicitia murus est, qui non rumpitur, & nec à diabolo capitur, nedum ab hominibus. Non potest in pericula incidere, cui plurimi sunt amici. Non est possibile, vt sit occasio iræ, sed vbique materia suauitatis offertur. In risu semper est ac deliciis. Nullus etiã inuidia fomes est, vel vltionis inferenda, cupiditati locus. Vide, vt talis & spiritualia & carnalia facile corrigere potest. Quid igitur huic conferendum? Quasi ciuitas quædam mœnibus vndique cinctâ, talis est: alius autem est, quasi sine muris ciuitas. Magnæ sapientiæ est, posse esse amicitia conditor. Tolle amicitiam, & omnia sustuleris, omnia confuderis. Si autem imago amicitia tantam vim habet, ipsa veritas quid non valebit? Oro igitur, vt multos amicos nobis paremus, & hanc vnusquisque habeat artem. Sed ecce, inquit, ego quidem valde hoc curo, sed non idem etiam aliis placet. Itaque maior tibi merces erit. At dicis: Verum est: sed difficultas etiam amplior. Quo modo, dic oro? Ecce testificor, ac dico: Si decem solis firmiter coniungeremini, & vt apostoli opus prædicationis, vt prophetæ doctrinæ opus habent: ita etiam vos opus faciendi amicos in manus acciperetis, merces futura esset magna. Regias nobis imagines faciamus. Hoc enim symbolum est, quo noscuntur discipuli, & quodam modo non minus operamur, quam si virtutem illis excitandi mortuos daremus. Diadema & paludamentum ostendit regem: & si hæc non sint, licet aureas vestes habeat, nondum rex est manifestus. Ita etiã nunc, fac hoc symbolum, & facies tibi, & aliis amicos. Discamus quo modo contemperentur colores, per quos illa imago constituitur. Exhibeamus nos ad colloquium faciles, ne expectemus proximos: ne dicas si videro aliquem expectantem, deterior eo efficior: sed magis quando videris assume, & extingue eius affectionem. Vides egrotantem, & auges morbum: Hoc maxime ante omnia faciamus, vt præueniamus mutuam honore. Itaque si præueneris honore, te ipsum honore magno ornasti: accelerans, vt magis honoreris, vbique primatus aliis concedamus, nihil eorum quæ erga nos facta sunt malorum cogitemus, sed si quid bonum. Nihil sic facit amicum, vt lingua gratitudinis studiosa, os bene loqui solens, anima sine fastu, contemptus vanæ gloriæ, contemptus honoris. Si hæc fecerimus, poterimus fieri incõprehensibiles à diaboli laqueis, & bene hac vita transacta, bona diligetibus deum promissa assequi, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre simul ac sancto spiritu sit gloria, imperium & honor, & nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Ingressus autem in synagogam liberè loquutus est ad mensēs tres, differens & suadens ea quæ de regno dei.

Homilia xli.

Vide

Vide vbique, vt seipsum in synagogas intrudit, & sic egreditur. Semper enim, ab illis volebat occasionem sumere, vt dixi. Nam & gentes extimulabat iam, & alacriter suscipiebant eum. Iudæi autem suscipientibus fidem gentibus, pœnitundine ducebantur. Volebat discipulos illinc abstrahere, & inde facere initium, magis quam congregentur illic. Et non simpliciter hoc faciebat. Propter hoc differebat illis continuo, quia persuadebat. Ne igitur quoniam libertatem dicendi audisti, asperitatem putes. De vtilibus rebus disputabat, de regno. Quis non audisset? *Quia autem quidam inducuntur, & non persuadentur malè loquentes de via domini coram multitudine, digressus ab illis segregauit discipulos, quotidie differens in schola tyranni cuiusdam.* Hoc autem factum est per annos duos: ita vt omnes, qui habitabant in Asia, audirent verbum domini Iesu, tam Iudæi, quam Græci. Viam domini, prædicationem merito vocabant: verè enim via est, quæ ducit in regnum cælorum. *In schola, inquit, tyranni cuiusdam disputabat. Et hoc factum est per duos annos: ita vt omnes audirent sermonem, tam Iudæi, quam Græci.* Vides quantum profuit continuo vrgere: Et Iudæi, & Græci audierunt. *Virtutesque non vulgares faciebat deus per manus Pauli. Et ita, vt etiam super infirmos auferrent à corpore eius sudaria, & semicinctia, & liberarentur ab infirmitatibus suis, egrederebanturque ab eis spiritus immundi.* Non ferentes tangebant solum, sed & accipientes apponebant. Idcirco Christus non permittit illum abire in Asiam, obseruans, vt equidem opinor, tempus hoc. *Attentaerunt autem quidam ex Iudæis, exorcistis, qui obambulabant, nominare super eos qui habebant spiritus malos, nomen domini Iesu, dicentes: Exorcizamus vos per Iesum quem Paulus prædicat.* Ita omnia faciebant, negociationis ac lucri gratia. Noluerunt quidem credere, sed per nomen voluerunt eicere demones. Papæ, quantum erat nomen Pauli. *Erant filij Scenæ Iudæi principis sacerdotum, septem, qui hoc faciebant. Respondens autem spiritus malus, dixit eis: Iesum cognosco, & Paulum scio. Vos autem qui estis? Et insiliens in eos homo in quo erat spiritus malus, induit contra eos, ita vt nudi ac sauci effugerent de domo illius. Hoc autem notum factum est Iudæis, Græcisque omnibus, qui habitabant in Epheso.* Igitur clam faciebant. Postea diuulgata est eorum infirmitas. *Et irruit timor super omnes illos, & magnificatum est nomen domini nostri Iesu Christi. Et multi eorum qui crediderant, venerunt, confitentes ac annunciantes opera sua.* Quoniam autem tantam potestatem habebant, vt etiam per demonia talia facerent, merito hæc sunt. *Multi autem erant ex his, qui curiosas artes exercuerant, qui comportatos libros exusserunt coram omnibus, & computauerunt precium illorum, & repererunt quinquaginta milia numerorum.* Ita validè sermo domini creuit, & inualuit. Videntes autem, quod nihil illis postea vtilitatis esset, exusserunt libros. Quando & ipsi demones hæc faciunt. Non igitur nomen aliquid facit, si non cum fide dicatur. Bene igitur dicebat: Qui credebatur in me, has vmbas insinuans. Vide quo modo armis contra seipsum vsus fuit. *Et disputabat, inquit, in schola tyranni cuiusdam, ad annos duos.* Vbi fideles fuerunt, valdeque fideles. Ita nihil magnum putabant esse Iesum, quia & Paulum addiderant, quia & ipsum hac ratione magnum quiddam esse putabant. Dignum est hinc admiratione, quo modo demon ille non cooperatus est errori illorum, sed refutauit eos, & omnem dolum eorum manifestauit. Mihi videtur valde succensisse, quemadmodum si quis extremè periclitetur, à miserabili & erumoso quodam refutetur, & omnem in illum remittere velit furor. Vt enim ne videatur contemni, nomen Iesu prius confessus est: & tunc accepit potestatem. Quod

animo non nominis fuerit infirmitas, sed omnino à deceptione illorum, quare hoc ipsum non etiam Paulo accidit? *Et insiliens, inquit, homo in illos.* Fortassis dirupit illorum vestes, & dedolauit illorum capita. Hoc enim manifestauit, dicendo, Insiliens: atq; adeo satis erat hoc facere: Quid est? Digressus ab illis, segregauit discipulos: Impediuit illorum maledictiam. Hoc autem facit digrediens: quia noluit illorum inuidiam accedere, neque in maiorem incitare rixam. Quod autem dicit, Liberè loquutus est: manifestat & ad pericula promptum fuisse, & non adumbratis dogmatis apertè deservisse. Hinc discimus, quod nos immiscere non debemus maledicentibus, sed abeundum ab eis. Quom maledicentur, non maledixit etiam ipse, sed potius quotidie disputabat: & hanc ob causam potissimum sibi familiares faciebat, quod quavis malè audiret, non tamen recederet, neque resiliet. Et obserua, postquam tentatio ab extraneis cessauit, à demoniis incipit. Vides cæcitatē Iudaicam. Vestes illius videbantur efficaces, & non attēdebant. Quid hac re maius fieret? Alij, gentes inquam, omnino secus agebant. Si quis Græcorum non crederet, videntis vmbra hæc operari, crederet. Sic dum illi ab his separantur, alij quidem maledicendo & calumniando dogma, vincuntur. Hoc enim vocauit viam. Ipse autem digressus est, ne discipuli secederent, & ne illi in furorē concitarentur: ostendens semper, quod salutem repellant. Et iam hinc neque defendit illos, vt pote vbique gentibus credentibus: ac differit, non simpliciter inquisito loco, sed vbi schola erat, vt comodius illic congregentur. Papæ, quanta eorum qui crediderant virtus, quæ & aliis eadem facere concedit? Quanta autem cæcitas illorum, etiam post demonstrationē virtutis adhuc mantentium in infidelitate: Igitur quemadmodum Simon propter lucrum quærebat gratiā spiritus, ita & hi propter id ipsum hoc faciebant. Quanta cæcitas: Et quidnam ad hæc Paulus? Non increpat. Quia habitum opus inuidia, propter hoc singulari dispelatione hac vtitur. Hoc & Christus egit. Sed tunc quidem non prohibebatur. Principium enim rerū erat, quoniam & Iudas fur non prohibebatur. Ananias autem & Sapphira etiam occisi sunt. *Supra. 5. a. b.* Et multi quidem Iudæi etiã insurgentes, nihil patiebantur. Elymas autem magus excæcatus est. Non enim veni, *Ioan. 2. b.* inquit, vt iudicem mundum, sed vt seruetur mundus: Vide impietatem pollutissimam. Iudæi quibus adhuc manerent in impietate, per ipsum nomen negociari voluerunt: atque sic omnia faciebant ad vanam gloriā & lucrum. Vide vbique, quod non sic homines conuertuntur per vtilia, sicut per terribilia. Vbi de Sapphira mentio fuit, irruit timor super ecclesiā & non audebant adharere illis. Hinc sudaria & semicinctia accipiunt, & sanant. Et post hæc venerunt confitentes peccata sua. Ex eo quod insiliebat, ostēditur demonū magna quædam vis esse, quam contra infideles habent. Et quare non dixit spiritus malus: Quid est Iesus? Sed dixit, magis inutilia verba. Terrebat, ne & ipse pœnitundine det. Sciebat enim, concedi ei, illos vlcisci quos huius nominis illudores fecerat. Quare autem & miseri non dixerunt illi: Credimus? Timuerunt Paulū, quavis certè multo clariores fuissent, si quidem sibi familiarem illum fecissent. Et aliter: Etiam hoc quod in Philippis contigit, & illos castigauit. Tu autem vide, vt scriptor hie minimè sit molestus, & historiam solum scribit, & non accusat. Hoc apostolos faciebat admirabiles. Sed cuius fuerint filij, nomen dicit & numerum, dans his qui tunc erant, indicium, quam certa scribat. Quæ autem & obambulant

v ij bant

Tomus tertius.

bant: Lucii, & non annunciandi verbi gratia. Quo modo enim? Bene autem currebant, postea predicantes, propter ea quae patiebantur. Vnde hoc manifestans dicit: *Et factum est, inquit, notum omnibus tunc Iudaeis, quam gentibus, qui habitabant in Epheso.* Nonne hoc etiam eos, qui obdurecebant conuertere debuit? Dic oro. Sed non conuertit, & ne mireris. Malicia enim nihil est quod persuadeat. Age & istucipsum, quanta videlicet sit exortarum malicia, videamus. Quare hoc non Christo ipsi accidit, alterius, & non praesentis temporis quaestio fuerit. Verum quod bene hoc factum sit, & vtiliter. Mihi enim videntur illi per irrisione fecisse, vnde & puniuntur. Et ita etiam ne postea ausit quis nomen illud nominare tam temere terrentur alij, & magnum argumentum habent deum scire omnia: maximum argumentum erat, priusquam a demonibus redarguerentur, se ipsos accusabant, terrentur, ne eadem patientur. Quamdo enim adiutores illorum demones accusare illi coeperunt, & non iam adiuuabant, qualis iam spes vltra, quam per opera confessio? Vide autem qualia paulo post mala fiunt, factis signis: Talis enim est hominum natura. Statim beneficiorum obliuiscitur. An non meministis, quod in ipsis quae nobiscum facta, idem accidit? Nonne superiori anno concussit deus ciuitatem totam? Quid igitur? Nonne omnes ad illuminationem currebant? Nonne scortatores & molles & effeminati, dimissis possessionibus & locis in quibus conuersabantur, conuersi sunt & facti religiosi? Vbi autem tres dies transierunt, iterum redierunt ad suam maliciam. Vnde hoc factum? Ex magna ignauia. Et quid mirum, si vbi res transierint, quum scilicet & perpetuo manentibus signis idem sit, vt est in Sodomis. Dic enim oro: Nonne perpetua sunt? Quid igitur? Nunquid vicini propterea meliores facti sunt? Minimè. Quid & Noë filius? Nonne idem permansit? Nonne in montibus videns tantam solitudinem malus erat? Ne igitur admiremur, quo modo non crediderunt, qui tales facti: vbi scilicet ipsa fides dum negare non possunt saepe in diuersum eos compulit, nempe in maliciam, vt quando daemonicum dicunt filium dei. An non videtis etiam nunc haec fieri? & multos homines similes serpentibus esse incredulos & ingratos, qui & ipsi sicut serpentes, quando beneficia acceperint, & ab aliquibus humaniter tractati fuerint, benefactoribus infesti fiunt. Haec à nobis dicta sunt, ne quis miretur, quare non omnes conuersi fuerint. Vide oro, quae & nostris acciderunt temporibus: & apud Babylae martyris sepulchrum, & in reparatione templi Hierosolymitani per Iudaeos, & quae in destructione templorum, & non omnes conuersi sunt. Quid oportet referre vetera, superiore anno dixi vobis, quanta res acciderit, & nullus attendit: sed iterum paulatim defluerunt, & collapsi sunt. Stat semper caelum clamans, quod dominum habeat, & à quo sit opifice. Dico autem totum mundum. Et dicunt quidam quod non, vt Theodorus ille, facta sint superiore anno. Quem non concussit: at tamè nihil amplius factum est, sed ad tempus facti religiosi, iterum redierunt, vnde facti sunt religiosi. Hoc etiam Hebraeis tunc contigit. Propterea propheta quaeque dicebat. Quando occidebat illos, tunc inquirebant illum, & conuersi sunt, & manè surrexerunt ad deum. Et quid referuntur generalia, quot incidunt in morbos, quot promittunt, si surrexerint poenitentiam se acturos & conuersuros, & illi ipsi manent: Maxime ostendit nobis esse electionem & libertatem nostrae naturae: Repentina mutatio. Si enim naturalia essent.

Gene. 19. c

Gene. 9. c
& seq.

Ioan. 7. c

Psal. 77. d

A mala, neque natura facta esset. Ea enim quae naturae sunt ac necessaria, non possumus mutare. Certè, inquit, etiam mutamur. Nonne videmus quosdam natura videre, à timore autem excacari? Quonia & hoc natura est sic humiliari, & in angustiis fieri, quando natura alia accesserit: & ita natura nobis accidit, quando terremur, vt non videamus. Secundum naturam autem, etiam quando maior metus aduenit, alius euadit. Quid igitur, si & temperantia, inquit, secundum naturam quidem sit, metus autem inualefcens illam euadit? Quid igitur, si ostendero quosdam, neque tunc temperatior fieri, sed etiam in ipsis malis esse impudentes. Nunquid hoc naturale est? Dicam vetera: Sed noua. Quot manserunt in illis ipsis malis ridentes, subsannantes, & nihil tale senserunt? Dic oro: Pharaon nonne statim mutatus est, & ad pristinam maliciam recurrit? Hoc autem loco, in his qui demonia habebant, quauis ipsi non ignorarent, adicebant simpliciter, dicentes: *Per Iesum adiuramus vos, quem Paulus praedicat.* Per quae enim defendunt, ostenditur quod sciunt. Iesum verò dicunt illum simpliciter: oportebat dicere, Seruatorem orbis, qui resurrexit. Sed noluerunt dicere gloriam ipsius. Ideo & reprehendit illos daemones, insultans in eos, & dicens. *Iesum cognosco, & Paulum scio.* Quasi diceret: Vos non creditis, sed abuteri hoc nomine, talia dicitis. Igitur desertum templum, & facile expugnabilia arma estis: & ita non estis pracones, sed mei, inquit, estis. Magnus furor daemones. Potuissent haec illis facere apostoli, sed non faciebant nunc. Nam qui imperabant illis, qui haec faciebant, multo magis & ipsi facere potuissent. Vide, quo modo illorum mansuetudo monstratur. Quia illi quidem exigebantur, qui talia faciebant. Daemones autem quibus seruebant, plene contra Iesum, inquit, cognosco. Confundamini igitur vos, qui ignoratis. Et Paulum scio. Bene & hoc. Sciebat enim & pracone esse. Mox intulit in alios, & diripit vestes, per ea quae faciebat ipsis: hoc solum dicit, ne putetis, quod contemneris illos, haec dico. Magni timor daemones, & quare absque verbis istis non dirumpit illorum vestes: sic enim & furorem impleuit, & errorem statuit. Timuit, id quod dixi potestatem inaccessam: & non tantum potuisset, si non hoc dixisset. Vide vbi gratiores daemones, quam Iudeos, & non audentes contradicere, neque accusare, vel apostolos, vel Christum. Illic dicunt: Scimus te quis sis, & quare venisti huc ante tempus torquere nos? Et iterum: Scio te qui sis, filius dei. Hic autem: Hi homines, serui dei excelsi sunt. Et iterum, Iesum quidem cognosco, & Paulum scio. Omnino enim formidarunt, & timuerunt sanctos illos. Forfan quis nos audiens, cupit in hac esse potestate, ne possint daemones contra ipsum obtinere. Et beatus dicit sanctos illos, propter hoc quod tantam habuerint potestatem. Sed audiat Christum dicentem: Ne gaudete quod daemonia vobis subiiciuntur. Quonia sciebat omnes homines maxime vana gloria gaudere. Si enim quod deo placet queris, & quod comuniter prodest, alia maior est via. Non est ita magnum à daemone liberari, vt eripi à peccato. Daemones non prohibet regnum caelorum assequi, licet cooperetur, inuitus quidem: Cooperatur autem facies habentem se continentior, peccatum autem euadit. Iam forsan dicet quis: Absit, vt sic assequar continentiam. Neque ego vellem, neque alius est qui velit. Omnia ob amorem Christi faciendae sunt. Si autem hoc, quod absit, contingat, & pro hoc orandum. Si igitur hic quidem non euadit, illud autem euadit: liberare à peccato maioris beneficii est. Igitur ab hoc curemus liberare proximum, & ante proximum

proximum nos ipsos. Videamus, ne daemones habeamus. Scrutemur nos ipsos exactè. Peccatum grauius est daemone: Nam ille quidem humiles facit. An non videtis demoniacos, quando resipuerint à morbo, quam sint submissi, quam tristi vultu, quanta erubescencia vultus illorum pleni sunt, quo modo neque obtineri audent? Vide absurditatem. Illi quidem propter ea quae patiuntur, confunduntur: Nos autem neque pro his quae operamur, confundimur. Illi iniusticia affecti, erubescunt: Nos iniusticia afficientes, non erubescimus: quauis causa illorum non sit confusione digna, sed misericordia, & humanitate, & venia & magna admiratione, multisque laudibus: quando & cum tali certant daemone, & omnia cum gratiarum actione ferunt. Res autem nostrae profecto risu, confusione, accusatione, supplicio, poena, extremisque malis, & gehenna, nullaque venia digna. Vides, quod peccatum daemone grauius sit. Et illi quidem ex his quae grauius ferunt, duplex lucrum reportant. Vnum quidem, quod humiliores & modestiores fiunt. Alterum, quod poenas hinc suorum peccatorum dantes, puri ad dominum migrant. Etenim de hoc saepe disseruimus, & ostendimus, quod eos qui hinc puniuntur, si benignè ferant verisimile est multa peccata deponere. A peccatis autem duplicia grauius sunt: Vnum quidem, quod impingimus: Alterum, quod deteriores efficiuntur. Attendite, oro, quod dicimus: Non in hoc solum laedimur à peccato quod peccamus: sed & aliud grauat, quod anima recipit habitum: sicut in corpore per exemplum manifestius videre licet. Sicut enim qui febre laborat, non in hoc solum laeditur, quod agrotat, sed etiam quod post morbum infirmior fit, licet à morbo diutino ad bonam valetudinem redeat. Ita sanè & de peccato dicendum, licet sanemur, adhuc tamè egemus magna fortitudine. Vide enim oro, quemdam qui contumelia affecti, & non supplicio affectum: non propter hoc solum debet lachrymari, quia non contumeliae dat poenam, sed etiam propter aliam causam, vt lugeat dignum. Et qualis haec? Quia impudentior facta est anima. Nam vnumquodque peccatum, vbi patratum fuerit, & ad finem peruenerit, relinquit in anima venenum. Non audis quosdam dicentes, quando à morbo confirmati fuerint: Non ausim aquam bibere: quauis sanus sit, sed ita morbus laesit. Et illi quidem male affecti, gratias agunt. Nos autem bene habentes, blasphemamus deum, & offendimus. Plures enim inuenias in sanitate ac diuitiis hoc facientes, quam in paupertate & mala valetudine. Stat enim daemones quasi licitor, reuera, vehementer minax: & sicut pädagogus quidam lorum intendens, & nusquam diuertere sinens. Si autem quidam, neque sic sobrii sunt, itaque illi dant poenam. Non paruum autem & hoc. Nam quemadmodum stulti, quemadmodum insipientes, quemadmodum pueri non dant poenas, sic neque hi. Ex his enim qui inscienter agunt, nullus tam crudelis, vt supplicium exigat. Nonne peccantes deterius affecti sumus, quam daemone vexati? sed quod non spumamus, neque pupillas distorquemus, neque manus, vtinam in corpore hoc pateremur, & non in anima. Vis tibi monstramus animam spumabundam, immundam, & distortos oculos mentis? Cogita irascentes, ac ebrios: à furore, quae salua non immundiora verba euadunt, profecto foetidum sputum eructant. Et sicut illi nullum ex praesentibus norunt: ita neque hi. Obumbrata est enim eorum mens, & distorti sunt oculi: non amicum, non inimicum, non reuerendum, non con-

Tomus tertius.

A temptibilem, sed omnes simpliciter vident. Non vides hos tremere sicut illos? Non cadunt in humum, sed anima illorum humi sita est, & cadit turbine acta. Si enim recta staret, nequaquam pateretur illa quae patitur. An non videtur tibi esse animae abiectae, & suam perdentis sobrietatem? Etiam ea dicunt & faciunt, quae ebrii furore. Est quaedam & alia insaniae species haec grauior. Qualis nam illa, quando neque remitti iram sustinent: sed apud se ipsos alunt familiarem scilicet licitorem, se torquentem, vlciscendi, inquam, cupiditatem? Ipsos enim vlciscendi auidos primum perdit vltionum meditatio, vt futura praeteriam. Nam quantum putas tormentum esse hominis afflictae animae, quotidie cogitare vt vlciscatur inimicum? Prius te ipsum puni, qui talis es. Et punitur inflatus contra se ipsum pugnans & incensus. Necessarium enim semper apud te flagrare ignem, & incendium intantum extendens, non simis decrefcere, cogitans inferre alteri malum quiddam. Ipse autem te ipsum mordet, semper flammam vigescentem ferens, & animam interquiescere non sinens, sed semper in exasperatione, & in turbatione, & in tempestate mentem habes. Quid hac insaniam molestius? Semper, inquam, contristari, & inflari, & ardere. Tales enim sunt animae eorum, qui vltionem meditantur. Nam vbi viderint eum quem volunt vlcisci, statim percussi sunt: Si vocem audiant, conciderunt, tremunt: Si in lecto fuerint, innumeras poenas apud se scribunt, dilacerantes, torquentes illum inimicum: Ad haec si illum clarescere viderint, papae, & poenas. Remitte illi peccatum, & libera te ipsum à tormento. Quare perseueras, semper vt te punias, vt illum semel flagelles, & in eum animaduertas? Quid paras tibi ipsi morbum? Quid animum tuum liberari volentem detines? Ira neque vsque ad vesperam maneat, inquit Paulus. Sicut enim putredo quaedam ac tineae, ita metis nostrae radicem arodit. Quare bestiam in viscera tua includis? Melius esset viperam vel serpentem in corde positam esse, quam iram, vel inuidiam. Nam illae quidem statim nos liberarent: haec autè manet semper, dentes fortiter insigens, immissoque veneno, pessimarum cogitationum exercitus producit. Sed haec facio, ne derideat, ne contemnat. Miser homo & ærumnose, non vis à cõseruo derideri, sed odio haberi à domino tuo? Non vis cõtemni à cõseruo tuo, & contemnis dominum? Non putas indignari deum, quod illum contemnis: & quod illum derides, non vis ei obtemperare? Quod autem neque te deridebit, manifestum est hinc. At si quidem sic pergas, magnus erit risus, magnusque contemptus: pusillanimitatis enim opus est. Si autem cessaris, magna erit admiratio: hoc enim magnanimitatis est. At ille, inquit, ignorat. Sciat deus, vt maiorem habeas mercedem. Vltur enim accipitis ab his, inquit, à quibus non sperabatis vos recepturos. Ita & benefaciamus his, qui non sentiunt quod eis beneficit: ne nobis laudem, vel quidlibet retribuât, mercedemque imminuât. Nihil enim ab hominibus recipientes, à deo maiora recepturi sumus. Quid autè magis ridiculum, & quid frigidius, anima quae semper irascitur, & vult vlcisci? Muliebris, ac puerilis voluntas est. Nam vt illa etiam contra inanimata irascitur, etsi non percutiat pauimentum, non dimittit iram: Ita profecto & hi. Volunt vlcisci de his qui cõtristauerunt. Igitur ipsi risu digni. Etenim irae imperium ferre, puerilis animi est: imperare autè, fortitudinis fuerit. Igitur non nos ridemur, si sapienter agamus, sed illi. Ab affectione non vincimur, non est contemptibiliu hominum. Ita autem timere externu risum, vt propter huc affectioni proprie subiaccere, & deum offendere,

v iij

offendere, ac teipsum vlcisci velis, vti que contemptifimorum fuerit. Hæc reuera digna sunt risu. Igitur hæc fugiamus. Dicat, quod innumera mala nobis, licet exhibuerit, nihil tamen passus sit. Dicat, quod & iterum nos si conuiciis incessant, nihil patiantur. Non aliter nostram prædicasset virtutem, non alia exquisiuisset verba, si nos laudare voluisset, quam hæc quæ dicit, dū putat nos affligere. Vtinam omnes de me hoc diceret, Inutilis & miser homo est: omnes in illum contumelias iaciunt, ipse autem fert: Omnes insiliūt, ipse autem non vlciscitur. Vtinam appouissent. Neque si vellet, posset: vt mea laus sit ex deo, & non ex hominibus. Dicat, Propter timiditatem & ignauiam non vlciscimur. Nihil hoc nobis nocet, quando deus scit: sed thesaurus noster tantò fidelius obseruatur. Si ad illa spectabimus, omnibus destituemur. Videamus, non quid dicat, sed quid nos deceat. Aliqui autem dicunt, Ne me deriseris, & gloriantur quidam. O insipientiam. Nullus me lædens derisit me, inquit, hoc est, vltus sum. Quin ob hoc derideri mereris, quia vltus es. Vnde hæc verba introducta? Quæ confusio, perditioque vitæ nostræ sunt? Nonne illa quæ licet deo aduersa sunt, loquimur? Nō vlcisci enim deo facit æqualē Risum ne hoc putas. Nōne propter hoc rideri meremur & à nostris & à gentibus, ita contradicentes deo? Narrare volo aliquid apud veteres gestum, non de ira, sed de pecunia. Erat cuidam prædium, occultum thesaurum continens, nescio domino, quod ille vendidit. Qui autem emerat effodiendo, vt plantaret & curaret, occultum thesaurum inuenit. Vt is qui vendiderat, rescuit, venit & coëgit eum qui emerat, reddere thesaurum. Prædium enim venditum dicebat, non thesaurum. Quem ille iterum repulit, dicens: Agrum cum thesauro venditum esse: & se hoc non curare. Peruentum est vtrinque in disceptationem: Et ille quidem accipere volebat, hic autem contendens non dare. Et nacti hominem quendam ei exponebant, ac rogabant, cui nam adiudicandus thesaurus. Ille verò non pronunciauit. Dixit autem, contentionem eorum esse tollendam: quod ipse horum sit dominus. Et accepto thesauro, quem illi sponte permiserunt: innumera postea mala sustinuit, & reipsa didicit, merito illos ab hoc abstinuisset. Hoc & de ira fieri oportet, vt & nos contendamus non vlcisci: & qui contristarunt, contendant, vt dent pœnam. Sed forsitan & hæc cuiquam ridicula erunt. Quando enim infania supra modum inualuerit, ridetur modeste agentes. Et inter multos qui insaniant, insanire videtur, qui non insanit. Ideo oro, vt respiciamus, & similes fiamus illis, qui purificati à perniciofa affectione hac, regnum cœlorū assequamur: gratia & misericordia vni geniti illius filij, cum quo patri simul ac spiritui sancto sit gloria, imperium, & honor, & nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Impletis autem his, proposuit Paulus in spiritu, transire a Macedonia & Achaia, proficisci in Hierusalem, dicens: Postquam illic fuero, oportet me & Romam videre. Missis autem in Macedoniam duobus qui sibi ministrabant, Timotheo, & Erasto, & ipse mansit ad tempus in Asia, ortus est autem tempore illo tumultus non paruus de illa via.

Homilia xliij.

S At diu cōuersatus in ciuitate, vult iterum aliò transire: vnde etiam mittit Timotheum ac Erastum in Macedoniam: ipse verò manet in Epheso. Quo modo autem ab initio volens in

Syriam abire, iterum reuertit in Macedoniam, ostendens quod omnia non sua virtute faciebat: iam prophetat, dicens: Oportet me etiam Romam videre. Hoc autem dicens, fortassis consolatur eos quod non abfuturum, sed breui iterum rediturus, & prophetia discipulorum excitat mentes. Hinc mihi videtur scribere Corinthiis ab Epheso, ac dicere, Nolim vos ignorare fratres de afflictione quæ accidit nobis in Asia. Quoniam enim promiserat se venturum in Corinthum, rationem reddit, quod moretur. Et dicit, Ultra tentationem: narrans quæ cum Demetrio acta sint. Quam hic insinuat, tumultum non paruum dicens de via hac factum esse. Iterum, periculum: iterum, tumultus. Vides claritudinem? Facta sunt signa duplicia, illi autem contradicebant. Ita vbi que contextit opera. Nam quidam nomine Demetrius, faber argentarius, qui faciebat delubra argentea Dianæ, præstabat artificibus non exiguum questum. Quibus conuocatis & iis qui similitum rerum erant opifices, dixit: Viri scitis, quod ex hoc officio questus noster est: & videtis, & auditis, quod non solum Ephesi, sed etiam totius Asiæ, Paulus hic persuasit, & auerit turban multam, dicens: Non esse deos manu factos. Non solum autem hæc pars nobis in periculum venit, ne reprobetur: verum etiam magna dea Dianæ templum in nihilum reputabitur, destruiturque maiestas eius, quam tota Asia & orbis colit. Faciebat, inquit, delubra argentea. Et quo modo possibile erat fieri delubra argentea? Fortassis ædiculas & cooperula, quæ Ciboria vocant. Magnus enim erat honor illius in Epheso, vbi etiam templum illorum succensum ita contristauit eos, vt eum qui succendisset, ne nominari quidem vellent. Vide vbi que idololatriam à diuitiis fieri. Et illi propter pecunias. Et hic propter pecunias dolent, nō quod illis pietas periclitetur, sed quod materiam lucri non habituri sint. Et considera malignitatē viri. Abundans ille erat, Et ipsi quidem non tantum damnum inde futurum: illis autem plurimum, vtpote pauperibus, qui & quotidiano officio victitant. Attamen hi quidem nihil dicunt. Ipse autem, eos qui erant socij artis, socios assumit & tumultus. Deinde etiam periculum exaggerat, addens, Periclitatur nobis portio hæc, ne reprobetur. Hæc enim fore manifestat, quod periculum sit famem passuros huius artis opifices. Et quantum hæc dicta sufficiebant, illos ad impietatem adducere, sed miseri quidam ac viles quum essent, insistent magis: & non considerant, quod si homo hic valet tantum, vt omnes conuertat, & periclitentur dii: qualis illius deus: Et quod multo magis illa nobis dabit, propter quæ timemus. Iam præoccupauerat illorum animos, dicens: Non esse deos, ab hominum manu factos. Vide pro quo indignantur gentes. Quoniam dixerat, quod ij qui ab hominibus facti, non sunt dii: semper in artem refert sermonem. Deinde, quod maxime illos contristabat, subdit, dicens: Non solum autem hæc pars periclitatur nobis. hoc est, Aliorum nobis nulla sit ratio. Sed etiam magnæ deæ Dianæ maiestas in periculo est, ne destruat. Deinde ne videatur lucri gratia dixisse, vide quid apponit, Quam orbis colit. Vides quod ostendit maiorem Pauli virtutem, omnes miseros & ærumnatos illos vocans: siquidem homo qui fugabatur hincinde, & tabernaculorum factor tanta potest? Vide ab inimicis testimonia dari apostolis. Illi quidem dicebant: Ecce implestis Hierusalem doctrina vestra. Hic, quod destruenda est Dianæ maiestas. Tunc dicebantur commouisse orbem terrarum, quod hi & hic peribant. Nunc, quod periclitatur nobis portio nostra: ne reprobetur, & abeat. Sic & Iudæi de Christo dicebant,

10. An. 12. c. Ibidem. u. f.

cebant, Videtis quod mundus post illum vadit. Et, Venient Romani, & tollent nostram ciuitatem. Auditis autem his, impleti sunt furor. Vnde furor factus est: Quando de Diana audierunt: quando de lucri iactura: tales enim vulgarij mores sunt, facile corripit & accedit solent. Eapropter cum inquisitione faciendæ sunt hæc omnia. Vide autem quàm contemptibiles fuerint, qui ad omnia sic afficiebantur. His auditis impleti sunt ira, inquit, & clamauerunt, dicens: Magna Diana Ephesorum. Et impleti sunt ciuitas tota confusione, impetumque fecerunt unanimiter in theatrum. Et correptis Gaio & Aristarcho Macedonibus Pauli comitibus traxerunt illos. Simpliciter iterum inuadunt, sicut Iasonem Iudæi, & semper similiter afficiuntur: ita nullum, vel gloriæ, vel honesti, respectum habebant. Paulo autem volente intrare ad turbam non permiserunt fratres. Quidam autem ex Asia primoribus, quum essent amici eius, miserunt ad eum. Et obsecrabant, ne committeret se theatro. Obsecrant quia populus incōpositus irrationabili impetu, omnia audet. Et Paulus obtemperat: Non enim erat vanæ gloriæ cupidus, neque arrogans. Igitur alij quidem, aliud quiddam clamabant: erat enim congregatio cōfusa, & plerique nesciebant quæ ex causa conuenissent. Talis enim turba simpliciter sequitur, sicut flamma in fomitem cadens.

Ex turba autem protraxerunt Alexandrum propellentibus illum Iudæis. Propellebant illum Iudæi singulari dispensatione, vt nihil possent postea contradicere. Hic & protruditur & loquitur. Et quid? audi: Alexander autem manu silentio postulato, voluit rationem dare populo. Agnoscentes autem quod Iudæus esset, vox facta est vna omnium quasi ad duas horas clamantium, Magna est Diana Ephesorum. Puerilis reuera cogitatio, quasi timentes ne extinguerentur cultus illorum, continuò clamabant. Ad duos annos federat illic, & vide quot adhuc Pagani. Quum autem sedasset scriba turbam, dixit, Viri Ephesi, quis est hominum qui nesciat Ephesorum ciuitatem Neocorum esse magna dea Diana, & Diopeti? Hoc primum furorem illorum restinguit. Et Diopetes, hoc dicit, quasi non sit manifesta res. Sacrum autem aliud sic vocabatur Diopetes, vel idolū Dianæ: sic dicebat, quod ex loue testa illa delapsa, & non ab homine facta, vel aliud idolum apud illos sic dicebatur. Quum igitur is nemo contradicat, oportet vos sedatos esse, & nihil præcipit. antequam age. Ad duxistis enim viros hos neque sacrilegos neque contumeliosos in deam vestram. Hoc igitur totum mendacium est. Ista autem ad populum sedandum dicebat: Itaque si Demetrius, & qui cum illo sunt artifices, habent aduersus aliquem causam, conuentus forenses aguntur, & proconsules sunt, accusent inuicem. Si autem quid de alijs rebus queritis, in legitima congregatione dirimetur. Nam periculum est, ne seditionis hodiernæ fiamus rei: quum nulla sit causa, vnde poterimus rationem reddere istius concursus. Et his dictis soluit concionem. Legitimam congregationem vocat, eo quod tres cōciones iuxta legem quolibet mense fierent. Illa autem erat præter legem. Ad hæc terruit illos, dicens: Periculum est, ne seditionis accusemur. Sed videamus iterum lecta: His autem impletis, inquit, posuit Paulus in spiritu, transire a Macedonia & Achaia in Hierusalem proficisci. Non iam hoc humana ratione facit, sed spiritu, quo etiã decreuit transire. Hoc est enim, posuit: & hunc sensum habet sermo. Quare autem mittit Timotheum & Erastum, non dicit. Mihi videtur etiam de hoc dicere, In spiritu: vt non vltra lateant. Statueramus, vt relinquerentur Athenis soli. Et vide, Duos qui sibi ministrabant, mittebat, vt aduentum suum significet, & alacriores reddat. Maxime in Asia versatur. Merito. Illi enim erat magna fraternitas philosophorum: & vt venit, iterum loquitur illis. Etenim

Tomus tertius:

magna erat illic superstitio. Demetrius enim quidam faber argentarius, collectis iis qui eiusdem officij erant, dixit, Viri, scitis & videtis, & auditis: Ita manifestum erat quod fiebat: Hic, inquit, Paulus persuadens, conuertit magnam turbam. Et ita non violenter, si persuasit. Ita persuadendæ sunt ciuitates: Deinde adducit, id quod illis dolebat, Non esse deos, qui manibus fiunt: Quid est hoc? Subuertit, inquit, artem nostram. Et ne cogitent ac dicant, quod solus homo talia possit: & si tantum possit, ei sit credendum: subdidit, Quam tota Asia & orbis colit: Vocem illorum putabant, diuino spiritui obfuturam. Verè pueri Græci. Ex hoc, inquit, officio victitamus, & lucrum nostrum est. Et si ex hoc officio questus noster est, quo modo persuasit vilius homo? Quo modo tantæ cōsuetudini præualuit? Quid faciendo, vel quid dicendo? Non est Pauli, non est hominis. Et hoc sufficit dixisse, quod non sunt dii. Itaque si sic tam facile deprehenditur impietas, olim condemnatam esse oportebat. Si autem fortis, non tam statim tollenda. Non solum autem hæc pars nostra periclitatur. Sic sanè aliquid maius dicens, hoc subdidit. Auditis autem illis, impleti furorē clamabant, Magna Diana Ephesorum. Singula enim vrbes suos habebant deos: Et ita afficiebantur, quasi vocibus cultum eius reparaturi, & quæ facta erant retexturi. Vide incompositam multitudinem. Paulo autem, inquit, volente ingredi ad plebem, non mittebant eum discipuli. Itaque Paulus volebat ingredi, vt concionetur. Nam persecutiones ad doctrinam assumebat, sed discipuli non sinebant illum. Et considera, quanta erga illum vsi sunt prouidentia vbi que, & ab initio illum eduxerunt, ne letalens acciperet plagam: quanuis sanè audiuissent, quod oportebat etiam Romam videre: attamen prohibent: cum singulari autem dispensatione prænunciat, ne post factum turbentur, ita neque pati illum aliquid volebant. Et quidem principes Asiæ obsecrabant illum, inquit, ne intraret in theatrum. Scientes eius promptitudinem obsecrabant, sic omnes illum amabant fideles. Et quare, inquit, Alexander voluit rationem reddere? Nonne ipse intrusus erat? Vt & data occasione confutaret totum, & furorē populi extingueret. Vidistis furorē omni carentem ordine. Bene & cum increpatione scriba. Quis est, inquit, qui nescit Ephesorum ciuitatem? Sic dixit, id quod timebant. Quasi diceret: Nonne colitis illam? Et non dixit, Quis est enim, qui non noscit Dianam: sed, ciuitatem nostram: curans illos: Quum igitur his cōtradici nequeat, oportebat vos modestius agere. Hæc sanè obiurgat, quasi dicens: Quid igitur queritis, quasi incerta sint? Manifestum quod contumelia ad deum pertingit. Ex pietate, auaricia prætextum querunt. Deinde clam perstringit illos, ostendens quod absque ratione conuenerint. Et nihil, inquit, præcipitanter facere, ostendens quod temerè ac præcipitanter egerint. Hoc dixit. Itaque si Demetrius & qui cum illo sunt, habent causam quandam, proconsules sunt. Et hoc obiicit, ostendens, quod non oportebat, priuatorum criminum causa cōgregationem generale facere. Etenim periculum est, inquit, ne accusemur. Hoc dicto, in magnas angustias eos conuicit, quum nulla causa subit. vnde non poterimus rationem reddere cōcursum istius. Vide quàm prudenter inereduli rationem reddunt, quamq; sapieter. Sic extinxit furorē: nam vt facile accenditur, ita etiã facile extinguitur. Et his dictis dimisit concionē. Vides deum permittere tentationē, discipulosq; excitare, & excutere eis somnum, & sic alacriores redd-

v iiii res red-

res reddere? Oro ne succumbamus tentationibus. Ipse enim exitum quoque dabit, ut possimus sufferre. Nihil ira amicos facit ac coniungit, ac tribulatio. Nihil nobis doctoribus sic vile uti audiantur, quæ à nobis dicuntur. Auditor enim quando in deliciis agit, oscitans est ac ignavus, & à loquente quodam interturbari videtur. In afflictione autem & tribulatione, in magnum auditorij desiderium incidit. Nam quum anima angustiat, vndique consolationem afflictionis inuenire querit. Non parvam autem consolationem affert sermo. Quid igitur, inquit, Iudæi quum affligerentur præ pusillanimitate non audierunt? quia Iudæi erant, qui semper infirmi ac æruiosi. Et aliter, Quia & illic magna afflictio erat, nobis autem de moderata sermo est. Vide enim, Expectabant liberari à malis quæ illos detinebant, & in plurima inciderant mala. Hoc autem non vulgariter animos perplexos reddit. Afflictiones abstrahunt nos ab affectione erga præsentem mundum. Itaque statim mortem petimus, & non sumus amatores corporis, quæ sanæ maxima philosophiæ pars est, non deditum neque adstrictum esse præsentis vitæ. Anima quæ affligitur non vult in multis esse occupationibus, sed solum refocillationem & quietem amat. Facile est ei à præsentibus liberari, etiam si nihil aliud sit. Quemadmodum corpus quod laboribus fatigatum & exhaustum, non diligi vult, neque ventri indulgere, sed requiescere, & silenter iacere: ita & anima plurimis onerata, in quiete ac silentio esse festinat: quæ in refocillatione est ac deliciis, respuit, turbata est, superba est. Illa quæ nihil habet fluxum & effusum, tota constringitur, & aliena est ab omni superbia: & hæc quidem virilior est, hæc autem puerilior, & hæc quidem grauior, illa autem leuior. Et sicut si quid lapsum fuerit in multas aquas, quod leuius est turbatur: ita & anima vbi multis gaudiis impleta fuerit, & maxima quis peccata viderit à nimis gaudiis prouenisse. Et si volueritis domus duas depingemus: vnam habentium nuptias, alteram in luctu agentium. Ingrediamur consideratione vtramque, videamus vltra melior: inuenietur enim lugētis domus: plena philosophiæ: domus autem nuptiarum, referta fœditate. Vide enim turpia illic verba, risum incompositum, sersiones magis incompositas, vestem & gressum plenum turpitudine, & gestus stulticiam & insipientiam præ se ferentes, omnia illic risum & ridicula: non ipsas nuptias dico, absit, sed ea quæ in nuptiis fiunt. Insanit tunc natura, præsentis pro hominibus bruta fiunt, & alij quidem ut equi hinnunt, alij verò ut asini calcitrant, magna diffusio, magna dissolutio, nihil maturum, nihil generosum. Magna ibi diaboli pompa, cymbala, tibia, & cantica plena scortationum ac adul-

616
autem seipsum consolans, concupiscentiarum igne restincto quod talia passus non sit. Sed quid? Vis carcerem & theatrum conferamus? Ille quidem afflictionis, hoc autem voluptatis est locus. Agere igitur, videamus ea quæ vtrisque contingunt. Illic philosophia multa est. Vbi enim mœsticia, & philosophia. Qui antea opibus inhiabat, qui valde inflabatur, & vix permittebat vulgarem hominem sibi loqui, is tunc humilis fit, quasi igne quodam in animam eius illapso, & duriciæ molliente metu ac tristitia, tunc mœstus fit, tunc secularem mutationem sentit, tunc fortis fit ad omnia. At in teatro omnia contraria, risus, turpitudine, pompa diabolica, effusio, insumptio temporis, & expensio dierum inutilis, concupiscentiæ absurda præparatio, adulterij meditatio, scortationis gymnasium, intemperantiæ schola, adhortatio turpitudinis, occasio risus, turpitudinis exempla: sed non sic agitur in carcere, vbi humilitas animi, exhortatio, & extimulatio ad philosophiam, contemptus rerum secularium, omnia conculcata & despecta. Et quasi pædagogus puero metus adsistit, ad omnia quæ oportet illum componens. Sed si vis iterum aliter inquiremus illa loca. Vellem te occurrere viro à teatro venienti, & alteri è carcere egrediēti: & videris illius animam fastidientem, turbatam, verèque constrictam: huius autem solutam, promptam, & ferè alatam. Nam ille à teatro redit, oculis mulierum quæ illic adstrictus, quouis ferro grauiora ferens vincula: nempe loca quæ illic, verba, habitus. Qui autem à carcere, ab omnibus liberatus, non iam putabit se aliquid graue pati, sua cum alienis comparans, quod non est ligatus gratiam nunc habet, contemnit humanas res, multos diuites videns in calamitatibus, multa & magna potentes & ligatos illic, etiam si iniuste quid patiat, etiam sic fortis est. Quin & illius loci multa exempla in cogitationem ducēt futuri iudicij, & horrebit loca ea ibi iam videns. Sicut enim ibi qui in carcere conclusus, mitis erga omnes est: ita & illi ante iudicium, ante futurum diem, erga mulierem, erga pueros, erga domesticos erunt equiores. Sed à teatro non sic redit, iniucundius enim vir aspiciet mulierem, & importunus ministris erit, exacerbabitur erga pueros. Magna mala theatra efficiunt ciuitatibus, magna & neque hoc scimus quod magna. Si autem non fatigaremur, etiā loca risus, symposia dico, inquireremus. Ibi parasiti adulescentes & magne deliciæ. Et loca alia vbi claudi & cæci. Iterum illic quidem ebrietas & deliciæ, & hilaritas, hæc autem contrarium. Vide & in corpore, quando phlegmate abundat, quando valde incolore est, facilius in morbum cadit: quando autem castigatum fuerit, non sic. Ut autem manifestius vobis faciam quod dico, sit corpus habens multum sanguinem, & carnes multas, ac in deliciis agens. Hoc etiam à fortuito euentu febrem parere potest, si simpliciter doluerit. Sit autem aliud fame ac tribulatione magis firmum, hoc vix à morbo comprehendetur ac fatigabitur. Sanguis licet sanus sit in nobis, sæpe tamē multitudine morbum attulit: si autem modicus sit, & non sanus, facile compefci potest. Ita profectò & de anima dixerim. Quæ enim in deliciis & refocillatione, valde propensos ad peccatum habet impetus. Stat enim prope arrogantiam & voluptatē, & vnam gloriam, & inuidiam, & insidias ac calumnias. An non frugalitas in afflictione, & ab omnibus illis libertas? Ecce quam magna est nostra illa ciuitas. Vnde igitur nascuntur mala, nonne ab opulentis: nonne à gaudētibz? Qui in vincula trahunt, qui facultates dilapidant, qui miseri & abiecti, nonne qui multum inflantur ac gaudent

617
Rom. 1. 5. 4
dent: Non potest ab afflictâ anima aliquid mali fieri. Non nit illius virtutem Paulus, & propter hoc dicit: Tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio autem spem, spes vero non confundit. Oro ne succumbamus afflictionibus, sed in omnibus gratias agamus, ut quid magni lucrifaciamus, ut probemur deo, qui tentationes permittit. Magnum bonum est afflictio. Et hoc à pueris nostris discimus. Nam absque afflictione nulli vtilia discunt. Nos autem magis quam illi egemus afflictione. Nam si illi cum affectionibus eis desint lasciuiunt, multo magis nos, & maxime tantis iam obnoxij, vnde nobis magis opus erat pædagogis. A pueris enim non tam magna peccata fiunt, quin à nobis maxima. Noster autem pædagogus est afflictio. Igitur tribulationem futuram ne nobis asciscamus, præsentem strenuè feramus, quod diuina gratia bona diligentibus deum reposita assequamur in Christo Iesu domino nostro, cum quo patri simul ac spiritui sancto gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Cap. XX.

Postquam autem cessauit tumultus, vocatis ad se Paulus discipulis, complexusque illos profectus est, ut iret in Macedoniam.

Homilia. xliij.



B hoc tumultu, multa consolatione opus erat. Hoc sanè & facit, & ut consolatur discipulos, vadit in Macedoniam, deinde in Græciam. Et quod multum illos consolatus fuerit, audi:

Cum autem perambulasset partes illas, & exhortatus fuisset eos multo sermone, venit in Græciam. Et ibi peractis mensibus tribus, cum esset illi struxit insidiæ à Indæis, soluturo in Syriam, habebat in animo, ut reuertetur per Macedoniam. Comitatus est autem cum usque ad Asiam Sopater Berrhæensis, Thessalonicensium vero Aristarchus & Secundus, & Gaius Derbeus & Timotheus. Asiaticos vero Tychicus & Trophimus. Hi prægressi expectarunt nos in Troade.

Iterum persecutio fit à Iudæis, & venit in Macedoniam. Quo modo autem Timotheum Thessalonicensem dicit: Non dicit hoc. Sed preoccuparunt hi, inquit, & prius venerant in Troadem viam eorum parantes. Nos vero ab nauigauimus post dies æræ mori à Philippis, & venimus ad eos Troadem intra dies quinque, vbi demorati sumus diebus septem. Et enim mihi videtur dies festos celebrasse in magnis vrbibus. A Philippis abnauigat, vbi facta ea quæ de carceris custode habes. Tertiò autem nunc in Macedoniam venit, & magnum testimoniū dat Philippensibus, ideo & demoratur illic. In die autem sabbatorum congregatis nobis ut frangeremus panem, Paulus disseret eis, postredie abiturus, protraxitque sermonem in mediam noctem. Vide ut omnia adiuncta sunt prædicationi: Pentecoste tunc erat, & dies dominicus, & usque ad noctis dimidium sermonem extendit, adeo salutem discipulorum cupiebat, quod neque per noctem silebat, sed tunc propter silentiū magis dissererebat, & ad ipsum cœnæ tempus. At conturbauit festum diaboli quantum potuit, demergens somno auditorem ac deprimens, & ut autem cõtingeret, interpretatur addens: Erant autem lampades multe in cœnaculo in quo erant congregati. Sedens autem quidam adolescens nomine Eutychus, in fenestra cum de grauarietur somno profundo, disserere diutius Paulus, magis depressus à somno decidit ex tertio cœnaculo deorsum, & sublatus est mortuus. Cum descendisset autem Paulus, incubuit super eum, & complexus dixit: Nolite turbari, anima enim eius in ipso est. Cum ascendisset autem, fregissetque panem ac degustasset, diu collocutus est usque ad diluculum, ita domum profectus est. ad duxerunt autem puerum viuentem, & latati sunt non mediocriter. Vide oro, spectaculum ut erant coadunati. Congregatis enim discipulis, inquit, etiam signum. In fenestra enim, inquit,

A sedebat, & intempesta nocte. Tantum erat audiendi desiderium. Confundamur nos, qui neque in die hoc facimus. Sed Paulus, dicit, dissererebat tunc. Quid dicit? Etiam Paulus disserit, imò neque tunc, neque nunc Paulus, sed Christus, & nullus audit, non fenestra nunc, non fames, non somnus interturbat, attamē non audimus, non angustia loci, non aliquid horum. Et hoc sanè miraculum, quod etiam ille cum esset adolefcens non erat ignavus, & cum somno grauaretur non recessit, neque timuit periculum, ne delaberetur. Ne mireris, non enim ab ignauia dormitauit, sed à necessitate naturæ. Tu autem vide oro, promptitudinem, quod etiā in tertio cœnaculo erant. Nōdum enim erat ecclesia. Ne turbemini, inquit, anima illius in ipso est. Nō dixit, resurget, excitabo enim illum: sed quid, ne turbemini. Vide ut factu caret, & prompte consolatur. Et ut ascendit, fregitque panem, inquit, ac gustauit. Hoc sermonem interpellauit, non offendit. Vides sine superfluitate cœnam. Et ut gustauit, inquit, diu collocutus est usque ad diluculum, & ita exiit. Vides quo modo pernoctarint, quales mensæ fuerint: quam sobriè iterum auditores abierint, quam studiosi ad audiendū fuerint. Quid nos à canibus distamus? Videtis quantum discrimen. Adduxerunt autem puerum viuum, & consolationem habuerunt non vulgarem. Magna hæc consolatio, & quod viuum recipiunt, & quod miraculum factum est. Nos autem confensa naui soluimus Assum, illic expectaturi Paulum. Sic enim constituerat, ipse per terram iter facturus. Cum autem conuenissemus Assum, recepto eo venimus in Mytilenem. Vbi quæ à discipulis segregatur Paulus. Ecce enim ipse quidē pedes viam ingreditur, illi autem nauigio vadūt, permittit illis quod leuius, eligens sibi quod molestius. Pedes vadit, partim multa gerens sapienter, partim docens illos à se non separari. Et inde nauigantes sequenti die venimus contra Chium. Postredie vero appulimus Samum, & commorati Trogyllij, proximo die venimus in Miletum. Vides quo modo festinante Paulus pergunt, & non moram trahunt, sed prætereunt insulas. Proposuerat enim Paulus præternauigare Ephesum, ne tempus tereret in Asia. Festinabat enim, si possibile esset, ut diem Pentecostes ageat in Hierusalem. Quid vult festinatio illa: non erat propter festum, sed propter multitudinem, interim hoc Iudæis dabat quasi colat festiuitatem, & rapere volens inimicos, festinabat sermonem annunciare. Vide igitur quantum lucrū omnibus præsentibus: Et aliter: Ne Ephesij negligantur, interim dispensat & curat. Sed iterum videamus quæ lecta sunt:

Et complexus, inquit, discipulos, exiit profecturus in Macedoniam, & exhortatus est illos sermonibus multis, ac venit in Græciam, & hac ratione illos iterum refocillauit, magnam consolationem illis datus. Vide ut vbi quæ sermonibus, non signis omnia corrigat. Soluturo autem in Syriam. Continuo nobis ostendit illum festinantem in Syriam. In causa erat ecclesia & Hierusalem, adeo desiderabat etiam ea quæ illic erant corrigere. Quauis non magna Troas lit. Cur igitur septem diebus illic manent? magna forsitan erat iuxta fidelium numerum. Et cum dies septem ibi mansisset, noctem sequentem insumpsit in doctrinam. Ita ægrè ab illis ipse auellabatur. Congregatis autem nobis ut frangeremus panem. Per illud tempus quo monstrabatur elurire, & non erat intempestiuum. Principio sermo sumptus productus est. Et ita non simpliciter docuit, sed conuenerant quidem ad frangendum panem, inciderant autem in sermonem, ac doctrinam produciorem fecerant. Vide quo modo & mensæ Paulinæ omnes focij erant. Mihi videtur quod etiam ad mensam sedens

sedens docuerit, erudieritque; vt nos omnia reliqua pro parergis & accessoriis habeamus. Considerate autē nobiscum domum illam vbi lampades erant, vbi turba, vbi Paulus medius diserebat, vbi & fenestras multi occupabant, vt audiant turbam illam, & amabilem vultū intueantur, & quantam hinc voluptatem acceperint. Quare autem in nocte diserebat: quoniam exituri erant, & non iam in nocte illum visuri, sed hoc quidem illis nō dicit, vt pote infirmioribus, aliis autem dicebat. Interim & noctis istius memoriam conseruabat miraculū istud insigne. Magna voluptas auditorū erat, quod & interpolatus sermo magis productus est. Et ita pro doctore casus fuit. Et aliter: Etiam omnes ignauos ipse increpituus erat, qui propter hoc mortuus, vt Paulum audiat. Et quare, inquit, enumerat singula & quod ierunt, & vnde abierunt, & vbi quidē morati sunt, quā etiam loca præternauigauit: Vt ostendat nunc ociosius illum nauigare, idē humana ratione & præternauigare. Statuerat enim præternauigare Ephesum, ne diu tempus, inquit, tereret in Asia. Bene. Illuc enim veniens non potuisset præternauigare, quoniam nolisset contristare eos, qui se intantū expectabant. Vel igitur hoc est quod dicit, vel etiam quod festinauit. Dicit enim: Festinabat si possibile esset, vt diem Pentecostes ageret in Hierusalem. Vnde non poterat manere. Vide illum etiam humana ratione moueri, & cupere, ac festinare, & scire nō assequi. Fiunt autem hæc ideo, ne putemus quod sint illi, eiusdem naturæ, cuius & nos, participes erant, non eiusdem voluntatis. Ideo & magnam gratiam consequentur. Vide igitur quanta etiam per seipsos gerat. Eapropter dicebat: Ne demus offendiculum his qui volunt. Et iterum: Ne infametur ministerium nostrum. Ecce & vita irreprehensibilis, & magna submissio. Hoc dicimus dispensationem venire in fastigium, & excelsum virtutis, & modestiæ submittētis se ad aliorum mores. Et audi quo modo absque præceptorum Christi transgressione, hic iterum omnium humillimus fuit. Omnibus omnia factus sum, inquit, vt omnes lucrificarem. Idē etiam in pericula se misit, sicut alibi dixit: In patientia multa, in afflictionibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in vinculis, & magnus erat amor eius erga Christum, sine quo omnia superflua, & humilis in rebus gerendis ordinatio, & irreprehensibilis vita, & periclitatio. Quis infirmatur, inquit, & non infirmus sum ego? Quis offenditur, & non vror ego? Hæc obsecro & nos imitemur verba, & in pericula riciam⁹ nos propter fratres, siue ignis, siue ferrum fuerit. Abiice te ipsum dilectē, vt tuum membrum eruas. Abiice te ipsum, ne timeas. Discipulus es Christi, qui propter fratres animam suam posuit. Condiscipulus es Pauli, qui innumera mala pati propter eos qui se impugnabant inimicos, voluit. Implere zelo, imitare Moysen, videbat iniuste laesum, & vltus est, regiasque delicias contempsit, & factus est propter ærumnos illos exul, erro destitutus cognatis, & domo, inque aliena terra longo tempore versatus est, & non reprehendit seipsum, nec dixit hæc verba: Regnum contempsit, honorēque tantum & gloriam, volebam vlcisci eos, qui iniuste affligebantur, & despexit deus. Et non solum non reduxit me ad pristinum honorem, sed quadraginta annis in aliena terra verfor. Bene scilicet. Non enim mercedem accepi, sed nihil horum vel dixit, vel cogitauit. Ita & tu, etiam si malum quid patiaris, benefacias, etiam si multo tempore, ac offendaris neque turberis, omnino retribuet tibi re-

1. Cor. 9. b

2. Cor. 6. a

1. Cor. 9. c

2. Cor. 6. a

Ibid. n. g

tributionem deus. Quantum differtur merces, tantum vsuræ augentur. Igitur habeamus animam compassionem deditam, habeamus mentem condolere scientem. Nihil sit vobiscum vel crudele, vel inhumanum, etiam si nihil possis afferre, lachrymare, ingemisce, dole in his quæ fiunt, neque erunt hæc frustra. Si his qui a deo puniuntur condolere oportet, multo magis his qui ab hominibus iniuste patiuntur. Non egrediebantur, inquit, Senan ad plorandum domum suam vicinam, accipient dolorem, propter quæ extruxerunt in derisionem. Hoc accusat Michæas, quod non condolerunt. Quid dicis o propheta? Deus punit, & ego condolerem his qui puniuntur: Etiam. Hoc enim vult ille qui punit, neque enim ipse qui punit, oblectatur. Quoniam igitur neque is qui punit lætatur: igitur & tu quoque ne læteris. Sed si iuste quidem, inquit, puniuntur, non oportet dolere. Etiam propter hoc est dolendum, quia digni supplicio visi fuerunt. Dic obsecro, quando videris filium tuum vri vel secari, nōne doles? Manifestū, quod doles. Et non dicis tibi ipsi, Cur hoc? Ad sanitatem sectio spectat, pro liberatione est vltio. Attamen quando audieris vultantem, nec ferentem dolorem, & non sufficit illa sanitatis spes ad auferendam naturæ confusionem: Ita & in illis, etiam si ad sanitatem puniantur, attamen fraternam declarem nos affectionem erga illos, paternamque voluntatem. Sectiones & vltiones sunt pœnæ dei, sed propter hoc debemus flere, quod agrotarūt, quod tali opus habuerūt medicina. Si quis propter coronas hæc patiat, tunc non dole, vt Paulus ac Petrus. Quando autem in pœnam iure fert, tunc plora, tunc ingemisce. Tales fuerunt prophete. Idcirco & quidam illorum dicebat: Hei mihi domine. Delebitur reliquias Israël? Homicidas videmus sæpe ac scelestos viros qui sæpe puniuntur, & cruciamur ac dolemus & nō dicimus, quod supra modum philosophi sumus, misericordes fiamus, vt misericordiam cōsequamur. Nihil illi bono conferendum est. Nihil ita humanum ostendit charactērem, vt misereri & humanum esse. Propter hoc & leges licitoribus totum permittunt, volentes iudicem vsque ad pronunciationem sententiæ punire, educunt autem illos ad opus. Ita etiam si iuste fiat, non est animæ virtutis studiosæ punire, sed aliquo alio hoc habet opus. Quia & deus non per seipsum punit, sed per angelos. Lictores igitur sunt angeli: Absit, non hoc dixerim. Sed absque vltione etiam virtutes sunt. Quando Sodoma subuersa fuit, propter istos facta sunt omnia similiter & ea quæ in Aegypto acciderunt, per illos acciderunt. Immisionem enim, inquit, per angelos malos. Igitur quando seruare oportet, per seipsum hoc facit. Ita filium misit in salutem generis. Et iterum, Tunc, inquit, dicam angelis: Congregate facientes iniquitatem, & proicite in caminum. De iustis vero dicit non sic: Sed, qui vos suscipit, suscipit me. Et iterum: Ligate illius pedes & manus, & mittite in tenebras exteriores. Vide illic seruos qui ministrant. Quando autem beneficii opus est, seipsum benefactorem vocat. Venite benedicti patris mei, percipite præparatum vobis regnū. Quando loquendum cum Abraham, ipse adest: quando in Sodoma abeundum, seruos mittit, sicut iudex quis exuscitans puniendos. Et iterum: Euge serue bone & fidelis, super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam. Et hunc quidem ipse benedicit, illum autem malum non ipse, sed serui ligant. Hæc scientes non gaudeamus in his qui puniuntur, sed etiam doleamus, ploramus eos, vt etiam hinc mercedem accipiamus. Nunc autem

Expos.

Mat. 11.

Mat. 23.

Mat. 23.

Mat. 23.

Mat. 23.

Mat. 23.

autem multi, etiam in his qui male patiuntur iniuste gaudent, sed nō nos, imō nos omnem compansionem declarem, vt & ipsi diuinam assequamur, gratia & misericordia vnigeniti dei, cum quo patri & spiritui sancto sit gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

A Mileto missis Ephesum nunciis, accersuit presbyteros ecclesie, qui cum peruenissent ad ipsum, dixit eis, Vos scitis a primo die quo ingressus sum Asiam, quo modo vobiscum per omne tempus fuerim, seruiens domino cum omni animi humilitate, cumque multis lachrymis ac tentationibus, quæ mihi acciderunt ex insidiis Iudæorum, vt nihil suffugerim eorum quæ essent in rem vestram, quin annuncierem vobis, & docerem vos publice ac per omnes domos, testificans Iudæis simul ac Græcis, eam quæ erga deum est penitentiam, & fidem quæ est in dominum nostrum Iesum.

Homilia. xliiij.

Vide vt ille vrgeat quod propius ad nauigetur, & non despiciat, sed totum probe dispense, accersens principes, & cum illis quæ dicta sunt, tractans. Et admiratione dignum est, quod quando necessitas adigit, tam eximia de se ipso dicere attentat, omni modestia vtens. Sicut enim Samuël traditurus Saūli principatum de ipso dicit: Nunquid a vobis accepi, vos testes ac deus. Et Dauid cum fides nō haberetur ei, dicit: In ouili eram pascēs oues patris mei, & quando venit vsus manibus illū discerpsi. Et ipse Paulus Corinthiis dicit: Inspiciens fui, vos me coegistis. Et deus quoque istuc ipsum facit, nō simpliciter de seipso dicens, sed quando ei nō creditur, beneficia profert. Vide igitur & hic quid facit: Primum ipsorum testimoniū offert, ne putes superba esse verba, etiā auditores adhibet in testes eorū quæ dicuntur, quod minime ipsi metiatur. Hæc doctoris virtus est, quādo suorum operum testes habet discipulos. Et mirabile est, quod non vnā & alteram diē in hoc opere perseuerauit, sed plurimis annis. Vos enim, inquit, scitis, quo modo vobiscū omni tempore egerim. Vult igitur illos exhortari, vt fortiter ferant omnia, & separationem suam & futuras tentationes. Quemadmodum & de Mose ac Iesu legimus. Et vide quid addidit vt dixit, quo modo vobiscum fuerim omni tempore, seruiens domino cum omni animi humilitate. Memor humilitatis est, quæ his qui præsumt maxime congruit, eo quod facillime in arrogantiam tolluntur. Hæc virtus bonorum est hypothesis, & fundamentum, quemadmodum scilicet & Christus dicebat: Beati pauperes spiritu. Non simpliciter autem humilitatem dixit, sed cū omni humilitate. Multa enim sciebat pertinere ad humilitatem. Est enim humilitas in sermone & in opere erga eos qui præsumt, & erga eos qui subditi sunt. Vultis vobis modos dicam humilitatis? Sunt quidam qui erga humiles existunt humiles, erga sublimes autem sublimes, quod tamen non est humilitatis. Sunt iterum alij non tales, sed erga vtrosque humilitatem & sublimitatem seruant, quod etiā maxime humilitatis est. Docturus igitur illos talia, ne videatur arrogans esse, prius fundamentum iacit, suspicionem tollens. Si enim cum omni humilitate factus sum, inquit, non ex insipientia loquor quæ dico. Deinde mansuetudinē narrat: Vobiscum, inquit, fui, seruiens domino: Socios operum ostendens illos. Ita vbique societas bona est. Communia igitur facit opera, & nihil suum ponit eximium. Quid enim, inquit? Neglectōne deo arrogans esse potuit? Etiam multi sunt, qui non laudantes

1. Reg. 10. d

1. Reg. 17. d

2. Cor. 12. c

Mat. 5. a

deum arrogantes sunt. Is autem nihil præter discipulorum laudem sibi arrogat. Doctoris opus est, suis operibus discipulos moderari. Deinde suam fortitudinem ostendit, quā & ipsam eleuat ac imminuit: Cum multis lachrymis ac tentationibus quæ mihi acciderunt ex insidiis Iudæorum. Vides quod dolet in his quæ fiebāt? Hic autem suam cōpansionem videtur significare. Afficiebatur enim sic pro his qui peribant, quique hoc faciebant: nam pro his quæ sibi fiebant, gaudebat. Erat enim ex illorū choro, qui gaudebant quod digni habiti sunt, qui pro nomine illius contumeliam ferant. Et iterum alibi dicit: Et nunc gaudeo in passionibus meis, nā mentanea leuitas afflictionis nostræ mire supra modū æternum pōdus gloriæ operatur nobis. Verum hæc ex modestia dicit, hic autem ostendit fortitudinem suam, & non tantum fortitudinem, quantum patientiam. quasi diceret, Male equidem patiebar, sed vobiscum. Etiam hoc graue est, quod a Iudæis. Vide oro hoc loco charactērem doctrinæ, & dilectionem ponit ac fortitudinē. Quod nihil subterfugerim, inquit, promptitudinem ac sedulitatem suam ostendit. Erant enim quædam, quæ discere non oportebat. Vnde sicut inuidiæ est quædam abscondere, ita insipientiæ omnia dicere, propter hoc addidit: Eorum quæ in rem vestram: nō quasi illa ipsa cum dāno subtraxerim docui, inquit, non locutus sum. Et hoc ita esse docet sequentia, subdit enim: Publice & per singulas domos, ostendens magnum laborem, sedulitatem, ac perseuerantiam. Testificans Iudæis simul ac Græcis. Nō vobis solum, sed etiam Græcis. Hic est illa dicendi libertas. Etiam licet nihil profuissimus, dicere oportet. Hoc est enim proprie, Testificor: quando non attendentibus loquimur. Ita Moses ait: Testificor cœlum ac terram. Et nūc ille: Testificans Iudæis simul ac Græcis penitentiam agant, & conuertantur ad deum. Neque enim Iudæi illum sciuerunt, eo quod filium ignorarint, & opera ac fidem non habuerint erga Iesum Christum. Quare igitur hæc dicis? quare hæc cōmemoras? quid accidit, nihil habes quod obicias? Prius concussa illorum mente, deinde subdit: Et nunc ecce ego alligatus spiritu, vado in Hierusalem, ea quæ in illa mihi occurrunt sunt ignorās, nisi quod spiritus sanctus per singulas ciuitates mihi testificatur, dicens: quod me vincula & persecutiones expectent. Verum nihil me mouet, neque anima mea charior est mihi, vt consummam cursum meū cum gaudio, & ministerium quod accepi a domino meo Iesu, vt testificer euangelium gratiæ dei. Præparat illos, vt semper parati sint ad pericula tā manifesta, quā nō manifesta. Ostendens autem, quod ad magna accedat, nisi quod spiritus sanctus, inquit, mihi per singulas ciuitates testificatur, vt monstret quod spē te subeat: & ne vincula vel necessitatē putes, per singulas ciuitates dixit, deindeque subdit: Non habeo preciosorem me ipso animam, vt cōsummam cursum meum cum gaudio, & ministeriū quod accepi a domino. Vides quod non plorantis verba sunt, sed moleste loquentis ac docentis illos, ac compatiētis in his quæ fiebant. Non dixit, dolemus, necesse autem est ferre: sed neque cōseo. Hoc iterum dicit, non sese extollens, sed illos docens, per priora quidem humilitatem, per hæc autē fortitudinem, dicendique libertatē, quasi diceret: Non amō illā præ hac, preciosius arbitror cōsummare cursum vt testificer: non dixit, vt prædicem, doceam. Sed quid? Vt testificer euangelium gratiæ dei. Grauius quiddam dicitur. Mundus ego a sanguine omnium: ideo prius præparat & ostendit quod nihil omiserit. Igitur quoniam illis erat omne pondus, ac sarcinam impositurus, prius emollit

Sup. 5. g

2. Cor. 4. d

C

D

emollit mentem illorum, dicens: Et nunc ecce ego scio, quod non ultra videbitis faciem meam. Deinde hoc subdit: Mundus ego sum à sanguine omnium. Duplex tristitia, tunc faciem illius ultra non conspiciendam, & ab ipsis omnibus. Non enim ultra, inquit, videbitis faciem meam vos omnes, inter quos transiui prædicans regnum, & merito cōtestor vobis, utpote non ultra affuturus. Mūdus ego à sanguine omnium. Non enim subterfugi quo minus annunciem volūtatem omnem dei. Vides quo modo terret, & laborantes illorum animas ac contritas atterit. Bene, quia necessarium erat. Non enim subterfugi, ut non annunciem vobis, inquit, omnem volūtatem dei. Igitur qui non dicit, reus est sanguinis, hoc est, cædis. Nihil hoc terribilius. Ostendit quod & illi, si nō faciant, rei sunt sanguinis. Et videtur quidem rationem reddere, illos autem terret. *Attēdit igitur vobis ipsis & gregi, in quo vos spiritus sanctus posuit episcopos, ut pascatis ecclesiam dei, quam acquisiuit per proprium sanguinem.* Vides, duo præcepit. Igitur neque alios corrigere solum, habet quiddam lucri: Timeo enim, inquit, ne aliis prædicatis ipse reprobis efficiar: neque sui solius curā habere. Qui enim seipsum amat, & quæ sua sunt querit, similis est ei qui talentū defodit: non quod præligenda sit nostra salus gregi, sed quia quando nobis ipsis attēdimus, tunc & gregi lucrum habet. In quo vos spiritus sanctus posuit episcopos, ut pascatis ecclesiam dei. Vide quantæ necessitates. A spiritu sancto ordinationē habetis, inquit. Hoc enim est, posuit, vna est ista necessitas. Deinde ut pascatis ecclesiam dei, ecce & secūda: Quam, inquit, acquisiuit per proprium sanguinem. Multum ostendit, dū dicit, preciosam rem, & non paruum esse periculum, quādo quidem dominus pro ecclesia neque sanguini suo pepercit: nos autem fratrum salutem contemnimus. & ille quidem ut inimicos cōciliet, etiam sanguinem effudit, tu autem neque amicos factos retinere. *Ego enim scio hoc, quod ingrediuntur post abitum meum lupi graues in vos, nō parcetes gregi.* Iterū aliunde illos admonet à futuris, sicut quando alicubi dicit: Nō est vobis certamen cōtra carnem & sanguinem. Quia ingrediētur, inquit, post abitionem meā lupi graues in vos. Duplex malū, & quod ipse nō adest, & quod alij imponent. Quid igitur abis, si hoc præuidisti? Spiritus me trahit, inquit. Et vide non simpliciter dixit lupi, sed apposuit, graues, vehementiam & impudentiam illorū insinuans. Et quod grauius, quia illos ex ipsis surrecturos dicit. Quod & valde graue est, quādo etiam domesticum bellum fuerit. Et bene dixit, attendite, ostendens rem esse curatu perquam necessariam. Ecclesia enim est, & magnum periculū: sanguine enim illam redemit, & quod duplex est bellū. Hæc igitur manifestans dixit: Et ex vobis ipsis surgent viri loquentes peruersa, ut abstrahāt discipulos post se. Quasi à quopiam rogatus dicente: Quo modo igitur custodiant? Vigilate, memores quod triennio nocte & die non cessauerim cum lachrymis vnūquenque admonere. Vide quot insolita dicit, cū lachrymis: &, noctes ac dies: & vnūquenque. Non enim si multos vidisset, eis pepercisset, sed sciebat etiam pro vna anima faciendā omnia. Itaque sic illos etiam cōiunxit. Quod autem dicit, hunc habet sensum: Sufficiūt ea quæ à me sunt acta, triennio mansi. Satis cōfirmati fuerunt, satis radices fixerūt. Cum lachrymis, inquit. Vides quod propter hoc lachrymæ? Hæc faciamus & nos. Non dolet malus, dolet tu, fortassis & ille dolebit. Quemadmodum si quādo zger viderit medicum sumentem cibum, etiam ipse insatur: ita certe & hic erit: si viderit te plorātem, emol-

1. Cor. 9. d

Eph. 6. b

lietur bonus vir, ac mitis erit, Nesciens, inquit, quæ euentura sint mihi. Quid igitur? Propter hoc abis? Minime, sed & probe scio, quod vincula & tribulationes expectant. Itaque scio, quod expectant me tentationes: non scio autem quales, id quod erat difficilium. Ne igitur deplorantem putetis me hoc dicere, nō habeo preciosiorem me ipso animam. Ut excitet illorum mentem hæc dicit, & persuadeat, non solum ne fugiant, sed etiā strenue ferant. Propter hoc cursum & ministeriū opus vocat, cursu dignitatem, & ministerio debitum insinuās. Minister, inquit, sum. Nihil amplius habeo. Consolans autem illos, ne doleāt propter quæ affligitur: postquam dixit cum gaudio se hæc expectare, & monstrauit fructum, tunc tristitiam addit. Hoc autem facit, ne mentē illorum obruat. Et vnde hæc? Quia dicit: Ex vobis ipsis surgent viri loquentes peruersa. Quid igitur, dixerit quis, Tātum te ipsum reputas, ut si proficiscaris, moriamur? Nō hoc dico, inquit, quod mea absentia hoc faciat. Sed quid? Exurgent quidam inter vos, non propter abitionem meam, sed post abitionem meā, hoc est, profectio-nem, quāuis etiam iam hoc factum sit. Quod si factum, multo magis posthac fiet. Deinde & causa ponitur, ut trahant discipulos post se. Et ita propter nihil aliud fecit, quā propter hoc. Subiungitur & consolatio: Quā acquisiuit, inquit, per proprium sanguinem. Si autem proprio sanguine acquisiuit, omnino defendet. Noctes & dies non quieui, cum lachrymis admonens. Hæc ad vos merito dicerentur, & videtur quidem sermo proprie ad doctores, est autem communis, etiam ad discipulos spectans. Quid enim ego quidem, nocte ac die dico & obsecro, & lachrymor, discipulus autem non persuadetur. Ut enim ne putet quis, sufficere ad defensionē esse discipulum, & non opus obediētia, propterea ut dixit: Testificor, subdit, non enim subterfugiunt non annunciare vobis. Igitur hoc solum doctoris, annunciare, prædicare, docere, non subterfugere, nocte ac die orare. Quando autem dum hæc fiunt, nihil proficitur, scitote quid reliquum. Deinde & alia defensio, quia mūdus ego sum à sanguine omnium. Ne putetis oro, hæc nobis solis dici, etenim ad vos quoque sermo hic est, ut attendatis quæ dicantur, & ne ab auditorio recedatis. Quid faciam? Ecce quotidie clamans disrumpor, ut recedatis à spectaculis, & multi rident nos. Sæpius moneo, ne iuretis, ne auari sitis, & nemo audit. Sed noctu hoc non agis? Vellem etiam nocte hoc facere, & ad mensas vestras, siquidem liceret & plurimis occupato, adesse vobis & colloqui. At dum per hebdomadam semel vocamus vos, & ignaui estis, & alij quidem non aduenitis, alij autem præsentēs sine lucro abitis: quid non faceretis, si continuo hoc faceremus? Quid faciemus: scio multos etiam irrifuros nos, eo quod semper eadem loquimur, tāta vos nostri tenet satietas, nos autem in causa non sumus, sed auditores: nam qui bene facit, semper cupit eadem audire, eo quod laudes sue dicuntur. Qui autem bene agere non vult, etiam obturbati videtur, etsi alium audiens solum sepius videtur at dire. Mūdus ego sum à sanguine omnium, inquit. Hoc Paulo quidem congruebat dicere, nos autem non audemus hoc dicere, multorum nobis consciij, eo quod ille semper vigilabat & assistebat, & omnia pro salute discipulorum faciens sustinebat, nos autem hoc Mose dicemus: Iratus est mihi dominus propter vos, quia in multa peccata adduxistis etiā nos. Quando enim mœremus videntes vos non proficere, nōne quod reliquum est virium nostrarum concidit? Quid enim, dico-

Exod. 34.

oro.

oro, factum est, quid profecimus? Ecce enim per gratiā dei & nos triennium iam habemus, noctesque & dies: nōne per tres dies, sæpe etiam per septē exhortamur? Quid amplius assequimur, quā quod sedē reprehēdimus, increpamus, lachrymas fundimus, dolemus, etsi non foris, sed in corde. Illæ autem sæpe internis lachrymis leuiore sunt, nam illæ quidem mœrentibus consolationem quandam afferunt, quæ hæc augent ac constringunt. Ita ut quando quis in mœsticia fuerit, & dolorem annunciare non poterit, ne videatur vanæ gloriæ sectator esse, maiora patietur, quā si illum annūciat. nisi quis iudicaret supra modum honoris cupidum, vidisset quotidie fontes lachrymarum me emittere, quarū cōsciæ sunt domicilium & solitudo. Credite enim mihi, de salute quidem mea desperaui, & res vestras deploraui, non vacat mea mala deplorare, adeo totus deditus sum vobis: & si sentio vos obtemperantes, præ gaudio non sentio mala mea: & si video minus obtemperantes, præ dolore iterum intermitto mea. Glorior in vestris bonis, etiam si ego plurimis grauer: & lugeo in vestris difficultatibus, etiam si multa bene agam. Quæ enim spes doctori grege corrupto? Qualis vita? qualis expectatio? cum qua fiducia stabit apud deū? Ponamus enim, quod neque reprehendatur, neque det pœnam: sed sit mundus à sanguine omnium, etiam sic incurabilia patietur. Quoniā & patres licet pro pueris non redarguantur, attamen dolent ac cruciantur. Et nihil ne, inquit, hoc prodest eis, nec patrocinatur, quod ipsi vigilant pro animabus nostris? sed vigilant ut rationem reddituri: & videtur mihi hoc quibusdam esse terribile, me autem vobis perditis hoc non mouet: nam siue dem rationem, siue non dem, nihil mihi vtile est: vti nā seruaremini vos, & dans ego pro vobis rationem, audiam vos quidem seruari, me autem officium non per omnia impleffe. Non enim cura est, ut vos per me seruemini, sed solum ut seruemini. Nescitis vim spiritua-lium in parturitione dolorum, quā malit sexcenties defatigari qui talem partum enititur, quā vnū ex his qui nati sunt videre perditum ac corruptum. Vnde nobis patiemur? nusquam certe aliunde, à factis iudicabimus omnia vestra. Possumus & nos dicere, quod nihil subterfugerimus, nihilominus dolemus: & quod dolemus, manifestum ex his quæ toties apparamus & exco-gitamus. Quāuis possem vobis dicere, Quid mihi cura est, ego quod meum est feci, ego mundus sum à sanguine, sed non sufficit hoc ad consolationem. siquidem liceret cor nostrum disrumpere ac ostendere, videretis intus esse in magna latitudine, vos omnes mulieres, pueros, ac viros. Tanta enim charitatis vis est, ut cœlo latiore faciat animam. Capaces nostri estote dicebat Paulus, neminem læsimus, non angusti estis in nobis. Hoc dicimus nūc & nos, capaces estote nostri. Totam Corinthum habebat ille in corde suo, & dicebat: Dilatamini, & vos non angusti estis: sed ipse non possem dicere hoc. Bene enim scio, quod etiam vos me diligitis ac capitis. Sed quod lucrum vel meæ charitatis, vel vestræ, quando in diuinis non proceditis, amplioris tristitiæ inde occasio. Nihil possum reprehēdere vos. Testificor enim vobis, quod si possibile fuisset, effoscos oculos vestros dedissetis mihi. Vicissim vellemus non solum euangelium, sed etiam animas nostras dare vobis. Amamus & amamur, sed hoc non est quod nunc queritur. Amemus igitur principio Christum, primū enim mandatum est: Diliges dominum deum tuum. Secundum autem simile ei, Et proximum tuum sicut te ipsum.

Hebr. 13. c

2. Cor. 7. a

2. Cor. 6. c

Galat. 4. b

Deu. 6. a. & Matt. 22. d

Securidum habemus: primo opus est mihi & vobis valde, habemus illud, sed non ut oportet. Diligamus illū. Scitis quāta reposita est merces his qui dilexerūt Christum, diligamus illum cum seruo animæ, ut fruentes eius gratia, effugiamus presentis vitæ procellas, & bona illum diligentibus promissa assequi mereamur, gratia & misericordia vnigeniti filij, cui cum patre simul ac sancto spiritu sit gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Nunc commendo vos fratres deo & verbo gratiæ eius, qui potens est vos superstruere, & dare hereditatem vobis inter omnes sanctificatos.
Homilia XLV.



Vod in epistolis, hoc & in consiliis agit. Ab admonitione in preces desinit. Quoniā enim illos valde terruit, dicens: Lupi graues ingrediuntur ad vos, ne consternatas reddat animas, ac perdat: vide consolationem. Et nunc inquit: Sic dixit, manifestas per hoc, quod quasi semper hoc agat. Commendo vos fratres deo & verbo gratiæ eius: hoc est, gratiæ illius, & bene sic dixit. Sciebat enim quod gratia saluat. Subinde illos memores facit gratiæ, quasi debitores studiosiores faciens, & considerare suadens. Qui potens est vos superstruere. Non dixit, extruere, sed superstruere, ostendens quod extructi essent. Deinde spei futura meminit dicendo: Et dare vobis hereditatem inter omnes sanctificatos. Subdit iterum admonitio: Argentum, inquit, vel aurum, vel vestem nullius concupiui. Radicem malorum auariciam sustulit. Argentum, inquit, vel aurum: non dixit, non accipi: sed, neque concupiui. Nondum magnum hoc. Quod autem post hoc, magnum: *Vos scitis, quod necessitatibus meis, & his qui mecum sunt, ministrarunt manus istæ.* Omnia ostendi vobis, quod sic laborantes oportet suscipere infirmos. Vide illū opere manuario vsurum: & non simpliciter, sed cum fatigatione. Necessitatibus meis, & his qui mecum sunt ministrarunt manus istæ. Hoc per admonitionem dixit. Et vide quā merito. Non enim dixit, pecuniis fuisse meliores: sed quid oportet suscipere infirmos, non simpliciter omnes, sed infirmos: ac meminisse sermonis domini Iesu, inquit, quem dixit: Beatius est dare, quā accipere. Ut ne quis putet ad illos dictum esse, se ponere in exemplar, id quod alibi dicit: Exemplar dantes vobis, subdidit sententiam Christi dicētis: Beatum est dare magis, quā accipere. Orabat quoque super illis admonendo, operēque id ipsum ostendebat. Et his dictis adpositis genibus suis cū illis adorabat: nō simpliciter, sed cum magna compunctione. Magna consolatio. Et dicendo, Commendo vos domino, obsecrabat. *Et factus est fletus magnus omnium, & ruentes in collum Pauli, deosculabantur illum, dolētes, maxime ob sermonem quem dixerat, quod amplius faciem eius non essent visuri, deducebant autē illum in nauim.* Dixerat, ingressuri sunt lupi rapaces. Dixerat, mundus sum à sanguine omnium. Hæc vtraque terribilia, & ad cōtristandum sufficiētia. Maxime autem hoc omnium dolebat, quod ultra illū visuri non essent, & hinc agonis istius difficultas. Deducebant autem illum ad nauē, sic diligebant eum, sic affecti erant erga eum. *Cum autem factum esset, ut soluissemus auiis ab eis, recto cursu venimus Com, & sequenti die Rhodum, & inde Pataram, & nocti nauem traicientem in Phœnicem, eam conscensa soluimus. Vbi autem apparuit nobis Cyprus, relicta ea, ad sinistram nauigauimus in Syriam, ac venimus Tyrum.* Vide, venit in Lyciam, & traiciēs in Phœnicem, relicta Cypro in Tyrum nauigauit, nam illic nauis exoneranda erat. Et hæc erat causa nauigandi in Tyrum.

1. Tim. 13. b

Cap. XXI.

Tyrum. Et inuentis fratribus permanserunt ibi ad dies septem, qui scilicet dicebant Paulo per spiritum, ne ascenderet in Hierusalem. Vide prophetabatur & illi afflictiones. Singulari dispensatione fit, ut etiam per illos dicitur, ut ne quis putet alios simpliciter dixisse, Paulum tunc gloriantem esse. Iterum & illic orantes, se mutuum relinquunt. *Diebus autem expletis, profecti ibi manus deducuntibus nos omnibus cum mulieribus ac liberis, usque extra portam, & positis in littore genibus, orauimus, & consulatis nobis mutem, ascendimus in nauim, illi autem reuersi sunt in propria. Nos vero navigatione explicita a Tyro, uenimus in Ptolemaidem, & salutatis fratribus mansimus die vno apud illos. Sequenti autem die egressi uenimus in Casarea, & ingressi in domum Philippi euangeliste, qui erat vnus ex septem, mansimus apud illum.* In Casarea, inquit, ut uenimus, mansimus apud Philippum, qui erat vnus ex septem. Huic erant filiae quatuor prophetissae, sed non istae praedicunt Paulo, quanuis prophetissae essent, sed Agabus. Et quo modo, audi: *Et cum permaneremus dies complures, uenit a Iudaea propheta nomine Agabus, & cum uenisset ad nos, & tulisset zonam Pauli, ligassetq; illius manus & pedes, dixit: Haec dicit spiritus sanctus, uirum cuius est zona ista, sic ligabunt in Hierusalem Iudei, & tradent in manus gentium. Qui olim famem praedixerat, hic, uirum, inquit, cuius est zona ista, sic ligabunt. Quod propheta faciebant, ante oculos futura praescribebant, quando de captiuitate dicebant, sicut Ezechiel: hoc & iste fecit. Et hoc profecto graue, quod in manus gentium tradent. *Ut autem audiuimus haec, obsecrauimus nos & qui loci illius erant, ne ascenderet ipse in Hierusalem. Et multi orabant ne abiret, & neque sic audiret. Respondit autem Paulus: Quid facitis flentes & affligentes cor meum, ego enim non solum ligari, sed etiam mori in Hierusalem paratus sum, pro nomine domini Iesu. Quum uero illi non persuaderetur, acquiescimus dicentes: Voluntas domini fiat.* Vides: ut ne audies, putes vel necessitatis esse, Alligatus, inquit, spiritu proficiscor, vel ignorantiae in periculum incidisse, propter hoc ista praedicat. Sed alij quidem flebant, ipse autem obsecrabat, dolens super lachrymis illorum: Quid facitis enim, inquit, flentes ac discerpentes cor meum? Nihil Paulo in amore indulgentius, quia videbat lachrymantem, dolebat, qui in propriis tentationibus non patiebatur. Me laeditis hoc facientes, inquit. Numquid enim ego doleo? Tunc acquieuerunt, quando dixit: Quid facitis affligentes cor meum? Super uos ploro, non meam passionem, pro illis enim & mori uolo. Videamus autem iterum quae lecta sunt: Argentum uel aurum, uel vestem, inquit, nullius concupiui: istud scitote, quod necessitatibus meis, & his qui mecum sunt, ministrauerunt manus istae. Igitur non in Corintho hoc solum fecerunt, qui corrumpebant discipulos, sed etiam in Asia. Et Corinthiis dicit: Non perit gloriatio mea in regionibus Achaiae. Et non dixit: Non deditis mihi argentum uel aurum, uel uelamentum non concupiui, ne videatur esse ex eo quod illi non dederint. Et non dixit nullius concupiui necessaria, ne videatur iterum accusare illos: sed hoc insinuat, quod merito non concupiuit, quando & alios pauit. Vide quo modo operabatur cum diligentia, homo nocte ac die differens cum lachrymis, nunquam admonens. Omnia ostendi uobis, quod sic laborantes oportet suscipere infirmos. Hoc dicto iterum terruit, uult autem sic dicere: Non potestis ad ignorantiam confugere, quod sic laborantes oportet operari. Et non dixit, Malum esse accipere, sed melius, non accipere. Memor esque esse sermonis, inquit, domini, quem dixit: Beatius est magis dare quam accipere. Et ubi dixit: Forsan absque scriptura tradiderat apostoli, uel ex*

aliis quis colligere poterit. Etenim ostendit fiduciam quam in periculis, compassionem quam cum subditis, doctrinam quam cum fiducia, humilitatem, paupertatem. Hoc autem & paupertate maius. Si enim illic: Vide tuas, inquit, facultates, si uis perfectus esse: quando cum eo quod nihil accipit etiam alios pascat, quid huic conferendum? Primus gradus igitur est abicere propria. Secundus, seipso contentum esse. Tertius, & alios pascere. Quartus, praedicare & habere potestatem accipiendi, & non accipere. Et ita multis pauperibus hic praestantior erat. Et bene dixit, Sic oportet suscipere infirmos. Nam hoc quidem compassionis erga infirmos, quod ex propriis det. Si autem ex alienis, non solum non est bonum, sed etiam periculosum. Et ruentes, inquit, in collum illius, flebant. Hoc affectionem quam erga illum gerebant, ostendit. Ruerunt autem super collum, ut potest postremis complexibus complexuri, & magnas a concione amoris illecebras hauserant. Si enim nos quando simpliciter discedimus, ingemiscimus, tamen iterum nos mutuum reuiscimus: quo modo igitur illi tunc citra animi molestiam a Paulo auulsi essent: Ego & Paulum opinor flere. Auulsi, inquit: monstrat etiam uim, dicendo auulso ab illis. Et merito, alioquin maritimo itinere pergere non potuisset. Quid est recto cursu uenimus in Coem? Hoc est, non obambulauimus, neque in aliis locis morati sumus. Sequenti autem die, inquit, in Rhodium. Vide illum festinantem, & nactus nauigiū traiecit in Phoenicem. forsan illic morati, quia non occurrebat alia nauis, qua conscensa irent in Casarea. Ut autem apparuit Cyprus, relicta ea ad sinistram. Hoc non simpliciter dictum est, sed ut monstrat quod neque illi propiare uoluerit: recta nauigantes in Syriam, ita festinabat. Deinde & uenimus in Tyrum, inquit, & inuentis discipulis mansimus apud illos. cum essent prope Hierusalem, non iam currunt, sed etiam manet apud fratres septem diebus. Vide obsecro nunc & dies. Post azyma in Troade uenerunt diebus quinque, deinde ibi fecerunt dies septem, & habes dies duodecim. Deinde in Assum, in Mytilenem, contra Chium in Trogylium, in Samum, in Myletum, & erunt decem ac octo dies. Postea in Coem, in Rhodium, in Pataram. En viginti & unum dies. Deinde illinc per dies quinque in Tyrum, ut sint dies uiginti sex. Mox illic morantur diebus septem, colligunturque triginta & tres dies. Postea in Ptolemaidem uno die pertingunt, & fiunt triginta ac quatuor dies. Deinde Casarea manet pluribus aliis diebus, & tunc inde eos adducit propheta, & sic complentur dies Pentecostes, & ibi illam facit. Vide illum quando spiritus non prohibebat persuaderi, dicebat: Ne des teipsum in theatrum, & non dedit. Sapientius illum eduxerunt ac persuasus est, per fenestram iterum effugit: & nunc, ut sic dicam, innumeris rogantibus tam in Tyro quam in Casarea, & flentibus, & plurima grauiam praedicantibus, non sustinet. Etiam non simpliciter grauiam praedicantibus, sed per spiritum praedicantibus. Si igitur spiritus iubebat, quare contradicebant: quia nesciebant ea quae uidebantur spiritui. Et aliter: Neque admonitionem per spiritum faciebant. Non enim simpliciter illi grauiam praedicantibus, sed quia ascendere non oportebat, parentes ei. Postquam autem perfecti sunt dies, hoc est impleti. Dies autem dicit constitutos. Deducuntibus nos omnibus cum mulieribus ac liberis. Vide quanta consolatio erat. Et iterum orantes diuelluntur. Etiam in Ptolemaide unum diem manent, in Casarea uero plures. Et quando audiit, quod innumera grauiam debuit pati, tunc festinat, non in periculum

culum seipsum coniciens, sed indicans esse praecipuum spiritus. *Post dies autem hos, subleuatis sarcinis conscendebamus Hierusalem, hoc est, acceptis iis quae ad iter necessarias. Uenerunt autem una quidam ex discipulis a Casarea nobiscum, adducunt cum quo hospitaremur, Mnasonem quendam Cyprium antiquum discipulum. Et cum uenisset in Hierusalem, libenter exceperunt nos fratres.* Et uide, non dixit Agabus quod Paulum ligaturi sint, ne uideatur ex pacto dicere, sed uirum cuius est zona ista. Igitur & zonam habuit. Quoniam non poterant persuadere, idcirco flebant, & postea tacuerunt. Vides philosophiam: uides amoris uehementiam: Tacuimus, inquit, dicentes: Fiat uoluntas domini. *Ducetes, inquit, apud quem hospitaremur.* Igitur non in ecclesia. Nam tunc quidem quando pro dogmatibus ascenderunt, in ecclesia manserunt: nunc autem, apud discipulum quendam antiquum. Ostendit iam fuisse longum praedicationis tempus. Vnde mihi uidetur ille in actis multos annos succidere, tantum quae uirgebant, dicens. Quid est, uoluntas domini fiat? Dominus, inquit, quod placitum est in conspectu suo faciat. Tacet autem illi, & non cogit, fortasse conscius quod esset uoluntas domini, ex alacritate Pauli hoc coniectantes: nam Paulus alioqui ad pericula non tam alacer fuisset, neque deus permisisset, qui semper in periculis illum eripuit. Ita non uolunt grauari ecclesiam, cum esset alius qui hospitio susciperet, neque auctoritatem exigebant. Libet nos, inquit, susceperunt fratres. Res enim pacificae erant apud Iudeos, & non ut prius bellum erat. Ducetes, inquit, apud quem hospitaremur. Paulum hospitio suscepit ille, forsan quis uestrum dicit: Si quis & mihi Paulum daret hospitium, susciperem prompte magnaue, cum alacritate. Ecce Pauli dominum licet tibi hospitio suscipere, & non vis. Nam qui suscipit unum ex minimis, me suscipit. Quanto minor fuerit frater qui suscipitur, hoc maior Christus per illum aduenit. Qui enim magnum suscipit, non raro uanae gloriae se obnoxium facit: qui autem paruum, is illum pure propter Christum. Licet tibi etiam patrem Christi hospitio excipere, & non vis. Peregrinus enim erant, inquit, & collegistis me. Et iterum: In quantum unum minimorum fecistis, mihi fecistis. licet non sit Paulus, fidelis tamen est ac frater, tamen minimus, Christus per illum aduenit. Aperi domum, recipe. Qui recipit prophetam, inquit, mercedem prophetae recipiet. Igitur qui & Christum suscipit, recipiet mercedem eius qui Christum suscipit. Ne discredas uerbis illius, sed esto fidelis. Ipse dixit, per illos, assum. Et ne incredulus sis, etiam poenas decernit his qui non suscipiunt, & honores his qui suscipiunt: quod nequaquam fecisset, nisi aut honore, aut contumelia affectus ipse esset. Suscepisti me, inquit, in tuum diuersorium, accipiam te in regnum patris mei. Famem meam soluisti, soluam tibi peccata. Vidisti me ligatum, uideri te faciam solutum. Vidisti me peregrinum, faciam te ciuem caelorum. Dediti mihi panem, do tibi regnum integrum, ita ut haeres sis ac possideas. Venite enim, inquit, in hereditatem, possidete paratum uobis regnum. Non dixit, accipite: sed, in hereditatem possidete, id quod in his qui proprie possederunt dicitur, sicut quando dicimus, hoc in hereditatem possedi. Misericordiam fecisti in me in occulto, ego praedicabo in manifesto. Et alia quidem tua dico, quod gratiae sint: mea autem, quod debiti: nam quoniam tu, inquit, coepisti, ego sequar, non erubescam confiteri beneficia in me collocata, neque a quibus me liberauisti, fame, & nuditate, & errore. Vidisti me ligatum, non uidebis ignem gehennae, non uidebis tormentorum loca neque

poenas. O manus reuera benedicta, quae talibus ministris seruiunt, quae dignantur ministrare Christo. Pedes in carceres euntes propter Christum, facile continent ignem. Non sentiunt uincula manus, quae ligatum illum uiderunt. Induisti uelamentum, & indueris ueste salutaris. Fuisti in carcere cum illo, & eris in regno cum illo. Haec confiteris, non erubescens, sed uidentem quod inuisti, nesciebat angelos hospitio excipiens patriarcha, & hospitio excepit. Erubescamus obsecro, in meridie sedebat, existens in terra aliena in qua neque uestigium pedis habebat. Peregrinus erat, & peregrinos hospitio excipit peregrinus, cuius enim erat caelorum. Idcirco neque cum super terram esset, peregrinus erat: nos magis quam ille peregrini sumus, qui non suscipimus peregrinos: Non habebat domum, & diuersorium erat ei tabernaculum, & uide liberalitatem, uitulum mastrauit, & fermentauit farinam. Audi & alacritatem, per seipsum & uxorem hoc facit. Considera etiam quod alienus est a fastu, adorat & obsecrat. Omnia illa habere oportet hospitio excipientem, alacritatem, festiuitatem, liberalitatem. Hospitis anima erubescit & confunditur, si non cum excellentia declaratur gaudium, abalienatur, & mox deterius fuerit quam non esse susceptam, sic esse susceptam. Idcirco adorat, idcirco sermone suscipit, idcirco & cathedram ponit. Quis enim dubitabit, sciens quod hoc opus ei sit? An non in terra aliena sumus nos? sed si uoluerimus, poterimus illum imitari. Quot hospites sunt fratrum? Est domicilium commune ecclesiae, quam hospitalis uocamus. Curiosius inquirite etiam uos, considerate ad fores, uenientes suscipite, & si non in domus uestras uolueritis, sed aliter ea quae uisibus seruiunt. Quid enim ecclesia non habet, inquit: habet, sed quid hoc ad uos? Num a communibus ecclesiae pecuniis pasci, hoc uobis prodesse poterit? nunquid si alius precetur, tu non debes precari? Quare non dicis: Ego quid precor? Sed ego, inquit, do ei qui non potest uenire illuc, da etiam illi. Quod enim quarimus, hoc est omnino dari. Audi quid inquit Paulus, ut uiduis quae reuera uiduae sunt sufficiat, & ne grauetur ecclesia. Ut uis, fac, solum fac. Ego autem non dico, ne grauetur ecclesia, sed ut tu non graueris. Ratione enim hac nihil operaris, omnia permitte ei, propter hoc commune domicilium ab ecclesia segregatum, ne haec dicas. Sed habet sumptus ecclesiae, inquit, opes, habet & reditus. Dic oro, sumptus non habet, reditus quotidianos non habet? Quid igitur, cum non adiuueris minimo? Confundor quid haec dicens, sed non cogo. Si quis putat lucrum esse quae dicitur, faciat sibi ipsi xenodochium in domo, statuat illic lectulum, statuat illic mensam ac lucernam. Quo modo enim non absurdum, si quidem milites uenerint, ut habeant uobiscum ordinata domicilia, & multam faciant curam, & omnia suppeditentur eis, quoniam uiuat uos in hoc sensibili bello, hospites autem non habent, ubi maneant? Vince ecclesiam. Uis nos rubore perfundi? hoc fac, sis excellentior liberalitate, habe domum in quam uenit Christus. Dic: Haec cellula Christi est, domus ista ei segregata est, licet profundum sit ac vile, non despiciet. Nudus & peregrinus Christus obambulat solum tecto egens, & iam hoc suppedita ne crudelis sis ac inhumanus, neque in rebus secularibus ita uehemens sis, & in spiritualibus frigidus. Sit etiam inter ministros fidelior, cui hoc concreditum, carcos, pauperes, & sine tecto introducat. Haec dico ad confusionem, nam oportebat quidem sursum in domo illos recipi. Si autem non vis, licet infra etiam ubi muli, etiam ubi ministri, accipe Christum.

Ezech. 12.

Sup. 20. e

2. Cor. 11. b

Matt. 18. a

Ibid. 25. d
Ibidem.

Ibid. 30. d

Matt. 25. c

Gene. 18. a

1. Tim. 5. a

stum. Fortassis horretis audientes. Quid igitur, quando neq; hæc facitis? Ecce adhortor, ecce dico, Sit vobis hoc summo studio. An nõ vultis sic? Igitur aliter facite. Sũt multi pauperes & multæ, segregate omnino, vt ibi maneat aliquis. Sit, licet, custos domus pauper. Sit tibi murulus & sepicula, scutum ac lancea, vbi eleemosyna, nõ audet accedere diabolus, neque aliud quiddam graue. Oro ne despiciamus tantum lucrum. Nũc autem vehiculo quidẽ locus est segregatus & curribus, Christo autem erranti nullus Abrahamã vbi ipse manebat, ibi & hospites suscipiebat, & vxor vt ancilla stabat, illi autem vt domini erant. Nesciebat quod Christũ suscipiebat, nesciebat quod angelos: quod siquidem sciuisset, erogasset omnia. Nos autem quãuis scientes quod Christum suscipimus, haud tantum declaramus studium, quãtum ille putans homines suscipi. At impostores multi sunt, inquit, & ingrati. Et huius tibi maior erit merces, quando propter nomen Christi suscipis. Nam siquidem scires esse imposturas, non acciperes in domum. Si autem nescis, cuius simpliciter accusas. Propter hoc dico eant in xenodochium. Quæ autem defensio, si neque hos quos scimus suscipimus, sed occludimus omnibus fores? Sit Christi generale receptaculũ domus nostra, exigamus ab illis mercedem, non argentum, sed vt faciant nobis receptaculum Christi domum: circuncurfemus, vndiq; trahamus, rapiamus feram, maiora beneficia accepim⁹, quãdam damus. Non iubeo mactare vitulum, panem da esurienti. Vt autem ne hæc prætexas, sit domicilium cõmune, ecclesia, illuc mittito, & tu suscipies. Quia etiam ille qui per ministros misit, habuit mercedem. Ita erant etiam eruditi Abraham, currebant, & non murmurabãt, sicut nostri. Honestos enim ac pios illos cum fecisset, ad bellum sumpsit, & non murmurarũt, adeo bene instituti erãt: Omnium enim similiter curam gerebat, sicut sui ipsius. Tantum nõ enim sicut Iob dicebat, Similiter formati sumus in eodem ventre. Igitur & nos curemus nostram salutem, & magnam faciamus ministrorũ curam, vt sint boni, & sit etiam minister vester edoctus ea quæ sunt dei. Non erit posthac nobis virtus mercedis, si illos composuerimus, sicut in bello: cum milites sunt bene ordinati, dux facile pugnat. Contra autem fit, quando hoc non erit. Nautis enim simul idem volentibus, gubernator facile gubernaculum manu regit: ita & hic, si sic fuerint eruditi ministri, non exacerbaberis facile, non obiurgabis, non irasceris, non conuicia proferes, & fieri potest, vt ministros reueraris, si sint admirabiles, & simul adiuuabunt te, & laudabunt iucunde. Ab his omnibus omnia erunt quæ deo placent: & sic omnis domus benedictione implebitur, & ea quæ deo probantur facientes, magno superno præsidio adiuuabimur: quod contingat omnibus nobis assequi, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul ac sancto spiritui sit gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Sequenti autem die ingrediebatur Paulus nobiscum ad Iacobum, & omnes presbyteri aderant, quibus salutatis narrabat per singula, quæ deus fecisset inter gentes per ministeriũ suum.

Homilia xlvi.

Ic frater erat domini, & episcopus Hierosolymitanorum hoc tempus, vir magnus & mirabilis, ad hunc ingreditur Paulus, sicut & ante etiam ad illum mittebatur. Et quo modo, audis: Sequenti autem die, inquit, ingrediebatur Paulus nobiscum ad Iacobum. Vide quã alienus est à fastu: om-

nesque presbyteri aderãt, quibus salutatis, narrabat per singula quæ fecisset deus in gentibus per ministerium illius. Iterum illis quæ apud gentes acta sunt, narrat: non vanæ gloriæ studio, absit, sed dei volẽs misericordiam declarare, & multo illos implere gaudio. Vide igitur quo modo audientes etiam glorificarint deũ, non Paulum extulerunt, neque admirati sunt, sed deum glorificauerunt. Sic enim narravit, vt pote deo acceptum ferens.

At illi cum audissent, glorificabant eum, dixeruntque ei, Vides frater quot sunt milia Iudæorum qui crediderunt, & hi omnes zelote sunt legis. Edocti sunt de te, quod defectionem doceas à Mose, omnes qui inter gentes sunt Iudæos, dicens non debere eos circuncidere filios, neque his ritibus incedere. Vides & illi cum quãta submissione loquuntur: non quia episcopus cũ magna auctoritate loquitur, sed illum in consilijs sociũ assumunt, quasi statim & ab initio rationẽ reddentes: Te reuertente nõ vellemus, sed vides negocij necessitatem? Vides, inquit, quot sunt milia Iudæorum qui crediderunt: Et nõ dixerũt, Quot milia à nobis edocta sunt. Nec dicit, Audiuim⁹ esse: sed, sunt. Et hi omnes, inquit, zelote sunt legis, hoc est, studiosi sectatores. Duæ causæ sunt: Et multitudo, & propositum. Neque enim si pauci fuissent, contemnendi erant: neque si multi, & non omnes legẽ amplexi essent, multitudo erat curanda valde. Accedit & tertia causa: Edocti sunt, inquit, de te, quod defectionẽ doceas à Mose, omnes qui inter gentes sunt Iudæos, dicens, non debere eos circuncidere filios, neque his ritibus incedere. Non dixit, Audierunt: sed ῥοταχῆν ἠνῆγον, hoc est, edocti sunt: & crediderunt, quod defectionẽ à Mose doceas, dicens, non debere eos circuncidere filios, neque his ritibus incedere. Postquam hæc dixit, subdidit, Quid igitur est? Omnino congreganda est multitudo: audient enim quod venisti: hoc igitur fac, quod tibi dicimus.

Quasi simul consulentes hæc dicunt, non quasi imperantes. *Sunt nobis viri quatuor votum habentes super se, his assumptis purifica te cum illis, & impende super illis vt radantur caput, & sciant omnes quod quæ edocti sunt de te, nihil sunt: sed ambulas & ipse custodiens legem.* Consulunt vt re ipsa & opere non sermone defensionem afferat. Vt radantur, inquit, caput, & sciat omnes, quod quæ de te edocti sunt, nihil sint. Non dixerunt, quod doces: sed iterum ῥοταχῆν ἠνῆγον, id est, edocti sunt: per hoc manifestans, & quod incedis, hoc est ex abundantia etiam ipse custodis. Nõ enim hoc solum fuerit, quod queritur, si non alios doceat, sed etiam an ipse seruet. Quid igitur: gentes si cognouerint, nunquid offenduntur: sed quo modo, vbi & nos qui Iudæorum doctores misimus ad illos. *De his autem qui crediderunt ex gentibus, nos scripsimus, decernentes, ne quid huiusmodi obseruent illi, nisi vt caueãt ipsi ab his quæ sunt imolata simulacris, & à sanguine, & à suffocato, & stupro.* Hic reuerenter loquitur. Vult autẽ sic dicere, Quemadmodum nos illis imperabamus, tametsi Iudæis prædicantes, ita tu quãuis gentibus prædicans cooperare nobiscum. Vide Paulum: Nõ dicit, Possum vtique & Timotheum adducere quem circuncidi, & possum hoc persuadere sermonibus, sed obtemperauit eis, & omnia fecit. Sic enim conducibile erat. Non enim idem erat rationem verbis reddere, & nullo cõscio hæc facere. Suspicio carebat etiam impedi. *Tunc Paulus assumptis viris, & sequenti die cum illis purificatus, ingrediebatur in templum, denuncians expletionẽ dierum purificationis, donec offerretur pro quoque eorũ oblatio.* Διὰ ἑπτῆς ἡμερῶν, hoc est, denunciãs, & ita ipse seipsum manifestũ facit. *Dom autẽ septẽ dies iam essent implendi.* Vide quo modo potissimũ in illis moratur.

Hi qui ab Asia erãt Iudæi, cũ vidissent eum in templo, cõmurbauerunt eum.

Hi qui ab Asia erãt Iudæi, cũ vidissent eum in templo, cõmurbauerunt eum.

torum populum, & iniecerunt in illum manus, clamantes. Viri Israelitæ succurrite. Hic est ille homo qui aduersus populum & legem, & locum hũc, omnes vbique docet. Insuper Græcos induxit in templum, & profanauit sanctum locum hunc. Vide mores illorum vbique turbulentos, etiam in medio temerẽ clamantes.

Erant enim qui viderant Trophimum Ephesium in ciuitate cũ illo, quem existimauerunt quod in templum introduxisset Paulus: Commotãq; est ciuitas tota, & factus est concursus populi. Et apprehensum Paulum extraxerunt ex templo, & statim clausa sunt fores. Viri Israelitæ succurrite, inquit, hic est homo, qui contra populum & legem & locum hunc. Ea proferunt illi, quæ maximẽ eos turbabant, nempe legem & templum. Paulus autem quãuis tanta passus, non reprehendit eos, quod ipsi essent horum causa: Adẽd erat magnanimus. Traxerunt illum, inquit, extra templum, & statim clausa sunt fores. Volebant enim illum occidere, & propterea extrahebant, quod cum maiore audacia hac faciant. *Querentibus autem illis occidere eum, ascendit rumor ad tribunalum cohortis, quod tota Hierusalem conturbata esset, qui ex illa assumptis militibus ac centurionibus decucurrerunt ad illos. At illi quum vidissent tribunal ac milites, cessauerunt percutere Paulum. Tunc accedens tribunus apprehendit eum, & iussit ligari duabus catenis, & interrogabat, quis nam esset, & quid fecisset. Alij autem alia clamabant in turba. Et quare interrogaturus illum iussit catenis ligari: Volebat populi furorem mitigare.*

Et quum non posset certum cognoscere præ tumultu, iussit duci eum in castra. Et quum venisset ad gradus, contigit vt portaretur à militibus, propter violentiam turba. Sequebatur enim multitudo populi, clamans, Tolle eum. Quid est, Tolle illum? Mos erat Iudæis contra condemnatos sic loqui, ac dicere, Tolle illum: hoc est, ne finas illum videri vltra inter homines: sicut de Christo dicebant. Sunt quidam qui volunt, Tolle illum, idem esse cum eo, quod nos iuxta Romanam consuetudinem, Immitte illum in signa.

At Paulus in castra inducendus dicit tribuno, Num licet mihi dicere ad te? Quum gestaretur in gradibus, petit quiddam loqui tribuno, & vide quã mansuetẽ. Num licet mihi loqui ad te inquit. At ille dicit, Nostri Græce? Nõne tu es ille Aegyptius, qui ante hos dies concitasti seditionem, & eduxisti in solitudinem quatuor milia sicariorum? Hic Aegyptius vir quidam erat qui nuper prodierat, & seditiosus. Sane ad hoc rationem reddit Paulus, tollitq; dictis suis suspicionem eius. Sed videamus iterum quæ lecta sunt:

Sunt nobis viri, inquit, quatuor, votum habentes super se, his assumptis purifica te cum eis. Hic Paulus non obnititur, sed obtemperat: vnde manifestum, quod non necessariõ hoc erat faciendum, ideo & persuadent ei, sed quia per dispensationem & attemperacionem morum, non fuit ad remoramentum prædicationis, vbi scilicet etiam ipsi, eiusmodi legem illis tulerant. Hoc igitur cum dispensatione quadam etiam ipse Petro obiicit. Nam quod hic ipse facit, hoc illic Petrus, tacens & statuens suum dogma. Et non dixerunt, quod non oporteat eos qui inter gentes docere: neque sufficiat quod non prædicetur illic, sed etiam aliquid amplius quod faciendum, vt credant illi, quod serues legem. Res ad morum attemperantiam geritur, ne terrearis. Vide, non prius persuadent illi, donec dispensatio primũ dicatur & lucrum. Et quia in Hierusalem hoc faciendum, tolerabile. Fac igitur hoc hic, vt illud extra ciuitatem tibi facere liceat. Tunc Paulus assumptis viris, inquit, sequenti die. Non distulit, sed opere monstrans, se persuasum, assumit eos cum quibus erat purificandus. Itaque res hæc magni feruoris erat. Et quo modo, inquit, Iudæi qui in Asia viderunt illum in templo. Verisimile est quod illi

aliquot diebus ibi versati fuerint. Vide item, quo modo hoc singulari ratione contigit. Nam postquã Iudæis persuasit, tunc aggrediuntur. Merito, ne & illi simul aggrediãtur. Adiuuate, inquit, viri Israelitæ. Quasi incidisset in manus ipsorum incomprehensibilis, & quem venatione sua assequi nõ possent, clamant: Succurrite. Hic omnes vbique docet, Non hic solum, inquit, sed vbique. Subditur etiam maior accusatio à presentibus. Ad hæc etiam, inquit, profanauit templum, inductis viris Græcis. Quin & vbi de Christo agitur, legitur ascendisse adoraturi. Sed hi dicunt, eos qui nolabant adorare. Et apprehensum Paulum traxerunt foris. Iam enim neque leges, neque tribunalia verebantur. Ita per omnia apparent illi audaces, & impudentes. Ille autem tunc quidem non reddidit rationem, postea verõ. Merito: Tunc enim non audissent eum. Timebant ne effugeret. At vide quanta cum submissione tribuno loquitur Paulus. Quid enim dicit? Num licet mihi loqui aliquid ad te? Adẽd humilis erat, vt vbique modeste agere sciret. Nõne tu es Aegyptius ille? Vide malignitatem diaboli. Impostor erat, & magus ille Aegyptius, & attentabat per hoc ad umbrare, & suorum criminum socios facere Christum & apostolum, sed non potuit. Attamen adhuc fulgidior facta est veritas, nihil à diaboli machinationibus offensa: sed magis illustrata. Nam siquidem non fuissent malefici, deinde hi vicissent, forsã suspicio fuisset. Quando autem & illi apparuerunt, & hi vincunt, mirum res est mirabilis. Idcirco & manifestari nõ prohibentur, vt & sic magis fulgeant. Tale quiddam etiam erat quod Gamaliel dicebat. Ante hos dies surrexit Theudas. Hos verõ sicarios, vocant quosdam à gladiis recõditis quos gestant: Sica enim id genus gladiorũ à Romanis dicuntur. Alij putant esse vnã ex sectis Hebræorum. Tres enim sectæ illis erant, Pharisæi, Sadducæi, & Eisei, qui etiam Osij, id est, sancti dicuntur. Hoc enim vult nomen Essenorum à vitæ honestate. Illi ipsi & sicarij dicti, eo quod essent zelotæ. Ne igitur doleamus quod sectæ sint, & pseudochristi, etiam Christo infidari voluerunt ante hoc, & post hoc, vt veritatem adumbrent, sed illa magis fulget, manifestaque est vbique. Hoc & sub prophetis fuit, fuerunt pseudo propheta, & ex comparatione magis claruerunt. Etenim morbus sanitatem manifestam facit, & tenebræ lucem, & tempestas tranquillitatem. Non possunt dicere Græci, quod propheta & apostoli impostores ac magi fuerint. Illi enim redarguti sunt. Hoc & Mose accidit. Permisit deus aliquid Magis, ne magus putaretur esse Moses: permisit illos docere omnes, quantum magica imponit sensibus: vltra autem non deceperunt, sed ipsi se victos confessi sunt. Nihil nobis nocent impostores, sed meliores potius reddunt, si quis rectẽ consideret. Quid igitur, quando eandem cum nobis habent gloriam? Non apud nos, sed apud eos qui iudicium non habent. Nobis ne curæ sit quid multi sentiant, neque vltra quã oportet de gloria solliciti sumus. Deo viuimus non hominibus. In cælo ciues sumus non super terram. Illic præmia & brabia nostrorum laborum iacent, illinc expectamus laudes, illinc coronas, eatenus curemus homines, ne eis offendiculo, & damno simus. Si autem nos illis offendiculum non damus, & illi voluerint simpliciter, & absque causa nos vituperare, rideamus, ploremus. Tu prouide bona coram deo & hominibus. Si te prouidente bona, ille incessat, ne sis adhuc sollicitus. Habes exempla in scripturis. Nunquid enim

2. Cor. 5. b
Mat. 15. b
Luc. 6. d
Mat. 5. b
Ibid. 18. a
Rom. 12. d
1. Cor. 8. d

enim in hominibus suadeo, an deo, inquit? Et iterum: A
Hominibus suademus, deo autem manifesti sumus. Et
Christus sic in his qui offendebantur, dicebat: Sine illos,
duces sunt cæci cæcorum. Et iterum, Væ vobis, quando
bene de vobis dixerint omnes homines. Et iterum, Lu-
ceant opera vestra, vt videant homines, & glorificent
patrem vestrum, qui in cælis est. Quod autē alicubi di-
cit, qui scandalizarit vnum ex pusillis istis, conducit il-
li, vt suspēdatur mola asinaria in collo eius, & merga-
tur in profundum maris, ne mireris. Nō sunt enim hæc
contraria, sed potius valde consonant: nam quando
quidem apud nos sit, Væ vobis: quando autē non apud
nos, nō item. Et iterum: Væ vobis propter quos nomen
dei blasphematur. Quid igitur, si ego quidē facio quod
deceat, & alius blasphemat? Nihil ad te, sed ad illum.
Nam propter illum blasphematur. Et quo modo possi-
bile est aliquem facere quod oportet, & esse aliis dam-
nosum? Vnde vultis à præsentibus vel à præteritis vo-
bis exemplo afferam: ne ostentatores simus, vultis vt id
quod nunc in manibus est, dicamus: Iudaizat Paulus in
Hierusalem, & non in Antiochia. Iudaizat & offen-
debantur: sed non iustē offendebantur illi. Dicitur sa-
lutasse Neronis pocillatorem, & concubinam. Quanta
putatis contra illum propter hoc dicta esse, sed non ius-
tē: Nam si quidem ob lasciuam salutasset, vel ob ma-
la opera. Meritō. Si autem ob vitam rectam, quare?
Dicam aliquid, quod vni familiarium meorum ac-
cidit. Irato aliquando deo, quum ille admodum iuue-
nis esset, & in diaconorū ordine ministraret, abessetq;
per illud tempus episcopus, & nullus presbyterorū cu-
ram haberet, sed simpliciter faciebant simul multa mi-
lia in vna nocte baptizari, & simpliciter baptizabatur
omnes nihil scientes. Quod vt ille intellexit, priuatim
simul centum ac ducentos docebat: nihil autem, quàm
quod ad sacramenta attinebat, ne sic migrarent non
initiati. Hoc pleriq; putabant illum ex ambitione fecis-
se, verum ille non attendebat sic censentes. Cæterum
nō vltra huic rei inuigilabat, sed statim cessabat. Quid
igitur? Nunquid ille author offendiculi? minimē mea
sententia. Nam siquidem nulla causa fuisset, meritō il-
lum reprehendissent: etiam si iterum produxisset. Con-
temnendum est propter aliorum offendiculum, si pro-
hibeatur quod deus approbat. Tunc autem curandum,
quando non cogimur propter illum offendere deum:
alioqui dic mihi, si interim quod nos differimus & e-
brios taxamus, offendatur quis, desinam ne ego loqui?
Audi Christum dicentem, Num & vos vultis abire: sic,
neque contemnere, neque valde curare oportet, multo-
rum infirmitatem. An nō videmus etiam medicos hoc
facere, & quando quidem conceditur gratificari labo-
rantibus, quando autem quod sit in gratiam illorum
damnum operatur, non iam parcendum: Vbiq; pul-
chrum est modum obseruare. Multi blasphemarant ob
doctrinam, puellam quandam formosam quæ virgo
manserat, scommatis incessabant illam & instituentes
eam. Quid igitur, num propter hoc illi recedere debe-
bant? Minimē. Nihil enim operabantur cōtrarium, sed
rem valde gratā deo. Ne igitur videamus, num offen-
dantur quidam, sed si iustē & non cum nostro damno.
Si cibus, inquit, offendit fratrem meum, in aternū non
comedam carnem. Meritō. Nihil enim nocet non co-
medisse. Si quidem offendit illum quod renūciare vo-
lo, non iam curandum. Et quem, inquit, hoc offendit?
Multos equidem scio. Quando res indifferens fuerit,
prohibitio fiat: alioqui si ad vnum hoc attendere volu-

mus, à multis abstinere oportet. Itaque sicut è diuerso, si
contempturi sumus, multos perdemus, quoniā & Pau-
lus præcauit offendiculum. Et quo modo: audi, Ne abū-
dātia hac qua ministratur à nobis. Nihil enim nocēbat
suspicionē tollere, quādo autem in talem incidimus
necessitatem, ita vt magna fiant mala propter alterius
offendiculum, ille quidē sibi ipsi author, nos autem iam
non sumus rei. Nō potuit sine dāno illi parci. Multi of-
fensi sunt, quod in templo cubabant fideles quidā, quo-
niam nō oportebat ibi cubare: sed malē. Nullum enim
inde damnū. Offendebantur, quod comedebat cū gen-
tibus Petrus: sed ille quidē parcebat: hic autē non item.
Vbiq; sequi nos decet legem dei, magnumq; studium
adhibere, vt nullam occasionē præbeamus offendiculi,
vt & ipsi nō simus rei, & à deo misericordiam assequa-
mur, gratia & misericordia vnigeniti illius, cui cū pa-
tre simul ac sancto spiritu, gloria, imperium, & honor,
nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Dixit autem Paulus, ego sum homo quidem Iudæus, Tarsoensis
Cilicia non obscuræ ciuitatis cuius. Rogo autem te, Permite
mibi loqui ad populum. Et quum ille permisisset, Paulus stans
in gradibus, annuit manu ad plebem, & magno silentio sa-
cto, adloquutus est lingua Hebræa, dicens.
Homilia xlvij.

Vide illum, quando cum exteris loquitur, non
detrectat, etiam legalibus vti adiumentis, ita
memor ciuitatis suæ illum nunc à temeritate
auocat: sicut etiam antea dicebat, verberatos
non publicè, indieta causa, homines Romani quum si-
mus, coniecerunt in custodiam. Quoniam enim inter-
rogabatur, Tu es homo Aegyptius: Ego sum, inquit, ho-
mo Iudæus. Vt sic dixit, statim illum à sua abduxit sus-
picionē. Et deinde ne putetur ex gente Iudæus, dicit re-
ligionem. Etenim & alibi dicit, se seruum, & sub lege
Christi. Quid hoc est? Paulus mētitur? Absit. Quid igitur?
Non negauit? Absit, Iudæus enim erat & Christianus,
quæcunque oportebat persequens. Quoniam & le-
ge maximē omnium ipse persequēbatur Christo cre-
dens. Et cum Petro differens, inquit, Nos natura Iudæi.
Oro autem te, permittite mibi loqui ad populum. Etiam
hoc indicium est quod non mentitur, siquidem omnes
adducebat testes. Et considera illum cum magna man-
suetudine differentem. Et hoc erat maximum argumē-
tū, quod nulli crimini erat obnoxius, quod sic paratus
erat ad dandā rationem, volebatq; sibi ad responden-
dum Iudæis. Vide instructum virum, vide dispensatio-
nem, nisi tribunus venisset, nisi ligatus fuisset, nō rogaf-
set concedi sibi sermonem ad defensionē, non tantum
obtinisset silentium. Permittente autē illo, Paulus sta-
bat in gradibus, & à loco editiore loquendi facilitas
magna erat ligato. Quid huic spectaculo par videre
Paulum duabus catenis ligatū concionantē? Quo mo-
do nō turbatus est: quo modo non cōfusus est, tantum
populum exasperatum videns astāte præfide? Primum
sistit furorē illorū, deinde narrat. Et vide quā prou-
dēt, id quod in epistola ad Hebræos fecit. hoc & hic,
primum cognitione vocis illos allicit, mox & māsue-
tudine. Proinde & hoc manifestās dicit, Adloquitur est,
inquit, Hebraica lingua, dicens: Viri fratres ac patres, audite
meam ad vos excusationem. Vide etiā ab adulatione liberū
sermonem, iusticiamq; habentem. Non enim dixit do-
mini, neq; heri, sed fratres, quod maximē amabāt, quasi
diceret: Non sum alienus ego à vobis, nec contra vos
Viri fratres ac patres, inquit. Hoc honoris illud ger-
manitatis

manitatis est. Audite meam quā nunc ad vos habeo
excusationem: non dixit doctrinam, neque cōcionem;
sed defensionem, sitq; vt humiliter orans. Quum au-
tem audirent quod Hebræico idiomate alloqueretur eos, magis atten-
ti fuerunt. Vides vt capit illos, vocis patriæ agnitio. Ha-
bebant enim reuerentiam quandam linguæ illi. Vide
autem quo modo etiam viam parer sermōni sic inci-
piens & dicens: Ego quidem sum vir Iudæus, natus in Tarso
Cilicia, educatus in ciuitate ista ad pedes Gamalielis, eruditus autem
accuratē in patria lege, sectator existens dei, sicut omnes vos estis huius
die. Ego quidem sum, inquit, vir Iudæus, quod maxi-
mē omnium auditu illis gratum, Natus in Tarso Cili-
cia: ne putent ob gentem aliam religionem, addidit,
educatus autem in ciuitate hac ad pedes Gamalielis: o-
stendit sibi ingens erga religionem fuisse studiū, quan-
do quidem tam clara patria, quæq; tantum distat reli-
cta, amore legis ibi voluit educari. Vide quo modo ite-
rum in honore habet legem. Hæc autem ad illos loqui-
tur, non solum vt se defendat, verum etiam vt osten-
dat se non humano more, sed diuina virtute ad prædi-
cationem adductum. Non enim sic eruditus statim fa-
ctus esset, nisi fuisset eximius quidam, verisimile erat
hoc suspicari. Quia autem doctissimus erat in lege, mi-
nimē verisimile, nisi maxima necessitate illum muta-
tum fuisse. Dixit quis, nihil ad rem facit, quod ibi edu-
catus est: quid enim si ob negociationem vel ob aliam
causam quandam ibi versatus esset? vt igitur ne tale
quid putetur, addidit, apud pedes Gamalielis. Et non
simpliciter dixit, ad Gamalielē, sed apud pedes, con-
stantiam, sedulitatem, studium in audiēdo, & reueren-
tiam erga virum monstrans. Eruditus accuratē in pa-
tria lege: non simpliciter lege, sed patria lege apponit,
ostendens se olim talem fuisse, & non vulgariter sciue-
rat legem. Hæc quidem videntur pro illis dici, sed con-
tra illos erant, quando quidem & sciens illam reliquit.
Quid igitur, si exactē quidem scieris legem, non ames
tamen illam? zelotes, inquit, existens dei: hoc est, non
simpliciter sciens, sed etiam valde amulans pro illa.
Postea quum magnas suas laudes prædicasset, commu-
nes laudes facit, dicens, Sicut vos omnes estis hodie.
Ostendit enim illos facere non hominum respectu, sed
diuino zelo. Hoc autem dicit, gratificās illis, & præoc-
cupans illorum mentem, & detinens in his, in quibus
damnum non erat. Postea etiam coniecturas apponit.

Qui hanc viam persequutus sum usque ad mortem, alligās ac tra-
dens in carceres viros ac mulieres, sicut & princeps sacerdotum testa-
tur mihi, & totus presbyterorum ordo. Vt nullus dicat, & vnde
hoc manifestum, testes adducit principem sacerdotum
& presbyteros. Et dicit quidem mulcens, zelotes
existens sicut vos, hoc est, æqualis vobis. Ostendit au-
tem per opera quod illos excelluerit. Non enim profe-
ctō expectabam donec mihi iniungeretur, sed ipse sa-
cerdotes excitabam, & peregrinationem suscepi. Et nō
solum viros capiebam, sicut vos, sed etiam mulieres, &
alligans omnes & in carceres coniiciens. Indubitatum
hoc est testimonium, & irrefutabile à Iudæis. Vide quot
testes adducit, presbyteros principem sacerdotum, eos
qui in ciuitate. Vide autem illius etiam defensionem,
non esse à formidine, sed à doctrina magis & eruditione.
Nisi enim lapides fuissent auditores, auscultassent
his dictis, nam vsque huc illos habuit testes, reliqua au-
tem testimonio carentia. A quibus etiam epistolis ad fra-
tres acceptis Damascum pergebam adducturus & illinc qui ibi e-
rant vinclos in Hierusalem, vt punirentur. Factum est autem mihi
iter facienti & appropinquanti Damasco circiter meridiem, vt subitō
Tomus tertius.

A de celo circumfulguraret me lux multa, cecidiq; in solum, & audiui
vocem dicentem mihi, Saul, Saul, quid me persequeris? Ego autem re-
spondi, Quis es domine? Dixitque ad me, Ego sum Iesus ille Nazare-
nus, quem tu persequeris. Igitur maximē & hæc digna fi-
de esse oportebat ex his quæ præcesserant. Quid igitur,
si glorianter loquitur? Minimē. Dic oro, quare se
tam repentē in tantum zelum iniecesset: honorem ex-
pectans? Certē contraria acciderunt. Num spectabat
voluptatem? neque hanc obtinisset. Sed quid aliud,
nihil inuenire valet ratio. Hæc igitur quum reliquerit,
apparet quid sectatus sit. Mibi iter facienti, inquit, Da-
mascum circiter meridiem, repentē ex celo circumful-
gurauit me lux multa, cecidiq; in solum. Vide quanta
excellencia luminis: & quod non arrogans loquor, tes-
tes sunt qui mecum fuerunt, qui manu duxerunt, qui
lucem viderunt: qui autem simul mecum lucem qui-
dem viderunt, & exterriti sunt, vocem autem non au-
dierunt loquentis mihi. Nihil mireris, si hic quidem sic
dicit, alibi autem, Steterunt, vocem quidem audientes,
nullum autem videntes. Non sunt hæc contraria. Voces
enim duæ erant, vna Pauli, altera domini. Vocem
igitur illic Pauli dicit: hic verō etiam addidit, dicens,
Vocem non audierunt loquentis mihi. Igitur dum di-
cit, nullum videntes, significat non videre, sed audire.
Non enim dicit, vocem non videbant: sed, nullum vi-
dentes steterunt: hoc est, loquentem. Meritō autem hoc
factum est. Illum enim oportebat vocem illam obtine-
re. Si enim audissent etiam illi, non tantum fuisset mi-
raculum: quoniam igitur crassiores visione magis per-
suadentur, propter hoc lucem illi viderunt solum, id
quod satis erat ad persuadendum illis, vnde etiam exterriti
sunt. Et aliter: Nō est tantum operata lux erga illos,
quantum erga hunc. Etenim excæcauit illius oculos.
C Quo euentu, illi si voluissent, illustrari poterant. Itaque
mihi videtur, etiam singulari ordinatione illos nō cre-
dere, & ita esse testes fide dignos. Dixitq; inquit, ad me,
Ego sum Iesus Nazarenus, quem tu persequeris. Bene et-
iam ciuitas apposita est, quod magis cognobilis fieret
eis. Et apostoli sic dicebant, Iesum à Nazareth. Vide &
ille testatur, quod persequutionem pateretur. Illi autem
qui mecum erant, lucem viderunt, & exterriti facti sunt, vocem autem
non audierunt loquentis mihi. Dicebam autem, Quid faciam domine?
At dominus dixit ad me, Vt surrexeris vade in Damascum, & illic
tibi dicetur quid te oporteat facere. Et quum non viderem præ gloria
luminis illius, ad manum deductus à comitibus qui erant me-
cum, veni ad Damascum. Ananias autem quidam vir pius, secundum
legem, testimonio probatus, illic habitantium Iudæorum veniens ad me,
& stans dixit mihi, Saul, frater recipe visum. Et ego eadem hora, re-
cepto visū, vidi illum. Ingredere, inquit, in ciuitatem, & il-
lic tibi dicetur quid te oporteat facere. Ecce iterum al-
lius testis, & vide quo modo illum etiam fide dignum
faciat. Ananias autem, inquit, vir pius secundum legem,
testimonio probatus ab omnibus Iudæis, ingressus ad
me & stans dixit mihi. Vide, sic nihil sine testimonio.
Et ego eadem hora vidi. Lungitur testimonium à re-
bus ipsis. Et vide quo modo personæ & actiones pul-
chre inter se nectantur, personæq; propriæ & extraneæ.
Personæ, sacerdotes, presbyteri, comites, opera quæ fe-
cit quæq; passus est, & opera operibus testimonia dant,
non personæ solum. Vel & aliter: Alienus Ananias: de-
inde ponitur visio ipsa, mox prophetia. Ille autem di-
xit, Deus patrum nostrorum præparauit te, vt cogno-
sceres voluntatem suam, & videres illum iustum. Be-
ne dixit, Patrum nostrorum, vt ostendat illos non esse
Iudæos, sed alienos à lege, & inuidia, non zelo age-
re: vt

Supra. 9. a
Supra. 9. b
Ibidem. b

re: vt fcias, inquit, voluntatem illius, & videas iustum illum. Igitur hæc volūtas eius. Vide vt narratio doctrinæ loco est. *Et audias vocem ex ore illius, quia eris testis eius apud omnes populos, super his quæ vidisti & audiisti.* Et vt videas iustum illum, nunc hoc dicit, Si autē iustus, illi rei. Et audias vocē ex ore illius. Vide vt rem extollit. Quia eris, inquit, testis illius. Igitur propter hoc non amittes visum & auditum. Super his quæ vidisti & quæ audiisti. Vtrisque illis sensibus datur nobis scientia. Et nūc quid cunctaris? surgens vt baptizeris & abluas peccata tua, inuocato nomine illius. Hic magnum quiddam loquutus est. Non dixit, vt in nomine illius baptizeris, sed inuocato nomine Christi, per quod mōstrat illum deum esse. Neque enim alium quā deum inuocare fas est. Postea ostendit etiam se non coactum, dum dicit, Dominus autē dixit ad me, Vade in Damascum, & ibi tibi dicetur, quid te oportet facere. Nihil sine testimonio, sed ciuitatis totius testimonium adducit, quæ scilicet etiam viderat illum ad manus duci. Vide etiam prophetiam egressam, quam audiuit, se testem fore domini. Reuera enim testis illius fuit, & qualem esse oportebat, & per ea quæ operatus est, & quæ loquutus est. Tales & nos oportet esse testes, & non prodere ea quæ cōcredita sunt vobis, nō de solis dogmatis, sed etiam de vita loquor. Vide enim quod vidit, quodq; audiuit, testatur cunctis mortalibus, & nihil prohibuit illum. Et nos audiuimus quod est resurrectio, & innumera bona. Igitur debemus hoc testificari omnibus hominibus. At dicet quis, Nōne testificamur, & credimus? Quo modo dum contraria agimus? Dic oro mihi, Si quis se diceret Christianum, deinde deficiens saperet Iudaica, nunquid sufficeret testimonium illud? Minimē. Nam ab operibus testimonium quærerent. Ita certē & nostra est causa. Si dicimus quod resurrectio est ac innumera bona, deinde etiam contemnimus ea, & indigna hæc præsentia præligimus, quis nobis credet? Omnes enim animaduertunt non quæ dicimus, sed quæ operamur. Testis eris, inquit, apud omnes homines, non apud domesticos duntaxat, sed etiam apud infideles. Testium enim est persuadere non scientibus, sed nescientibus. Fiamus igitur fide digni testes. Quo modo autem erimus fide digni testes? A vita. Insidiabantur illi Iudæi, insidiabantur nobis passiones, quæ iubent non annunciare testimonium. Sed ne pareamus. Testes sumus à deo missi. Iudicatur apud homines quosdam, deus, non esse deus. Misit nos testificatos sibi. Testificemur & persuadeamus contententibus. Si non testificabimur, sumus & nos erroris illorum rei. Si autem in secularium negociorum iudicio non suscipitur testis, multis flagitiis notatus, multo magis hic, vbi de talibus rebus consideratur. Nos dicimus quod audierimus Christum, & crediderimus his quæ annunciauit: dicunt illi, Ostendite hæc per opera. Vita vestra contraria testatur quod non creditis. Vultis ne in vsurarios, auaros & rapaces videamus: in lugentes, plorantes, & edificantes, omniaq; agentes, quasi nunquam morituros. Si igitur quod moriamini non creditis, qua re nihil certius: quo modo vobis credam testatibus? Sunt enim multi homines sic affecti, quasi nunquam morituri. Nam quum in longa senectâ incipiunt extruere, quando mortem affuturam putant? Non parua pœna nobis quidem ad confessionem vocatis, sed testari non valentibus ea quæ vidimus. Vidimus & nos oculis angelos, & manifestius his qui viderunt. Igitur testificabimur Christo. Etenim nō illi soli martyres, sed etiā nos. Eapropter illi dicuntur

Supra. 9. c.

A martyres, quia cū iuberentur confiteri, omnia sustinuerint, vt veritatem dicant: & nos quādo affectiones nostræ iubent confiteri, succumbimus. Aurum dicit, die quod Christum non est deus: ne igitur audi tu, quasi deum, sed contemne illius præcepta. Concupiscentiæ malæ idem dicunt, sed tu ne persuadere: sta fortiter, ne etiam de nobis dicatur, deum consistentur scire, o. T. peribus autem negant. Hoc enim non est testium, sed aduersariorum. Et quod alij quidem negant, nō est mirabile: quod autem nos qui ad cōfessionem vocati sumus, negam⁹, valde graue est & onerosum. In testimonium illis eueniet, inquit. Sed quando non resiliemus, sed consistimus, dicentes, velle nos testimonium dare Christo, forsitan persuadebimus Græcis plurimis. Multum momenti in vita est dilecti, licet sit quispiam valde efferus, etiam si per dogma non condemnatur, sed clam approbat, laudabit, & admirabitur. Et vnde dicis, erit vita optima? Non aliunde quā à diuina operatione? Quid igitur, quum & Græci sint tales, alij natura, alij vanæ gloriæ studio? Vis discere quantum valeat vitæ claritudo ac honestas? Multi hæretici fortes fuerunt, licet corruptissimis dogmatis imbuti essent. Multi homines dogma non quæsiuerunt quod vitæ talis eos puderet. Alij quos propter dogma condemnauerunt, propter vitam reueriti sunt, licet non benefecerint: hoc tamen eis euenit: hoc religionis nostræ honestatem redarguit: hoc omnia subuertit, quod nullus rationem & curam vitæ habet: hoc religionem pessundat. Dicimus deum esse Christum, & cum aliis etiam hoc, quia persuasit omnibus rectam vitā, quam in paucis videre licet. Resurrectionis dogma lædit vitæ improbitas, dilacerat immortalitatem animarum, & iudicium, & multa alia: inducit fatum, necessitatem, negationem prouidentiae. Anima enim multis malis immerfa, has sibi consolationes excogitare attentat, vt ne cogitans esse iudicium contristeretur, & situm esse in nobis facere bonum & facere malum, negat. Vita talis operatur innumera mala, bestias facit ex hominibus, & bestiis stupidiore. Nam quæ in singulis bestiarum ingeniis habes, ea sæpe in vno homine congregat, & totum subuertit. Idcirco fatum introduxit diabolus, idcirco absque prouidentia dixit mundum gubernari: idcirco ponit naturas bonas & malas: idcirco malum absque initio & materiale subiicit. Ideo omnia agit, vt vitam nostram corrumpat: neque possibile est, eum qui sic viuunt respicere, vel in sana fide permanere. Sed magna necessitas est hæc assumere. Equidem opinor non facile reperiri, non rectē viuentem, non innumera fatanica sentire: vt pote quod tribuat aliquid natiuitatibus, & quod temerē fiant omnia, & quod omnia confusē ac sine ordine dispensentur. Ideo oro habeamus curam bonæ vitæ, ne mala dogmata suscipiamus. Cain reportauit, quod tremere ac gemisceret. Illius similes sunt mali, & sibi malè conscij plurimorum malorum. Sæpenumero è somno excitantur, turbulenti sunt cogitationes eorum, turbati oculi, suspicionibus plena sunt omnia, metu, & graui expectatione referta est anima illorum, formidine terrorēque turbatur, & imbellis fit, nihil anima illa mollius, nihil insipientius, & vt lunatici instabiles. Vnde igitur illa quæ tanta laborat cæcitate ad cognitionem sui veniet: & certē si tranquillitatem haberet, ac serenitatem, posset agnoscere suam nobilitatem: quando autem omnia terrēt ac turbant, & somnia, & verba, & habitus, & minimæ suspensiones, quo modo poterit seipsam videre sic turbata ac inquietā?

640

Supra. 7. g.

641

inquietā? Soluamus igitur illius metum, disrumpamus vincula. Nam si non esset pœna, qua pœna non sunt hæc grauiora, semper viuere in timore, nūquam fidenter agere, nunquam refocillari: Hæc omnia exactē fecerunt, in tranquillitate nos ipsos feruimus, & virtutem curemus, vt & sana dogmata habetes, & vitam rectam sine offendiculo, ita hanc vitam perficiamus, quod bona diligentibus deum promissa assequamur, gratia & misericordia vnigeniti eius, cui cum patre simul ac sancto spiritu, gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Factum est autem quum essem reuersus Hierusalem, & orarem in templo, vt fierem in ecclasi, & viderem illum dicentem mihi, Festina, & exi velociter ex Hierusalem, eo quod non suscipiant testimonium tuum de me. Et ego dicebam, Domine, illi sciunt quod ego coniciebam in carcerem, & percutiebam in singulis synagogis credentes in te: & quando effundebatur sanguis Stephani testis tui, etiam ipse assistebam & consentiebam cadi eius custodiens vestimenta occidentium illum.

Homilia xlviii.



Ide quo modo se in pericula coniecit. Subdit enim, *Factum est autem, quum essem reuersus Hierusalem.* Hoc est, venissem post visionem illam in Hierusalem iterum. *Et quum orarem in templo, vt fierem in ecclasi, videremq; dicentem mihi, Festina & exi velociter ex Hierusalem, eo quod non suscipiant testimonium tuum de me.* Vide, neq; hoc sine testimonio agitur, sed ab euentu est testimonium. Dixerat, quod non suscipiant testimonium tuum. Et non susceperunt. Certē ex coniecturis diuinare licebat, quod essent suscepturi. Ego enim eram conieciens in carcerem, & percutiens, inquit: vnde vel propter hoc suscipere debuerant, & nihilominus non susceperunt. Ideo & hoc in ecclasi dicit, quod non erant suscepturi. Hic duo preparat, & quod non possint excusari: Nam præter meritum, & præter rationem ipsum persequebantur: & quod deus esset Christus, ea quæ præter expectationem prophetizans, & non in ea quæ facta sunt respiciens, sed præsciens futura. Quo modo igitur dicit, coram testibus, & regibus filiisq; Israël portabis nomen meum? Portabis, inquit, non autem omnino persuadebis. Et iterum, Iudæi alibi quidem persuadebantur, hic autem non. Et quando effundebatur sanguis Stephani martyris tui, etiam ipse assistebam, & consentiebam cadi illius. Vide iterum quod sermo desinat, nempe in validum caput. Monstrat enim quod ipse fuerit persecutor, & non persecutor solum, sed etiam multis manibus occidens Stephanum. Memoriam illorum suggessit graue homicidium. Quod sanè minimè ferebant, sic de illo reprehendi. Et iam prophetia implebatur. Zelus igitur magnus, & accusatio vehemens, & testes veritatis Christi fidenter loquentes erant valde, sed Iudæi non permittebant vltra audire totam concionem, sed vltra accensi furore clamabant. *Et dixit ad me, Vade, quia ego ad gentes procul mittam te. Audierunt autem eum vsque ad hunc sermonem, atque sublatis vocibus dicebant, Tolle de terra hominem istiusmodi, non enim fas est eum viuere. Clamantibus autem illis, & proicientibus vestimenta, & pulucrem mittentibus in aerem, insit tribunus vt induceretur in castra, dicens, flagris eum examinandum, vt cognoscat propter quam causam contra illum clamant.* Oportebat hic tribunum etiam illos ipsos rogare, an ita res habeant. At ille nihil amplius faciens, flagris illum præcipit examinari. Iussit enim illum, inquit, induci in castra: & deinde, vt dixit, flagris examinandum eum: vt

Tomus tertius.

642

sciat propter quam causam sic contra illum clamarent, id quod ab inclamantibus discere oportebat & rogare, an aliquem ex dictis apprehenderint; sed simpliciter utebatur potestate, & faciebat in gratiam illorum. Non enim hoc quærebat quo modo iuste aliquid faceret, sed quo modo illorum iniustum furorem placaret. *Vt autem astrinxerunt ipsum loris; dixit astanti centurioni: Num hominem Romanum & indemnatum licet vobis flagellare?*

Non est mentitus Paulus se dicens Romanum hominem. Absit. Romanus enim erat. Ideo & tribunus eo audito, territus est. Et cuius, inquit, gratia timuit? Si etiam nihil aliud, timuit ne capiat, & maiorem pœnam det. Et vide. Non simpliciter, inquit, Nunquid licet vobis? Duo crimina, & absque iudicio, & hominem Romanum. Magnum habebant priuilegium qui sic merebantur appellari, & non omnes hoc assequerentur. Ab Hadriano enim aiunt omnes Romanos esse dictos. Hoc autem vetus, non sic habebat: Vel etiam Romanum se vocabat, vt pœnam effugeret: Contemptior enim factus fuisset flagellatus, nunc autem hoc dicto maiorem illis incutit metum. Si autem flagellasset, & aggrauasset rem vel etiam occidisset illum, quod nunc effugit. Vide quo modo deus concedit etiam humano more multa fieri, & in illis & in aliis. Tribunus autem respondens, quod multa summa ciuitatem illam compararit, ostendit esse suspicionem prætextus, quod Paulus diceret se esse Romanum, & forsitan hoc suspicabatur ob vilitatem quæ in Paulo apparebat. *Quo audito, centurio accedens tribunum annunciauit, dicens: Vide quid facturum es. Homo hic Romanus est. Accedens autem tribunus dixit ei, Dic mihi num Romanus es? Ille autem inquit, Etiam. Respondit tribunus: Ego multa summa ciuitatem hanc emi. Paulus vero inquit, Ego autem & natus sum. Statim autem recesserunt ab eo qui examinaturi erant illum. Tribunus quoque timuit vt cognouit quod Romanus esset, & quod ligasset illum. Ego autem, inquit, etiam natus sum. Igitur & patre erat Romano. Quid igitur postea? solum deducit ad ludæos. Sic non erat mendacium dicere se esse Romanum, eo quod & à vinculis propterea solutus est. Et quo modo, audi: *Postero autem die volens scire certum quam ob causam accusaretur à Iudæis, soluit illum & iussit simul venire principes sacerdotum & totum concilium, ac deductum Paulum scribebat coram illis. Intentus autem oculis in concilium dixit: Non iam ad tribunal, sed ad omnem populum omnemque multitudinem loquitur. Et quid dicit? Viri fratres ego omni conscientia bona conuersatus sum coram deo vsque in hunc diem. Vult dicere, Non sum mihi ipsi conscius, quod vos læserim, nihil dignum hisce vinculis commissi. Quid igitur princeps sacerdotum? Oportebat compungi propter ea quæ in ipsorum gratiam iniuste passus est. Ille autē & magis affligit & iubet eum verberari, quod quod etiam manifestum ex his quæ addidit. Princeps autem sacerdotum Ananias, his qui atabant ei, præcepit, vt percutiant os eius. Bonus scilicet & mansuetus pontifex. *Tunc Paulus ad illum dixit, Percussurus est te deus paries de albat. & tu sedens iudicis me secundum legem, & contra legem iubes me percuti. Illi autem astantes dixerunt, Principi sacerdotum dei maledicis? Et dixit Paulus, Nesciebam fratres quod esset summus sacerdos. Scriptum est enim, principi populi tui, ne maledicis.* Itaque quidam dicunt, quod sciens irriserit. Mihi autem videtur, quod neque omnino scierit quod esset princeps sacerdotum, alioquin & honorasset. Ideo & defendit quasi accusatio sit. Et addit, Principi populi tui non dices malè. Quid igitur dicit? Nam si non princeps esset, alium ne simplici-**

Cap. XXIII

Exod. 22. d

x iij ter

ter contumelia notare oportuerat? Minimè. Sed etiam is qui contumelia afficit, magis ferendus est. Digna autem queritio est, Quo modo idem alibi dicens: Quum maledicimur, benedicimus: dum persecutionem patimur, sustinemus: Hic sanè contrarium facit, & nō solum conuiciis lacessit, sed etiam maledicit. Absit, neutrum horum fecisse apparet, sed rem exactius consideranti, magis verba sunt liberè loquentis, quàm iracundi. Et aliter: Non volebat contemptibilis videri tribuno. Si enim ille quidem tribuno pepercisset flagellari Iudæis exposituro, quod à seruis cederetur, magis illum audacem fecisset. Propter hoc non ad minimum sermonem vertit, sed ad eum qui iusserat adornās. Quod autem dicit, Paries dealbate, & tu sedens iudicas me secundum legem, dixit, quasi hoc ei dices: Reus existens, & multis plagis dignus. Vide saltem quo modo ad illius libertatem in dicendo populus territus fuerit, oportuerat totum conuerti. Debachantur autem magis, sed ipse etiam legem legit. Quoniam vult ostendere, quod nō ideo hæc dixerit, vt terreat, vel vt indignum qui audiat, sed lege etiam hic persuadens. Et valde credo, quod nescierit eum esse principem sacerdotum, eo quod post longum tempus redierit, neque continuo fuerit cum Iudæis, sed viderit illum etiam cum multis. Non enim iam manifestus erat princeps sacerdotum. Quum igitur multi essent ac varij, ita mihi etiam hæc in alios torsisse videtur, ostendens quod legi credat, & per hoc rationem reddit. Videamus autem iterum quæ lecta sunt: *Quum orarem, inquit, in templo, factum est, vt fierem in celsi.* Vt manifestet non simpliciter visionem fuisse, propter hoc apposuit, Quum orarem ego. Festina & egredere velociter, inquit, eo quod non suscipiant tuum testimonium. Hic ostendit, quod non timore periculorum ab illis fugerit, sed quod non erant suscepturi testimonium eius. Quare autem dixit, Ipsi sciunt quod ego eram alligans illos? Non contradicens Christo dicit, sed volens discere tam mirabile opus. Vade, inquit: quia ego ad gentes procul mittam te. Vide non docuit illum Christus quid oporteat facere, sed iussit solum abire, & obtemperat, ad eum erat sequax. Et extulerunt vocem suam, inquit, dicentes, Tolle illum, non enim congruit vt viuat. O audaciam. Imò vos non congruit vt viuatis: non hunc deo per omnia obedientem. O scelesti & homicidæ. Et excutientes vestes, inquit, puluerem mittebant: quod faciebant ad maiorem seditionem mouendam, vel etiam terrere volentes principem. Et vide, non dicunt causam, quoniam nihil poterant dicere, sed clamoribus concussuros se putant. Attamen oportuerat ex accusatoribus causam cognoscere. Et tribunus timuit, inquit, cognoscens, quod Romanus esset. Non erat mendacium Paulum esse Romanum. Et soluit illum à vinculis, inquit: & deductum statuit in concilium. Hoc oportebat facere ab initio, & neque ligare, neque velle flagellare, sed dimittere eum qui nihil tale fecerat, vinculis dignum. Et soluit illum, inquit, & deductum illis sistit. Hæc res maximè anxios fecit Iudæos. Intentis autem oculis Paulus in concilium, inquit, Viri fratres. Hic fiduciam suam in loquendo ostendit irreprehensibilem: sed vide etiam illorum impudentiam. Addidit enim, Princeps autem sacerdotum Ananias, præcepit vt verberetur os eius. Quare percusit? quidnam dicit contumelia dignum? O impudentiam, o audaciam. Tunc, inquit, ad illum Paulus dixit, Percussurus est te paries dealbate. Papæ, libertatem. Simulatio-

nis & præuaricationis illum suggillat. Vnde ob hoc etiam humiliatur. Et ipse quidem anxius, nihil audet dicere: sed qui iuxta illum, non ferebant illius libertatem. Ita videbant hominem moribundum, & non ferebant. Nesciebam, inquit, quod summus sacerdos sit. Nūquid ignorantie increpatio erat? Nā si hoc non fuisset, etiam accepto illo abiisset, & non siluisset, licet exposuisset illis illum tribunus. Hic ostendit quod voluntarius patitur quæ patitur: & sic rationem reddit cum illis, legi se obedire, non illis, demonstrare volens, alioquin & illos valde cōdemnabat. Propter legem igitur rationem reddit, sed non propter populum: Merito: Eum enim qui nihil iniuste fecerat occidere, præsertim innocentem, contra legem erat. Igitur contumelia non erat quod dictum est: nisi quis ea quoque contumeliam esse dixerit, quando dicit, Ve vobis scribæ ac Pharisei, quia alii similes estis parietibus dealbatis. Etiam, inquit. Sed si antequam verberatus esset, hoc iussisset, non fuisset ira, sed magnæ libertatis. Dixi autem causam, quod noluit contemptibilis esse. Quoniam & Christus contumelia notauit Iudæos, ipse contumelia affectus: Sicut quando dicit, Ne putetis quod ego accusem vos. At non est hoc afficere cōtumelia: Absit. Videre igitur, cum illis quanta mansuetudine loquitur. Nesciebam, inquit, quod summus sacerdos sit dei. Hoc dixit, & nesciebat: sed ostendit quod non irideat: ac subdit, principi populi tui non maledices. Vides quo modo etiam principem ipsum adhuc vocat. Discamus igitur & nos æquitatem, vt in vtrisque simus perfecti. Multa enim diligentia opus est, vt discamus quid hoc scilicet sit, & quid illud. Sunt enim vicia cognata virtutibus illis: & iuxta dicendi libertate pullulat temeritas, & iuxta æquitatem mollicies. Et probè considerandum, ne quis virtutem putet possidere, qui vicia apprehendit: quemadmodum si quis opinetur se iungi dominæ, & iungitur ancillæ. Quid igitur est æquitas, quam ἐπιεικείαν vocant? Et quid mollicies illa non virilis ἀνδραγαθία dicitur? Quando alij quidem iniuste læduntur, non vlcisimur, sed silemus ipsi: mollicies est. Quando autem nos malè affecti toleramus, æquitatis erit. Quid autem dicendi libertas est? Iterum illud ipsum dico, Quando pro aliis certamus? Quid verò temeritas? Quando nos ipsos vlcisimur meditamus. Atque ita simul iunguntur magnanimitas, & dicendi libertas: Etiam temeritas iterum, ac mollicies. Qui enim pro seipso non dolet, vix pro alio non dolebit. Qui autem seipsum nō vlcisimur, difficile alios non iuuabit. Quando puri nobis fuerint mores ab affectione, accipiunt & virtutem. Sicut purum corpus à febre accipit robur: ita certè & anima, si non ab affectionibus corrumpatur. Magnæ virtutis indicium est æquitas. Eget enim æquitas nobili præclaræque anima. An parum putas esse, affligi, & non grauati ferre? Et non quis peccarit, curam pro proximo, fortitudinem vocans. Qui enim tam potes fuerit, vt tantam possit vincere affectionem, valebit etiam aliam vincere: vt puta, duæ affectiones sunt, timor, & ira. Si iram compescueris, manifestum quod & timorem. Iram autem vices, si æquus fueris. Igitur & timorem si viceris, eris fortis. Iterum si non viceris iram, eris temerarius. Hanc autem si non viceris, neque timorem superabis, itaque & timidus eris. Et hoc fit, vt si corpus imbecillum, ita erit malè temperatum, vt nulli labori oblectari valeat: & statim vel à frigore, vel à calore consumitur. Ita enim habet corpus, qualitatibus eius malè temperatis. Vbi autem bene temperata sunt, omnia subsistunt. Iterum

Iterum est virtus magnanimitas, & iuxta eam pullulat prodigalitas. Virtus dispensatio est, & omnia probè dispensare facit. Pullulat iuxta eam sordicies, & parsimonia. Agè igitur, virtutes iterum cōgregemus. Igitur non magnanimus est intemperans. Quo modo: Qui ab innumeris capitur affectionibus, quo modo magnæ esset anima? Non enim pecuniarum ille est contemptor: sed ab aliis affectionibus imperiū accipere paratus: Quem admodum si quis latronibus pareat, illorum mandatis pariturus, non esset liber. Non enim ex contemptu pecuniarum fit cōsumptio: sed ex eo quod malè, vbi non oportet, dispensatur: alioqui siquidem liceret & habere & frui illis, vtique vellet. Qui autem infumit vbi opus est, pecuniam: hic magnanimus est. Magna enim reuera est anima, si affectioni non seruit, quæ nihil putet esse pecunias. Iterum dispensatio bonum quiddam est: ita & dispensator esset optimus, si, vt oportet, erogat, & non simpliciter non dispenseret. At de parsimonia non est idem dicendum. Nam ille quidem omnia, vt oportet, dispensat: qui parcus autem, neque si necessarius postulet vsus, pecunias attingit. Dispensans igitur, vt oportet, magnanimi frater est: igitur magnanimum affumabimus etiam dispensatorem probum, & prodigum etiam sordidū: vtriusque enim ex pusillanimitate accidit. Igitur sicut & illi à magnanimitate, ne obsecro magnanimum vocemus eum qui simpliciter erogat, sed erogātem vt oportet: neque dispensantem vt oportet, sordidum & parcum, sed temperatiū parentem pecuniis. Quāta diues ille insumpsit, qui in datus byssum & purpuram, sed non erat magnanimus. Anima enim eius à crudelitate vexabatur, & à variis voluptatibus: quæ autem talis est, quo modo esset magna? Magnanimus erat Abraham, in pauperibus suscipiendis multa infumens & vitulum occidens, & vbi oportebat non solum non opibus, sed neque animæ suæ parcebat. Si igitur viderimus quendam qui preciosam apposuerit mensam, habeatq; scorta & parasitos: ne magnanimum vocemus hunc, sed valde sordidum. Vide quot affectionibus seruit ac subiectus est, gula, voluptati absurda, adulationi. Eum autem qui tantis obnoxius est, & nec ab vno effugere potest, quo modo quis magnanimum vocari: atque adeò tunc ipsum maximè vocamus sordidū, quando plurimum infumit. Quando enim plura infumit, tantò magis manifestat tyrannidem suarum affectionum, quæ si nō valde imperassent ei, nō tanta insumpsisset. Iterum si viderimus aliquem horum nulli quicquam dare, sed pascere pauperes, & suppeditare his qui indigent, ipsum autem habere mensam vilem, hūc valde magnanimum dicamus. Verè enim magnæ animæ est suam despiciere quietem, & curare alienam. Dic oro mihi, Si quem videris contemnentem quidem omnes tyrannos, & nihili facientem illorum præcepta, eos autem qui ab illis vim patiuntur eripientes, ac eos qui male habent: nonne putaueris hoc magnum? Hoc sanè & hic cogitemus: Affectiones, tyranni sunt: si igitur contempserimus illos, magni erimus: si autem & alios eripiemus, multò maiores. Merito: qui enim sibi ipsis non sufficiunt solis, sed etiam alii, maiores his sunt qui neutrum faciunt. Si autem imperium quis accipit à tyranno, vt & subditos percutiat, & alios pertrahat, alios cōtumelia afficiat, nunquid hūc dicemus magnanimum? Minimè, & tantò magis quantò maior fuerit. Ita in proposito est. Nūc enim proponitur anima quæ quum sit nobilis ac libera, hanc autem prodigus iussit percuti ab affectionibus. Igitur eum qui seipsum percutit, hunc

ne magnanimum dicemus: Itaque discamus, quæ nam sit magnanimitas, quæ prodigalitas. Quæ sit dispensandi iusticia, & quæ parsimonia sordida: quæ sit æquitas, & quæ mollicies: & quæ in dicendo libertas, & quæ temeritas, vt hæc inter se discernentes, possimus, placentes domino presentem vitam trāgere, & futura bona assequi, gratia & misericordia vni geniti filij cui cū patre simul ac spiritu sancto sit gloria, imperiū ac honor: nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Sciens autem Paulus quod vna pars esset Sadducæorum, & altera Phariseorum, exclamauit in concilio: Viri fratres, Ego Phariseus sum, Pharisei filius, de spe & resurrectione mortuorum ego iudico. Et quum hoc dixisset: facta est dissensio inter Phariseos, ac Sadducæos, & dissecta est multitudo. Nam Sadducæi quidem dicunt, non esse resurrectionem, neque angelum, neque spiritum. Pharisei autem vtraque confitentur.

Homilia xlix.



Terum humano more disserit, & non semper gratia fruitur, sed etiam permittitur à seipso aliquid afferre, quod sanè & facit. Et in hoc & in sequenti sermone rationem reddit, volens scindere multitudinem in malum conspirantē. Et non mentitur etiam hic, Phariseum se dicens. Phariseus enim erat ex progenitoribus, propter hoc & sic ratione reddit. Phariseus ego sum, Pharisei filius, & despe ac resurrectione mortuorum ego iudico. Quoniam enim illi nolebant dicere, quare non iudicant illum, cogitur iam ipse enunciare. Pharisei autem, inquit, confitentur vtraque. Sanè quum tria sint, quo modo dicit vtraque? vel quod spiritus & angelus vnum sit, vel quod non solum dictio illa de duobus, sed etiam de tribus accipitur. Itaque abusuè sic loquutus est, & non proprie. Et vide, quando pro illis stabat, tunc rationem reddunt pro eo. *Factus est enim, inquit, clamor magnus, & quum surrexissent scribæ partis Phariseorum depugnabant dicentes, Nihil mali inuenimus in hoc homine. Quid si spiritus loquutus est ei vel angelus, ne repugnemus deo.* Et quare non antea rationem pro illo reddiderunt? quia illis nondum commixtus erat, neque manifestum erat priusquam rationem redderet fuisse Phariseum. Vides quando affectiones abscedunt, quo modo veritas inuenitur? Quod autem dicunt, hoc est: Quale crimè si angelus ei loquutus est aut spiritus, & ab ipso edoctus sic de resurrectione docet. Igitur desistamus ab illo, ne si contra eum pugnauerimus, etiam inimici dei inueniamur. Vide sapienter illos rationem dare, etiam Paulo nullam dante occasionem. *Magna autem facta seditione, veritus tribunus ne discerpatur Paulus ab eis, iussit exercitum descendere, & rapere eum de mediis illorum, adducereque in castra.* Timetque nunc tribunus ne discerpatur, quoniam dixerat quod Romanus sit. Vnde & non carebat res periculo. Vide quod iuste confessus est se esse Romanum. Nonne si etiam nunc non timisset tribunus, & milites Paulum rapuissent? Iudæi verò quicquid reliquum perpetrassent, quum voluissent quidem & antea, licet prohiberentur. Ita non subsistit malicia, tamen tanta re moventur, quauis etiam adeò multa dispensata sint, vt & furor demulceretur, & discerent per quæ respiscant: nihilominus instant, vnde magna est defensio illa quod discerpturi erant hominem, qui raptus est vt tanta pericula effugeret. *Sequenti autem nocte, assistens ei dominus ait, Bono animo esto Paule: Vt enim testificatus es de me Hierosolymis, sic te oportet & Roma testificari. Facto autem die, Iudæi facta collectione anathematizauerunt se, neque*

esuros neque bibituros, donec occiderent Paulum. Et autem plures quam quadraginta, qui hanc conuersionem fecerunt. Anathematizarunt seipsum, inquit. Vide ut sunt vehementes, & ultionis cupidi in malicia. Quid est anathematizari? hoc est, dixerunt se esse extra fidem in deum, nisi quod decreuerant contra Paulum, implerent. Igitur semper sunt anathematizati illi, non enim occiderunt Paulum. E quadraginta simul conueniunt. Talis autem gens est, ut quando in bonum conueniendum neque duo concurrunt: quando autem in malum, populus totus, & accipiunt socios ac principes. Ideo & hoc manifestans addit, *Qui accesserunt ad principes sacerdotum ac seniores, & dixerunt, Deuotione deuonimus nos ipsos nihil de gusturos, donec occidamus Paulum. Nunc ergo vos significate tribuno & concilio, ut cras producat illum ad nos tanquam aliquid certius cognituros de eo. Nos vero priusquam appropinquet, parati sumus interficere illum. Quum autem audisset filius sororis Pauli insidias, venit & intrauit in castra, nunciavitque Paulo. Accersito autem Paulus uno ex centurionibus dixit, hunc adolescentem perduc ad tribunal. Habet enim quod renunciet illi. Et ille quidem assimens adduxit ad tribunal.*

Iterum per humanam seruatur prouidentia. Et vide, Paulus nulli sinit discere, neque centurionem, ne manifestum fiat negocium. *Et ueniens centurio annuntiavit tribuno dicens, Paulus uinctus accessit me rogauit ut hunc adolescentem ducerem ad te, habentem aliquid quod loquatur tibi. Apprehensa autem manu illius tribunus, secessit cum eo seorsum, & percontatus est illum. Quid est quod habes significandum mihi? Ille autem dixit, Iudaei conspirauerunt ut rogaerent te, ut in crastino die educes Paulum in concilium, quasi aliquid certius cognituri sint de illo, tu uero ne morem gesseris illis. Insidiantur enim ex his viri plures quadraginta, qui seipsum deuenerunt, ne uel edant uel bibant, donec interficiant eum, & nunc parati sunt expectantes ut permittas. Tribunus igitur dimisit adolescentem, precipiens ne cui esset, quod haec ad me retuleris.* Bene tribunus iubet occultare, ne fiat manifestum. Et tunc dicit centurionibus, quando & fieri oportebat, & mittitur postea in Caesarem, ut & illic differat in maiore spectaculo, & clariore auditorio, ne possint dicere Iudaei, si uidissemus Paulum, credidissemus si audiuissemus docentem. Haec illis occasio sublata est posthac. Et astans inquit, dominus ei, dixit ei, Bono animo esto Paule, nam ut testificatus es de me in Hierusalem, ita oportet etiam Romae testificari. Vide etiam postquam apparuit ei, iterum permittit ei humano more seruari. Et dignum fuerit cum stupore admirari Paulum quo modo non turbatus fuit, neque dixit, Quid enim hoc est, nunquid deceptio est a Christo? Sed nihil tale cogitauit vel accidit ei, sed solum credidit. Certe non quoniam credidit somniculosus fuit, sed quae per humanam sapientiam contueri poterant protulit. Considera autem, quo modo illi necessitatem quandam sibi ipsis iniungit per anathematissimum. Ecce ieiunium homicidij mater, sicut & Herodes etiam iuramento necessitatem sibi ipsi iniunxerat, ita & illi. Tales sunt venandi artes diabolo, qui praetextu pietatis laqueos tegit. Haec non sunt sacerdotum sed latronum, haec non principum sed facinorosorum. Et vide maliciam excellentem, non sunt contenti, quod se mutuum corrumpant, etiam principem una cum ipsis corrumpere attentant. Et idcirco haec ita acciderunt, ut & ille disceret insidias illorum: isti autem non solum ex eo quod nihil poterant dicere, sed etiam ex eo, quod clam moliebantur, arguerunt sese nihili esse. Verisimile autem est illos, postquam Paulus amandatus est summus sacerdotes accessisse, & sic confusos esse, & re infecta dimissos. Merito autem hoc facit tribunus. Nole-

bat enim vel gratificari vel annuere: Et inquit, credidit vera esse quae nunciavit adolescens? Ex his quae iam euenerant coniectabat, quia & hoc facturos illos uerisimile erat. Et vide maliciam, quemadmodum necessitatem etiam principibus sacerdotum attulerunt, & ne mireris: nam si intantum illi feruebant, & omne periculum sustinuisent, multo magis & istos hoc facturos uerisimile erat. Vides quo modo exterorum sententia esse innocens Paulus perhibetur, sicut & Pilatus Christum excusat. Vide etiam ut malignitas seipsam perdit: nam tradiderunt quidam illum, ut occiderent ac condemnarent, fit autem contrarium, & seruatur & innocens reperitur. Si enim non sic, etiam discerptus esset: si non sic, etiam periisset, etiam condemnatus esset. Non solum autem tribunus liberat illum ab hoc impetu, sed & inuauit illum, ut in tanto discrimine etiam absque periculo seruetur. Et quo modo nam? Audi, subdit enim:

Et accesserunt duobus quibusdam centurionibus, Parate mihi ducentos milites, ut proficiscantur in Caesarem, & equites septuaginta, & lancearios ducentos, a tertia hora noctis, & iumenta praebere, ut impostum Paulum saluum perducant ad Felicem praesidem, scriptis literis in hac forma: Claudius Lysias potentissimo praesidi Felici salutem. Virum hunc comprehensum a Iudaeis, quum iam interficiendus esset ab eis, superueniens cum exercitu eripuit, quod Romanus esset, uolensque scire causam, ob quam accusarent illum, deduxit eum in concilium eorum, quem comperi accusari de questionibus legis eorum, nullum dignum morte aut uinculis habentem criminem. Et quum indicatum esset mihi de insidiis quas ponerent illi, misi eum ad te, praeccepto dato etiam accusatoribus, ut quae habent aduersus eum, dicant apud te. Vale. Vide & epistolam habere excusationem pro illo. Nullum enim, inquit, inueni habere crimen, & accusationem contra illos & contra hunc, sic anxius erat. Et primum quidem, inquit, quod interficiendum a Iudaeis eripuerit: deinde addit, quod deduxit illum ad eos, & neque sic inueniret illi quod obicerent. Et oportebat ob priora terrores fieri, & confundi; & iterum attentant occidere, ut iterum pro illo clarior sermo fiat. Et quum nam accusatores mittit? Ut pro tribunali ibi haec diligentius exquirantur, & innocens fiat. Videamus iterum quae supra sunt dicta: *Ego, inquit, Phariseus sum.* Hoc dixit, ut etiam illos conciliet, deinde ne videatur adulari, subdit: *De spe & resurrectione mortuorum ego iudicor.* Ab accusatione & calumniis illorum se continet. Nam Sadducei quidem neque angelum esse neque spiritum dicunt. Nihil incorporeum sciunt Sadducei, fortassis neque deum, quia tam crassi sunt, unde neque resurrectionem credendam esse putant. Et seditione orta, inquit, scribae depugnabant dicentes: Neque malum inuenimus in homine isto. Vide, audit & tribunus quod istum a criminibus excusaret Pharisei, & sententiam tulit pro illo, & maiore cum fiducia eripit eum. Et haec quae dicta a Paulo, plena erant sapientiae. Sequenti autem nocte astans illi dominus dixit, Bono animo esto Paule, sicut enim testificatus es de me in Hierusalem, ita oportet etiam in Roma testificari. Vide quanta consolatio, Primum illum laudat: deinde non sinit incertam profectiorem illius in Romam, quali diceret, non abibis solum illuc, sed etiam erit tibi libertas in loquendo. Hinc non manifestatur quod seruetur, sed quod in magna ciuitate cum magna corona testificaturus sit. Quare autem non priusquam incideret in periculum apparuit illi? Quia semper in tribulationibus consolatur deus. Tunc enim desiderabilior apparet, & in periculis exercet nos, & aliter: Tunc quidem in refocillatione erat liber a uinculis,

nunc

nunc uero grauius suscipienda erant. Quia anathematizauimus nosmetipsos, inquit, non esuri neque bibitori. Papae quanta insania seipsum anathemati sine ratione obnoxios faciunt. Ut deducant illum, inquit, ad vos, quasi aliquid certius cognituros de illo. Quid dicitis, nonne secundum uobis concionatus est? nonne Phariseum se esse dixit? Quid igitur reliquum? Ita nihil reuerentantur, non tribunalia, non leges. Ita nihil ab illis inattentatum remansit. Et sententiam intentant, & actionem denunciant. Quum audisset autem filius sororis Pauli insidias. Hoc iam diuina sit dispensatione, illos non esse conscios quod audiatur. Quid igitur Paulus? Non turbatus est, sed conscius sibi, quod opus dei esset, & omnia in illum proiciens, salutem habuit ex ea re. Et obserua quo modo deus omnia in bonum ordinauit. Dixit adolescens insidias, creditum est ei, & ita posthac seruatur Paulus. Et si liberatus est, inquit, a causa, quare accusatores misit? & ut exactior fiat inquisitio, & uir magis perfectus appareat. Tales sunt diuinae ordinationes, ut per quae offendimur, per eadem utilitatem accipiamus. Ita Ioseph insidiis petebatur a domina, & putabat quidem illa se insidiari, sed insidiando securum fecit illum a bestiola illa, domus educabatur, & illi carcer multo mitior erat, nam quum illic esset, quauis famularetur, continuo tamen in timore erat, nequando insidiaretur ei domina, & vrgebat illum timor carcere grauius. Post accusationem autem in securitate erat ac quiete, liberatus ab illa bestiola, & turpitudine, & insidiis. Incundius enim ei erat uiuere cum arumnosis hominibus quam cum insaniente domina. Itaque ibi consolabatur seipsum quod propter continentiam iniectus esset, illic autem timebat ne in anima plagam ferret: nihil enim molestius iuueni muliere, cui non assentitur, nihil scelestius, nihil grauius, atque adeo non incidit in carcerem, sed carcerem effugit: inimicum illi fecit dominum, sed conciliauit deum: familiarior se ipsum reddidit uero domino, priuauit praesidio domestico, sed addixit domino. Iterum fratres uendiderunt, sed liberatum a contubernaliu inuicis, inuidia & odio magno ac quotidianis insidiis, longè fecerunt eum ab odio habentibus. Quid enim hoc deterius, quando quis cohabitare cogitur cum fratribus inuidia laborantibus, quando suspectus est, quando insidiis expositus? Ita & alia faciebant, cum hi tum ista, alia autem & magna a deo pro iusto ordinabantur: quando erat in honore, tunc erat in periculo: quando erat in ignominia, tunc erat in securitate: non memores erant illius Eunuchi, & bene, ut clarior fieret euadendi occasio, ne humanæ gratiae, sed diuinæ uirtuti totum adscriberetur, ut tempestiue in usum constituendus educeretur, ne benefaciens, sed beneficiu accipiens, e carcere Pharaon illum educat: non oportebat seruire fieri donum, sed necessitate regem premi, oportebat manifestam illius fieri sapientiam: propter hoc obliuiscitur Eunuchus, ne in oblivionem ueniat Aegyptus, ne ignoret illum rex. Si tunc educus fuisset, forsitan in terram suam redire desiderasset, propterea multis necessitatibus fit obnoxius, primum domino, deinde carceri, tertio regno, ut haec sic ordinentur. Quemadmodum enim generosum equum uolentem ad suos exilire, retinuit deus ibi, propter gloriosas causas: nam quod desiderarit patrem videre, & a dolore liberare, manifestum est ex eo quod illuc uocari. Vultis etiam aliam uideamus insidias, quod pro nobis fiant, non solum quod mercedem habet, sed etiam quod in tempore isto pro nobis faciant: Insidia-

A batur illius patri patruus huius, & patria eiicit. Quid igitur? etiam ipsum procul a periculis amouit. Factus est & ipse securus, fecit magis philosophu, fecit, uidere somnium. Sed seruiuit in aliena terra? & ad illos profectus accipit sponsam, & dignus uidetur focero. Iam decipit autem & ille, sed etiam hoc in bonum tendit euentu, ut multorum puerorum fieret pater. At uolebat insidiari, uerum etiam hoc in bonum cedit, ut in terram suam postea redeat. Si enim fuisset in felicitate, non sic desiderasset patriam. Ultra abstulit mercedem, at illa magis creuit. Sic semper quod magis insidiis erant obnoxii, hoc amplius res eorum florebat. Si non aduultorem duxisset forsitan, haud fuisset factus tot puerorum pater, sed in peregrinatione multum temporis contriuiisset, & moestus fuisset quemadmodum & mulier. Illa enim merito moesta erat, eo quod non esset facta mater. Hic autem habet consolationem, unde illam & repulisset. Iterum si non fraudasset ipsum mercede, non desiderasset uidere terram suam, non declarata fuisset uirtus uiri, non magis familiares facti essent ei. Vide enim quid dicunt, Deuorando deuorauit nos & argentum nostrum. Et ita hinc prodiit, amoris causa. Seruas ferè habuit pro mulieribus, & diligebatur ab eis, cui possessioni haud poterit conferri aliquid. Nihil enim honestius quam amari ab uxore & amare. & sapiens inter beatos ponit, quibus amabilis quae amat uxor obuenit: ibi enim uere diuitiae, & multa abundant felicitas. Igitur si illud non sit, nulla aliorum erit utilitas, sed omnia turbantur, omnia insuauitate & confusione plena sunt. Igitur & nos hoc ante omnia quaeram. Pecunias quaerens, non hoc quaerit. Haec quaeramus, quae firma esse possunt, ne nuptias ab opulentis, ne immodica diuitiae uxori superbum afferat sensum, & inde corruptionem. Non uides, quid fecit deus, quo modo illam subiicit? Quare ingratus es, quare insensatus? id quod tibi natura concessum, hoc tu ne corruperis adiutorium, & ita non oportet te diuitem quaerere, sed ut habeamus communem sociam ad liberos procreandos: non ut pecunias afferat uxor illam dedit deus, sed ut sit adiutrix. Quae autem pecunias affert, etiam insidiatur, & domina fit pro ministra, uel forsitan bestia pro muliere, uolens propter diuitias sapere magna. Nihil turpius uiro qui sic uult ditari. Si enim istuc ipsum ditari tentationibus plenum est, sic autem ditari quid non afferet? Ne enim hoc attendas, si id quibusdam accidat raro: nam & in aliis negociis, quibus praeter expectationem fruuntur quidam, non spectatur quod plerique fortunatiores sint, sed id uideamus quod ratio docet. Si multa insuauia tibi erunt, non solum in ignominia eris, sed etiam pueros confundes, pauperes relinquens, si prior moriari, & ei multas occasiones das ut mox secundum quaerat maritum. Non uides multis hanc fuisse causam secundarum nuptiarum, ut non contemnatur, & ut quaerat eos qui rebus suis praesint. Itaque ne haec operemur mala propter opes, sed omnia relinquamus, & animam inquiramus bonam, ut & dilectionem assequamur. Haec sunt magna diuitiae, haec sunt magnus thesaurus, haec sunt innumera bona. Quae nos omnes assequi, ut oportet, & iuxta leges dei uiuere, ut etiam futuris bonis frui possimus, concedatur gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre simul ac sancto spiritu gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Itaque

Itaque milites ut præceptum erat eis assumpto Paulo, duxerunt per noctem in Antipatridem, & postero die relictis equitibus qui erant cum illo, reversi sunt in castra. At illi ut venerunt in Caesarem, & rediderunt epistolam, duci statuerunt etiam Paulum. *Homilia quinquagesima.*

Educunt quasi regem quendam læcariis stipatum cum tanta multitudine & in nocte, timētes iram & impetum populi. Igitur postquam eiecerunt illum de ciuitate, tunc desistunt. Nō autem tribunus cum tāta illum securitate emisisset, nisi & ipse in nullo eum condemnasset, & illorum sanguinariam sciuisset mentem. *Vt autem legit & rogauit, ex qua provincia esset, & cognoscens quod ex Cilicia: Audiam te, inquit, quando & accusatores tui venerint, iussitq; illum in pratorio Herodis custodire.* Iam pro illo rationem dederat Lyfias, at tamen & sic Iudæi insidiantur, & præoccupant auditorem: & iterum in vincula mittitur, & audi quo modo: **B**

Post quinque autem dies descendit princeps sacerdotum Ananias cum senioribus & rhetore quodam Tertullo, qui & comparauerunt apud præsidem contra Paulum. Vide quo modo neque sic desisterunt, sed utuntur variis prohibitionibus, quāuis prohibeantur, atq; ad eō sicut illic confunduntur. *Vocato autem illo, cepit Tertullus accusare dicens, Quum in multa pace agamus per te, & multa bona opera fiant huic populo per tuam prouidentiam semper & ubique suscipimus præstantissime Felix cum omni gratiarum actione. Sed ne diutius te morer, oro vt paucis nos audias pro tua humanitate.* Profecto vos hoc fecistis, oratore quid opo erat? Vide quo modo hic statim ab initio, quasi rerum nouatorē, & seditiosum calumniari vult, & iudicem laudibus præoccupat. Deinde quasi multa possit dicere, prætercurrit, & vnum hoc dicit. Vt autē ne diutius te detineā, Vide quo modo iudici puniēdi desiderium immittit, utpote comprehensuro orbis turbatorem, & quasi in magno bono opere gloriantur. *Inuentum enim virum hunc pestilentem, & mouentem seditionem omnibus Iudæis in vniuerso orbe, sectæ Nazærorum præsitentem, qui etiā templum attentauit profanare, quem etiam apprehendimus & voluimus secundum legem nostram iudicare, superueniens Lyfias tribunus magna cum vi, ex manibus nostris abduxit, iubens accusatores eius ad te venire, ex quo potes ipse diiudicare de his omnibus cognoscere de quibus nos accusamus eum.* Vt pestilentem iam, & vt comunem hostem gentis accusant, & præstitē sectæ Nazærorū: videbatur hoc ignominiosum, quod Nazærorum. Ideo & hoc allegarunt, & ab hoc iterum accusant eum. Nazareth enim contemptior erat, & inuentum inquit. Vide malignē quo modo vt fugietem calumniatur, & vix se illam assequutos, quāuis septē diebus fuerit in templo. Apprehendimus & secundum legem nostram iudicare voluimus. Vide quo modo & legem contumelia afficiunt. Neque enim hoc legis erat, percutere, occidere, iniuriari. Additur & Lyfias accusatio: Superueniens autem Lyfias tribunus magna cum vi, ex manibus nostris abduxit. Non conueniebat illi rem hanc facere, quam tamen fecit. Ex quo poteris diiudicans de his omnibus cognoscere, de quibus nos accusamus illum. Adiecerunt autem & Iudæi dicentes, hæc sic habere. Quid igitur Paulus: nunquid ad hæc tacet: minimē, sed libere loquitur, iterum & respondet, idq; volente præside. Addidit enim: *Respondit autem Paulus inueniente ei præside vt dicat: Sciens multis annis te iustum iudicem huic genti esse, æquiore animo de rebus meis satisfacio. Quum possis tu cognoscere, non esse plures quā duodecim dies, ex quo ascēdi Hierusalem adoraturus, & neque in templo inuenerunt me cum aliquo loquentem aut concussum facientem turbā, vel in synagogis, vel in ciuitate, neque probare possunt ea de quibus me accusant.* Non

A sunt hæc adulationis verba, testificare iusticiam iudici, sed illa magis, quod multa pace potiantur per eum. Quir igitur iniultē seditiosus estis? Obserua autem, Ad iniusticiam impellebant: hic quod iustū, querebat. Ideo & dicebat, Aequiore animo de rebus meis satisfacio. Deinde & a tempore confirmat. Sciēs te multis annis iustum iudicem. Et quid hoc ad demonstrationem cōducebat: Ostendit sanē quod & ipse sciat, nihil se corū fecisse quorum accusabatur. Si autem concursus turbæ vnquam cōcitasset, vtique iudex ipse cognouisset, nec ei qui tantus erat occultum fuisset. Deinde quoniā accusator, nihil potuit monstrare in Hierosolymis, vide quid dicit, Omnibus Iudæis in vniuerso orbe mendacium confingens. Idcirco Paulus hinc illum abstrahens, Adoraturus ascendi, inquit: Quali per hoc rationem reddens. Quia tantum abest, ne seditioem concitem, & in hoc iusto, quod certē validum erat, immoratur: subdit enim, Neque in templo, neque in ciuitate, neque in synagoga inuenerunt me cum aliquo loquentem, id quod & verum erat. Et ille quidē præstitentem, inquit, quasi in bello aut tumultu: hic autē vide vt humaniter respondit: *Confiteor autē hoc tibi, quod iuxta viam quā vocant Sectam, sic colo patrem deum, credens omnibus, quæ in lege ac prophetis sunt scripta, spem habens in deum, quæ & in si amplectantur, futuram resurrectionem iustorum & iniustorum.* Vide, separabant hunc illi, hic verō se adiungit & legi, per eaque respōdet, additum declarat, confirmansque iterum quod dixerat, addit: *In hoc autem & ipse iudicio sine offendiculo conscientiam habere erga deum, & erga omnes semper. Post annos autem plures accessi, elemosynas exhibiturus in gentem meam & oblationes, in quibus compererunt quidam me purificatum in templo, haud cum turba, neque cum tumultu.* Quir igitur ascendisti: quir venisti: adoraturus, & elemosynas daturus inquit, id quod non erat seditiosus. Deinde deiicit illorum quoque personam, dicens sine discrimine.

In quibus me compererunt quidam coram qui ex Asia erant Iudæi, quos oportebat tecum ad esse & accusare, si quid habeant contra me, vel hi ipsi dicant, quid inuenierint in me iniustum, quum in concilio vel de vna hac voce qua clamari inter eos stans, De resurrectione mortuorum ego hodie iudicor a vobis. Hæc erat abundans iustificatio, nō fugere ab accusatoribus, sed paratum esse, ad reddendam rationem omnibus. De resurrectione mortuorum ego hodie, inquit, iudicor. Et nihil dixit eorum, quæ merito poterat dicere, quod inuidiati sint, quod comprehenderint illū, quod in iudicium struxerint: hæc enim ab illis dicuntur facta esse, ab hoc autem nihil periculi erat, sed tacet, & tantum rationem reddit, quāuis plurima dicere potuisset. Hoc illum & in Caesarea clarum reddebat, quod cum tāto venerat agmine. In quibus inuenerūt me purificatum in templo. Quo modo igitur prophanauit? Non est hoc vnus & eiusdem, purificari & adorare, & propter hoc venire, & polluere. Hoc etiam pro firmanda causa aliquid faciebat, quod sermonem non limit esse prolixiorē, & gratificatur iudici: mihi autem videtur & illi satisfactioem contrahere, sed videamus iterum dicta: Quoniam antea multum concionatus erat Tertullus, ostendens quod breuitati studeat, nō dicit, audi causam: sed ne te diutius morer, oro vt audias pro tua humanitate. Fortassis sermonem sic instituit per humilitatem, vel etiam verē hoc humanitatis indicium erat, si possint multa dici, non inturbare si pauca quis dicat. Inuenimus enim virum illum pestilentem, Qui, inquit, & templum tentauit polluere. Igitur non polluit. Quid igitur si aliās hoc fecit: minimē, alioqui etiam dixisset, nunc

nunc autem dicit, attestauit quidem. Hoc autem quo modo, non apponit, & sic causam Pauli exaggerauit, suam verō minuit. Quem & apprehendimus, inquit, & voluimus iudicare iuxta nostram legem. Superueniens autem tribunus cum multa vi a manibus nostris abduxit. Hic ostendit quod coacti ad peregrina tribunalia veniunt, & quod obturbassent eum nisi coegisset ille, & quod non fuerit officij illius abducere virum: nam quum iniusticiæ apud nos fuerint, & iudiciū apud nos fieri oportebat. Et quod ita sit, vide quid deinceps dicat, Cū multa inquit vi. Vis erat. Ex quo potes cognoscere. Neque accusare audeat. Erat enim ad veniā dandam facilis vir, neque simpliciter aderat. Deinde iterū ne videatur metiri, Paulum sui ipsius accusatorem adhibet. Et quo, inquit, potes diiudicās cognoscere. Mox & testes dictorum adsumt. Adiecerunt autem & Iudæi dicentes, hæc sic habere. En testes, qui & ipsi accusatores. At Paulus respondet, Sciēs te multis annis esse iustum iudicem. Non igitur peregrinus, neque extraneus, neque nouator erat, quandoquidem a multis annis cognoscebat iudicem. Et bene addit, Iustum, ne ad principē sacerdotum respiciat, neque ad populū. Vide quo modo non prouocatus est ad contumeliā, neque erga accusatorem, quāuis etiam necessitas sit. Credens inquit, omnibus quæ in lege: hoc dixit, ostendens nullum hominem, qui resurrectionem futuram credit, tale quid vnquam facturum, quā & illi approbant. Non dixit de his quod credentibus his quæ in prophetis sunt scripta, neque enim credebant: sed hic omnibus credebatur, non illi: quo modo autem, longum esset nunc dicere. Tāta dixit, & nusquam Christi meminit. Ibi autem credens vt dixisset etiam de Christo addidit, Sed nunc moratur in resurrectionis sermone, utpote in cōmuni dogmate, quod omnem seditionis suspicionem tollebat. Subditur & causa ascensus: Elemosynas, inquit, & oblationes facturum in gentem meam veni, idq; per annos plures: quo modo igitur obturbaret eos, quibus vt elemosynam faceret, tanta venerat via? Non cum turba, inquit, neque cum tumultu. Vbiq; seditionem inficiatur. Bene autem vocat etiam accusatores eos qui ab Asia, quos oportebat, inquit, tecum accusare, si quid in me habeant. Ita confidit mundus esse ab his de quibus accusabatur, quod & illos aduocat, & non solum eos qui ab Asia, sed etiam eos qui ex Hierusalem accusatores non reuocant. Quin & hos aduocat iterum adiciens, Vel hi ipsi dicant. Etenim ob hoc ab initio defatigati sunt, quod resurrectionem prædicaret. Et bene sic faciebat. Hoc enim ostenso facile etiam subiicit, Christum resurrexisse. Quid inuenerunt, inquit, in me iniusticiam, quum starem in concilio: In concilio dixit, ostendens quod nihil inuenerint, non priuatim inquisitione facta, sed præsentē multitudine, & diligenter diiudicāte. Quod autem hæc vera dico, testes sunt qui de hoc accusant. Idcirco etiam dicebat, In hoc autem studeo, vt sine offendiculo conscientiam habeam erga deum & erga hominem. Perfecta est enim hæc virtus, quando neque hominibus damus occasiones, & apud deum curamus esse sine offendiculo. Qua voce clamauit in concilio. Etiam vni illorum manifestat dum dicit, clamauit. Non possunt dicere quod prætextu elemosynæ hæc fecerim, neque enim cum turba, neque cum tumultu hæc faciebam. Et aliter, Etiam inquisitione facta de hoc, nihil amplius inuentum est. Vidisti in periculis humanitatem: vidisti honestam linguam: & quo modo id vnum quærit, vt sua excuset, neque il-

los criminibus implicet, nisi quando defensio cogit, quemadmodum & Christus dicebat, Ego dæmonium non habeo, sed honoro patrem meum, vos autem non honorastis me. Hunc imitemur & nos, quoniam & ipse Christi imitator fuit. Si ille his qui vsque ad mortem ac eadē ceperant nihil loquutus est durum: nos t. al. præf. qua venia digni erimus, qui ad conuicium & contumeliæ verbum exasperamur, scelestos ac flagitiosissimos vocantes inimicos nostros, & quam excusationem habebimus dum nobis sunt inimici? Non audis, Qui honorat, seipsum honorat, nos autē nos ipsos contumelia afficimus? Accusas quod contumelia affectus es, quare igitur & ipse in hoc crimen incidis? Cur te ipsum percutis? mane sine affectionibus, mane inuulnerabilis: non volens alium vulnerare, & te ipsum iniucis in malum? Non sufficit nobis aliās animæ tumulus, qui nullo concitante oritur, vt concupiscentiæ illicitæ, mærores, tristitia, & quæcunque id genus, vt alios etiā super alios cumulemus? Et quo modo, inquit, possibile est, eum qui contumelia afficitur ferre? quo modo autem nō possibile dic oro. Vultus nobis nascitur ex verbis cicatrices in corporibus: quantum igitur nobis erit damnum? atq; ita si voluerimus, possumus ferre. Ponamus nobis legem, ne doleamus: dicamus nobis ipsi, non est inimicus, infirmitatis est, verē enim ex infirmitate est. Quoniam quod non sit inimicitia, neque malignitatis morum, volebat etiam ille continere, quāuis multis nominibus læsus sit. Si hoc considerauerimus solum, quod infirmitatis est, portabimus & veniā dabimus illi, conabimurque ne & ipsi cadamus. Caterū rogo omnes qui præsentēs estis, num sic philosophari poteritis: equidem opinor. Itaque inuitus te contumelia afficit, & nō volens, sed ab affectione coactus. Contineas te, non vides dæmoniacos? quemadmodū ille nō ab inimicitia, quantum ab infirmitate patitur, ita & nos non a natura contumeliarū mouemur, quāntum a nobis ipsi: alioqui quo modo feremus insanientes, similes contumelias inferentes. Item si amici essent qui conuiciis nos impetunt, vel etiā maiores, & sic ferremus. Quo modo igitur non absurdum, quum tres sunt, amici, insanientes & maiores, & ferre possumus: pares autem honore vel inferiores, & non toleramus? Sæpe dixerunt, momentanea res, & adictum oculi durans. Parum fortes simus, & totum perfecimus: quānto maiore contumelia afficitur, tantō infirmior est illa. Audisti quando oporteat dolere: quando nos contumelia afficimus, & ille silebit, tunc ipse quidem fortior est, nos autem infirmi. Si autem diuersum fiat, etiā gaudere oportet, coronatus es, prædicatus es, & nec in palæstram deductus absque Sole & radio & puluere inimicitias ferēs, neque complicitus illi, neque datis ansis. At si volueris solum, siue sedēs siue stans, accepisti magnā coronam, & non simpliciter magnam, sed multō maiorem quā illi. Non est enim par & inimicum profertere oppugnantem, & tela iræ vincere: vicisti neque data ansa, prostrauisti affectionem quæ in te est, occidisti bestiam commotā, & rabidi furoris ora obturasti, quemadmodum pastor optimus. Domesticum bellum futurū erat & intestina pugna: nam sicut qui mœnia proximi obsident foris, intestina curāt oriri bella, & sic vincunt. Sic & qui contumelias iacit, si non excitarit affectiones nostras, non poterit vincere, si nō ipsi nos incenderimus. Ille profectō nullum robur habet, apud autem nos est iræ scintilla, vt tempestiue accendatur, non contra nos ipsos, neque vt multis malis immisceat.

misceat. Non videtis in domibus ignem reconditum, & non passim sparsum, neque in feno, neque in vestibus, etiam flante vento non accendit sed licet ministra lucernam habeat, etiam si coquus accendat, denunciat ne iuxta ventum, neque iuxta tabulam, neque in nocte hoc faciat: sed quando ingruit nox, sopimus illum, timentes ne forte dormientibus nobis, quum nullus sit qui iuuat accendatur, & omnes exurat. Hoc etiam in ira fiat. Ne omnino dispergantur nostrae rationes, sed in profundo mentis seruentur, vt neque ventus a verbis aduersarij facile pertingat, sed a nobis suscipiatur ventus scientibus congrue illum tuto mouere. Si deforis ventum accipiat, nescit modum. Saepe etiam dormientibus nobis ventus ille incidit, & omnia quiescere facit. Sit igitur sic vt nobis solum lucem accendat: accendit enim lucem ira, quando decenter fit. Et faces habeamus alias contra eos qui iniuste laedunt, contraque diabolium, ne omnino iaceat, neque abiiciatur scintilla. In cogitationibus humilibus sopiamus illum, non semper illo opus habemus, sed quando operari quid oportet, & mollire, quando obstinationem domare opus fuerit, quando condemnanda est anima. Quanta mala fecerunt ira & furor: Et hoc graue, quando in diuersa excitamus, non iam illius fumus domini, sed alios expectamus. Vusquisque confunditur & erubescit vt veniat ad placandum alium. Vide diuidere quidem & discindere non erubescit, sed fit mali dux, accedere autem & diuisum coniungere confunditur. Et idem accidit, vt si quis abscindere quidem membrum non grauetur, congregare autem erubescat. Quid dicis homo, multum lesisti, & ipse author fuisti pugnae: itaque iustus eris si prior abeas & concilies, vt pote qui causam ipse praebueris. At laesus est, & ille author est: Igitur etiam propter hoc, vt magis te admiraretur, vt quum primo & secundo primatum habeas, vt qui non fueris inimiciorum author: ita neque tu extendas vltra inimicicias, forsitan ille mutorum conscius secum confundetur ac erubescet. Sed superbus est: verum hanc ob rem ne sis tardus ad accedendum. Etenim duplex illius affectio est, nempe ira & superbia. Tu causam dixisti, propter quam prior accedere illum debes, quia sanus es, & videre potes. Ille in tenebris est. Ita enim se habent ira ac superbia. Tu autem qui ab his liber & sanus accede, ad infirmum medicus. Ne quis dicat medicorum, quonia infirmus est non vado, sed propter hoc maximè vadat, quum viderit eum qui non potuit venire. Eos enim qui venire possunt, minus curant, eo quod minus infirmi sunt, non sic agunt cum decumbentibus. An non videtur tibi infirmitate difficilior esse superbia & ira? Nonne haec quidem valido igni comparatur, illa autem inflato & languido corpori? Cogita quantum sit ferre febrem & inflammationem. Vade extingue ignem, potes enim per gratiam dei, quemadmodum aqua compescere incendiū. Quid igitur si hoc ipso magis extollatur, inquit: Nihil ad te, nam tu quidem quod tuum est fecisti, ille autem sibi ipsi imputat, ne condemnetur nostra conscientia, quasi propter nos aliquid omissum sit. Pasce inimicum tuum, hoc enim facies accumulabis carbones ignis super caput eius. Attamen quum hoc sit, iubet abire & conciliare & benefacere, non vt carbones ignis accumulamus, sed vt ille hoc sciens cōpescatur, vt tremat, vt terreatur beneficiis magis quam inimiciorū amiciciis vel insidiis. Non enim inimicus vltionis audius, ita incommodat odio habentem, sicut qui prodest ac benefacit. Etenim qui vltionis est audius, vel parum vel nihil

incommodat. Qui autem bene facit, congerit carbones ignis super caput eius. Igitur non est faciendum, ne accumulatur carbones: Sed alioqui in caput tuum vis carbones cumulari. Etenim hoc facit vltionis auditas. Sed iubes amplius extendam? Minimè: tu enim hoc non facis, sed ille bestia asperior: nam si tu benefeceris, & honoraris, & concilies, seruat ille inimicicias, sibi ipsi ignem accendit, ipse suum exussit caput. Tu autem nihil senties, ne sis deo magis misericors, innumera alioqui feres mala. Immo neque si volueris poteris, neque in paruo: nam quantum distat caelum a terra, tantum hominum consilia a consiliis nostris. Et iterum: Si vos, inquit, quum sitis mali, scitis dona bona dare filiis vestris, quanto magis pater vester? Sed excusatio est ac cauillium. Ne cauilemur praepcepta dei. Et quo modo cauillamur, inquit: Dixit: hoc faciens, carbones ignis cumularis super caput eius: tu autem dicis, Timeo inimicum, quia valde me laesit. Non haec dicis? Quo modo autem omnino habeas inimicum? times eum qui iniuste laesit, te ipsum autem non times. Vtinam tui ipsius curam gereres, ne fac hoc animo, sed magis alio. Sed non facis, non dico quod carbones ignis cumularis tibi, sed etiam aliud amplius quiddam tibi dico, tantum fac. Haec enim omnia vt te prouocet Paulus dicit, Spe poenae soluite inimicicias. Quoniam ita bestialibus moribus praediti sumus, vt non feramus diligere inimicos, nisi vt aliquid patiantur expectemus, sicut bestiae porrigit hunc panem. certè apostolis non hoc dixit Christus. Sed quid? vt sitis similes patri vestro caelesti. Et aliter. Fieri non potest vt benefaciens & beneficia accipiens, maneant inimici. Idcirco haec posuit, Quis tu in verbis philosopharis, in operibus autem modum non seruas? Bene, non pascis illum, ne carbones ignis coacerues ei. Igitur ne parcis, igitur amas & mente hoc facis? Scit deus an mente hoc dicas. Certè sermonibus agis nobiscum sophisticam. Curā geris inimici, & times ne puniaris: Igitur extinxisti irā. Qui enim sic diligit, vt suam vtilitatem contemnat propter ea quae illi conducunt, non habet inimicum. Poteris hoc dicere, quādiu ludimus in rebus non ludicris, & veniam non habentibus. Ideo depositis illis praetextibus, ne contemnamus leges diuinas, vt possimus beneplacētes domino, vitam praesentem deducere, & promissa bona assequi, Gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & sancto spiritu sit gloria, imperiū, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Distulit autem, inquit, Felix illos probè tenens quae de via illa, dicens, Quando Lysias tribunus descenderit, per noscam vestram causam. insitq; centurionem vt custodiret Paulum, sineretq; eum relaxari, & nullum familiarium prohiberet ministrare vel accedere illum. Homilia LI.

Vide quanta probatio, primum quidem a multis, deinde multo tempore probatur, ne dicere possint sublata iudicia: nam quonia orator meminerat Lysia, dicens quod vi abduxerit illum, subdit tempestiue Felicis verba, & inquit, Distulit autem Felix illos probè tenens quae de via illa: hoc est, dedita opera distulit, non opus habes vt discat, sed volens repellere Iudaeos, noluit dimittere propter illos. Punire iterum non poterat, impudens enim fuisset. Ideo & distulit dicens, *Quando Lysias tribunus descenderit, per noscam vestram causam, insitq; centurionem vt custodiret Paulum, sineretq; eum relaxari, & nullum familiarium prohiberet ministrare, vel accedere illum. Sineretq; illum, inquit, relaxari ita*

Roma. II. d

Ita ipsum & ille a criminibus liberauit. Cur igitur si reliquit, detinet: illis gratificans, vel etiam expectans pecuniam se accepturum. Idcirco & reuocat Paulum. Et quod ob hoc reuocarit, manifestum nobis facit scriptor addens ac dicens: *Post aliquot autem dies, quum aduenisset Felix cum Drusilla uxore sua, quae erat Iudaea, accersit Paulum & audiuit ab eo fidem quae est in Christum. Disputante autem illo de iusticia & temperantia, & de iudicio futuro, tremefactus Felix respondit, In praesentia abi, ceterum opportunitatem nactus accersam te, simul & illud sperans fore vt pecunia daretur a Paulo vt solveret ipsum. Propter quod & frequenter accersens ipsum, loquebat eum eo. Vide quo modo veritatem habent quae dicta, accersit autem illum subinde, non admirans illum neque laudans quae dicebantur, neque credere volēs. Sed quid? Expectans dandas sibi pecunias. Vide quo modo non occultat hic iudicis mentem, quanuis si condemnasset, non hoc fecisset, neque si voluisset audire accusatorem & maleuolum. Et vide Paulum quanuis cum principe loqueretur nihil dicere, eorum per quae verisimile erat refocillari animam illius, sed talia e quibus etiam terretur & mente concutitur. Disputante enim, inquit, de iusticia, temperantia & futuro iudicio, tremefactus est Felix. Tanta erat verborum Pauli vis, vt & principem terreat. Et hic quidem accipit successorem, & relinquit hunc ligatum, quanuis certè non oportebat, sed finis erat imponēdus: gratificans autem Iudaeis reliquit illum, qui sic vrgebant, vt iterum assequantur, tamen nullum apostolorum sic persequebantur, vrgetes tamen iterum abscedunt. Singulari dispensatione recedit e Hierusalem, sic se erga bestias illas habens, at tamen volunt illum iterum duci illuc iudicandū. Verum & hoc loco statim dispensauit deus, non permitte principi. Verisimile enim illum nuper ad principatum euectum voluisse gratificari, sed non permittit deus. Postquam autem descenderunt, tum impudenter & grauiores fecerunt accusationes. Et quum non posset propter legem illum occidere, iterum ad solitam consuetudinem suam confugiunt, sicut & Christum accusabant reum Caesareae maiestatis laesa dicentes. Paulū enim rationem reddere de peccatis in Caesarem manifestum hoc erat, vnde & ipse interpretans, subdit: *Impletis autem annis duobus, accepit successorem Felix Porcium Festum. Volens autem gratiam praestare Iudaeis, reliquit Paulum vincitum. Festus ergo suscepta prouincia post triduum ascendit Hierusalem, ab vrbe Caesarea. Significaueruntq; illi principes sacerdotū, ac primores Iudaeorum de Paulo, & rogabant eum postulantem fauorem aduersus eum, vt accerferet eum Hierusalem, insidias intendentes, vt interficerent eum in via. Festus autem respondit, vt seruaretur quidē Paulus Caesarea, se verò breui illo profecturum. Qui ergo inter vos, inquit, potentes sunt, vna nobiscum descendat, & si quod est in hoc vivo crimē, accusent eum. Demoratus autē inter eos diebus plus quam octo, descendit Caesarem, & postero die sedit pro tribunali, iussitque Paulum adduci. Qui quum perductus esset, circumsteterunt eum quidē a Hierusalem descenderant Iudaei, multa & graua crimina intendētes in Paulum, quae non poterant probari Paulo pro se rationem reddēte, quod neque in legem Iudaeorum, neque in templum, neque in Caesarem peccasset. Porro Festus Iudaeis volens gratificari, respondens Paulo dixit, Vis Hierusalem ascendere, & illic iudicari apud me? Vide quo modo & ille Iudaeis gratificatur. Propter hoc iterum etiam illum perterret humanis vtens armis, & audi quo modo: Dixit autem Paulus, *Ad tribunal Caesaris sto, vbi me oportet iudicari, Iudaeos nihil laesi, sicut & tu melius nosti. Si enim nocui, & dignum morte feci aliquid, non detrecto mori. Si verò nihil est eorum de quibus hi me accusant, nullus me potest illis donare, Caesarem appello.* At hinc dixerit quis, Et quare**

Supra 23. c

quum audierit quod etiā Romae debebat testificari de me, quia non credens haec faciebat: Absit, sed vt valde credens. Imò magis tentantis fuisset fidere illa sententia, & innumeris seipsum immittere periculis, & dicere, Videamus num possit deus etiam sic eripere me: non facit autem hoc Paulus, sed assert quicquid ipse poterat, at totum permittit deo. Ex cuniculis autem & principem interim perstringit sic se defendens: Quasi hoc dicat, Si quidem iniuste ago, tene si autem non iniuste ago, quid me exponis? Nullus me, inquit, potest donare. Metum ei incutit, vt non possit etiam si vellet donare. Quin etiam contra illos valuit defensio ob appellationem. *Tunc Festus loquutus cum concilio, respondit, Caesarem appellasti, ad Caesarem ibis.* Vide, rem hanc communitat Agrippae, vt iterum alij fiant auditores, & rex, & exercitus, & Bernice. Deinde iterum subditur defensio: *Et quum dies aliquot transacti essent, Festus regi retulit causam Pauli dicens, Vir quidam relictus est a Felice vincitum, de quo quum venissem Hierusalem, significarunt mihi principes sacerdotum & seniores Iudaeorum, postulantes aduersus illum sententiam: quibus respondi, Non est Romanis mos ob gratiam donare aliquem hominem, vt pereat, priusquam is qui accusatur praesentes habeat accusatores, locumque defendendi de crimine habeat. Qui ergo huc conuenissent sine vlla dilatione, sequenti die sedens pro tribunali iussi adduci virum. De quo quum stetit accusatores, nullum crimen intēdebant super hisce rebus, de quibus ego suspicabar: sed quaedam Iesu desunt, quem affirmabat Paulus viuere. Haesitans autē ego de huiusmodi questione, dicebam, num vellet ire Hierusalem, & ibi iudicari super istis. Paulus autem quum appellasset vt seruaretur Augusti cognitioni, iussi seruare eum, donec mitterem eum ad Caesarem. Agrippa autem dixit ad eum, Volebam & ipse hominē audire. At ille, inquit, cras audies illum.* Vide iterum accusari, non a Paulo, sed a principe. Significarūt, inquit, principes sacerdotum, & seniores Iudaeorum, petentes contra illum sententiam, quibus ego respondi: Vide & quid respondet ad illorum confusionem: Non est mos Romanis donare aliquem hominem ob gratiam, vt pereat, priusquam ille rationē det. Impossibile est ita simpliciter donare. Vt autem iuxta consuetudinem egit, non inuenit causam, vnde de hac re anxius fit, & manifestū hoc per ea quae subdidit dicens, Haesitans autē ego de huiusmodi questione. Sic dixit adumbras suum peccatum. Et ille quidem adumbrat. Agrippa autem concupiscit videre illum. Vide quod semper repellūt principes inimicicias Iudaicas, & praeter id quod iustum erat coguntur facere, & dilationis querunt praetextus. Non enim ignorās differebat, sed sciens. Agrippa autem non solum non repellebat, sed etiam audire vult, quod & admiratione dignum est. Vnde autem in desiderium venit, vt hominem videre vellet, qui licet iniuste accusatus esset. Ita & hoc singulari dispensatione accidit. Idcirco & mulier eius simul audit, & auditu non priuatur. Et non simpliciter audit, sed cum magno honore. Tanto ferebatur desiderio: non enim nisi concupiuisset, quāsiuisset audire, neque uxorem sociam fecisset auditionis, nisi magna de illo sensisset. Mihi autem videtur etiam illam magno desiderio petiuisse. Et vide Paulum non de fide solum & remissione peccatorum, sed etiam de operandis differere. Sed videamus iterum quae dicta sunt: In praesentia abi, ceterum opportunitatem nactus accersam te. Vide cecitatem. Talia audiens, pecunias expectabat se sumpturum ab eo. Et non hoc solum graue, sed etiam quum colloquutus esset non reliquit illum: sed vbi ad finem principatus venit, reliquit illum vincitum,

lum vincitum, vt gratificetur Iudeis, & ita non diuitias solum, sed etiam gloriam diligebat. Quo modo pecunias scelestas ab homine contrarium predicantem inquiris: Quod autem non accepit, manifestum ex eo quod non soluit eum à vinculis: etenim si accepisset, soluisset eum. De temperantia hic disputabat, & ille sperabat se à tali pecunias accepturum, & petere quidem non audebat. Tale enim peccatum, meticulosos facit & omnia suspicantes. Sperabat autem atque ita merito illis gratificabatur, vt pote qui tanto ibi tempore principatum gesserat. Itaque vbi prouinciam suscepit Festus, significarant illi & principes sacerdotum & primi Iudeorum contra Paulum, inquit: statim etiam in principio accesserunt sacerdotes non grauati etiam in Casaream venire, nisi prouenisset veniens, vbi scilicet statim vt accepit principatum, accedunt. Et quum descendisset in Casaream, morabatur inter eos decem dies, dabaturque opera, vt corrumperetur. Paulus autem erat in carcere. Et obsecrabant illum, inquit, vt accerferet eum in Hierusalem. Et quare fauore petierunt si iustus est, vt moriatur, sed sic & illi manifesta facta sunt insidia, quasi differens dicat: Viri qui simul presentes videte hunc, propter quem Iudeorum multitudo me rogauit. Nam dum dicit, quod petierint gratiam contra illum, indicat rogasse, & ita iam volebant illum ad dicendam sententiam cogere, timentes Pauli linguam. Quid timetis: quid vrgetis: Hoc enim insinuat, quod ille custoditur, nunquid fugit: Igitur qui in vobis, inquit, potentes accusent illum. Iterum accusatores in Casarea. Et iterum educitur Paulus. Sequenti autem die, sedens pro tribunali ait. Vide statim vt venit, sedit pro tribunali, sic illum impellebant magno studio, sic vrgabant. Itaque quando nondum honore tanto à Iudeis habitus, recte respondit: postquam autem venit Hierusalem, & ipse gratificatur eis, non simpliciter autem gratificatur, sed cum dolo hoc facit. Et quo modo audit: subdit enim, Vis ne Hierosolyma ascendens iudicari de his à me: Quasi diceret, non illis do te, sed ipse iudex ero. Hoc autem dicens illius arbitrio permittit, vt honore ipsum attrahat: nam si hoc imperasset, valde impudens visum fuisset, si abduceret illuc eum, qui ibi non fuisset redargutus. Paulus autem non dixit, Non volo, ne forte & asperiores redderet iudicem, sed iterum liberè loquitur ac inquit, Ad tribunal Casaris isto, vbi me oportet iudicari. Magna est libertas sermonis. Et vide vt ratiocinatur, quasi enim hoc dicat se excusans. Eiecerunt me illi semel, & hoc putant accusare, quod ostendunt me peccasse in Casaream, apud illum quem Iesu volo iudicari. Vt enim hoc dixit, subdit: Iudeis nihil nocui, quod etià tu melius nosti. Perstringit illum iam quasi etiam gratificantem Iudeis. Postea quia perstrinxerat, iterum diluit sermonem, addens: Itaque si quidem iniuste egi, vel dignum aliquid morte feci, non recuso mori. Contra me ipsum fero sententiam, inquit. Hoc non est se perdentis, sed multum de innocentia sua bene conscij. Nam cum libertate, etiam firmari causam oportebat, ita vt aliis metus incutiatur. Si autem nihil est eorum de quibus me accusant, nullus me potest donare, etiam si velit, inquit, non poterit. Non dixit non dignus sum mori, neque absolui, sed paratus sum iudicari apud Casarem. Interim & somnij memor, fidentius prouocat. Et non dixit, tu, sed nullus. Et apposuit, Casarem appello: ne in illum contumeliam iaceret. Tunc Festus colloctus cum concilio, respondit, Casarem appellasti, ad Casarem ibis. Vidisti quo mo-

do gratificetur: Gratia enim erat colloqui cum accusatoribus: Quod corrupta sententia est & ordinis iudicarij cõsuetudo. Vide iterum illius prorogari iudicium, & insidias fieri, occasionem prædicationi. Hæc enim dispensantur, vt ita cum facultate & custodia abducatur in Hierusalem, quasi nullus insidietur: non enim iam fuerit, simpliciter venire, & in tali lite venire. Hoc etiã conuenire fecit Iudeos illic. Deinde iterum mora fit, dum ille versatur Hierosolymis, vt discas quod licet tempus sit, nihil insidia illi præualent, deo non concedente. Agrippas autem rex & Bernice descenderant in Casaream. Hic Agrippa qui & Herodes, alius mihi esse videtur, vt sit quartus ille post eum qui Iacobum occidit. Vide inimicos inuoluntarios simul operari, vt ita magnum fiat auditorium. Desiderio audiendi laborabat Agrippa, & non simpliciter audit, sed cum apparatu. Et vide defensionem quam princeps dicit. Cum autem ille prouocasset ad Augustum, Iudicari mittere illum, de quo certum quid domino scribere non possum. Sic scribit Festus, & inuulgatur crudelitas Iudaica. Quum enim hæc princeps diceret, suspectus non erat. Idcirco autem dicit. Et ita etiam ab illo condemnantur Iudei. Postquam autem omnes contra illos sententiam dederunt, tunc adiicit pœnam deus. Obserua autem. Condemnabat Lyfias, cõdemnabat Felix, cõdemnabat Festus, & hi gratificabantur eis, condemnabat Agrippa. Quid vltra condemnabant illos & Pharisei: & quod condemnabat, audi illum dicentem, nullam causam attulerunt, quam ego suspicabar. Etiam attulerunt, sed non conuincerunt. Nam insidia quidè & flagitium hæc suspicionem pariebant. Inquisitio autem tollebat profus. Et de quodam Iesu mortuo inquit. Merito de quodam dicit, vt pote principatum gerens, taliaque non curans. Ob hanc causam, etiam ego hæsitans dixit de inquisitione horum. Certè harum rerum inquisitio reuera talis iudicis aures transcendit. Et si hæsitans & anxius es, quur in Hierusalem trahis: Propterea & Paulus non volens ab ipso iudicari, Casarem appellat dicens, Ego ad tribunal Casaris isto, vbi me oportet iudicari. Etenim de hoc accusarant. Audis appellationem: audis insidias Iudeorum: audis seditionem: Hæc omnia Agrippam in desiderium audiendi excitarunt. Et dat Festus gratiam, & fit postea Paulus clarior. Talia insidia conciliarunt. Si hæc non fuissent, nullus horum principum dignatus esset eum audire, cum tanto silentio, tantaque patientia. Et videtur quidè docere & rationem reddere, sed magis magna cum dignitate concionatur. Itaque ne putemus rem grauem esse insidias, modò nobis ipsis non insidiamur, nullus nobis insidiari poterit, imò insidiantur quidem, nihil autem nocent, sed etiam profunt nobis plurimum. Et ita in nostra potestate situm est, & quod malè habemus, & non malè habemus. Ecce testificor & magna voce dico, turbaque clarius, & si fieri posset, è sublimi clamare non detrectarem, quod Christianum nullus homo super terram habitans nocere potest. Et quid dico, nullus homo: neque ipse dæmon, tyrannus, diabolus, si non ipse seipsum lædat, tametsi quoduis malum nobis quis intentare voluerit, frustra tentabit. Quemadmodum enim nullus homo angelum super terram nocet, ita neque homo hominem, sed neque ipse alium nocere poterit, quandiu bonus fuerit. Quid igitur illi conferendum, quando neque noceri neque nocere potest: hoc enim illo non minus est, non velle nocere alium. Igitur angelus quis est etiam deo similis. Talis enim & deus est,

deus est, sed ille quidem natura, hic autem proposito, neque igitur incommodari poterit, neque incommodare alium. Quod autem non potest, ne putes impotentiam: contrarium enim impotentia est, sed quod non capax est dico: natura enim illa neque damni capax est, neque incommodare alium potest, quoniam & hoc alterum damnum. Aliter nobis ipsis non nocemus quam nocendo alium, & grauissima peccata nostra ex iniusticia erga nos fiunt, & ita etiam propter hoc Christianus non potest noceri, quia neque nocere potest. Quo modo autem nocendo alios nos ipsos non nocemus: Agè singillatim res persequamur, & sermonem detegamus. Exempli gratia: Lædat quis iniuste, contumelia afficiat, fraude decipiat, quem nocuit ille: nonne seipsum prius? Hoc certè cunctis manifestum. Alij enim damnum est in pecunia, ipsi verò in anima. Iterum inuideat alius, quem nam nocuit & talis: nonne seipsum? Talis est enim iniusticia natura, vt primum noceat eum qui parit plurimum, alium autem perquam parum, imò nihil nocet: sed etiam prodest. At nihil fide dignum dixi. Sit igitur (maximè enim in his & totum consistit) pauper pecunias habens paucas, & necessario cibo abundans: alius autem diues & abundans, & multam habens facultatem, accipiat ea quæ sunt pauperis, nudumque illum reddat ac tradat fami, ipse autem delicatè versetur in his quæ iniuste ei abtulit. Talis nõ solum nihil illum nocuit, sed etiam ei profuit: sibi autem ipsi non solum non profuit, sed etiã damnosus fuit. Quo modo: primum quidem à sua mala conscientia flagellatur, & quotidie extimulatur, & ab omnibus condemnatur. Deinde in futuro iudicio. Sed quod ille quidem damnum accipit, ex his satis manifestum. Quo modo autem vtilitatem capiet ille, dic: Quia magnum lucrum est generosè ferre afflictiones. Est enim solutio peccatorum grauius affligi, est philosophia schola, est virtutis doctrina. Videamus igitur vter est in malis, hic an ille? Ille quidem si fuerit virtute præditus fortiter tolerabit, hic autem quotidie in tremore erit ac suspicione. Vter igitur laesus est, hic an ille? Fabulas dicis, inquit, quando enim quis non habet quod edat & cogitur plorare, & omnibus destitui, vel ire mendicatum, & non accipere: nonne animam & corpus simul perdit? Mercedes tu dicis: ego rem ipsam commonso. Dic enim oro, nullus ne diuitum destituitur notis? Quid igitur: nunquid huius rei causa est paupertas? Sed fame non premitur. Et quid hoc: maius erit iudicium, quando cum diuitiis hoc fecerit: neque diuitia fortiter reddunt, neque infirmum inopia, alioqui nullus opulentorum miseram ageret vitam, nullusque pauperum sibi ipsi subcharus fuisset. Quod autem sermones vestri fabula sint, hinc faciam manifestum. Dic igitur, Paulus ne in diuitiis vel in paupertate fuit, fame laborauit vel non? Possumus illum audire dicentem, In fame & afflictione. Prophetæ fame premebantur vel non? etiam illi non recipiebant quod opus eis. Iterum Paulum mihi profers, iterum prophetas decem ac viginti homines. Sed vnde vis? Multos quosdam, inquit, ostende mihi ferre paupertatem fortiter. Sed rarum semper quod tale, & pauci boni. Si vis autem rem per seipsam exquiramus. Videamus cuius cura maior vel molestior, & cuius tolerabilior: nonne hic pro necessario alimento sollicitus est, ille autem pro innumeris rebus, de necessario non anxius? Famem non timet diues, sed alia timet, sæpe de salute sua. Non est sine sollicitudine cibi

quem edat, inops, sed caret alia sollicitudine, & habet securitatem, quietem, & tranquillitatem. Et aliter: Si non est malum, sed bonum iniuste agere, quare confundimur, quare occultamus, quare dum probris afficimur indignamur, & molestè ferimus? Si non est bonum, iniuste affligi, quare super ea re gloriamur, & litigamus? Vis discere quo modo hoc sit illo melius: vide vt in vtrisque vtrique se habeant. Quare leges, quare iudicia, quare supplicia? nonne propter illos quasi ægrotantes? Sed magna interim est voluptas, inquit. Futura nunc prætereamus, & præsentia exquiramus. Quid miserius viro talem habente suspicione? quid ad ruendum procliuius? quid putrius? nonne in naufragio semper est licet iustum quiddam faciat, non creditur ob facultates eius, ab omnibus condemnatur: omnes enim qui iuxta se habitant, accusatores habet. non potest vti amicitia. Nullus enim statim vellet amicus fieri hominis, qui in tali existimatione est, ne particeps fiat suspicionis, & grauetur etiam ipse inuidia: vt bestiam auersantur omnes, vt pestiferum & naturæ hostem & hominidam, & improbum hominem. Si ad tribunum venerit is qui iniuria affecit, accusatore non habet opus: opinione quæ de illo habetur, quouis accusatore magis crimen intendente. At non ita agit qui iniuste affligitur, sed omnes habet defensores, condolentes, manum porrigentes, in securitate stat. Si bonum est iniuste agere, fateatur quis se esse iniustum: si autem hoc non audet, quid nam vt bonum aggreditur? Videamus autem quo modo etiam in nobis ipsis, quanta fiunt mala. Dic enim, oro, si aliquid quod in nobis relicta mensura sua, aliam cupiat, & vellet splen relicto suo loco, alienum cum suo arripere: nonne morbus esset? si humidum quod in nobis, impleteret omnia, nonne fieret corpus fluxum? & iterum si cholera cum illo latitudinem quærat, & vbique diffundatur sanguis. Quid autem in anima ira, concupiscentia, & alia omnia: si transgrediantur mensuram, nonne se simul disperdunt? Ita & cibus, si plus quam concoqui potest sumatur, morbis corpus infestat. Vnde enim podagra? vnde pendula rigidæque corpora, nonne ab immodicis cibis? Iterum in corpore si plus vellet accipere oculus, vel plus videre quam ei præfinitum, vel maius lumen accipiat: hoc quod super mensuram est, nocebit magis, quam proderit. Cogita autem, quoniam si quum bonum quoddam lux sit, & perit oculus: si plus viderit quando fulgidiora aspicit, quam mensura sua postulat: quid faceret lux si mala esset? Et auris si maiorem sonum accipiat, metem facit attonitam. Mens quædo cogitat quæ supra se sunt, obstupefcit: Etiam quod plus est quam opus nobis, perdit. Hoc est enim auaricia quam *πλεονεξία* vocant, plus habere, quam constitutum est. Sic certè & in pecuniis, quando voluerimus plura onera imponere, licet non sentiamus, molestam in nobis educamus bestiam, multa habentes, multis egentibus, innumeris curis nos immitimus, multas diabolo præbentes occasiones: propterea diabolus apud diuites non habet opus villo labore: Parati enim sunt ob diuitiarum sarcinam procliues, vt illi seruiant. At non ita habent pauperes, sed planè diuerso modo. Ita res illæ per seipsas perdunt. Vnde oro vt abstineatis ab harum concupiscentia, vt possimus euadere diaboli laqueos, & apprehensa virtute, bona æterna assequi, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & sancto spiritu sit gloria, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Postero autem die quum venisset Agrippa & Bernice, cum multo apparatu, & ingressi essent in auditorium cum tribunis & viris principalibus ciuitatis, iubente Festo adductus est Paulus. Homilia LII.

Ide quale auditorium congregatur Paulo, cum viris principalibus ciuitatis. Princeps enim & rex stipatoribus suis omnibus congregatis occurrunt, & cum ipsis tribuni & primi ciuitatis affuerunt. Hos enim vocat principales & τοὺς κατ' ἐξουσίαν, id est, eos qui in excellentia. Deinde & Paulus adducitur, & vide quo modo ipse ductus predicatur a Festo: non solum enim illum non accusat criminum, sed etiam pro eo rationem reddit, & quid dicit?

Agrippa rex, & omnes qui simul adfuerunt nobiscum viri. Videtis hunc hominem, de quo omnis multitudo Iudaeorum interpellauit me & in Hierusalem, & hic, acclamantes non oportere eum amplius vivere. Ego vero comperi eum nihil morte dignum admisisse. Ceterum quum ille appellaret Augustum, statui mittere eum, de quo quid certum scribam domino, non habeo. Quapropter produxi eum ad vos, & maxime ad te rex Agrippa. Iniquum enim mihi videtur mittere vincitum, & crimina de quibus accusatur, non significare. Vide quo modo illos quidem accusat, hunc autem absoluit. O iusticiae abundantia testimonia, vt condemnet non inuenit princeps, etiam plurima inquisitione facta. Illi autem hunc morte dignum esse dicebant: Ego vero comperi, inquit, nihil dignum morte fecisse illum.

De quo quid certum scribam domino, non habeo. Et hoc ad candorem Pauli pertinet, quod iudex non habet aliquid de illo scribendum. Quapropter produxi illum ad vos. Iniquum enim mihi videtur esse mittere vincitum, & crimina de quibus accusatur non significare. Vide in quam magnas angustias Iudaei principes immiscuerint. Quid igitur Agrippas de his volens aliquid discere, dicebat: Permittitur tibi pro te loqui. Magno audiendi desiderio, vt dicat adhortatur rex. Paulus autem nunc magna libertate loquitur, non assentans, sed propter hoc beatum se esse dicens, quod loquatur ei qui omnia sciat, & quod propter hoc, nam & hoc praetendit, dicens: Tunc Paulus extenta manu, rationem reddebat: Super omnibus de quibus accusor a Iudaeis rex Agrippa, existimo me beatum, qui coram te rationem reddidurus sum hodie, quum tu maxime sis gnarus Iudaeorum & consuetudinum, & questionum. Quapropter obsecro, vt me loquamur audias.

Ca. XXVI.

Profecto si male tibi conscius fuisset, turbati oportebat, quod loqueretur apud eum qui omnia sciat, sed hoc a pura conscientia proficiscitur non declinare iudicem probe omnia scientem quae facta sunt, & gaudere. Quapropter obsecro, vt me loquamur audias. Quoniam sermonem erat producturus, & aliquid de se ipso dicturus, propter hoc praecipue obsecrabat, ac dicit: Itaque vitam quidem meam, quam egi ab adolescentia, quae ab initio fuit in gente mea in Hierusalem, nouerunt omnes Iudaei, qui prius nouerunt me ab initio, si velint testimonium ferre, quod secundum exquisitissimam sectam nostrae religionis vixerim Pharisaeus. Vult dicere, Quo modo seditiosus fuisset, qui talis sui adulescens, taleque habeo testimonium ab omnibus? Deinde & a secta probationem addit: Secundum exactissimam, inquit, sectam religionis vixi. Et quoniam iterum verisimile quosdam dicere: Quid si secta quidem admirabilis, tu autem malus? vide quo modo obiectionem castigat, testes dicens omnes Iudaeos, qui ipsius vel vitam, vel conuersationem norunt. Sciunt enim omnes Iudaei, qui prius nouerunt me ab initio, si velint testimonium ferre. Et nunc spe reuersionis fretus, quae ad patres nostros facta est a deo, sto iudicio subiectus, ad quam duodecim tribus nostrae instanter nocte ac die colentes deum sperant se

A peruenturas, de qua spe accusor, rex a Iudaeis. Cur incredibile iudicatur apud vos, si deus mortuos suscitaret? Duas rationes de resurrectione ponit, vnam quidem a prophetis, & non adducit prophetam, sed illam Iudaeorum esse opinionem dicit: alteram autem & fortioiorem quae a rebus ipsis. Qualis igitur haec: quia dicebat Christum a mortuis resurrexisse, & instruit etiam illam rationibus, enarrans primum suam insaniam diligenter, deinde etiam cum laude Iudaeorum. Nocte & die seruiendo sperant, inquit, se peruenturas. Et ita licet non essem vitae irreprehensibilis, propter haec non oportebat iudicari a rege Agrippa. Subditur & alia ratio: Cur incredibile iudicatur apud vos, si deus excitet mortuos? An non haec opinio viget? Si enim in hoc dogmate non educati fuissent, nunc autem intentaretur vt crimen, forsitan quis iure sermonem non receperit. Mox dicit, quo modo persequebatur, habet etiam hoc artificium. Et sacerdotum principes adducit testes, & externas ciuitates, & quod audierit dicentem sibi: Durum est tibi contra stimulum calcitrare. Deinde ostendit etiam misericordiam dei, quia etiam quum persequeretur ipsum Saul, ei apparuit, & non mihi soli benefecit, sed etiam aliis misit doctorem. Ostendit autem & prophetiam quam audiuit: In hoc apparui tibi, eripiens te ex populo & gentibus ad quas te mitto. Haec omnia ostendens dicebat: Et ego quidem existimabam me aduersus nomen Iesu Nazareni multa repugnando facturum, quod & feci Hierusalem, & multos sanctorum ego carceribus inclusi, potestate accepta: & quum occiderentur, detuli sententiam. Et per omnes synagogas frequenter puniens eos compellebam blasphemare: & amplius insanies in eos, persequebar etiam vsque in externas ciuitates. Quarum rerum studio quum irem Damascus cum auctoritate, & permissu principum sacerdotum, die medio, rex, in via vidi de caelo supra splendorem solis, circumfulsisse me lumen, & eos qui mecum faciebant iter. Quum autem omnes nos decidissemus in terram, audiui vocem loquentem ad me, ac dicentem Hebraica lingua: Saule Saule, quid me persequeris? Durum est tibi contra stimulos calcitrare. Ego autem dixi: Quis es domine? At ille dixit: Ego sum Iesus quem tu persequeris. Sed exurge, & sta super pedes tuos. Ad hoc enim apparui tibi, vt constituam te ministrum ac testem, & eorum quae vidisti, & eorum in quibus apparebo tibi, eripiens te a populo & gentibus ad quas te mitto, vt aperias oculos eorum, vt conuertantur a tenebris ad lucem, & a potestate satanae ad deum, vt accipiant remissionem peccatorum, & sortem inter eos qui sanctificati sunt per fidem quae est erga me. Considera quam mansuetum loquitur. Deus, inquit, dixit ad me, quia apparui tibi vt constituam te ministrum ac testem, & eorum quae vidisti, & eorum in quibus apparebo tibi eripiens te a populo ac gentibus ad quas te mitto, vt aperias oculos eorum, vt conuertantur a tenebris ad lucem, & a potestate satanae ad deum, vt accipiant remissionem peccatorum. Quasi diceret, his credidi, hac visione me adduxit, & sic persuasit vt nihil differrem. Vnde, rex Agrippa, non fui inobediens caelesti visioni, sed his qui sunt Damascus & Hierusalem, & per omnem regionem Iudaeae, deinde & gentibus annuntiabam vt penitentiam agerent, & conuerterentur ad deum, opera facientes digna his qui penitentiam egerunt. Igitur ipse etiam alios erudiens vitam optimam, quo modo seditiosis & contentionis, inquit, fuisset author? Hac ex causa Iudaei comprehensum me in templo tentauerunt interficere.

Auxilium igitur nactus dei vsque in hodiernum diem sto testificans tum paruo, tum magno, nihil aliud dicens, quam ea quae prophetae praedixerant futura esse, & Moses, an passurus fuerit Christus, an primus ex resurrectione mortuorum lumen annuntiaturus sit populo & gentibus. Vide vt sermo eius adulatione careat, & totum

Rom. 6. 4

& totum adscribat deo. Vide & libertatem sermonis. Sed neque nunc desisto. Vide certitudinem, a prophetis enim confirmor, an passurus fuerit Christus, an primus ex resurrectione lumen annuntiaturus. Quia primus Christus surgens, iam non moritur: manifestum ex hoc quod omnibus denunciat, & de se ipsis hoc expectent. Deinde Festus vt vidit libertatem, quonia ad regem loquebatur, non auertens se ab aspectu eius, quasi passus esset quippiam, dicit, Insanis Paule. Quod autem hoc passus sit, audi cetera: Haec autem illo differente, Festus magna voce dicebat, Insanis Paule: multa te litera ad insaniam conuerterunt. Quid igitur Paulus? cum mansuetudine respondens, inquit: Non insano potentissime Feste, sed veritatis ac sobrietatis verba loquor. Postea etiam causam docet, propter quam ad regem sermonem conuertit. Scit enim de his rex apud quem & libere loquor, latere enim eum nihil horum arbitror. Non est enim in angulo hoc gestum. Credis rex Agrippa prophetis? Scio quod credis. Hoc sic dixit, quasi detrahens & dicens ad illos: Scio quod omnia scit exacte, & oportebat quidem primos vos haec scire. Id enim sequentia declarat. Non est in angulo actum hoc, sed non voluistis. Credis rex Agrippa prophetis? Scio quod credis. Agrippa autem ad Paulum dicebat: In paruo persuades me fieri Christianum. Paulus vero dixit, Optarim a deo non solum in paruo, verum etiam in magno, non te modo, sed omnes etiam qui me audiunt hodie fieri tales qualis ego sum, exceptis hisce vinculis. Vide quo modo precatur, dicens: Optarim ego a deo. In paruo, hoc est, propter exiguum. Et non simpliciter orat, sed extendit orationem. Tales, inquit, opto fieri omnes, non solum te, qualis & ego sum. Deinde apponit, Exceptis vinculis istis. Non moleste ferens propter vincula, neque erubescens propter quod ligatus erat. Hoc enim erat ei quasi aliud quiddam gloria dignum, sed ad illorum suspicionem respiciens hoc dixit, propterea addidit, Exceptis vinculis istis. Sed videamus iterum quae dicta sunt: Postero igitur die, vt in auditorium ingressi sunt, iubente Festo adductus est Paulus. Desiderat iam Iudaei ob illius appellationem, & tunc clarum fit spectatulum. Cum multo enim apparuit rex & omnis multitudo Iudaeorum affuerunt, non illi quidem, & alij non, sed omnes. Multitudo Iudaeorum, inquit, omnis interpellauit me Hierosolymis & hic, acclamantium non debere hunc ultra viuere. O insaniam. Clamabant, oportere illum mori, dicentes. Hinc ostendit, quod iuste appellaret Caesarem. Quandoquidem nihil poterant illi dicere, sed insaniebant, merito ad illum vadit. Vt examinatione a vobis facta habeam quod scribant, inquit. Vides quam saepe causa examinatur, & defensionis huius auctores sunt Iudaei, quam cognituri erant etiam Romae. Super omnibus de quibus accusor rex Agrippa, inquit, cenfeo me beatum, qui coram te rationem reddidurus sum. Vide quo modo inuoluntarij & suae maliciae, & virtutum praecones fiunt etiam apud regem, ita vt magnificentius adducatur Paulus, quam si absque vinculis venisset. No vi tra enim vt seductor ac praestigiator, postquam a tantis iudicibus dimissus fuit, adducebatur. Igitur omnibus relictis apud quos educatus & natus fuit, non simpliciter, sed ab omni suspicionem purus Romam vadit. Et non dixit, Quid nam, semel appellauit Caesarem, sed pisisime examinatus sum, quandoiu examinabor? Sed quid? Iterum paratus est reddere rationem, etiam apud eum cui res Iudaicae maxime notae erant. Proinde & cum magna libertate loquitur, vt pote iam in ipsum nullum habentibus dominium, qui in iudicium traxerant: & quauis non essent ultra domini, sed praualebat appellationis

Tomus tertius.

vis, de omnibus tamen copiose rationem reddit, & non de illis dicit, & alia omittit. Et ferè haec in responsione sua dicit. Accusant vt seditiosum, accusant vt haeticum, & quod templum profanauit, de omnibus ratione reddo. Itaque vitam quidem meam ab adulescentia, sciunt omnes quidem Iudaei. Vnde ipsi accusatores testes sunt, abhorreere mores meos a seditiosis. Quod etiam ante hoc dicit: Seditiosus existens paternarum traditionum, id & hic insinuat, dicens: Vitam meam ab adulescentia. Et quando omnis populus aderat, inuocabat illorum testimonium: non autem facit hoc solum, sed etiam apud Festum. Et iterum hoc loco quando plurimi aderant. Illuc autem non multa defensione opus erat defendentibus ipsum Lysiae literis. Sciunt omnes Iudaei, qui ante me cognouerunt. Et non dicit qualis sua vita, sed relinquit illorum conscientiam & arbitrio. Rem autem totam in se etiam reicit, ostendens hinc, quod eam non delegisset, si malus esset ac improbus. Propter resurrectionem igitur ista sto iudicio subiectus. Ista & apud illos in precibus petitur, propter haec orant, propter hanc deum colunt, vt hanc assequantur, hanc ego annuncio, & de spe hac accusor. Nonne insanietium est, omnia quidem facere, vt haec assequaris, eum autem qui in illam credit fugare? Itaque ego censebam contra nomen domini Iesu Nazareni, oportere multa facere, hoc est, censeo quod cum haec facerem, non eram discipulus Christi, sed hostis potius. Vnde & fide dignum sit testis, quod plurima faciens & expugnans credentes, & suadens blasphemias, & omnia mouens, ciuitates & principes, & per seipsum haec faciens, repente mutatus est. Deinde iterum testes qui simul aderant ponit. Mox ostendit se iuste ac merito credidisse, & a luce, & a prophetis, & ab euentu, & ab his quae nunc facta. Subdidit enim: In Meridie vidi circumfulgentem me, & eos qui mecum erant, lucem. Vide saltem quo modo & a prophetis, & ab his fidem illis facit, ne videatur noua afferre, quauis magna posset dicere, iterum ad prophetas confugit, & ea in medio ponit. Igitur hoc quidem credibilius, vt pote nuper factum: sed quoniam solus vidit, denuo prophetarum auctoritate confirmat. Et vide quod ipse non similiter in iudicio & ecclesia agit: nam illic quidem dicit, quod occidistis: hic autem nihil tale, ne scilicet magis furorem illorum succendar: at isthuc ipsum ostendens vt dixit, an passurus Christus, a crimine illos liberat. Igitur id quod ego annuncio, num resurrexerit a mortuis, a prophetis ostendo. Etenim & prophetae hoc annunciant. Igitur sermonem qui idem est cum prophetarum dictis suscipite. Quoniam autem visionem dixerat, nunc etiam audacius opera dicit. Et qualia haec: Vt aperias, inquit, oculos, & couertas a tenebris ad lucem, & a potestate satanae ad deum. Ad hoc enim apparui tibi, inquit, non vt puniam, sed vt apostolum te faciam. Vide, ostendit mala quibus increduli constringuntur, satanam & tenebras: sicut & bona credentium, lucem deum, ac sortem sanctorum. Et non simpliciter hortatur ad penitentiam, sed vult vt etiam admirabilis vita agatur. Vide etiam vbique gentes commemoratas in sermone, nam qui aderant, ex gentibus erant. Testificans, inquit, tum paruo, tum magno: hoc est, nobili ac ignobili. Hoc etiam propter milites dixit. Postea relicto defensionis negotio, ad docendum ingreditur. Vnde etiam Festus illi dicit: Insanis. Mox ne videatur ipse doctor esse, adducit prophetas ac Mosem, An passurus, inquit, Christus, an primus ex resurrectione mortuorum lucem annuntiaturus sit populo ac gentibus.

Galat. 2

y

Festus

Festus magna voce inquit: Adeo furore & ira vox illa erat plena. Quid igitur Paulus? Non est, inquit, in angulo hoc gestum. Hic dicit de cruce & resurrectione, & quod dogma hoc in totum orbem emanarit. Credis, inquit, rex Agrippa? Non dixit, resurrectioni: sed, prophetis. Deinde preoccupat illum, ac dicit: Scio quod credis. Ad quem etiam Agrippa: In paruo me persuasus fieri Christianum. Non intellexit Paulus quid sit, in paruo: Et putauit quod, ex paruo: vnde & ad hoc respondet, tam idiota erat. Et non dixit, vellem: sed optarim: & precor non solum te, sed etiam omnes audientes. Vide sermonem ab adulatione liberum. *Precor, inquit, hodie omnes fieri tales qualis ego sum, exceptis vinculis istis.* Vide qui gloriatur vinculis, qui profert illas sicut catenam auream, is ea nunc deprecatur. Et ne mireris: infirmiores adhuc erant, & attemperabat illis sermonem: alioqui quod vincula magnificat, audi quoniam semper in epistolis omnibus praeponit aliis, dicens: Paulus vincus Iesu Christi. Et iterum: Huius gratia circumposita est catena, sed sermo domini alligatus non est. Et vsque ad vincula quasi malefactor. Vide non solum vincula, sed etiam quod vt malefactor habitus proposuit amplificans vinculorum gloriam. Duplex autem poena, & quod ligatus erat, & quod vt impostor. Nam si quidem vincus esset, vt pote bene agens, consolationem quandam habuisset: nunc autem vt malefactor, & in malis deprehensus, attamen nihil haec curabat. Talis est anima caelesti amore sublimis: nam cum ij qui foedis amoribus capiuntur, nihil putant vel gloriosum, vel preciosum, quam quod ipsorum concupiscentis seruit: id enim solum gloriosum ac honestum putant, & amasia fit eis omnia: multo magis qui tali amore flagrant nihili faciunt preciosa. Si autem non consideramus quae dicuntur, haud mirum est. Imperiti enim sumus huius philosophiae. Qui enim igne Christi captus fuerit, talis fit, qualis esset homo solus super terram habitans, adeo nihil curae ei est gloria & ignominia: sed quemadmodum si solus habitaret nihil curaret, ita & talis quoque non curaret. Tentationes autem sic contemnit ac flagella & carceres, quasi in alieno corpore pateretur, vel quemadmodum si adamantinum possideret corpus. Ea autem quae suauia sunt in hac vita, ita ridet & non sentit, sicut nos vel ipsi mortui corpora mortua. Tantum autem abest, ne ab affectione quadam capiantur: quantum aurum, quod igne probatur, a macula abscedit. Et sicut musca in medium flammam incidunt, sed fugiunt: ita & affectiones illis accedere non audet. Et vellem horum exempla vobis proponere possem, quoniam autem inopes sumus, necesse est ad illum ipsum confugiamus. Vide igitur vt ille erga totum mundum affectus fuerit: Mihi mundus, inquit, crucifixus est, & ego mundo: hoc est, mortuus sum mundo, & ille mihi mortuus. Et iterum: Vivo autem non iam ego, viuit autem in me Christus. Hoc solius Pauli fuerit dicere, nos autem intantum absumus, quantum caelum a terra. Vnde nostrum erat, vt praerecundiam nos abscondamus, & neque os aperire audeamus. Quod autem praesentia quasi in solitudine esset, spectabat, audi illum dicentem: Non considerantibus nobis quae videntur, sed quae non videntur. Quid dicitis: nonne pugnant verba ista? Inuisibilia enim non videmus, visibilia autem videmus. Quales habebas oculos, tales sunt qui a Christo dati. Sicut enim hi visibilia quidem vident, inuisibilia autem non vident, ita illi contra. Nullus inuisibilia videns, visibilia videt: nullus visibilia videns, inuisibilia videt. Nonne etiam no-

*Ephe. 2. a
2. Tim. 2. b
Ibidem. a*

Galat. 6. d

Ibidem. 2. d

2. Cor. 4. d

biscum hoc fit? Quando enim collecta mente cogitamus aliquid inuisibile, sublimes nobis fiunt efficaces illi oculi. Contemnamus gloriam, rideri velimus magis quam laudari: nam qui ridetur quidem, nihil incommodatur: qui autem laudatur, multum. Ne magnificamus ea quae homines terret, sed quemadmodum de his qui pueros terrent sentimus, eos enim non admiramur: nam quisquis terret, pueros terret. Virum enim terrere nullus potest. Et quemadmodum terrentes supercilia surrigunt, vel aliter vultum distorquent, vt toruere videant: at sanum & mansuetum oculum habentes facere, hoc non possent: ita & hi perspicacem mentis vultu torquent. Atque ita mansuetum & bonae animae hominem nullus terruerit, sed reuerentur omnes, venerentur. Non videtis quo modo terribilis etiam omnibus nobis inuisus est, & abominabilis? Quid enim est, quod solum terret, & ipsum non horremus? nonne bestias? nonne voces? nonne aspectus? nonne loca? nonne aera? vt pote tenebras? Ne igitur magnum putemus, si homines terreat vos: nam primum quidem nullus homo facit. Secundum non magnum est, si nos respiciant. Sed magnum est bonum, & magna est virtus. Et vide quo modo magna. Ipsam admiramur & magnificamus, tametsi res quibus constat vt miseris habemus. Quis enim non beatum dicit philosophum, tametsi paupertas & quae id genus, misera esse videntur? Quando igitur claret per ea quae esse videntur misera, vide quam excellens est ipsa. Magnificis homo potentiam? Et qualis potentia dic oro, ordinata est? Ab hominibus factus es potes, intus ordina te ipsum. Princeps est, non qui vocatus est, sed qui vere est. Sicut enim rex neque medicum, neque rhetorem faciet: ita neque principem, non enim litera vel nomen principem faciunt. Insuper si vis, extruat quis officinam medicorum, habeat etiam discipulos, habeat & instrumenta & pharmaca, & ingrediatur ad aegrotos: nunquid sufficiens haec, vt praestent nobis medicum? Minime, sed opus est arte, & sine illa non solum haec nihil profunt, sed etiam damnosa. Ei enim qui non est medicus, melius fuerit neque pharmaca habere: nam qui non habet, neque seruat, neque perdit: qui autem habet, pessundat, nesciens illis vti. Quoniam non in natura pharmacorum est salus solum, sed etiam in arte adhibentis. Hoc enim nisi sit, omnia corrumpuntur. Talis etiam princeps est, habeat instrumenta, vocem, iram, lictores, proscriptiones, multas, dona, laudes, habet & pharmaca, leges: habeat officinam, tribunal: habeat discipulos, milites: at sine medica arte illa ei non proderunt. Iudex medicus est animarum, non corporum. Si autem ille tantam habet corporum curam, multo magis cura habenda animae, quoniam & anima maior est corpore. Igitur nomen habere principis, non est esse principem. Vocantur & alij magnis nominibus, vt Paulus, Petrus, Iacobus, Ioannes, sed non propter nomina sunt id quod vocantur: quemadmodum & ego, licet eodem quo ille vocer nomine, non tamen vna & eadem cum illo res vocabulo vocor, non sum Ioannes, sed vocor Ioannes: ita & illi non sunt principes, sed vocantur. Sunt illi principes etiam sine his, sicut & medicus, licet arte non vtatur, habeat autem illam in anima, & medicus est. Sunt principes, superiorum principes. Tria enim haec sunt animae, domus, ciuitas, orbis: & via quadam res procedunt. Oportet igitur praeficiendum domui, & aedificaturum illam, prius animam suam componere, domus enim ipsius est. Si autem suam non poterit, vbi vna anima, vbi vnus dominus, vbi semper se-

cum habitat, quo modo alios aedificabit? Qui animam suam componere potest, partim faciendo vt regat, partim vt regatur, hic etiam domum poterit. Qui autem domum, idem & ciuitatem. Et qui ciuitatem, etiam orbem. Si autem animam non poterit, quo modo orbem poterit? Haec a me dicta sunt, ne sic stupefcat principatus, vt videamus, quid nam sit principatus. Ferè enim non est principatus, sed derisio, & seruitus, & multa alia quis dixerit? Dic oro, Quid est proprium principis? Nonne prodesse & bene facere subditis? Quid igitur si hoc non fuerit? Quo modo aliis proderit, qui sibi ipsi non prodest? Qui multos perturbationum impetus in anima habet, quo modo aliorum affectiones curabit? Ita & voluptas, non est ipsa voluptas, sed alia. Quemadmodum princeps demonstratus est, non hic, sed alius: ita & qui in deliciis, non hic, sed alius. Nam videtur mihi quidem esse voluptas, voluptate frui, & gula ac ventri indulgere. Esto enim comedat, bibat, lasciuat, deinde curam habeat, ac morietur: non poterit hic esse in deliciis? Non igitur edere ac bibere voluptas est, sed in voluptate esse. Esto quis aridum manducet panem, & impleatur cum leuitia. Igitur hoc fuerit voluptas? Videam igitur ad quem illa veniat, Ad diuites, vel non diuites? Neque ad hos simpliciter, neque ad illos, sed ad eos qui ita suam praepararant animam, ne multos habeant tristitiarum fomites. Et qualis est haec vita? forsitan dicet quis, Video enim vos omnes audiendi auidos, quae sit vita haec, quae nullum mororem habet. Igitur confessum sit a vobis primum, quod haec voluptas sit: haec delicia sint, quando moror non interturbat, & non petat a me carnem ac sanguinem, & condimenta, & vestes sericas, & mensa abundantiam. At si ostendero absque his praesentem vitam illam, hanc voluptatem dilige, hanc vitam. Multa enim quia non reputantur necessaria, afferunt nobis tristitiam. Vter igitur magis contristabitur, qui nihil horum curat, vel qui curat? Et qui metuit vicissitudines ac mutationes, vel qui non metuit: qui inuidiam, qui odium, qui calunias, qui insidias, qui iacturam timet, vel qui illorum expertus est: qui pluribus indiget, vel nullo: qui innumeris seruit, vel qui liber: qui innumeris opus habet, vel qui nullis: qui vnum dominum timet, vel qui plurimos? Igitur maior hic voluptas est. Itaque hanc sectemur, & ne simus erga terrena ita affecti: sed rideamus omnem huius vitae apparatus, & frugaliter viuamus, vt possimus iucundam vitam hanc transigere, & promissa bona assequi, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre simul ac sancto spiritu sit gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Surrexit autem & praeses ac Bernice, & qui assidebant eis. Et cum secessissent, loquebantur inter sese, dicentes: Nihil morte, aut vinculis dignum fecit homo iste. Agrippa autem dixit, Dimitti poterat homo iste, si non appellasset Caesarem.

Homilia liij.

Vide quo modo iterum pro illo suffragia ferunt. Etiam postquam dixit, Infans: absoluunt illum, dicentes, nec morte, nec vinculis dignum: & omnino dimississent, nisi Caesar appellasset: sed hoc singulari dispensatione contigit, non hoc autem solum, sed etiam quod cum vinculis vadit. Propter hoc dicebat, vsque ad vincula: quasi malefactor. Nam si Christus cum impiis reputatus est, multo magis ille: sed quemadmodum ille gloriam non curauit, ita nec hic. Admirabile enim est, quod mixtus inter illos, nihil dam-

Ca. XXVII. ni ab eis accipit. Postquam autem decretum est, vt nos nauig-

Tomus tertius.

remus in Italiam, tradiderunt & Paulum & quosdam alios. Centurioni nomine Iulio, cohortis Augusta. Conscensa autem naue Adramyrina nauigaturi, iuxta loca Asiae soluimus, perseverante nobiscum Aristarcho Macedone Thessalonicense. Sequenti autem die appulimus Sidone. Vide quousque comitatur & Aristarchus. Bene etiam vtiliter adest ille, qui in Macedonia omnia quae acta erant annuntiaturus. Humaniterque Iulius Paulo tractato, permisit vt profectus ad amicos ab illis curaretur. Et inde cum soluissemus sub nauigauimus iuxta Cyprum, eo quod venti essent contrarij. Permisit, inquit, Iulius Paulo humaniter tractato. Bene faciebat hoc permittendo: vt profectus ad notos, curaretur. Verisimile enim erat, illum valde afflictum a vinculis, a metu, & circumductione. Vide quo modo neque hoc occultat, quod voluit curam habere. Iterum tentationes, iterum venti contrarij: vide per omnia vitam sanctorum sic contexi. Effugerant tribunal, & faciunt naufragium, ac ferunt tempestatem: quod & manifestat subdens, Tunc pelagus quod est inter Ciliciam & Pamphiliam emensi peruenimus Myram, quae est Lycia. Et ibi Centurio nactus nauem Alexandrinam nauigantem in Italiam, transfudit nos in illam. Nactus, inquit, nauem Alexandrinam. Merito inuenitur, ita vt & illi annuncient in Asia quid Paulo acciderit, & hi in Lycia. Vide deum nihil innovare, neque mutare, sed permittere illum nauigare ventis importunis. Sed etiam sic miraculum operatur: nam vt secure nauigent, non permisit illis in mari, sed semper iuxta terram nauigabant. Et cum multis diebus tarde nauigaremus: vix deuenissemus contra Gnidum, prohibente nos vento, ad nauigauimus Creta iuxta Salmonem. Et vix praeterlegentes illum, peruenimus in locum quendam, qui vocatur Calitimenes, iuxta quem prope ciuitas Lasea. Multo autem tempore peracto, & cum esset iam nauigatio periculosa, eo quod ieiunio iam defectis erant viribus, admonerat eos Paulus, dicens eis: Viri, video quod cum iniuria multoque damno, non solum oneris & nauis, sed etiam animarum periculosa futura sit nauigatio. Centurio autem gubernatori & nauclero magis credebat, quam his quae dicebantur a Paulo. Ieiunium hic opinor dici, quod Iudaei seruant. Nam post Pentecosten, exierant illinc post multum tempus, ita vt in ipsa ferè hyeme venerint in partes Cretae. Et hoc quoque non paruum miraculum, quod illi propter hunc seruati fuerunt. Viri, video quod cum iniuria multoque damno non solum oneris & nauis, sed etiam animarum nostrarum, periculosa futura sit nauigatio. Itaque Paulus iubeat manere, & futura praedicebat. Illi autem cum festinarent, & ob locum quoque prohiberentur, volebat in Phoenice hybernare. Et cum aptus portus non esset ad hybernandum, complures ceperunt consilium soluendi illinc, si quo modo possent, peruenire Phoenicem illic hybernare. Is est portus Cretae, spectans ad Africum & ad Chorum. Aspirante autem Austro, vix se propositi compotes, quum soluissemus Asson, praeterlegebant Cretam. Verum haud multo post coortus est contra ipsam ventus Typhonicus, qui vocatur Euroaquilo: quumque correpta esset nauis, nec posset obniti vento, data nauis flatibus, ferebantur: in insulam autem quandam deuerti, quae vocatur Clauda, vix potuimus obtinere scapham. Quae sublata adiutoris rebeantur subcingentes nauim, timentes ne in Syrtim inciderent, demisso velo sic ferebantur. Cum autem vehementi tempestate iactaremur, sequenti die iactum fecerunt, ac tertio die nostris manibus armamenta nauis proiecerunt: porro neque Solis, neque sideribus appareantibus ad complures dies & tempestate non exigua imminente, iam ablata erat omnis spes salutis nostrae. Tunc stans Paulus in medio illorum, dixit. Vide post tantam tempestatem nec importunus, nec insolens illis loquitur: sed volens, vt vel in posterum credant: vnde & quae facta erant, in testimonium assumit veritatis dicendorum. Et duo praedicit, Et quod in insulam exeundum il-

lis, & quod nauis peritura: qui autē in illa saluandi sint, id quod non erat cōiecturæ sed prophetiæ, & quod Cæfari assisendus esset. Quod autem dixit, Donauit tibi deus omnes: non erat arrogantia, sed uolentis adduci ad fidem nauigationis socios, non ut ipsi gratiam habeant, sed ut credant his quæ ab ipso dicebantur, sic dixit. Quod autem dictū Paulo, donauit tibi eos: tantumdem est, digni quidem erant qui perirent, quoniam inobedientes fuerunt, uerūtamen in tui gratiam hoc fit. Cum autem esset multa inedia, Paulus stans in medio eorum, dixit: *Oportebat quidem, d. vni audito me, non soluere à Creta, nec accessere nobis iniuriam hanc & iacturam. Et nūc hortor, ut bono animo sitis. Iactura enim animæ nulla erit ex nobis, sed tantum nauis. Assidit enim mihi hac nocte angelus dei, cuius sum ego, quem & colo, dicens, Ne timeas Paulus, Cæsari te oportet sisti. Et ecce donauit tibi deus omnes qui nauigant tecum. Propter quod bono animo estote vni. Credo enim deo, quod sic erit, quemadmodum dictū est mihi. In insulam autem quandam oportet nos eici. Sed postquā quartadecima nox superuenit, nauigantibus nobis in Adria circa mediū noctis, suspicabantur nauis appaere sibi aliquam regionem, qui & demissa bolide repererūt passus viginti, ac pusillum inde digressi vni sumq; demissa bolide repererunt passus quindecim, timentesq; ne in aspera loca inciderent, de puppi iactis anchoris quatuor optabant diē oriri. Nauis vero quæretibus fugere è nauis, cum dimisissent scapham in mare, sub pretextu velut è proa anchoras extensuri: dixit Paulus Centurioni, ac militibus, Nisi hi in nauis manserint, vos salui fieri non potestis. Tunc absciderunt milites funes scaphæ, & passi sunt eam excidere. Hic ostēdit quod nauis fugam initari erant nō credentes dicto. Ideo & dixit, Si hi fugerint, vos seruari non potestis. Non propter hoc dixit, sed ut detineat illos, & prophetia non excidant. Vide quasi in ecclesia erudiri illos philosophiam Pauli, quos & è mediis seruat periculis: & mira dispensatione non creditur Paulo, ut postquam rem experiatur, credant, quod & factum est. Et iterum hortatur ut sumat cibum, & obtemperant, & ipse primus accipit, non sermone solum, sed etiā opere, suadens quod nihil nocitura sit tempestas, sed magis etiam illorum animas lucrifectura sit. *Et quum dies inciperet oriri, hortabatur Paulus omnes sumere cibum, dicens: Dies hic decimus quartus est quod expectates ieiunium permanens nihil accipientes, propter quod hortor vos ut sumatis cibum: hoc enim ad salutem vestram pertinet, quia nullius vestrum capillus de capite cadet. Et cum hac dixisset, sumpto pane gratias egit deo in conspectu omnium, & cum fregisset caput edere. Porro animis iam recreatis omnium, sumpservunt & ipsi cibum. Erasmus vero vniuersa anima in nauis ducentæ septuaginta sex, & satiati cibo alleuiabant nauem eicientes triticum in mare. Dum autem dies esset, seram non agnoscebant: sinū vero quendam animaduertunt habentem littus in quod cogitabat si possent impingere nauem. Et cum anchoras sustulissent, committebant se mari simul laxatis iuncturis gubernaculorum, & sublato artemone ad aura flatum tendebant ad littus. Et cum incidissent in locum bimarem, impigerunt nauem: ac proa quidem infixam manebat immobilis, puppis vero solvebatur à vi vndarum. Iterum tētat diabolus obistere prophetiæ, & volebant quosdam interficere, sed non permisit Centurio, ut Paulum seruet, adeo illum iam familiariter diligebat. Militum autem consilium erat, ut vinctos occiderent, ne quis cum enataisset, effugeret. At Centurio volens seruare Paulum, compescuit eos à consilio, insitq; ut qui possent natare abiicerent se primos, & in terram euaderent, cateriq; partim in tabulis, partim in quibusdam nauis fragmētis. Et sic factum est ut omnes incolumes euaderent in terram. *Et cum euassissent, tunc cognouerunt quod Melite insula vocetur. Vides quantum bonum factum est ex tempestate? Non igitur erat, ex derelictione. Et quo modo, inquit, ferebant, cum ni-***

Caput XXVIII.

hil ederent, nullumq; cibum sumerent? Timor tenebat illos, & appetitum cibi negabat extreme periclitaturis. Igitur quod factum est, à tempore erat: maximum autē miraculum, quod in tali tempore à periculis mediis seruati sunt, & ipse & propter ipsum cæteri. Et sublato artemone ad venti flatum cōtendebant ad littus. Hoc dixit ostendere volens violentiā quam sustinebant in tempestate. Sæpe enim non sic faciunt. Ideo & deduxerunt carbasa, hoc est, velum, id quod fit vbi vehementer flat ventus, ut impediatur venti violentia. Hæc autem patiebantur in Adria, vbi seruari difficile. Erasmus autē in nauis animæ omnes ducentæ septuaginta sex. Et vnde manifestum quod tot erant qui simul nauigabāt: Verisimile erat illos rogasse causam propter quam nauigant, & didicisse omnia: qui & nihil edebant, quia nulla erat eis cura cibi, eo quod non erat vulgare periculum. Et vide quo modo Paulo non simpliciter accidit dilatio nauigationis, & intempestiua nauigatio, sed facit illud doctrinæ tempus. Nō parum autem fuerit, siquidē hi omnes crediderunt. Sed videamus iterum quæ dicta sunt: Multo iam tempore tranfacto cum esset iam periculosa nauigatio admonebat Paulus, dicens illis, Viri, video quod cum iniuria & damno futura est nauigatio. Vide quā alienus est à fastu. Ne videatur prophetizare, sed quasi à cōiectura dicere: Video, inquit. Nō enim suscepissent, statim si hoc dixisset. Prius igitur prophetizat, & dicit, deus cui seruiuo, inducens illos: quo modo igitur non fuisset cum iactura animarum? Fuisset vtiq; nisi deus seruasset: certe quantum ad rei naturam pertinet, periissent, sed deus prohibuit. Centurio autem, inquit, gubernatori magis credebatur, quā his quæ dicebantur à Paulo: ut ostendatur quod non à coniectura hæc dicebat, gubernator contraria dicit, idq; experientia clarus. Ita non erant à coniectura quæ dicebantur. Cū autem portus, inquit, non esset idoneus ad hybernandum. Vides & locus docet non esse à coniectura. Imò multi illi à coniectura loquebantur, qui & inde suadebāt soluendum, Sed nulla illis inde utilitas: inciderūt enim in tempestatem, & iacturam eorum quæ uehebant, faciūt. Ideo & hoc manifestans subdidit: Cum autem vehementi tempestate iactaremur, nostris manibus armamenta nauis proiecim⁹. Ne posthac possint esse increduli, hæc fieri permittuntur. Et oritur magna tempestas, & ingetes tenebræ fiunt: postea ne pereant, etiam triticum eicitur, & omnia. Hoc enim est, armamenta nauis proiecim⁹: cum autē esset multa inedia dixit Paulus, Oportebat morem gerentes multi, lucrificasse id iacturæ. Vide quo modo non parua ad audiendum conferebant, tempestas, inquam, & tenebræ. Et vide quo modo credit Centurio, ut & scapham relinquat & perdat. Quod autem nauis nondum crediderunt, & postea credunt ne mireris. Etenim genus illorum impudens quodā modo est, & ad credendum durius, Tu autem etiam sapientiam Pauli hinc considera. Non enim increpat & exasperatur, sed mansuete sic: Oportebat, inquit. Sciebat enim quod calamitosis nō est acceptus obiurgator, sed vbi etiam plures calamitates præterierint, fit acceptior. Igitur tunc aggreditur quando omnis spes salutis sublata, tunc & vtilia prædicat. Ut autē decima quarta nox facta est, inquit, timētes optabant diem fieri. Ne quis dicat quod nihil fuerit, hoc addidit, ostendens omnia facta: quod autē facta sint, timor testabatur. Optabāt, inquit, diem fieri timentes. Et locus difficilis erat. Etenim per Adriam hæc cōtingunt, & erat magna inedia. Hic decimus quartus dies est, quod expectates ieiunium permanens-

2. Tim. 3. d.

netis. Ita omnia docet eos in medio fuisse mortis. Ideo subdit, Obsecro vos ut sumatis cibum, hoc enim ad salutem vestram fuerit: hoc est, ne forsitan fame pereatis, cibum sumite. Ut autem panem accepit, gratias egit deo. Vide quod ille gratias agit; propter ea quæ facta sunt: non solum illos confirmauit, sed etiam alacres facit. Erasmus autem, inquit, omnes animæ in nauis ducentæ septuaginta sex. De his dicebat, iactura animæ ne vnus quidem erit ex nobis. Hoc ex fatis persuasa anima proficiscebatur, dicere quod ne vna quidem anima peritura esset. Satiati autem cibo, alleuiabant nauim eicientes triticum. Vides, cum hoc quod accipiunt cibum, credunt solum, & sic iam totum in Paulum reiciebant. Ita ut etiam triticum eicerent. Vide illos & humana facere, & non prohibere Paulum. Quando autem, inquit, dies factus est, laxarunt iuncturas: destruitur nauis in die, ne metu pereant, ut videas re ipsa prophetiam. Militum autem consilium erat, ut occiderent vinctos. Vides etiam per hoc Paulo grati facti sunt. Nam propter illum non permisit eos occidi Centurio, ita mihi videtur ex confesso mali fuisse, ita ut occidere illos vellent: sed non est factum, consilio impedito. Alij autem in tabulis efferebantur, & omnes ita seruati sunt, & prophetia sic impleta est. Non enim ante multos annos prædixerat, sed naturam euentuum sequens: omnia enim erant supra spem, & per suam salutem didicerunt quis esset Paulus. Si autem diceret quis, quare non & nauim seruauit? ut discant quale periculum euaserint, quia nō totum fiebat humano adiutorio, sed manu dei, quæ absque nauē seruauit. Atq; ita iusti licet in tempestate sint, licet in mari, licet in pelago nihil graue patiūtur, quin & alios secum seruant. Si nauigantes, periclitantes, & naufragium sustinentes, si & vincti per Paulum seruati sunt, cogita quid est esse virum sanctum in domo: multæ enim tempestates etiam nobis incumbunt his multo grauiore, sed potest deus etiam nos donare, modò credamus sanctis sicut illi, si fecerimus quæ præcipiunt. Non enim simpliciter feriantur, sed etiā ipsi fidem attulerunt: licet vinctus esset sanctus maiora solutis operatur. Et considera hoc hic factum. Solutus Centurio vincto illo habebat opus. Gubernator peritus, non gubernante egebat. Non enim talem gubernabat scaphā, sed orbis ecclesiam, qui didicerat ab illo maris domino non humana arte, sed spiritali scientia in nauis illa multa naufragia, multas procellas, spiritus maliciæ, intus pugnas, foris timores: atque ita hic reuera gubernator erat. Vide oro omnem vitam nostram sic constitutam, nunc enim misericordia fruimur, nunc autem tempestas incidit, nunc ob propriam stulticiā & ignauiam in multa incidimus grauiā, immo hoc fit, quod non audimus Paulum festinantes aliquò ire, quò ille non iubet. Quippe etiamnum nauigationis nostræ socius est, licet non ligatus ut tūc. Adhortatur etiamnum & dicit his qui in mari hoc, Attendite vobis ipsis, ingredientur post meam abitionem lupi rapaces ad vos. Et iterum, In nouissimis temporibus instabunt tempora periculosa, & erunt homines seipfos amantes, auari, arrogantes. Hic enim omnium importunissimus spiritus est. Maneamus igitur vbi iubet, in fide scilicet, in securo portu. Ipsum magis audiamus, quā gubernatorem qui est in nobis, rationem inquam. Ne ea quæ hæc suggerit, faciāmus: ne ea quæ nauclerus, sed quæ Paulus iubet, qui plurimas tutus transiit tempestates: ne experientia discamus, sed ante experientiam discamus vitare contumeliam & damnū. Audi quid dicat, Qui

volunt ditari, incidunt in tentationem. Credamus ei. Vide enim quid his qui non crediderunt, acciderit. Et iterum alia ex causa, vnde sint naufragia dicit, Qui sanè, inquit, naufragium fecerunt circa fidem; tu autem mane in his quæ didicisti. Credamus Paulo etiam si in media tempestate simus, omnino à periculis liberabimur, etiam si quatuordecim noctium inedia vexati simus, etiam si spes salutis exciderit, etiam si in tenebris simus ac caligine, credentes ei à periculo liberabimur. Nauim esse putemus vniuersum orbem, & in hoc malefactorum & multis flagitiis turpes, & alios quidē principes, alios vero vinctos, alios autem iustos qualis Paulus, alios demum vinctos & peccatis astrictos. Itaque si quidem Paulo crediderimus non vincti peribimus, sed etiam soluemur. Donat etiam nos illi deus. An negas peccata & affectiones grauiā esse vincula: non solā mānus vinctæ sunt, sed totus homo. Dic oro, Nōne si quis multas possidens pecunias, eas non erogat neque infumit, sed retinet, parsimonia grauius, quā in disructis vinculis ligatur? Item quando quis fato se subiicit, nōne hic iterum aliis ligatus est vinculis: item si superstitionis traditionibus & symbolis, nōne quouis vinculo illa molestiora? Adde si concupiscentiæ irrationabili & fædo amoris, quis nobis hæc vincula rumpet? Profecto deo opus est ut soluantur: & sufficit quidem vno periclitari malo: quando autem vincula & tempestas iunguntur, cogita quantum erit tunc periculum? Quid enim non sufficit ad perdendum, nōne fames? nōne tempestas: malicia simul nauigantium? temporis importunitas: at contra hæc omnia stat Pauli claritas. Sic sanè etiam nunc. Retineamus apud nos sanctos, nec erit tempestas, immo etiam si fuerit tempestas, erit serenitas ac tranquillitas, & à periculis liberatio. Quoniam vtriusque illa sanctum hospitio habebat, etiam filij eius mors soluta est, & rediitum accepit puerum. Vbi pedes sanctorum ingrediuntur, nihil erit quod contristat, etiam si quid fiat, id ad probationem maiorēque dei gloriam pertinet. Assuesce, ut pauimenta domus à talibus calcantur pedibus, & non calcabit dæmon illic, & valde merito: nam sicut vbi fragrantia est, ibi nō habet locum graueolentia: ita vbi sanctum est vnguentum, ibi suffocatur dæmon, lætificat simul agentes, animam recreat, odorem diffundit. Vbi spinæ, ibi bestię: vbi hospitalitas, ibi non sunt spinæ. Misericordia ingrediens, quauis falce melius sentes exsecat, quouis igne violentius exurit. Ne timeas. Reuerentur sanctorum vestigia, sicut leonem vulpes. Iustus enim, inquit, ut leo confidit: Introducamus hos leones in domum, & omnes exigetur bestię, non clamantibus, sed simpliciter loquentibus illis. Non enim leonis rugitus bestias sic fugat, ut iusti oratio dæmones: si loquetur solum, deuolant. Et vbi nūc sunt, inquit, tales: vbi que si crediderimus nos, si quaesierimus, si sollicite indagauerimus. Vbi quaesiuisti, dic oro, quando hoc tibi fuit cura? Si autem non quaeris, ne mireris si non inueneris. Qui enim quaerit, inuenit, non qui non quaerit. Audi eos qui in solitudinibus sunt, abiice aurum & argentum, vbi que terrarum sunt: etiam si in domo non recipias, accede tu ad illum, fias cum viro, ad domicilium illius vade, ut possis etiā benedictione frui: magna enim ab illis est benedictio, quam assequi studeamus, ut illorum precibus adiuti, misericordia dei fruamur gratia vni geniti illius, cui cum patre, simul ac sancto spiritu gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

1. Tim. 6. 6

2. Tim. 3. d

4. Reg. 4. f

Prouer. 18. 4

Mat. 7. 6

Barbari vero præstant non vulgarem humanitatem nobis. Accensa enim pyra recipiebant nos omnes propter imbrem qui imminet & propter frigus. Quum congregasset autem Paulus sarmentorum multitudinem, & imposuisset in ignem, viperæ à calore prorepens, inuasit manum eius.

Homilia liij.

Præstant, inquit, non vulgarem humanitatem nobis Barbari, accensa pyra: alioqui nulla salutis utilitas fuisset perdita illos tempestate. Deinde Paulus sumpta sarmenta posuit in ignem. Vide illum operantem, vide illum nusquam temere miracula faciētem, sed ob necessitatem. Et cum tempestas oriretur, non sine causa prophetizabat: & hic sarmenta imponit, ignarus omnis factus, vt ita seruet illos, fruaturque calore. Postea vipera apprehendit manum illius. Vt autem viderunt Barbari pendentem bestiam à manu eius, dicebant inter se, Omnino homicida est homo iste, quem seruatum in mari, vltio non finit viuere. Bene etiā hoc permissum est, vt & illi viderent, ac loquerentur talia, vt futuro miraculo non discredant. Et vide illos honeste inter se loquentes. Vide naturæ iudicium etiam apud Barbaros incorruptū, neque simpliciter condēnantes. Et hi prius vident, vt magis admirētur. At ille quidem excussa vipera in ignem, nihil mali passus est. Illi autem expectabant vt incēderetur, & cum diu expectarent, & viderent nihil mali ei accedere, mutata mente, dicebāt eum esse deum. Expectabant, inquit, vt ille cadat mortuus: & iterum vidētes quod nihil tale contingeret, dicebant, deus est. Iterū supra modum loquuntur. Postea, *In locis autem illis erant prædia primatis insula, cui nomen Publio, qui nos exceptos triduo benigne tractauit hospitio.* Ecce iterum alius hospitalis Publius & diues & abundantissimus, nihil de religione Christi sciēs, sed ob solam calamitatem misertus illorū est, hospitioque benigne tractauit. *Contigit autem patrem Publii febribus ac dysenteria vexatum decumbere. Ad quem Paulus vt ingressus est, orauit, imposuit illi manus & curauit eum.* Et ita dignus erat, cui bene fieret, ideo & pro susceptione Pauli curationem illam retribuit. *Hoc autē factō, ceteri quoque qui habebant infirmitates in insula, accedebant & curabantur: qui & multis honoribus honorarunt nos, & soluentibus imposuerunt quæ necessaria.* Et dederunt, inquit, nobis soluentibus ea quæ necessaria cum nobis tum aliis. Vide & à tempestate liberatos nō fuisse neglectos, sed etiam propter illum liberali hospitio susceptos & alitos ad menses tres.

Post menses autem tres nauigauimus in nauī Alexandrina, quæ in insula hyemauerat, cui erat insigne Castor & Pollux. Et cum venissemus Syracusas, mansimus triduo. Inde circumlegentes venimus Rhegium, & post vnum diem afflante Austro postridie venimus Puteolos, vbi repertis fratribus rogati sumus, vt maneremus apud eos dies septem, & sic venimus Romam. Et inde cum audissent fratres de nobis, prodierunt in occursum nobis vsque ad Appij forum, & tres tabernas. Quos quum vidisset Paulus, vt egit gratias deo sumpsit fiduciam. Propter Paulum vide omnia hæc fieri, vt credāt vinciti, milites, ac ceterio: nam etiam si lapides fuissent, & propterea quæ consuluerat, & ipsi audierant, & quæ prædixerat, & propter miracula quæ fecerat, & propter beneficia quibus educati erant, de illo magna utiq; cogitassent. Vide quando rectum iudicium fuerit & à nulla affectione præoccupatum, quo modo statim recta iudicia accipit & probatas sententias. Porro prædicatio etiam vsq; in Siciliam peruenit. Vide quo modo & Puteolos inuentis quibusdam transit, mox occurrerunt & alij, tanta fratrum erat alacritas: nō turbauit illos quod Paulus erat in vinculis. Vide etiam illum iterum huma-

na quadam affectione teneri. Visus enim fratribus, inquit, fiduciam sumpsit. Quauis tanta miracula fecisset, attamen ab aspectu augmentum sumpsit. Et ex hoc discimus quod humano more etiam consolationem accipit, & contra. *Quando autem venimus Romam, inquit, permissum est Paulo vt maneat solus, cum milite custodiente illum.*

Non paruum etiam hoc argumentū est illum fuisse per omnia admirabilem, nō enim iam cum aliis numerabatur. *Post tres autē dies conuocauit Paulus Iudeorum primores.* Post tres, inquit, dies, ne præoccuparetur illorum aures, etiam familiaritatem cum illis habuit. Nō enim ipsi accusaturi illum erant, attamen non hoc curabat, sed dicendi gratia aderat, & non prostituendi ea quæ dicebantur. Igitur Iudæi quidem vidētes hæc miracula persequebantur, ac fugabant. Barbari vero nullo conspecto, ob solam calamitatem misericordes fuerunt. Omnino, inquit, homicida est homo iste. Et nō simpliciter pronunciant, sed omnino, inquit, sicut videre licet. Et vltio, inquit, viuere illum non finit. Igitur & de prouidentia sermonem habuerunt. Multis philosophis sapientiores fuerunt Barbari illi, qui ea quæ sub luna sunt, extra prouidentiam ponunt. Illi autem vbiq; putant adesse deum: & licet quis sæpe effugiat, nō tamen effugere omnino potest. Et reuerentur iam propter calamitatem, & non euulgant, sed inter se dicunt. Vincula enim hoc docebant suspicari. Et licet vincētus esset, reuerentur, dicētes, num bene facit is qui in vinculis. Ruborem nobis afferant Barbari: nesciebāt enim qui nam essent illi, sed ob calamitatem iam miserabantur, quod homines essent. Et cum diu expectassent, inquit, quando esset moriturus, & quando excussa manu etiam bestiam abiecit, tunc viderunt, & expauescētī sunt. Et non repentē factum est signum, sed hominibus aliquādiu expectantibus, ne putetur fallacia esse, non erat igitur præstigiū.

Humaniter, inquit, illos hospitio tractauit Publius, ducenta septuaginta sex erant nomina. Cogita magnum hospitalitatis lucrum, non quod necessitas esset, non quod inuitus agat, sed quod lucrū putabat, tres dies hospites illos habuit. Postea compensationem accipit multo ampliore, merito cum & alij curarentur. Qui etiam multis honoribus persecuti sunt nos, num mercedem accipiebant: Absit. Sed vt scriptum est, Dignus est operarius cibo suo. Et soluentibus imposuerunt necessaria. Manifestum quod & verbum prædicationis susceperunt, qui illos sic tractarunt. Nō enim disseruissent trimestri illo tempore, nisi etiam credidissent, & fructus declarassent: & inde magna cōiectura est, multitudinem credērium illic visam. Et soluimus, inquit, in nauī Alexandrina quæ hyemarat in insula, cui insigne Castor & Pollux. Fortassis erant picti in illa: adeo erāt idolis obnoxii. Vide diu moram trahentes, & iterum festinantes. Vltrā venerabilis erat Paulus, ita vt permissum ei sit solum esse. Nā cum etiam antea humaniter illo vsi fuerunt, multo magis nunc. Et afflante, inquit, Austro, postridie venimus Puteolos, vbi inuentis fratribus, rogati sumus vt maneremus apud eos dies septē. Et sic Romam venimus. Et illinc fratres vt audierunt de nobis, exierunt in occursum nobis vsque ad forum Appij, & Tres tabernas. Nō metuetes periculum, tamen si multa illis futura certo videbantur. Vide quo modo in tāta nauigatione nusquam appellunt ad ciuitatē, sed in insulam, & tota hyeme versantur ibi, vt illi qui simul nauigarant, ad fidem componerentur. Et permissum est ei, inquit, vt permaneret solus cum milite qui ipsum custodiebat, atque ibi nō licebat ei exire, neq; illic insidias timebat. Nō enim

licebat vltrā tumultuari, atque ita illum non custodiebant, sed & ita nihil graue ei accidebat. Etenim nō permittebatur in tanta ciuitate, & cum rex esset ac libertas fieri aliquid indignum. Vnde semper quæ videtur esse contra nos, ea pro nobis fiunt. Vnde semper quæ videtur esse contra nos, ea pro nobis fiunt. Et conuocantes primatibus Iudeorum, loquebatur eis, & contradicentes recesserunt, increpantur ab illo, & nihil audent dicere. Non enim dabatur eis contra illum potestas. Hoc enim mirabile est, quod non per ea quæ videntur securitatis esse, sed planè per contraria, omnia pro nobis fiunt. Et vt discas, iussit Pharaon in flumē proici pueros: nisi proiecti fuissent pueri, non fuisset seruatus Moses, non in aula educatus fuisset. Quando seruabatur, non erat in honore: quando expositus est, tūc factus est in honore. Hoc faciebat deus declarans suam omnipotentiam ac sapientiam, quā facile ei sit seruire. Minatus est illi Iudæus dicens, Nunquid me occideret tu vis: & hoc illi profuit, singulariq; dispensatione factum, ita vt ipse videret visionem illam, quæ est in solitudine, & vt conuenienti tempore impleatur, utq; philosopharetur in solitudine, ac secure viueret. Et in omnibus Iudæorum contra illum insidiis idem sit. Tunc clarior prodit, vt eum insurgerent cōtra eum & Aaronem, clariorem eum fecerunt, vt indubitata fieret eius ordinatio, & ita etiam in posterum laminæ æreæ admiratione factæ sunt. Scitis enim opinor historiā, & ideo narrationem prætercurro. Et ideo si volueritis iterum eadē quæ superius acta, id genus pertractemus: Cain fratrem occidit, sed hac ratione plurimum profuit. Audi enim quid dicit, Vox sanguinis fratris tui clamat ad me. Et iterum alibi, inquit, Sanguine magis loquente q̄ Abel. Liberavit illum ab incertitudine futura, mercedē auxit. Charitatem didicimus omnes, quam erga illū habuit deus. Quid enī offensus fuit, qui nihil citius, quā mortem accepit? Quid enim lucri habent, tardius morientes, dic oro: Nihil. Neque enim ab eo quod multos annos vel paucos viuunt, felicitas: sed ab eo quod vita vt oportet, vtimur. Tres pueri iniecti fuerunt in caminum, & per hoc facti sunt clariores. Daniel missus est in lacum, & inde prodit illustrior. Vides vbiq; tentationes magna parere bona, & hic, & quo modo non & alibi: In malicia idem euenit, vt si quis calamū habens, prælietur contra ignem: & videtur quidem verberare ignem, ignis autem clarior fit, & calamus consumitur. Alimentū enim & fomes claritudinis, est malicia virtuti. Iniusticia, quādo vt opus fuerit vitur deus, res nostras clariores reddit. Iterum quando diabolus operatur tale quiddam, clariores facit sustinētes. Cur igitur, inquit, in Adam hoc nō est factum, sed ignominiosior redditus est: Et etiam illo apte vsus est deus. Si autē aliquid passus est, ipse seipsum damno affecit. Nā quæ ab aliis nobis sūt, magnorum nobis bonorum causa sunt: quæ autem à nobis, nō item. Quoniam enim dolemus ab aliis læsi, à nobis ipsis autem non item: qui ab alio patitur iniuste, clarus fit: qui autem seipsum lædit, dānum fert: vt illud quidem fortiter feramus, at non hoc faciamus. Et iterum: Totū Adæ accidit. Quare enim credebamus mulieri: Quare aduersa consulentem non repulisti? Tu omnium factus es author: alioqui si diabolus fuisset, oportuisset eos quos similiter tētat omnes periisse: quod si nō perierunt, in nobis causa est. Sed oportebat, inquit, omnes qui tentantur, recte agere: Nō enim præter nos causa est. Oportebat, inquit, etiam absque diabolo perire: Et multi etiam absq; diabolo pereunt, Profecto nō omnia ipse efficit, sed multa etiam fiunt à sola nostra

Exod. 1. c.

Ibid. 2. c.

Gen. 4. b.

Hebr. 12. f.

Danic. 3. c.

Danic. 14. f.

ignauia. Si autem alicubi ipse author, nos initium adhibemus. Dic enim oro, cur diabolus tantum valuit in Iuda: Quia ingressus est, inquit, in illum satanas. Sed audi *Luca. 22. d.* Quia fur erat, & quæ mittebantur portabat. Ipse dedit, inquit, latum ingrediendi spacium: Et ita nō diabolus initium imponit. At nos illum suscipimus, & vocamus. Vltrā, inquit, si ille non esset, nō tam magna fierent mala, sed inuitabilis pœna nobis futura est: Nam nunc quidem dilecte, pœna nostra mitior est: si autem fecerimus nobis ipsis graua, intolerabilior pœna erit. Dic enim mihi, Si hæc quæ peccauit Adam absque cōsiliis peccasset, quis illum à periculo liberasset? Sed non peccasset, inquit. Vnde mihi hoc dicis? Qui enim dissolutus & ignauus & ad insipientiam promptus ita vt accipiat tale consilium, multo magis etiam absque hoc fecisset. Qualis diabolus fratres Ioseph misit in odium? Resipiscam⁹ igitur dilecti, & claritudinis nobis author erit diabolus. Quid enim nocuit Iobo tāta illius improbitas? Ne dixeris, inquit, hoc. Sed infirmus damnum accipit. Sed infirmus, etiam si non sit diabolus, damnum accipit: Verum, inquit, grauius illo cooperante: Imò mihi, qui cum illius operatione peccat, punitur. Nō enim omnium peccatorum pares sunt pœnæ. Ne decipiāmus nos ipsos, non est nobis diabolus author, si sobrii fuerimus. Ille nostrum magis somnū excutit, & nos excitat. Dic enim oro: Non sunt bestiae, non sit aëris intemperies, non morbi, non tristitia, non mœrores, non aliud quid tale, quid non factus esset homo? Porcus magis q̄ homo, ventri indulgens & ebrietati, & à nullo horum inturbaretur. Nunc autem curæ ac sollicitudines, gymnasium & schola sunt philosophiæ. Educetur quis in aulis & non contristetur, neque curas habeat, neque sollicitus sit, neque iræ occasione habeat, neque infortunium: sed faciat quæque concupiscit, ea & assequatur, & omnes habeat obtemperantes: an nō qualibet bestia efficitur brutior, & minus rationalis? Nunc autem sicut eos sunt afflictiones & curæ. Eapropter pauperes dubitibus sunt sapientiores, utpote multis fluctibus vexati & exerciti. Nam corpus quod ociosum quidem & immobile, morbis magis obnoxium & fœdum: quod autem mouetur & laborat, & ærumnis exercetur, formosius est ac sanius. Hoc etiam in anima reperire licet. Et ferrum quidem si iaceat, corrumpitur: si exercentur autē, splendet. Et similiter anima quæ mouetur. Motio autem animæ, curæ ipsæ: & artes pereunt, si non moueatur anima. Mouetur autem quando non omnia prōpte assunt, mouetur à contrariis. Si non essent contraria, nihil esset quod moueret, utpote si omnia essent bene facta, non inueniret ars vt moueatur: Ita etiā si omnia essent iuxta mentem nostram, non inueniret mens vt moueatur. Si vbiq; portaretur, fœda esset. Non vides quod etiam præcipimus ne semper pueri portent cibos, ne sic in cōsuetudinem veniant, & ne infirmi fiat: Et propterea infirmiores fiunt qui eum parentibus nutriuntur, parsi-monia intempestiua, & immodica illorum valetudine lædente. Bona res est cōgrua tristitia, bona res egestas, bona res & cura: fortes enim nos faciunt, bona & contraria. Vnūquodque illorum si modo caruerit, perdit. Et hoc quidem laxat, hoc autem disrumpit. Non vides etiam Christum discipulos suos sic instituisse? Si illi autem his egebant, multo magis nos: si autem egemus ne indignemur, sed etiam gaudeamus in tribulationibus. Sunt enim nostris vulneribus cōgrua pharmaca, & alia quidem amara, alia vero blanda: Vtrūque autem illorum si solū fuerit, inutile. Gratia igitur habeamus deo

pro his omnibus, non enim simpliciter hæc permittit fieri, sed pro utilitate nostrarum animarum. Nosstram igitur gratitudinem declarantes, gratias agamus, glorificemus, fortiter oblectemur, temporaria esse cogitantes, & ad futura mentem nostram extendentes, vt & presentia leuiter feram, & futura assequi bona mereamur, gratia & misericordia vniuersi dei, cui cum patre ac sancto spiritu gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Post tertium autem diem conuocauit Paulus Iudeorum principes. Cumq; venissent, dicebat eis: Ego viri fratres, cum nihil fecerim aduersus plebem aut instituta maiorum, vincens à Hierusalem traditus sum in manus Romanorum: qui cum examinassent, volebant me dimittere, eo quod nulla esset causa mortis in me. Sed contradicentibus Iudeis coactus sum appellare Cæsarem, non quasi habeam de quo gentem meam accusarem. Propter hæc igitur causam aduocavi vos, vt viderem ac alloquerer, propter spem enim Israelis catena hac circumdatus sum.

Homilia lv.

Nolebat & seipsum & alios à crimine liberare, se quidem, ne accusent ipsum & hoc illos, noceret, illos autem ne videatur totum esse illorum. Verisimile enim erat percubuisse famam, quod à Iudeis traditus esset, idq; sufficiebat ad terrendum illos. Statim igitur hoc vrget, & pro seipso rationem reddit. Quo modo igitur rationem reddidit quod simpliciter tradiderint ipsum, testantur Romanorum principes, quia volebant, inquit, me dimittere. Quare igitur non dimiserunt, inquit, contradicentibus Iudeis. Vide quo modo minuit illorum crimina. Si enim voluisset exaggerare, potuisset maiore impetu vt. Ideo inquit, Coactus sum appellare Cæsarem. Et ita veniam meretur. Quid igitur vt illos accusos fecisti? Non, inquit, non quasi habeam aliquid quo gentem meam accusarem, sed vt effugiam periculum. Propter vos enim hac catena circumdatus sum, tantum abest vt hostili animo in vos sim affectus. Deinde & illi sic sermonem ingressi, quasi & ipsi pro cognatis rationem sint reddituri. Illi autem, inquit, dixerunt ei: Nos neque literas accepimus à te de Iudæa, neq; adueniens, aliquis fratrum nunciavit, aut locutus est aliquid de te mali. Volumus autem audire de te quæ sentis. Nam de secula ista notum est vobis, quod vbiq; ei contradicatur. Neq; inquit, per literas, neq; per homines significarunt aliquid mali de te, veritatem audire volumus de te. Iam præoccupabant sententiam propriam demonstrantes, & dicunt: De secula hac notum est vobis, quod vbiq; ei contradicatur, & non dicunt contradicimus. Constituto autem ei, inquit, die, venerunt ad illum in hospitium complures, quibus exposuit testificans regnum dei, suadensq; eis de Iesu ex Mose & prophetis, à mane usque ad vesperam. Et alij quidem credebant his quæ dicebantur, alij vero non credebant. Non statim respondit, sed diem constituit, & venerunt ad ipsum, & loquebatur à lege Mosi & prophetis. Et alij quidem credebant his quæ dicebantur, alij vero non credebant. Cum autem non essent concordantes inter se, discedebant vbi dixisset Paulus vnum verbum. Bene spiritus sanctus locutus est per Esaiam prophetam, ad patres nostros, dicens: Vade ad populum hunc, & dic: Aure audietis, & non intelligite: & videntes videbitis, & non perspicite. Ingrauiatum enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos suos compresserunt, ne quando videant oculis, & auribus audiant: & corde intelligant, & conuertantur, & sanentur. Quando autem discedebat disceptantes inter se, tunc conuicium eis obiicit, volens illos quidem conuicio impetere, sed hos confirmare. Bene dixit, inquit, Esaias, Atq; ita infirmis datum est arca-

Esa. 6. c
Matt. 13. b
& Mar. 4. b
& Luc. 8.
& Ioan. 12. f
& Ro. 1. b

num hoc. Non igitur mirum, si contradicebant. Olim hoc prædicebatur. Iterum zelum eorum prouocat ex gentibus. Notum igitur sit vobis, inquit, quod gentibus missum est hoc salutare dei, ipsi etiam audient. Et hæc illo loquente, abierunt Iudei habentes inter se ipsos disceptationem. Mansit autem Paulus toto biennio in conducto, & suscipiebat omnes qui ingrediebantur ad ipsum, prædicans regnum dei, & dicens de Iesu Christo cum fiducia, nemine prohibente, Amen. Ostendit nunc libertatem, prædicans, inquit, nemine prohibente, in Roma qui in Iudæa prohibitus erat, quoniam biennio illic mansit.

Propter hanc, inquit, causam volumus vos videre, ne liceat cupiam accusare, & quacunq; in mentem venerint dicere. Quia certe manus illorum effugi, & ad hoc veni, non vt cupiam malum inferam, sed vt ipse fugiam. Vide etiam illos mansuetius loqui ad eum. Volumus, inquit, audire à te quæ sentis. Etiam vult pro illis rationem reddere. Nam hoc quidem quod ille dicebat, argumentum erat, quod valde cõdemnent seipsum: nam si fiduciam habuissent, licet hoc fecissent, ita ne possent me simul rapere. Et aliter: Etiam venire negligebant, & hoc sapius ostendit attentasse. Alij autem non credentes recesserunt. Sed vide quo modo non struunt insidias nunc contra illum. In Iudæa enim quasi in tyrannide erant. Quare igitur deus ordinauit, vt illic migraret, dicens: Festina, egredere à Hierusalem: vt ostendatur illorum malicia, & prophetia Christi vera, quod non sustinent: & ita vt discant omnes, quod omnia paratus sit pati, atq; ita in cõsolatione eorum qui in Iudæa, hoc factum est. Etenim & illic multa patiebatur graui.

B Si autem prædicans Iudæica hæc passus est, quod si prædicasset ea quæ sunt gloriæ Christi, quo modo sustinuisset? Qui purificabatur, non erat tolerabilis: & quo modo prædicans tolerabilis fuisset? Cur accusatis nos: quid audiuitis? Nihil tale dixit simpliciter. Apparuit, & omnes exasperauit. Merito igitur gentibus sorte obuenerit. Merito longe missus est: etiã illic docturus gentes, principio Iudæos vocat. Postea vt rem illis monstrauit, ad gentes abiit. Dicendo autem, dixit spiritus, non est mirum: nã & angelus dicitur loqui ea quæ dominus ipse locutus est. Bene dixit, inquit, spiritus sanctus: sed ille nõ ite, quãdo narrat quis de his quæ ab angelo dicta sunt, non dicit, Bene dixit angelus: sed, bene dixit dominus, bene dixit spiritus: hoc est, non mihi fides negetur: sed olim hoc præsciebat deus. Qui cõ examinassent, inquit, nihil inuenerunt in me. Oportebat illos eripere, tradiderunt in manus Romanorum, præter vllam necessitatem. Quia illi non potuerunt cõdemnare, sed vincitum tradiderunt. Non quasi habeam aliquid, vt accusarem gentem meam veni. Vide vt familiares sibi faciat verbis, & alienus esse non vult. Iterum dogmati locum parat. Nõ dixit, non accuso: sed, nõ habeo quod accusarem, quauis tot & tã grauiam passus esset. Sed neq; hoc dicit, neq; facit onerosiorẽ sermonẽ, neq; donare illis videtur. Hoc enim quæritur: Oportebat illos crimẽ intendere, oportebat illos accusare, defendũt iis per quos accusant. Vbiq; inquit, contradicatur, sed etiam vbiq; credũt: nam alij quidem credunt, alij vero discredunt. Vide iterum, quod nõ à signis, sed à lege & prophetis illorum obstruit ora, & vbiq; hoc facit, quãuis potuisset signa facere. Porro nõ iam fidei res fuisset, magnum enim hoc signum erat à lege & prophetis differere. Deinde ne putes nouũ esse, subdit prophetiam quæ dicit: Auditum audietis magis nunc quã tunc, & videbitis: & nõ perspicue magis nunc quã tunc, cõtra illos qui non crediderunt dicta sunt. Quid igitur: illud præter prophetiam crediderunt, Populo huic incredulo inquit. Non conuicia sunt hæc, sed

Esa. 6. d

sed offendiculum tollunt, Ipsi, inquit, & audient. Quid igitur nobis loqueris, hæc nesciebas? Etiam, sed vt persuadeam, & rationem reddam, nullique dem occasionem. Loquebatur, inquit, cum fiducia nullo prohibente. Prædicatur aliquando liberẽ, sed cum prohibitione. Libertatem illius in loquendo nihil prohibebat vel morabatur. Vides dispensatione dei: Dimittit sitibundum auditorem: Hoc & exteri faciunt. Omnia enim scire ignauum ac negligentem facit. Loquebatur, inquit, de regno dei. Vide, nihil sensibile, nihil de presentibus loquitur, sed spe illos pascebat, quum non posset ostendere à suo statu. Post biennium autem quid dicimus? In Hispaniam ire festino, & spero, inquit, transiens inuisere vos, ad nos autem ex parte. Vides quo modo omnia prouidebat sanctum & diuinum caput illud Paulus, qui omnibus cõelis sublimior, qui animam habebat omnia simul comprehendere valentem, qui primas partes tenet, cuius vel solum nomen nouisse, ad excitandas animas, ad sobrietatem seruandam, adq; excutiendum somnum sufficit. Suscepit illum Roma vincitum, à mari venientem ex naufragio seruatum, & liberata est ab errorum naufragio, quemadmodum rex quidam, post naualem pugnam & victoriam in regalissimã aulam istam ascendit. De hoc inquit, Veniam, & refocillabor vobiscum in plenitudine benedictionis euangelij. Et iterum: Eo ministraturus in Hierusalẽ. Hoc est quod dicit: Eleemosynas facturus genti mee, & oblationes, adueni. Iam ferẽ cõlo propior erat. Suscepit illum Roma vincitum, & vidit coronatum ac celebratũ. Illic refocillabor vnã vobiscum. Hoc autem initium cursus iterum erat, & triumphos triumphis inexpugnabilis coniunxit. Corinthus illum biennio detinebat, Asia triennio, Roma quoque biennio. Postea iterum ascendit, quando etiam cõsummatus est. In prima mea defensione, inquit, nullus mecum aderat. Ita tunc transfugit, & quum omnem impleisset orbem, vitã sic finiuit. Quid vis discernere, quæ post hæc? Et illa talia sunt, vincula, tormenta, pugnae, carceres, insidia, calumnia, ac mortes quotidiana. Vidisti illius paruam partem: ita se habent & reliqua. Vnam cõeli partem si videris, quocunq; ieris, videbis talem: Ita se habet & Pauli acta. Vidisti ex parte, omnia talia sunt, periculis plena. Cõelum erat ille, Solem habens iusticiæ non talem qualis ille est, atque adeo vir ille cõlo melior est. Parum ne hoc esse putas? Quando apostolum dixeris, statim omnes illum cogitat, sicut appellato Baptistã, Ioannem. Cui comparauerit quis illius verba: mari vel Oceano: sed nihil par est: illo sunt verba eius copiosiora, puriora, & profundiora. Et sic non peccarit quis, si cor Pauli mare etiã ac cõelum dixerit, quum ob puritatem, tum ob profunditatem. Mare est, nauigãtes non à ciuitate in ciuitatem, sed à terra in cõelum vehes. Si quis in hoc mari nauigauerit, secunda aura nauigat. Non est in hoc mari ventus, sed pro vento spiritus sanctus diuinus, qui in illo nauigantes animas vehit, non est ibi procella, non est scopulus, non est belua, sed omnia tranquilla sunt. Mare est portum tranquillium & securius, nihil habens salum, sed purum ac dulcem laticem, Sole limpidiorem, & magis perspicuum. Mare est non gẽmas habens, vel purpuras id genus, sed his multo meliora. Qui vult in hoc pelagus descendere, non opus habet natatione, vel remo, sed magna gratia: inueniet autem in eo omnia bona quæ sunt in regno cõelorum, & poterit fieri rex, & totum mundum accipere, inq; summo honore esse: qui in hoc mari nauigat, nõquam naufragium faciet, sed omnia bene sciet. Et quẽadmodum

Roma. 15. e

Ibidem.

Ibidem. f
Supra. 2. 4. f

1. Tim. 4. c

A ij qui imperiti sunt maris suffocantur, ita & hic fit: id quod & hereticis euenit, qui plus quã vires ipsorum permittunt, attentant: oportet sanẽ profunditatem nosse, vel non attentare. Nauigaturi hoc pelagus, pauperes simus ac humiles. Non possum, inquit, vobis loqui tanquam spiritualibus, sed tanquam carnalibus, nullus sine patientia ingrediatur hoc pelagus, paremus nobis naues, studium, alacritatem, preces, vt in silentio hoc pelagus transeamus. Etenim aqua hæc viuens est, sicut si quis os igneum capiat, talem Pauli os speciem habet: & quẽadmodum si quis gladium acutum capiat, sic talis incõprehensibilis erit. Vt autem Paulina intelligantur, vita pura opus est. Propter hoc enim dicit, quoniam segnibus auribus facti estis. Est enim & aurium infirmitas, nam sicut infirmus stomachus sanos & difficilis concoctionis cibos non suscipit: ita etiam anima torpida, inflata, æstuans, sterilisq; ac eneruis spiritualem sermonem accipere non poterit. Audi dicentes discipulos: Durus est sermo hic, quis poterit audire illum? Si autem fortis esset ac sana, omnia facilia, omnia integra leuiora ac sublimiora fierent, imo summa peterent, & in excelsum tollerentur. Hæc igitur scientes, parãtes animam, etiam æmulemur Paulum, & imitemur fortem illam ac adamantinam animam, vt per vestigia eorum qui sic vixerunt euntes, possimus vitã istius pelagus pernauigare, & in portum sine fluctibus peruenire, bonaq; diligentibus deum promissa assequi, gratia & humanitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul ac sancto spiritui gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

1. Corin. 3. a

1. Ioan. 6. f

Homiliarum lv. diui Ioannis Chrysostomi in acta Apostolorum, finis.

†Habet in ultimo tomo ad populum Antiochenum, homilia xxix. Contra irascentes. Item homilia xl. de penitentia, & quod non oporteat de seipso lapsum desperare, vel torpescere. Item homilia liii. Quod non datur pariter secundum deum, & secundum mundum gaudere, & contra eos qui ebrietati vacant, & deliciis: Ex actibus apostolorum.

BEATI IOANNIS CHRYSOSTOMI
Episcopi Constantinopolitani, de laudibus Pauli apostoli.
Homilia prima.



Nihil profus errauerit, qui pratũ insigne quoddam virtutum, & paradysum spiritalem Pauli animi nuncupauerit: tam mira enim gratia floruit, tamque huic gratiæ congruente vitæ perfectione resplescit: quoniã enim vas electiõnis effectus est, & bene seipsum emẽdare curauit, largissimẽ in eum sancti spiritus munus effusum est. Vnde & mirabiles nobis fluuios genuit, non secundum paradisi fontes quatuor tantum, sed multo etiam plures & quotidie fluentes: nec terram rigantes, sed animas hominum ad producendum virtutum germina fuscitantes. Quis ergo ad explicanda virtutum germina sensus? quis ad explicanda istius merita sermo sufficiet? Quæ autem lingua laudib⁹ eius inuenietur æqualis, cum omnia quæ sunt in hominibus bona, vna anima possideat, & ea cuncta

ca cuncta

ea cuncta plenè atque cumulatè, quæ non solum hominum sunt: sed, quod amplius est, angelorum? Nequaquam ergo possumus eius explicare preconia, nec tamen idcirco reticemus, quin potius pauca dicemus. Est enim hoc maximè laudis genus, cum orationis copiam virtus exuperat, & magnitudo laudati: sicq; vinci nobis est multò gloriosius, quàm saepe vicisse. Vnde igitur opportunius laudum eius sumemus exordium? Vnde inquam incipiemus aliunde, nisi ab hoc ipso primùm, vt ostendamus eum bona omnium possidentè: Siue enim propheta potentius aliquid in se ostenderint, magisq; mirabile, siue patriarche, siue iusti, siue apostoli, siue martyres: hæc omnia simul colligens Paulus habet cum tanto cumulo, cum quanto nullus eorum: bonum, quo excellebat, impleuit. Hoc itaq; diligentius intueri. Abel obtulit sacrificium, & inde laudatur: sed si Pauli hostiam adducamus in medium, quàm cælum à terra superior apparebit. Quam ergo vultis vt memorem? Non enim vna tantum est, siquidem semetipsum per dies singulos immolabat: quam tamen rursus hostiam dupliciter offerebat, cum quotidie moriens, tum corpori suo mortificationem sine intermissione circumferens. Nam & ad pericula iugiter parabat, còsummans voluntate martyrium, & naturam in se mortificando carnis, nihil minus, quàm immolati hostiæ deo munus implebat, immo etiam multò amplius. Non enim oues offerebat, aut boues: sed semetipsum per dies singulos dupliciter, vt diximus, immolabat: propter quod còfitemdo dicebat, Ego enim iam immolor: sanguinè vtique suum immolationem vocans. Neque verò his tantum sacrificiis còtentus fuit, sed quia seipsum consecrauerat deo, etiam orbem vniuersum studuit offerre: qui terram videlicet ac mare, Græciam, simulq; Barbariam, omnemque prorsus, quanta est sub cælo, regionem, quasi volitans circumiuit, non simplici labore, veluti in vacuum itinera percurrens: sed peccatorum spinas pariterq; euellens, & verbum seminans vbique pietatis, fugans errores, veritatem reducens, ex hominibus angelos faciès: quinimo ipsos homines quasi ex dæmonibus in angelos prouehens. Propter quod iam hinc post sudores plurimos, ac trophæa innumerabilia transurus, pro discipulorum consolatione dicebat: Sed et si immolor super sacrificiū & obsequium fidei vestra, gaudeo, & congratulor omnibus vobis: propter quod & vos gaudete, & congratulamini mihi. Quid nam igitur huic hostiæ reperitur æquale, quam Paulus sancti spiritus gladio immolauit, quàmque in illo altari obtulit, quod supra cælos locatū est: Sed Abel dolo germani percussus occubuit: atq; hinc effectus est clarior. Vt ergo innumeras tibi ostendam mortes, tot vtique, quot etiam dies beatus iste in prædicatione vixit. Si verò eam quoque vis nosse mortem, quæ nouissimè etiam rebus impleta est. Abel quidem à fratre, vt nihil à se læso, ita nullis affecto beneficiis interemptus est: Paulus verò ab eis interfectus est, quos innumeris malis cupiebat eripere, & propter quos sustinuit vniuersa quæ passus est. Sed Noè iustus in generatione sua, atque perfectus, & solus erat talis in cunctis: sed & Paulus solus inter omnes talis inuentus. Et ille quidem tantummodo legitur se seruasse cum liberis, hic autem multo sauiore mundi inundante diluuiio, non arcam coaptando compagibus tabularum, sed epistolas componendo: non duos vel tres, aut quinque cognatos, sed vniuersum prorsus orbem mergi periclitantem ex mediis fluctibus liberauit. Nec verò hæc erat talis arca, vt vno circumferretur loco, quæ vtique orbis

Gen. 4. 4

Philip. 2. c

Gen. 4. b

Gen. 6. b

terrarum terminos cõprehendit. Nam vsque nunc omnes in hæc arcam Paulus inducit, quam certè capacem saluandæ multitudinis præparauit, quæ suscipiens irrationalibus penè animalibus stultiore, imitatores effecit angelorum. Et hinc quoque illam vicit arcam, quia illa quidem coruum recipiens, coruum rursus emisit, & includens lupum, feritatem eius mutare non potuit: hæc verò accipit res miluosq; suscipiens fecit columbas, & excludens omnem irrationalitatem atque ferocitatem, māsuetudinem spiritus introduxit: manetq; hodie hæc arca nauigans, nec tamen aliquãdo dissoluitur, nec valet tabulas eius vlla maliciæ laxare tempestas: quin potius ipsa tempestatis motus nauigãdo compescit, quod satis consequenter effectum est. Non enim bitumine aut pice, sed sancto spiritu eius tabulæ sunt perunctæ, Sed Abraham miratur omnes, qui cum audisset: Abraham exi de terra tua, & de cognatione tua: & domos reliquit, & patriam, & amicos, atque cognatos, quorū omnium iacturam solo diuini præcepti amore pensabat: nam & nos eū propterea miramur. Sed quis Paulo possit æquari: qui non modò patriam, cognatos, ac domū, sed seipsum quoq; ac mundū reliquit: immo etiam cælum, & cælū cæli, & hæc omnia Christum suscipiendo despexit: vnum pro cunctis & solū, id est Christi charitatem requirens, neque præsentia inquit, neque futura, neque altitudo, neque profundum, neque alia creatura poterit nos separare à charitate dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro. Sed Abraham seipsum in periculum tradens hostibus, filium fratris eripuit: at Paulus nō fratris filium, neque tres aut quinq; vrbes, sed orbem vniuersum de diaboli extorsit manu, innumerabilia per dies singulos pericula sustinendo, propriisq; mortibus maximam securitatem aliis comparando. Caput bonorum, eiusq; culmen philosophiæ est, quod filium voluit immolare: hic quoque inueniemus Paulum primatum tenentem, qui non filium, sed semetipsum, vt dixit, milies immolauit. In Isaac quidem aliquis admiratur, & vbi quidem plura, sed præcipuè patientiam: quoniam putreos fodiens, & de propriis exagitatis laboribus, resistebat minimè: sed factos à se puteos obrui patiebatur, atque ad alium semper migrabat locum. Neque collecta seruatorum manu in aduersarios irruerat, sed propria à possessione vbique cedebat, quoad usq; iniquissimam illorum expleret cupiditatem. At Paulus nō puteos cernens lapidibus obrutos, sed propriū corpus, non solum sicut ille sedebat, sed etiam à quibus lapidabatur, in cælum studebat euehere. Quanto enim amplius obruebatur fons iste, tantò erumpebat magis, ac plures ex se fluuios effundendo manabat. De longanimitate ac patientia huius filij Iacob admiratur scriptura. Et quæ nam illa est adamantina prorsus anima, quæ Pauli patientiam possit imitari? Neque enim bis septem annorum, sed totius vitæ seruitium pro sponia pertulit Christi, non adustus solum æstu disi, & noctis gelu, sed tentationes mille perpetuens. Et nunc quidem verberibus, nunc verò lapidibus cæsus atq; collisus, & nunc quidem cum bestiis, modò autem fluctibus pugnans, modò etiam nimie atque continuæ reluctans fami, diebus atque noctibus, & inter certamina vbique resiliens, captas oues ex diaboli faucibus extrahebat. Sed & Ioseph pudiciæ virtute decoratus est: at ego vereor ne iam ridiculum sit hinc Paulum velle laudare, qui semetipsum mundo erueifigens, nō solum humanorum corporū pukhrudines, sed etiam omnia, quæ videntur rebus clara atque decorata, ita cernebat: quemadmodum nos fauillam, cineremque

Gen. 4. 4

Gen. 4. 4

Rom. 9. 4

Philip. 2. c

2. Corin. 6. c

Acto. 20. g

1. Corin. 9. 4

Gen. 39. 4

Gal. 4. 4

2. Corin. 6. c

Acto. 20. g

Gal. 4. 4

Exod. 32. g

remque despiciamus, qui quasi mortuus prorsus ad mortuum immobilis permanebat. Itaque cum tanta animi cura comprimeret incentiua viciorum, & naturæ: nihil humanum ab aliquo aliquando perpeffus est. Stupent certè Iob omnes homines, & valde vtique conuenienter. Est enim ille athleta mirabilis: & qui Paulum ipsum velut ex aduerso possit aspiciere ob patientiam, puritatemq; vitæ, ob testimonium dei, propter illam cum diabolo fortissimam pugnam, propter victoriam quæ pugnam secuta est: at Paulus nō mensibus tantum, sed annis plurimis in agone perdurans, tam clarus emicuit, non terræ gleba saniem carnis eradens, sed in ipsius intelligibilis os leonis frequenter incurrens & pugnans aduersus tentationes innumeras, omni erat lapide tolerantior, qui non à tribus aut quatuor amicis, sed à cunctis infidelibus, à falsis etiam fratribus opprobria sustinebat, consputatus ab omnibus, atque maledictus. Sed illius erat magna hospitalitas, & cura pauperū, nec nos quidem istud negamus: sed Pauli eam liberalitate inferioriorem docemus, & tantò inferioriorem, quanto anima est corpus inferius. Quam enim ille curam impendebat carne debilibus, hanc iste animabus morbidis exhibebat, nunc mentes sensibus claudicantes dirigendo in recti itineris incessum, nunc nuditate deformes stola cælestis philosophiæ vestiendo. In corporalibus quoque beneficiis tantò ille superabat, quanto est amplius in fame & nuditate viuentem indigētibus ferre præsidium, quàm id ipsum de diuitiarū affluentia ministrare. Nam illius quidem omni aduenienti aperiebatur domus, huius verò anima vniuerso patebat orbi, ac fidelium populos benignæ mētis recipiebat hospitio dicens: Non angustiamini in nobis, angustiamini autem in visceribus vestris. Et ille quidem cum oues & boues haberet innumeras, erat in pauperes liberalis: hic verò nihil amplius corpore suo possidens, in hoc ipso sufficienter indigentibus administrabat: quod alicui ipse commemorans, Necessitatibus, inquit, meis & his qui mecum erant ministrauerunt manus istę. Corporis enim sui operam velut ex quadam possessione fructus esurientibus deputabat. Sed vermes videlicet, atq; vulnera, sauos atque intolerabiles sancto Iob inferebant dolores, & ego fateor: sed si per tam multos annos Pauli verbera, & cum iugi fame etiam nuditatem, catenas, carcerem, insidias, periculatque consideres, quæ à domesticis, ab extraneis, à tyrannis, à toto postremò patiebatur orbe: addas hoc etiã his profectò amariora, id est pro eis qui labeantur, dolores, sollicitudinem: quam pro ecclesiis vstionē, quam pro scandalizatis singulis perferebat, videbis quàm erit omni saxo durior anima ista perpetuens, & ferrum atq; adamantem superans. Quæ enim Iob corpore, hæc Paulus mente sustinuit, quæ omni verme molestior de singulis quibusque labentibus mæsticia consumebat. Vnde & iuges lachrymarū ex eo fontes non diebus solum, sed etiam noctibus affluebant, omnique muliere parturietē vehemētius affligebatur in singulis, propter quod etiam dicebat: Filioli mei, quos iterū parturio, &c. Quæ verò iam quispiam post Iob putet esse mirabilem? Mosem profectò, sed hunc etiam Paulus satis emineti virtute transcendit, cuius quidem sunt multa alia præclara. Sed caput illius sanctæ animę atque fastigiū est, quoniam pro Iudæorum salute deleri elegit ex libro vitæ: sed Moses cum cæteris optauit perire, Paulus pro cæteris. Non enim cum pereuntibus perire voluit, sed vt saluarentur alij, ipse de gloria æternitate, decidere. Et ille quidem Pharaoni, hic autè diabolo quotidie repugna-

bat. Et ille pro vna gente, iste verò pro vniuerso orbe certauit, non sudore, sed sanguine vice sudoris vndiq; profluente: cum non solum habitabiles mundi partes, verumetiam deserta ad cultū religionis adduceret, nec solum Græcorum populos, verumetiam Barbarorum. Poteram quidem & Iesum Naue, & Samuëlem, & alios prophetas in comparatione vocare: sed ne sermonem faciam longiorem, ad ipsa eorum capita condescendā. Cum enim istis excellētior apparuerit, nulla prorsus de aliis ambiguitas relinquatur. Qui nam ergo eminetiores videntur: quis post hos alius, nisi David, & Helias, & Ioannes, quorum vnus prioris, alter secundus est præcursor aduetus: propter quod etiam nominis communione cõiuncti sunt. Quid igitur in David præcipuum reperitur: proculdubio hospitalitas, atque erga deum feruēs amor. Et quis amplius, immo quis ita, vt anima Pauli, hæc vtraque compleuit? Admirandū autem in Helia ego minimè reor, quia cælum clausit, quia induxit famem, quia ignem de cælo sermone compluit: sed quia zelauit pro deo, erat in hoc mentis affectu, ipso igne vehementior. Sed si Pauli zelum diligenter inspicias, tantò eum inuenies celsiorem, quãtò ille prophetis cæteris eminebat. Quid enim verbis illis reperitur æquale, qui gloriam domini zelando dicebat: Quoniam optabam ego anathema esse pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem? Propterea è cælis sibi propositis ac premiis & coronis, tardauit atq; distulit, dicens: Permanere autè in carne, necessariū est propter vos. Propterea non solum istam quæ cernitur, sed illam quoque quæ intelligitur creaturam, nequaquam sufficere sibi credidit, ad ostendendum zelum & charitatem, qua ardebat in Christum: sed etiam aliam, quæ non est, sermonem formauit, vt quod tota volūtate cupiebat, exprimeret, Sed Ioãnes in cibum locustas & mel syluestre sumebat: at Paulus ita in mundi strepitu, quemadmodum ille in eremi quiete versatus est: nō quidem pastus locustis: aut melle syluestri, sed multò his victu viliorè cõtentus, ac ne necessario quidem indulgēs cibo, præ feruore & studio prædicandi. Verum illius aduersus Herodem apparuit magna constantia, at iste non vnum, aut duos, aut tres, sed innumeros in simili positos potestate corripuit, immo longè illo sauiore tyranos. Restat vt Paulum iam angelis comparemus. Ideoque relinquere terram, ad cælorum fastigia transeamus. Sed nullus sermonis nostri accuset audaciam. Si enim Ioãnem & sacerdotes dei scriptura angelos nominauit: quid mirū, si præstantiorem omnibus Paulum illis virtutibus conferamus? Quid ergo in angelis magnificum prædicamus: profectò quia cum omni cura obediunt deo. Quod David quoque admirando dicebat: Potentes virtute, faciētes verbum illius, & cætera. Huic enim bono æquale est nihil. Prorsus etiam si sint millies incorporei: hoc est enim quod maximè præstat eos beatos, quia obediūt præceptis dei, quia eū in nullo aliquãdo contemnūt. Hoc igitur & in Paulo plenè animaduerti potest, cum omni diligentia & cautione seruatum. Non autè solum sermonem eius impleuit, verumetiam præcepta, super quæ præcepta hoc quippe declarans ait: Quæ est ergo merces mea, vt euangelium prædicans, sine sumptu ponam euangelium dei? Quid verò aliud in euangelio propheta miratur? Qui facit, inquit, angelos suos spiritus, & ministros suos ignem vrentem. Sed hoc etiam in Paulo possumus inuenire, qui velut ignis ac spiritus totum terrarum percurrit orbem, percurrēdoque purgauit. Sed necdum cælum iste sortitus est, & hoc omnino mirabile:

Roman. 9. 4

Philip. 2. c

Matth. 3. 4

Mar. 6. c

Luc. 7. d

Malac. 3. 4

Es. 8. 4

Psal. 102. d

1. Corint. 9. c

Psal. 103. 4

rabile: quia talis versabatur in terris, & mortali adhuc carne circūdatus, cum incorporaliū potestatum virtute certabat. Quanta ergo sumus cōdemnatione digni, cum vno homine bona omnia in se congregante, ne minimam quidem eorum partē studemus imitari? Hæc assidue mente volentes, & nosipfos inculpabiles præbeamus, & ad illius zelum studeamus accedere, vt ad eadem bona peruenire mereamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

Homilia secunda.

Vid sit homo, & quanta naturæ nostræ nobilitas, quantæq; capax virtutis, hoc vel præcipue ex omnibus Paulus ostendit, qui nunc stetit aduersus criminationes humane creaturæ, clarissima pro deo voce respondens, cohortans ad studia virtutis, & impudentissima blasphemantium ora concludens: docens quoque quod inter angelos hominesque non grande sit medium, si tamen nosipfos diligentius excolamus. Non enim aliam ille est sortitus naturam, nec dissimilem nactus animam, neque alterum habitans mundum, sed in eadem terra, eademque regione, sub eisdem etiam legibus nutritus & moribus, cunctos qui nunc sunt homines vel fuerunt, altius virtute transcendit. Vbi igitur illi nunc sunt, qui vicia in procliui, virtutem in arduo collocauerūt? Hic enim palam illis repugnat, dicens: Quod enim in presenti momentaneo est & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum in nobis gloriæ pondus operatur. Si autē huius tribulationes inueniuntur leues, quanto magis hæc quæ sunt in nobis voluptates? Neque vero hoc solum in illo mirabile est, quod præ abundantia deuotionis quodam modo non sensit dolores pro virtute susceptos: sed etiam quod virtutem ipsam pro mercede pensauit. Nam nos equidem pro ea nec mercede proposita certamus, quam ille complectens etiam sine præmio diligebat, cuncta illa quæ asperitate sui videntur impedire virtutem, cum omni magnanimitate perpetuens: qui neque infirmitatem corporis, neque multitudines circumstantium vndique negociorum, neque tyrannidem naturæ, neque quicquam aliud omnino cauatus est: eam vtique maior illi, quam cunctis & militia principibus, & regibus terræ esset cura commissa. Sed quotidie celsior, quotidie assurgebat ardentior, & intentis sibi periculis noua semper alacritate pugnabat, idq; significans dicebat: Eorum quæ retrò obliuiscens, in ea verò quæ priora sunt extendens me, qui cum sibi iam mortem imminuentem videret, ad communionem, delectationemque gaudij alios prouocabat, dicens: Gaudete, & congratulamini mihi, ac periculis, iniuriis, opprobriisque propositis, rursus exultat, & Corinthiis scribens, ait: Placeo mihi in periculis & in infirmitatibus meis. Cum vtique hæc ipsa esse diceret arma iusticiæ, ostendens hinc sibi fructum maximum prouenire. Itaque eam inter medias inimicorum versaretur insidias, ouas tamen de omni eorum referere impugnatione victorias, & vbique casus verberibus, affectus iniuriis atque maledictis, quasi triumphales pompas ageret, crebra trophæa strueret, orabat, gratiasque referebat deo, dicens: Deo autem gratias, qui semper triumphat nos. Itaque ad confusionem & iniurias, quas ob prædicandi studium sustinebat, magis quam ad bonorum oblectamenta properabat, mortem potius, quam vitam appetens: paupertatem, quam opulentiam: & multo amplius

2. Cor. 4. d

Philip. 3. e

Philip. 2. c

2. Cor. 12. c

2. Cor. 2. d

A laborē desiderans, quam alij requiem post laborem: ac mœrorem magis eligens, quam alij voluptatem: studiosius pro inimicis orans, quam alij aduersus inimicos. Conuerterat enim orbem terrarū: immo nos eum verè peruertimus. Ab illo autem sic custoditus est, quæ admodum à deo fuerat institutus. Illa enim omnia quæ appetebantur à Paulo naturæ congrua: hæc verò quæ idem ille fugiebat, contraria iudicantur. Vnde istud probari potest: Homo enim cum esset Paulus, ad illa tamen magis, quam ad ista curiebat. Vnum enim illi formidandum erat, atque metuendum, offensa nimirum dei, nec quicquam aliud omnino. Ergo nec desiderabile illi aliud erat, nisi placere semper deo, Non dico quia nihil præsentium desiderabat, sed nec ipsorum aliquid futurorum. Non enim mihi dicas vrbes & gentes, exercitus, prouincias, pecunias, potestates: hæc enim ille quasi harenam vilita reputauit, sed ea ipsa penè, quæ promittuntur in cælis, & tonè eius ardentem in Christo amorem videbis. Hic siquidem præ illius dulcedine, non angelorum, non archangelorum admiratus est dignitatem, nec quicquam horum simile concupiuit. Quod enim erat maius omnibus, Christi amorē fruebatur, cum hoc beatiorē se cunctis putabat, sine hoc autem neque dominatum neque principatum socius esse cupiebat: sed eū hac dilectione magis esse extremus optabat imò etiam ex numero punitorū, quam sine hac inter summos, & honore sublimes. Hoc enim erat illi maximū & singulare tormentum, ab hac charitate discedere: hæc illi erat gehēna, hæc sola pœnia, hæc infinita & intoleranda supplicia. Sicut etiam perfrui charitate Christi hoc illi vita, hoc mundus, hoc angelus, hoc presentia, hoc futura, hoc regnum, hoc promissio, hoc bona videbantur innumera: præter hæc verò nihil in tristium parte ponebat. Horum enim quæ hic habētur, nihil asperum, nihil etiam suaue reputabat. Sic despiciebat vniuersa quæ cernimus, vt solet herba iam putrefacta contemni. Tyrannos verò ipsos, ac populos spirantes furorem, velut esse quosdam culices existimabat. Mortem verò, & cruciatu & mille supplicia, quasi ludum putabat esse puerorum, dummodo propter Christum aliquid sustineret. Tunc enim, & tunc amplectebatur libeter, & decorabatur vinculis catena magis quam diademate coronatus. Etenim coarctatus carcere habitabat cælum, ac libentius verbera excipiebat & vulnera, quam alij brabia diripiunt: & dolores non minus, quam præmia diligebat, cum ipsos vtique dolores loco duceret præmiorum: propterea enim illos & gratiam nominabat. Quem sensum diligēter attende: præmium certè erat dissolui, & esse cum Christo: permanere autem in carne, certamen: sed tamen propter Christi desiderium præmia differere capiditate certaminis, idq; magis necessarium esse dacebat. E regione verò anathema à Christo fieri optabat. Certamen hoc erat & dolor, magis autem & supra certamen, supraque omnem dolorem. At verò esse cum Christo erat præmium singulare. Paulus tamen propter Christum illud maluit, quam istud eligere. Sed profecto dicat hic aliquis, quoniam hæc omnia propter Christum suaui esse dicebat: hoc planè etiam ipse cōfiteor, quoniam quæ nobis sunt causa tristitiæ, hæc illi maximam pariebant voluptatem. Et quid ego pericula, ærumnaq; commoro? In mœrore enim maximo ille versabatur propter quod dicebat: Quis infirmatur, & ego nō infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror? Et si in mœrore dicat quoq; quis inesse aliquam voluptatem: multi enim illorum

Philip.

2. Corin.

illorum qui filiorū mortibus vulnerantur, aliquid consolationis accipiunt, cum fletibus manent, magisq; dolent, cum dolore prohibentur. Sic igitur & Paulus nocte & die consolationem excipiebat ex lachrymis, nullus si quidem tanto affectu mala propria, quam ille desiebat aliena. Quemadmodum enim illum opinaris afflictum, cum perditionem Iudæorum dolet, qui vt illi salui fierent, seipsum à cælorum gloria cupiebat excludi: Et vnum hoc manifestum est, quia scilicet non saluari illos acerbius æstuebat, quam seipsum perire: aut si non acerbius, nunquam aliud optasset: quod vtique quasi tolerabilius elegit. Qui cum certè spe maxima futuri præmij pasceretur, non perfectoriè aliquid optabat, sed clamabat dicens: Quoniā tristitia est mihi magna, & continuus dolor cordi meo. Hunc ergo de singulis, vt ita dixerim, habitatoribus mundi tam vehementer dolentem, & in commune pro cunctis, & Gentibus videlicet, & Iudæis, & pro vnoquoq; peculiariter lamentantem: cui nam rerum aliquis poterit comparare, cui ferro, cui adamantis? Quid nam aliquis illam appellet animam, aurēam ne magis, an adamantinam? Nam & erat omni adamantem fortior, & auro gemmisque preciosior: & alteram quidem materiam firmitate, alteram preciositate superabat. Cui ergo rei hæc ab aliquo animam comparatur? Earum quidem quæ sunt omnino nulli. Quod si vel auro adamantis fortitudo, vel adamantis honor daretur auri, tamen fortè aliquo modo comparatio eius Pauli posset animæ conuenire. Sed quid ego adamantem, vel aurum ad similitudinem adduco Pauli? Mundum si è diuerso appendas omnem, & tunc videbis apertè Pauli vergere pondus examinis. Sed si enim de his qui in melotis & specubus, in exigua orbis parte versantur, hoc dictū est: quanto magis nos dicemus Paulū mundo, & omnibus quæ in mundo sunt digniorē? Si igitur eo mūdus dignus nō est, sed fortè vel cælum, sed istud quoque inuenitur inferius. Si enim iste nō solum cælū, sed quæ habētur in cælis dei postposuit charitati: quo modo non magis dominus, qui tantò est benignior Paulo, tantò maliciam bonitas antecellit, innumeris eum cælis iudicat digniorē? Non enim quantum nos diligit deus, tantum à nobis diligitur ipse: sed tantò effusius, quantum nec sermo quidem sufficit explicare. Cōsideremus ergo quantis illū honoribus etiam ante tempus resurrectionis extulerit. In paradysum rapuit, & in cælum tertium subleuauit, ineffabilis arcani fecit esse participem, taliumque mysteriorū conscium, quæ nulli hominum fas fuerit consiteri. Nec immeritò: siquidem Paulus in terra gradiens, sic se agebat in cunctis, quasi angelorum societate frueretur. Nam passibili adhuc colligatus corpori, illorum perfectione gaudebat, tantisque fragilitatibus subditus, in nullo inferior supernis virtutibus apparere certabat. Nā & tanquam pennatus totum docendo peruolauit orbem, & velut incorporeus labores omnes periculæque cōtempnit, & quasi iam cælum possidens, cuncta prorsus terrena despexit, & tanquam cum ipsis iam incorporeis degeret, ita iugi mentis intentione vigilauit: & angelis quidem sæpe diuersarum gentium cura commissa est, sed nullus illorum ita creditum sibi populum gubernauit, vt Paulus vniuersum gubernauit orbem. Neque verò dicas, quia hæc non perficiebantur à Paulo. Hoc etiam nos fatemur. Sed etsi ipse non erat qui cuncta complebat, nequaquam tamen ab eorum laudibus separatur: quia vtique dignum tantæ se gratiæ preparauit, per quam tam magnifica & gloriosa per-

Roma. 9. d

Ibidem.

2. Cor. 12. d

A ficeret: Michaëli gens commissa est Iudæorum: Paulo verò terræ, ac maria, atque vniuersi orbis habitatio, ipsumque desertum, & hoc non ad iniuriam, quod absit, angelorum: sed ostendimus esse possibile illis hominem copulari, iuxtaque illorum merita consistere. Cuius autem rei gratia, non angelis potius hæc prædicationis cura commissa est? Vt nullum scilicet excusationis colorem de se inueniret anima negligens: ac ne tu ad diuersitatem naturæ confugeres dormiendo. Deinde vt tantò etiam maior operum admiratio nasceretur, quantò de natura inferiore, procederent: Quo modo enim non admirabile hoc, atque improuissimum videretur, cum ex terrena lingua sermo profiliens, mortem fugat, peccata dissoluit, tenebras cæcitatatis illuminat, & mutatione mirifica terram conuertit in cælum? Propter hoc igitur stupeo virtutem dei, propter hoc admiror promptum animum Pauli, quo modo se talem studuit exhibere, quo modo se tantæ gratiæ capacem parauit, Vos autem rogo, vt non miremini solum, verum etiam imitemini hoc tam clarum virtutis exemplum: sic nanque poterimus coronarum eius esse participes. Quod si aliquis nos dixisse miratur, quia quicunque habuerit Pauli merita, eadem sit etiam habiturus præmia, ipsum audiat ita dicentem: Certamen, inquit, bonum certavi, cursum consummaui, fidem seruauit: de cætero reposita est mihi corona iusticiæ, quam reddet mihi dominus in die illa iustus iudex. Nō solum autem mihi, sed & his qui diligunt aduentum eius. Vides certè quo modo cunctos in eadem gloriæ communionem vocet. Quia igitur omnibus eadem corona gloriæ proposita est, studeamus omnes esse digni illis bonis, quæ promissa sunt, inueniri. Neque solum magnitudinem atque eminentiam in illo debemus cōsiderare virtutum, & promptum illud animi eius, atque robustum propositum, per quod ad tantam meruit gratiam peruenire: sed & naturæ societatem, per quam & nobis in cunctis ille participat: & sic etiam, quæ valde sunt ardua, nobis facilia videbuntur & leuia, breuique hoc tempore laborantes, incorruptibilem illam gestabimus atque immortalem coronā, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui est gloria, & imperium, in secula seculorum, Amen.

1. Tim. 4. b

Homilia tertia.

Beatus Paulus, qui tantam vim humanæ alacritatis ostendit, vt ad cælum quoque ipsum valeret subuolare, præmittens angelos & archangelos, aliâque virtutes, aliquando quidem suo exemplo Christi nos fieri imitatores iubet, dicendo: Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Aliquando verò de se reticens, ad ipsius nos imitationem dei extendit, dicens: Estote ergo imitatores dei, sicut filij charissimi mi. Iam verò demonstrans, quia nihil ita hanc imitationem pariat, quam si ita viuat aliquis, vt bonum eius in commune proficiat, atque vniuersis vtiliora prouideat, adiunxit: ambulare in charitate. ideo cum dixisset, imitatores mei estote: continuo de charitate disseruit, quia hæc præcipue virtus homines deo proximos facit. Quantæcunque enim sint alicuius, inferiorem tenentes locum, cuncta erga hominum studia versantur: vt est contra cōcupiscentias, vt quod aduersus gulam geritur bellum, vt in auariciæ interitum acies ordinata, vt cum iracundiæ furore conflictus: diligere vero deum, nobisque commune est. Propterea & dominus imperabat: orate pro calumniantibus & persequentibus vos, vt sitis

1. Cor. 4. d

Ephe. 5. a

Ibidem.

Matth. 5. g

vt fitis filij patris vestri , qui in caelis est . Hoc igitur & Paulus intelligens cunctorum esse caput bonorum, omni in se studio exprimere curauit . Nemo enim ita dilexit inimicos , nemo erga insidiatores suos tam beneficus fuit, nullus pro afflictoribus suis tanta perpeffus est . Non enim ille, quid patiebatur, sed natura copulam cogitabat, quantoque amplius efferebantur inimici, tanto eorum magis miserabatur insaniam . Vt enim aliqui indulgensissimus pater afficitur erga filium phrenesi comprehensum, cuius quanto magis conuiciis istibusque pulsatur, tanto eum potius miseratur atque desfet: ita Paulus qui de ipsa magnitudine passionum eorum, a quibus affligebatur, existimaret furorem, maiora illis adhibebat fometa pietatis . Audi igitur quam patieter, quam mansuetè nobis pro illis loquatur, qui eum quinquies verberauerunt, qui eum catenis onerauerunt, qui vinculis sepe constringerant, qui eius ipsum sitiebant cruorem, quique illum quotidie discerpere gestiebant . Testimonium, inquit, illis perhibeo, quoniam emulationem dei habent, sed non secundum scientiam . Et rursus eos, qui se supra illos superbius efferebant, refranans : Noli, ait, altum sapere, sed time : si enim deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat . Quia enim cognouerat dominicam in illos iam processisse sententiam, quod vnum & solū erat in sua potestate praestabat . Saepe lachrymabatur vehementer, & pro illis dolebat : videntes illis insultare prohibebat, atque, in quantum poterat, laborabat vmbam eis aliquam excusationis obtendere . Et quia propter contumaciam eorum atque duriciam, persuadere illis fidem sermone non poterat, ad orationes conuertebatur assiduas . Fratres, inquit, voluntas quidem cordis mei, & obsecratio ad deum fit pro illis in salutem . Spe quoque meliore illos sollicitat, dicens : Sine poenitentia enim sunt dona & vocatio dei, vt non pertinacius vsque ad finem desperatione moriantur . Quae vtique omnia sunt verba amatis, & valde eorum vtilitatibus prouidentis : vt cum dicit, Veniet ex Sion, qui eripiat & auertat impietates ab Iacob . Mordebatur enim vehementer, ac penitus discabatur, cum eos pereuntes videret, propter quod & multa solatia huic adhibebat dolori, aliquando quidem dicens : Veniet ex Sion, qui eripiat & auertat impietates ab Iacob : aliquando vero, & isti non crediderunt in illorum misericordiam, & vt ipsi misericordiam consequantur . Facit autem hoc etiam Hieremias, vim quamdam inferens, atque contendens excusationem aliquam pro delinquentibus inuenire, & nunc quidem dicens : Sed peccata nostra restiterunt nobis . & rursus : Non est in homine via eius, nec homo ibit, & diriget iter suum . & rursus : Memento quoniam puluis sumus . Mos etenim est omnino celeberrimus, vt hi qui pro delinquentibus deprecantur, etsi nihil idoneum afferant, ad rogandum saltem vmbam quandam excusationis pro eis opponant, non certa verborum proprietate munitam, nec quae trahi possit in dogmata, sed quae pro pereuntibus tatummodo consoletur dolentem . Non ergo huiusmodi excusationes scrupulosius ponderemus, sed intelligamus esse illas dolentis animae, & dicere aliquid pro peccatoribus requiritis, iuxtaque hunc modum haec quae superius dicta sunt, censeamus . Putas autem, quia erga solos Iudaeos talis extiterit, ad alios vero, vel domesticos, vel extraneos, non se multo etiam praebuisset mitiorem? His autem, inquit, qui sine lege erant, factus sum, quasi sine lege essem, vt omnes lucrificerem . Audi igitur quid ad Timotheum sit locutus : Seruum, inquit, dei non oportet

Rom. 10. a

Ibid. u. c

Rom. 10. a

Ibid. u. d

Esai. 59. d

Hier. 5. f

Ibid. 10. d

Gene. 3. d

1. Cor. 9. c

1. Tim. 2. d

litigare, sed mansuetum esse ad omnes, doctorem, patientem, cum modestia corripientem eos qui resistunt, si quando det illis deus poenitentiam ad cognoscendam veritatem, vt respiciant a diaboli laqueis, a quo capti tenentur ad ipsius voluntatem . Vis autem probare, quam modestè etiā & cum illis loquatur, qui in peccata corruerunt? Audi quid Corinthiis dixerit : Timeo, inquit, ne cum venero, humiliet me deus apud vos, & legeam multos ex his qui ante peccauerunt, & non egerunt poenitentiam super immundicia & fornicatione, & impudicia quae gesserunt : & ad Galatas . Filioli, inquit, meos, quos iterum parturio, donec Christus formetur in vobis . Et in causa eius, qui fuerat fornicatus, non minus & ipso, qui pro peccato suo lamentabatur, dolet, pro quo illo alios deprecatur, dicens : Confirmate in illum charitatem . Sed etiam quando illum ab ecclesiae corpore separabat, quam multis hoc lachrymis, gemituque faciebat . Ex multa, inquit, tribulatione & angustia cordis scripsi vobis per multas lachrymas, non vt contristemini, sed vt sciatis, quoniam charitatem habeat abundantius in vos . & rursus : Factus sum Iudaeis tanquam Iudaeus, his qui sub lege erant, quasi sub lege essem, factus sum infirmis infirmis, omnibus omnia factus sum, vt omnes saluos facerem . Vidisti ne queso animam omnia terrena superantem? Omnem enim prorsus hominem deo exhibere cupiebat, & omnes, quantum ad ipsum spectat, exhibuit, quasi enim vniuersum mundum genuisset, sic perturbabatur, sic currebat, sic omnes in regnum dei festinabat inducere, docendo, pollicendo, meditando, tum orando pro ipsis tum etiā ipsis supplicando, & terendo, & daemones corruptores animarum fugando, aliquando epistolis, aliquando praesentia, nunc sermone, nunc rebus per discipulos : per semetipsum conabatur erigere labantes, stantes vero firmare, humi iacentes attollere, sanare contritos, torpentes oleo exhortationis animare, inimicis insonare terribiliter, hostes minaciter intueri, more optimi cuiusdam ducis ac medici, artis suae instrumenta gestantis, protector ipse bellantium, ipse sedulus agrotorum minister, & vnus omnium officiorum personas, & exercitium vbique conseruabat ducem, sed in carnalibus quoque plurima sollicitudinis, ac prouidentiae suae documenta praestabat . Audi itaque quem admodum pro vna etiam muliere ad vniuersum scribat populum, dicens : Commendo autem vobis Phoebe sororem meam, quae est in ministerio ecclesiae, quae est Cenchris, vt eam suscipiatis in domino dignè sanctis, & assistatis ei in quocunque negotio vestri indigerit . & iterum . Nostis, ait, domum Stephanam, vt & vos subditi sitis eiusmodi . & rursus : Cognoscite quae huiusmodi sunt . Est enim hoc quoque proprium, & familiare in dilectione sanctorum . Sic enim & Helisaeus mulierem illam susceptricem suam, non spiritualibus solum, verum etiam carnalibus beneficiis remunerat, propter quod cum multa sollicitudine, euraque dicebat : Num est tibi sermo ad regem, vel ad principem? Et quid mirum, si commendationes per literas praestitit Paulus? qui ad se aliquos reuocans, nec de viatico illorum curam gerere dedignatus est, idque ipsum in epistola sua scribere . Siquidem scribens Tito ait : Zenam legis peritum, & Apollo sollicitè praemitte, vt nihil illis desit . Qui commendans aliquos tam studiose scripsit atque sollicitè, multo magis sicubi vidisset periclitantes, cuncta fecisset . Ad Philemonem quoque propter Onesimum scribens : vide quam omne impendebat studium, quam intentè ac sollicitè deprecatur .

1. Cor. 13. c

Gal. 4. a

1. Cor. 13. e

Acto. 20. g

Ibidem

1. Cor. 13. d

1. Tim. 1. b

Roman. 13. c

Marc. 12. c

Luc. 10. c

1. Cor. 12. d

Rom. 16. a

Ibidem

ad Titum

Ibidem

deprecatur .

deprecatur . Qui autem pro vno serulo maxime fugituo, & qui ex reb⁹ domini multa subtraxerat, integram, omniq; affectu plenam epistolam sine cunctatione composuit : qualis circa alios fuerit perpende . Vnum enim hoc ille pudore dignū putauit, aliquid scilicet pro cuiuslibet salute negligere . Propter hoc agebat omnia, & commonebat : nec omnino quicquam pro his, qui saluandi erant, cunctabatur impendere, non verba, non pecunias, non denique corpus ipsum . Qui enim millies seipsum tradiderat in morte, multo magis si habuisset, nec pecunias pepercisset . Et quid dico si habuisset, cum probare possim, non pepercisse eum pecuniis, etiam nihil habentem : & ne ambiguum putetur esse quod dicimus, audi ipsum rursus loquentem . Quoniam, inquit, libenter impendam, & superimpedar ipse pro animabus vestris : & ad Philipenses scribens ait : Necessitatibus meis, & his qui mecum erant, ministrauerunt manus istae : Cum vero celsus in omnium consisteret arce virtutum, omnè tamè flammā praeipuo charitatis ardore vincebat . Vt enim missum in igne ferrū, totū profectō ignis efficitur : sic Paulus charitate succensus, totus factus est charitas, qui quasi communis totius mundi esset pater, ita in amore omnium ipsos eorum imitabatur parentes : imò cunctos, non carnales tantummodo, verum etiā spirituales patres sollicitudine ac pietate superabat : & pecunias, & verba, & corpus, & animā pro his, quos diligebat, impendens . Propter hoc itaque charitatem etiam plenitudinem legis vocabat, & vinculum perfectionis, & omnium matrè bonorum, & initiū finemque virtutum : proptereaque dicebat, Finis autem praepcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona . & rursus : Non adulterabis, non occides . Et si quod aliud est mandatum, in hoc verbo instauratur : Diliges proximum tuum sicut teipsum . Quia igitur & initiū, & finis, & bona omnino vniuersa dilectio est, vel in ipsa studeamus Paulum imitari : etenim hic illius ope talis effectus est . Non enim proponas mihi mortuos, quos saepius susceperat : neque leprosos, quos eadem virtute mundauit : nihil horum requirit a te deus . Posside charitate Pauli, & perfectam adipisceris coronam . Cuius vero ista sententia est? Ipsius nutritoris vtique charitatis, qui eam & mirabilibus, & signis, & aliis bonis mille proposuit . Quia enim eam ipse abundè, ac vehemèter impleuerat, idcirco etiam acrius, atque examinatus vim eius intelligit . Per ipsam etenim ille ad tam celsum perfectionis culmen ascendit, nihilque eum ita dignum deo, vt virtus praestitit charitatis : & ideo dicebat, Imitamini dona meliora, & adhuc excellentiorè viam vobis demōstro, charitatem profectō optimā viam, plenissimamque pronuncians . In hoc ergo, & vigilanter ambulemus, vt & Paulum, imò & dominum Pauli videre mereamur, & incorruptibiles consequamur coronas, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui est gloria, & imperium, in secula seculorum, Amen .

Homilia iiii.

Reatus Paulus, qui nos hodie cōgregauit, quiq; terrarum etiam illuminauit orbē, vocationis suae tempore aliquando caecatus est, sed illius caecitas illuminatio totius orbis effecta est . Quoniam enim videbat malè, bene eum excacauit deus, vt vtiliter iam videret in reliquum : Simul enim & documentum ei virtutis suae praebuit, & in passione eius figurauit futura, & modum eius praedicationis edocuit, quod scilicet oporteret eum priora studia penitus excludere, &

quasi conuientem oculis semetipsum vndique coercere : propter quod ipse idem istud significans, clamat : *1. Corint. 3. d* Si quis videtur inter vos sapiēs, stultus fiat, vt sit sapiēs . Nequaquā ergo potuisset rursus bene videre, nisi prius excacatus fuisset . Vnde & propriam sapientiam, quia perturbabatur excludēs, fidei se per cuncta committit . Sed nullus hoc audiēs, vocationem istam necessitatem putet, siquidem potuit redire vnde discesserat . Multi enim & in nouo, & in veteri testamento, cum maiora sepe mirabilia vidissent, retrō (vt legimus) sunt reuersi : vt Nabuchodonosor, vt Iudas, vt Elimas mag⁹, vt Simō, vt Ananias, vt Sapphira, vt vniuersus populus Iudaeorum : sed non ita Paulus . Illustrato enim mentis aspectu ad syncerrimum illud lumen cursu tetendit, atque ad caelum perniter subuolauit . Quod si interrogas, cuius rei gratia sit caecatus, accipe ipsum loquentem : *Galat. 1. c* Audistis, inquit, conuersationem meam aliquādo in Iudaismo, quoniam supra modum persequebar ecclesiam dei, & expugnabam illam, & proficiebam in Iudaismo supra multos coetaneos meos, in genere meo abundantius amulatur existens patrum meorum traditionum . Quia enim vehemens quidem erat & ferus, frans quoque vehementioribus indigebat, ne scilicet impetu ipso ei⁹ quo ferebatur alacritatis arreptus, prolata a se dei verba contemneret . Propterea igitur furorem eius indomitum prius comprimit, concitatos & praecipites illius iracūdiā fluctus, caecitatis beneficio redigit in quietem : & tunc demum caelesti eum domat affatu, ostendens propriae inaccessibilem sapientiam, & supereminentem omnibus diuinā scientiae bonitatem, vt disceret, cui iam aduersario repugnaret : quem certè non modo punientem ferre non posset, sed nec beneficia conferentem . Non enim ille obscuritate tenebrarum, sed luminis nimietate caecatus est . Et cur, inquis, hoc non antè factum est? Ne quæras istud, neque velis esse curiosior, sed concede incomprehensibili dei prouidentiae salutes esse hominum notis sibi temporum opportunitatibus ordinanti . Sic enim etiam ipse fatebatur, dicens . Cum autem placuit ei, qui me segregauit de vtero matris meae, vocauit per suam gratiam, vt reuelaret filium suū in me . Nihil tu igitur scruteris amplius, quando haec dicit & Paulus . Istud enim tunc vtique fieri oportuit, cum iam scandala vbiq; creuissent . Ab ipso itaque discamus, quoniam nullus ante Paulum, neque ipse Paulus ex se tantummodo eum inuenit, sed ipse se Christus ostendit, & idcirco dicebat : Non vos me elegistis, sed ego elegi vos . Caterum cur antè non credidit, eum videret resurgere mortuos, ambulare claudos, paralyticos roborari, daemones effugari? Nullum enim fructū ille ex his omnibus cosecutus est, cum tamen non ignoraret, ista qui tam erat erga apostolos curiosus, qui certè cum lapidaretur Stephanus adstabat, & faciem eius videbat angelico fulgore radiantem . Cur ergo nihil inde lucratus est? Quia necdum vtique vocatus fuerat a Christo . Tu verò hoc audiens, noli vocationē istam, necessitatē putare . Non enim deus cogit homines vocando, sed post vocationem quoque permittit eos propriarum esse dominos voluntatum . Nam & Iudas, seipsum quando oportuit, reuelauit : sed illi propter gloriam quam ab hominibus requirebat, vltro se offerentem suscipere noluerunt . Verum hoc loco infidelior quis opponat, atque dicat : Cur me etiam non vocauit caelo? Vnde etiam manifestum est, dō homo, quia Paulū vocauit de caelo : Sed credis istud? ergo si credis, hoc ipsum ad signum tibi satis est . Si verò non credis, quia

Ibidem

Ioan. 15. c

Acto. 6. b

de caelo

de celo Paulum vocauit: quo modo dicis, cur me etiam non vocauit: Credis, quia ille vocauit, hoc ipsum tibi (vt dixi) abundat ad signum. Crede igitur, nam te quoque de celo vocat deus, si habes animam ad obediendum paratam. Quod si inobediens sis, & corrupta deprauataq; sententia, ne de celo quidem ad te vox dimissa tibi sufficit ad salutem. Quoties autem & Iudæi vocem audire de celo, in nouo, & in veteri testamento, nec tamen facti sunt idcirco meliores: Nam in veteri, Iudæi post mille miracula pro deo vitulum, quem fecerant, adorauerunt. At verò Hierichontina meretrix, quæ nihil omnino ex mirabilibus viderat, ostendit tamen fidem in exploratorum susceptione mirabilem. Interea quoque repromissionis Iudæi signa cernentes, permanebat lapidibus duriores. Niniuitæ verò Ionam solum videntes crediderunt, & egerunt pœnitentiam, & venturam super se iram dei conuersione pepulerunt. In nouo etiam testamento sub præsentia ipsius Christi, latro quidem cum crucifixum cerneret, adorauit: Iudæi verò qui eum spectauerant mortuos suscitantes, & vinxerunt & affixerunt cruci. Quid autem nostra quoque ætate, nonne ex fundamentis templi quod Hierosolymis fuit ignis exiliens audentes illud ædificare consumpsit: sicq; reliqui ab iniquis conatibus destiterunt, nec tamen ab impietate sua atque cæcitate conuersi sunt. Quanta verò etiam post hæc alia facta sunt miracula: vt cum super Apollinis verticem fulmen illapsum est, vt cum ipse responsa dæmonis transferri à rege sepultum iuxta se martyrem compulerunt, dicentis se alloqui omnino non posse, quædiu proximam illius arcam videret: erat nanque vicina. Post quæ ipsius regis auunculus, qui prophano actu consecrata deo vasa temerauerat, vermis exesus interiit. Præpositus quoque regalis ararij, ob aliam quam ecclesiæ intulerat iniuriam, mediis repente diruptus est: tunc etiam regionis nostræ fontes, qui prius flumina ipsa cursu inundante vincebant, subito in se resiliendo fugerunt, nunquam hoc antè perpessi, nisi postquæ loca illa sacrificiis ac victimis inquinauit. Quid verò iam memorè famem toto profus orbe terrarum cum impio rege dominatam, regis interitum in regione Perfarum: ante mortè verò mentis errore perpeffum, exercitum in medio barbarorum relictum, & vndique velut quodam reti conclusum, reditum ex illis locis improuifum atque mirabilem: Cùm enim rege impio miserabiliter interepto, alter pius in eius successisset imperium, aduersa omnia cõtinuò dissoluta sunt, & exercitus qui velut in medijs erat retibus inuolutus, nec vllum exitum aliquando se inuenturum esse credebatur, dei iam nutu ab hostibus liberatus, omni cum securitate remeauit. Et hæc quidem, quem non valeant ad patrem pietatis attrahere? Quid verò præsentia? nonne etiam multò mirabiliora dicenda sunt: nonne crux prædicatur, & totus ad credendum mundus accurrit? Nonne mors nunciatur, & omnes conuolant? Nunquid nõ innumeri crucifixi sunt? Nunquid non duo latrones cū domino pependerunt? Nunquid non multi sapientes? Nunquid non multi extiterunt potentes? Cuius igitur aliquando sic nomen obtinuit? Et quid dico potètes atque sapientes? Nunquid non fuerunt reges inclyti? Quis ita sibi terrarum orbem tam breui tempore subiugauit? Non enim varias mihi atque diuersas opponas hærefes. Omnes siquidem eundem prædicant Christum, et si nõ omnes sapè prædicent, atque legitime. Illum enim omnes prædicant, qui in Palæstina & natus, & passus, qui Pontio Pilato adiudicante crucifixus est. Hæc igitur

cuncta quæ proposui, nonne etiam magis virtutis eius videntur habere documentum, quàm illa vox allata de celo? Cur enim nullus ita aliquando regnum, vt hic solus obtinuit, certè cùm innumera ex aduerso impedimenta pugnant? Nam & reges contra euangelium præliati sunt, & tyranni bella gesserunt, & nostra vsque adeò attrita non sunt, vt inde magis fierent clariora. Vnde igitur hæc tanta, tamque admirabilis virtus? Magus scilicet erat? Solus ergo iste magus tam potens fuit? Audistis nempe, quia & apud Persas magi, & apud Indos extiterunt, sunt quoque & modò. Sed ne nomè quidem eorum vsque sonat. Et ille quidem ex tyrånorum vrbe deceptor, ac maleficus aliquò loci apparuit, at breui aliquanto tempore in exigua parte orbis refluxit: sed celeriter extinctus atque deletus est, qui non ecclesiam omnino, non populum, non aliquid horum reliquit. Sed quid dico magos, atque maleficos extinctos? Vnde, quæso, omnium deorum templa extincta sunt, & Clodoneust, & Darius, & omnes istæ prophanitatis officinæ silēt, ac penitus obstructæ sunt? Vnde igitur nõ solum crucifixum, sed & etiam pro ipso occisorum fauillas dæmones contremiscunt? Cuius rei gratia, saltem nomè audientes crucis, in fugam resiliunt: cum certè si se res haberet aliter, magis eos oporteret irridere quàm fugere. An fortè crux quid clarum videtur, ac nobile? Imò è contrario turpis, & exprobrabilis mors. Est enim & vtrique pœnalis mors, & omnino terribilis, & apud Iudæos maledicta, & inter gentiles abominanda. Vnde igitur illam dæmones reformidant, nisi de virtute crucifixi? Si enim illam per se ipsam timerent, quanquàm & hoc ipsum de his esset indignum: tamen & ante illi, & post illum plerique crucifixi sunt, & cum ipso etiam duo. Quid igitur si inuocet aliquis nomen latronis, vel alterius cuiusquam crucifixi, dæmon ne fortè timebit ac fugiet? Nequaquam, quinimò ridebit. Si verò Iesum addideris, Nazarenum, velut ab igne repente diffugiet. Quid igitur ais? Vnde præualuit? Quia, inquis, seductor fuit. At non hæc præcepta loquuntur. Deinde & multi seductores fuerunt, & tamen nullus obtinuit. Sed quia magus fuit. Verùm longè aliud eius dogmata contestantur. Sed & magorum multa sæpe fuit copia, nec tamen vllum huius potentia nomen auditum est. Sed quia sapiens fuit: at multi fuerunt sæpe sapientes. Quis itaque similiter obtinuisse dicitur? Nullus enim aliquando saltem ex parte aliqua huic potentia appropinquauit. Vnde liquidò patet, quoniam Christus non fuerit magus, non seductor, sed qui è contrario horum extitit emendator. Et verè diuina virtus, nec vlli omnino superabilis. Idcirco & ipse cuncta vicit, atque perdomuit. Et Paulus cum illa arte vilissima tantam potuit inspirare virtutem, quãtam ipse rerum testatur effectus. Homo etenim ignobilis, abiectus, & cū conforsarius, qui artem exercebat in pellibus, intantum virtute progressus est, vt vix triginta annorum spacio & Romanos, & Persas, & Parthos, & Medos, & Indos, & Scythas, & Aethiopes, & Sauromatas, & Saracenos, & omne prorsus humanum genus sub iugum mitteret veritatis. Responde igitur, vnde iste opifex vilis, ac publicus stans in loco artis suæ, ac scæfellum in manu gerens, ita vt ipse philosophatus sit, & alios docuerit philosophari, gentes scilicet, vrbes atq; regiones, nec vim in se sermonis ostendens? Audi enim ipsum loquentem: Et si imperitius sermone, nec pecunias possidens: nam hoc quoque ipse testatur: Vsq; ad hanc, inquit, horam & esurimus & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur. Et quid dico

dico pecuniæ: cùm ille sæpe necessarium quidem non haberet cibum, nec quo se circumdaret indumentum. Quia verò nec de professione clarus fuerit, ipsius discipulis ostendit, dicens: Quoniam manebat apud Aquilam & Priscillã, propterea quod eiusdè artis essent. Erant enim scenofactoria artis. Non igitur à proavis nobilis, quippe qui tam vilis fuisse artis ostenditur: nõ à patria, non à gente, tamen progressus in medium, ac tantummodo apparens, inimicorũ cuncta turbauit, vniuersa cõfudit: & sicut in stipulas, aut in fœnũ ignis immisus, omnia dæmonũ opera consumpsit, atq; in quod voluit, omnia conuertit. Neque verò hoc solum admiratione dignũ est, quod tãtam potentia talis obtinuit: sed quoniam discipulorum quoque illius plurimi pauperes, imperiti, ac totius erant eruditionis extranei, in fame & egestate viuentes, ignobiles, ac de ignobilibus B procreati: quod certè etiã ipse prædicauit, nec erubuit eorum cõmemorare pauperie, imò necessaria quidem eorũ victui postulare. Proficiscar, inquit, Hierusalè ministrare sanctis. Et rursus: Secundũ vnã sabbati vnusquisque vestrũ reponat, quod ei bene placuerit, vt non cum venero tunc collecta fiant. Quare verò plures discipulorum ex imperitorũ numero constarent, ad Corinthios scribens, ait: Videte vocationẽ vestram, quoniam non multi sapientes secundum carnem, nõ multi potentes, non multi nobiles, sed & valde obscuri, & viles fuerunt. Nam infirma mundi, inquit, elegit deus, & quæ non sunt vt ea quæ sunt destrueret. At nobilis & eruditus erat fortè persuasor. Nec istud quidẽ, nam hoc quoque ipse cõfirmavit, dicens: Et ego veni ad vos, non in sublimitate sermonis, aut sapientia, annuncias vobis testimonium Christi. Non enim iudicavi me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixũ. Et sermo meus, & prædicatio mea, non in persuasibilibus humana sapientia verbis. Sed causa nimirum ipsa, prædicationis erat idonea, quæ ad se pertraheret audientes. Accipe quid etiam super hac re ipse pronunciat. Quoniam, inquit, Iudæi signa petunt, & Græci sapientiam quærunt: nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalũ, Græcis autem stulticiam. Sed securitate, ac libertate perfunctus est. At omnino à periculis nõquam respirauit. Et ego, inquit, in infirmitate, & timore, & tremore multo fui apud vos: neque verò ipse solum, sed etiã discipuli eius passionibus subiacebãt. Mementote, inquit, dierũ priorũ in quibus illuminati magnam certamen sustinuisistis passionum. In altero quidem opprobriis, & tribulationibus spectaculum facti, in altero etiam socij taliter cõuersantium facti: nam vinctis compassi estis, & rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis. Et rursus ad Thessalonicenses ait: Vos enim eadem passistis à contribulibus vestris, sicut & ipsi à Iudæis, qui & dominum nostrum occiderunt, & prophetas suos persecuti sunt. Rursus ad Corinthios scribens: Sicut, inquit, abundans passio Christi in vobis, & quemadmodum socij estis passionum, ita eritis & consolationis. Et ad Galatas: Tanta, inquit, passi estis sine causa, si tamen sine causa. Cùm igitur & prædicator, & imperitus, cùm etiã pauper esset, & prorsus ignobilis: & quod prædicabatur, non modò commendatione sui esset vacuum, verum etiam offensione plenissimum, & auditores ipsi inopes, imbecilles, atque omnino nulli, & pericula tam crebra, tam varia, non doctoribus solum, sed etiam discipulis imminerent, & crucifixus esset, qui annunciabatur adorandus. Quidnam illud est, quod

huius prædicatio potuit obtinere? Nonne lucidissimè claret diuina hoc & ineffabili quadam virtute perfectum? quod certè etiam inimicorum comparatione potest liquidò comprobari. Cùm enim videris cõtraria horum vniuersa concurrere in vnũ: id est, vt opes, & nobilitatem, & patriæ claritudinem, & oratorie artis pompam, & pacis securitatem, & plurimam in ipsa superstitione culturam, continuo tamen morem prophanitatis extinctũ: hos verò qui sunt ex aduersa parte superare, quæ horum causa sit, responde. Tale est enim, vt cum rex quispiam instructus armis, fretus exercitu, potentissimas in bello acies instruens hostes superare nequiverit, nudus aliquis, & pauper, & solus, ac ne breui quidem iaculo armatus, aut simplici saltem veste tectus, certamen ineat, eaq; peragat quæ alij, nec cū mille quidem munitionibus patrare potuerunt. Noli igitur in praua permanere sententia, sed virtutem venerare crucifixi. Neque enim si regem aliquem videas ciuitates sibi excelsas parantem, circumagentem fossas, muris machinas imponentem, innumeram quoque habentem militum multitudinem, arma fulgentia, pecunias infinitas, vnamq; hostium ciuitatem destruere non valentem: alterum verò nudo corpore dimicantem, solisq; manibus vtentem, non vnam, aut duas, aut paucas, sed prorsus innumeras, totoq; orbe diffusas vrbes percurrentem celeriter, cunctasq; capientem, humana hoc dicas esse virtutis. Sic ergo proculdubio in præsentia causa sentiendum est. Propterea enim concessit deus & latrones cum saluatore crucifigi, & ante saluatoris aduentum seductores aliquos apparere, vt etiã ex comparatione rerum nimis insipientibus ostenderetur excellentia veritatis: & discerent, quia hic non vnus ex illis: sed grande sit inter tam dispares, infinitũq; discrimen. Nihil enim Christi gloriã potuit inunibrare, vel eorumdem opportunitas temporum, vel cõmunio passionem: ne quis enim putaret, quia dæmones crucem, & non crucifixi pauent virtutem, obstruxit ora ista dicentium per latronem. Quod si temporũ opportunitas cuncta fecisse dicatur, ad repellendum Theodotus atque eius discipuli proferentur, qui cum eisdem ferè, quibus etiam Christus temporibus extitisset, & veritatem per quædam etiam signa impugnare tentasset, repente destructi sunt. Quod enim iam antè memorauit, ideo interdum falsa fieri deus signa concessit, vt abundantius vera monstraret. Propterea & pseudopphetas tempore prophetarum, & pseudoapostolos cū apostolis apparere permisit, vt disceres, quia splendentes eius vbique virtutes nequaquam obscurare posset similitudo, & vmbra quadam virtutum. Agè iam ex alijs quoque documentis, probemus esse hanc potentiam singularem, & præcipuam atque mirabilem. Docebimus enim Christi gloriam ipsa magis inimicorum impugnatione creuisse. Cùm enim hunc ipsum beatum Paulum Roma quidam persequeretur, aliquando hoc ipsum dogma inquietius prædicabant. Cupiètes enim Neronem impugnatorem Pauli acrius in eius odium commouere, mira quadam arte lædendi susceperunt & ipsi euangelicæ prædicationis officium, vt magis scilicet fidei sermone feruente, & discipulorum crescente numero, in immensum ignesceret furor tyranni, & fera maiora adhuc colligeret incrementa feritatis. Et hoc ipse ad Philippenses Paulus scribens, ait: Scire vos autem, inquit, volo fratres, quæ circa me sunt, magis venerunt ad profectum euangelij, ita vt plures è fratribus cõfidentes in vinculis meis, abundanti

abundantius audent sine timore verbum dei loqui. Quidam quidem etiam per inuidiam & contentionem, quidam etiam per bonam voluntatem Christum prædicant: quidam autem ex contentione Christum annunciant non sincere, existimantes pressuram suscitare vinculis meis. Quidam autem ex charitate, scientes quod in defensione euangelij positus sum. Quid enim si omni modo, siue per occasionem, siue per veritatem Christus annūciatur? Vidisti certe, quem admodum et si ex contentione aliqui prædicaret, tamen etiam per inimicos veritas Christi crescebat. Supra verò hæc inimicorum calliditatem, alia quoque ex aduerso multa veniebant. Nam & antiquæ leges, non modò non opitulabantur, verum etiam aduersabantur: contraque veritatis partem non solum malicia obloquentium inimicorum, verum etiam ignorantia dimicabant, regem aiebant alterum Christum. Non enim nouerant eius cælestis regnum terribile istud, & absque villo termino gloriosum: sed quasi tyrannidem morbis inferentibus per calumniam repugnabant, & in commune omnes, & specialiter aduersus eos singuli dimicando. In communi quidem, quasi cõtra eos, qui publicæ disciplinæ, & legum scita destruerent: specialiter verò, quasi singulorum domos diuisionibus, diuertiisq; dissoluerent. Nam & filium tunc impugnabat pater, & filius patrem negabat, & maritum vxor oderat, & vxorem maritus, filij quoque cum matribus dissidebant, cognati cognatos, amici oppugnabant amicos, eratque per omnium domos varium istud, & multiforme bellum, propinquos separans, dispergens curiam, iudicia conturbans: cum utique mores patrij soluerentur, festiuitas & cultura dæmonum pelleretur, quæ alij legumlatores vel in primis custodienda decreuerant, cum his omnibus etiam tyrannidis orta suspicio vndique faciebat eos explodi. Neque verò dicere quispiam potest à gentibus quanta inferebantur, à parte verò Iudæorum omnia inquietabantur, cum certè isti etiam sæuius imminerent. Cumque & ipsi ei destructionem legis impingerent: non enim cessat, inquit, loquens contra legem, & locum sanctum. Veruntamen vndique inuidiæ igne succenso, ab domibus, ab vrribus, ab agris, à solitudine, à terra, à mari, à gentibus, à Iudæis, à principibus, à plebibus, à regibus, à regum ministris: cum omnes ad crudelitatem se mutuo cohortarentur, & omnes ferissimè sæuiusque consurgerent: beatus tamen Paulus in tantos ignes insiliens, atque in medio talium luporum consistens, quanquam ictus omnium exciperet, non modò tamen obrutus ipse non est, sed etiam omnes illos in partem trāstulit veritatis. Et hæc & alia quoque prælia non minus sæua memorabo: vt illud quod aduersus pseudoapostolos gerebatur, quodque eum super omnia alia torquebat, domesticorum dolus, ruina nutantium: multi enim etiam ex fidelium numero labebantur, sed etiam contra ista præualuit. Vnde quæso: ex quæue virtute? Quia, inquit, arma nostra non carnalia, sed potentia sunt ad destructionem, munitionum consilia destruentem, & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam dei. Propterea igitur in diuersum omnia vertebantur, ac mutabantur repente: ac sicut igne succenso paulatim spinæ consumuntur, & cedunt, flammisque superantur, ac mundi redduntur nouales: sic etiam Pauli insonante lingua, & omni igne vehementius irruente cedebant omnia, fugiebantque & dæmonum cultus, & celebritas omnis, atque festiuitas, & mores patrij, & populorum furores, & tyrannorum minæ, & insidiæ domesticorum, & pseu-

doapostolorum operationes malignæ. Magis autem sicut radiis Solis orientibus, & tenebræ fugantur, & feræ latitant, foueisque conduntur, & latrones recedunt, & homicidæ ad antra suffugiunt, & amouentur piratæ, & sepulchrorum violatores fugantur, & adulteri, & fures, & perfossores domorum deprehensi à Sole, redarguti, periclitantes abeunt, seseque alicubi procul occultant, omniaque lucida efficiuntur & clara, illustrantibus desuper radiis, terram, pelagus, ac montes, vrbes, simul atque regiones: sic tunc prædicatione fulgens, & vbique euangelium disseminante Paulo, fugabatur error, veritasque remeabat: fauillæ verò, fumusque templorum, & cymbala omnia, & tympana, & ebrietates, & comestiones, & stupra, & adulteria, & alia dictu facta, quæ in sacris suis celebrare consueuerant, defecerunt, atque consumpta sunt, instar ceræ ignis vapore perentis, & palearum vice, quæ subito concremantur incendio. Clara verò inter hæc veritatis flamma surgebat resplēdens & ipsum ad vsque cælum sublimitate conscendens, ab his potissimum subleuata, qui eam nitentur opprimere: perque illos magis incrementa suscipiens, qui illam extinctum iri cupiebant. Nec pericula enim progressum eius, aut impetus coercere poterunt, non tyrannidis quædam inueteratæ consuetudinis, non patrij amoris autoritas, non legum potestas, non illa ipsa custodiendi eius quod prædicabatur euangelij difficultas, nec quicquam eorum quæ impedimentum afferre possunt, proficiscētis celeriter veritatis cursum aut incidere, aut retardare potuerunt. Atque vt quantam istud vim habeat, cognoscas, cõminare gentibus, non dico pericula, famem, mortem, sed damnum aliquod exiguum, & videbis eos repente mutatos. At non talia inueniuntur, & nostra, sed concisis occisisque omnibus, & vbique impugnatibus vario genere bellorum, illa tamen florentiora semper effecta sunt. Et quid ego nostræ ætatis cõmemoro gentiles viles istos, & omnino contemptui faciles? & potius qui apud illos erant aliquando mirabiles in medium proferamus, philosophiæ scilicet honore celebratos, Platonē, Pythagoram, Arameniū, multosque alios huiusmodi, & tunc demum euangelicæ prædicationis virtutē probabis. Nam post Socratis venenum, alij quidem Megara discesserunt, similia patiendi metu: alter autem & patria, & libertate priuatus est, nec præter vnam mulierem philosophiæ quenquam studiis subiugauit. Plato autem depictam in paginis disciplinā relinquēs, in mortē solutus est. Et certè nihil eis tunc impedimento erat, nõ periculū, non egestas, non imperitia sermonis: sed erant & dicendo potentes, & opibus affluentes, & de nobilitate patriæ gloriantes. Verum nequaquam obtinere potuerunt: talis est enim conditio erroris, etiam nullo sibi obistente, consensescit, ac defluit. Talis autem è diuerso veritatis status, etiam multis impugnantibus suscitatur, & crescit. Hæc autem ita esse, veritas rerum ipsa proclamata, nihilque hinc opus est assertionem verborum, cum vocem quodam modo totus vndique mundus emittat, vrbes scilicet, & agri, & terræ, & maria, & loca culta atque deserta, ipsæ quoque etiam montium summitates. Neque enim solitudinem beneficij sui reliquit exortem, sed ipsam maximè his, quæ nobis de cælo veniens detulit, bonis repleuit, per Pauli præcipue linguam, perque illam quam in ipsum contulit gratiam. Quia enim dignam tali dono deuotionem gerebat, copiosa in illo etiam gratia coruscavit, plurimaque horum, quæ hucusque memorauimus, ipsius sudore ac sermone completa sunt.

ta sunt. Quoniam igitur ita genus nostrum nobilitauit deus, vt vnum hominem dignaretur tantorum causam facere bonorum, studeamus & nos eius similes inueniri. Neque verò istud impossibile putemus, quoniã, vt sæpe dixi, & nunc inculcare non cesso: tale illi, quale etiam nobis corpus fuit, talis anima, tales cibi, sed voluntas in eo mirabilis, & præclara deuotio: & istud est prorsus vnde ille talis effectus est. Nemo igitur diffidat, nemo desperet: si intendas animam, & præpares, nihil est quod te ab eiusdem gratiæ possit prohibere muneribus. Non est enim personarum acceptor deus. Idem illum teque formauit: & quemadmodum illius, ita est etiam tuus deus: ac sicut illum meritò laudauit, ita etiam tibi offert coronam. Spondeamus igitur nosmetipsos deo, atque mudemus, vt nos quoque eandem gratiã consequentes, eadem etiam præmia fortiamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui est gloria, & imperium, in secula seculorum, Amen.

Homilia quinta.



Bi nunc illi sunt, qui querulo semper animo mortem causari solent, & corruptibile hoc corpus atque passibile impedimento sibi esse ad virtutē putant: audiant Pauli facta præclara, & ab hac obreccatione malignissima cõquiescant. Quid enim humano generi mors nocuit? quid verò virtutem corruptio corporis impediuit? Considera itaque Paulum, & videbis, quia nobis etiam ad maximam utilitatem proficiat ista mortalitas. Hic enim nisi mortalis fuisset, nequaquam dicere potuisset, magis autem nequisset ostendere, quod ipsius temporibus est locutus: quoniam quotidie morior propter gloriam vestram, quam habeo in Christo Iesu. Vbiq; enim nobis intentione animi, ac prompta opus est voluntate: quæ si affuerint, nihil erit quod nos possit à virtute prohibere, sicut superior iam sermo memoratus est. Nonne erat iste mortalitas: nonne ignobilis: nonne pauper: & quotidiano opere victum requirens? Nonne corpus habuit, cunctis naturæ necessitatibus subiugatum? Quid ergo eum vetuit illis, quibus floruit, splendere virtutibus? profecto nihil. Nullus ergo mæreat pauper, nullus angatur inglorius, nullus ex vilioribus ingemiscat: sed tantummodo illi, qui molles sunt animo, & eneruati mente, atque resoluti. Hoc enim solum est quod nos à virtute valeat arcere, viciositas animæ, atque mollitudo sententiæ, nec quicquam omnino: propterea idque beati huius propter quem hodie congregati sumus, qui presentium iucunditate gaudet, illustratur exemplo. Sicut enim Paulo nihil ea quæ superius sunt memorata nocuerunt, ita extra religionem nostram positos, nihil his aduersa iuuerunt, non generis claritudo, non diuitiarum affluentia, non splendor eloquij, non gloriæ magnitudo, non sublimitas potentatus. Sed quid ego de hominibus adhuc loquor, & quandiu circa terram continuo sermonē? Fas est etiam supernas commemorare virtutes, principatus videlicet, ac potestates, mundi que rectores, ac tenebrarum huius seculi. Quid enim iuuat eos angelorum sortitos esse naturam? Nonne venient omnes istæ virtutes à Paulo, eiusque similibus iudicandæ? Nescitis, inquit, quia angelos iudicabimus, quanto magis secularia? Non igitur ob alias aliquando causas, nisi ob vicia sola doleamus, horum nos studiosos esse pœniteat. Nihil est quod nos Pauli similes fieri vetet. Ille enim non solum gratia dei, sed etiam sua voluntate talis effectus est, & idcirco gratia, quia etiam de pro-

pria voluntate. Vtraque enim plena in illo fuerunt, atque perfecta, & ea quæ donantur à deo, & ea quæ voluntate præstantur. Vis dona dei agnoscere: vestimenta Pauli demonibus terrori erant. Verum ego nequaquam istud admiror, sicut nec illud quidem, quia vmbra Petri corporum languores effugabat. Hæc sunt verò miranda, quæ Paulus etiam ante gratiam magnus ab ipsis rudimentis, ab ipsis fidei suæ inuenitur fecisse principis, quia nec virtute hac, quæ postea polluit, illustratus, nec apostolatus honore donatus, ita in Christi zelum totus exarsit, vt omnem contra se accenderet populū, qui cum se in tantis periculis, & ciuitatem propter se oblesam cerneret, per murū demissus in sporta est, sicque depositus, nec tunc quidem in segnicie ac timiditate relapsus est: sed maiorem alacritatem mentis accepit, periculis quibusdam se sæpe subdens in aliorum salutem: nulli autem studio cedens docendi, sed quotidie portans crucem, dominū sequebatur. Et quidem cum recens adhuc Stephani ante oculos haberet exemplum, videretque contra se omnes potissimum concitatos Iudæos, cædem spirantes, ipsasque penè carnes eius deorare cupientes: vnde igitur Paulus, neque cum in pericula irrueret, temeritatis argui poterat, nec pericula fugere timiditatis: quia utique & amabat satis præsentem vitam, ob lucrum docendi: & rursus valde eam despiciebat, ob philosophiam, ad quam illum mundi contemptus euexerat, propterque amorem quo ire urgebatur ad Christū. Quod enim de ipso dico semper; nec dicere aliquando cessabo, nullus ita in diuersa rerum incidens atque contraria, vtraque in commodū suum transtulit, vtraque suis utilitatibus coaptauit. Nullus enim sic vnquam præsentis vitæ fuit amans, ne eorum qui sunt lucis istius cupidissimi: & è regione sic aliquando despexit salutē illorum, qui se in mortem sponte præcipitant: sic ab omni se mundum cupiditate abstracta hebet, nullaque præsentium tenebatur passione, sed vbique desiderium suum cum dei voluntate miscebat. Et tunc quidem præsentem vitam magis necessariam esse ducebat, quam societatem Christi, atque colloquium. Nunc verò tam molestam sibi illam fatebatur & grauem, vt etiam ingemisceret, atque in mortis desiderium cogeretur. Ea enim sola cupiebat, quæ illi secundum deum lucra parerent, etiam si viderentur esse contraria. Erat enim quidem varius semper, ac multiplex, nõ utique dissimulatione mutabilis, quod absit, sed facies omnia, quæ prædicationum, salutisque hominum necessitas poposcisset. In hoc quoque domini sui inuentus imitator. Nam & deus & homo apparuit, cum id eum oportuit apparere, & in igne quando tempus ita exegit, & nunc quidem se in habitu armati militis, nunc in similitudine viatoris, nunc in ipsa ostendit similitudine hominis veritatem, secundum quam ne ipsam quidem mortem refugit: sed iterum iterumque commonet, nemo dispensationem istam necessitatem putet, sed tantummodo amorem dei erga homines intelligat. Nam & aliquando quidem super thronum, aliquando verò super Cherubin apparebat sedens. Omnia tamen ista pro variarum dispensationum opportunitate faciebat, propter quod loquitur per prophetam: Ego visiones multiplicauit, & in manibus prophetarum assimilatus sum. Ita igitur & Paulus creditæ sibi dispensationis modum sæpe variando, nequaquam de domini sui imitatione culpatus est, cum modò Iudæus fieret, modò se illis nulla communicatione misceret. Et tunc quidem custodiret legem, nunc verò despiceret: & aliquando cõ-

seruaret presentem vitam, aliquando contemneret: & nunc quidem etiam postulare pecunias, nunc autem oblatas etiam refutaret: nam & sacrificium obtulit, & purificationem ex more celebravit. Sed rursus & anathematizauit ista facientes. Et nunc quidem circuncidebat ipse, nunc circuncisionem penitus excluderebat. Et erat facta quidem ipsa diuersa inter se, atque contraria, mens verò atque sententia ex illa fiebat valde sibi concinnans atque concordans. Vnum illud requirebat, & solum eorum qui illum audirent, ac viderent salutem: propterea modò extollit legem, modò inclinatur ac deicit. Non enim solum in actibus suis, verum etiam in verbis erat, vt dixi, varius ac multiplex, non mutando sententiam, sed alter factus ex altero: sed ipse quòd erat semper manendo, eorum, quae dicta sunt vsu pro causarum opportunitate variabat. Non igitur eum propter ista reprehendas, propterea quae illum magis debes dignis laudibus coronare. Siquidem & medicum cum nunc videntem videris, nunc fouentem, nunc ferro videntem, nunc medicamento, & aliquando quidem aegrotum à cibo potuque cohibentem, aliquando verò eum in ista laxantem, & modò quidem cooperientem vndique, & vndique conuidentem: nunc verò ipsi illi calefacto securius plenam frigidis aquis imperantem epotare phialam: non vti que super hac eum varietate & frequenti mutatione culpabis, sed tunc praecipue stupebis artem, quando ea quae nobis contraria videntur & noxia, illum cum fiducia videris offerentem. Hoc est enim veri artificis, ac periti. Si igitur approbamus medicum contraria ista facientem, multo magis Pauli debemus animam praedicare, tam multis se ac diuersis modis aegrotantibus copiantem. Non enim minus hi qui animarum, quam illi qui corporum languore vexantur, arte opus habent, ac varietate curandi: ad quos si securè, & velut ex directo voluerint accedere, omnis spes ab eis salutis aufugiet. Et quid mirum si homines ad haec sananda temperamenta descendant, cum etiam omnipotens deus hoc ipso medicinae vtatur modo, nec omnia nobis vniformiter ac directim loquatur? Quia enim spontè nos vult effici bonos, non necessitate atque violentia, opus etiam habet mutatione curae, non propter aliquam impossibilitatem suam, sed propter nostram fragilitatem. Ipsi enim licet innuere solum, imò vellet tantummodo, iamque facta spectaret, quae voluit. Nos verò qui semel dominatum nostri adepti sumus, non in cunctis deo subditos esse nos patimur, quia si traheret inuitos, eriperet ipse quod contulit, id est, arbitrii potestatem. Ne igitur istud fieret, frequenti fuit opus varietate medicandi. Haec autem à nobis non superfluo disputata sunt, sed propter beati Pauli varium studium atque sapiens, vt quando eum videris pericula fugientem, non illum admireris minus, quam cum se periculis gaudet opponere. Vt enim hoc fortitudinis, ita illud sapientiae est. Et cum videris eum magna de se ipso sonantem, similiter admireris, ac si illum videas semetipsum depreciantem. Vt enim istud humilitatis, ita & illud magnanimitatis est. Quando enim gloriantem videris, admirare: sed similiter lauda, cum illum vides humilia de se & contemptibilia dicentem. Nam & hoc est animi arrogantia vacui, & illud dilectione & humanitate pleni. In dispensationem si quidem multorum salutis ista faciebat, propter quod ait: Siue enim mentem excedimus, deo: siue sobrii sumus, vobis. Neque alius quisquam tantas, non dico occasiones, sed prorsus necessitates habuit arrogantiae,

neque tamen vllus alter ita se mundè ab omni iactantia subduxit. Haec itaque animo attentiore considera. Scientia, inquit, inflat. Et hoc omnes cum apostolo facile dixerimus. At tanta certè in illo erat scientia, quanta in vlllo vnquam fuerit, neque tamen se extulit insolenter, qui se in hoc ipso humiliat, ac deicit dicens: Ex parte cognoscimus, & ex parte propheta-^{1. Cor. 13.} existimat se scire aliquid, nondum cognouit quem-^{1. Cor. 13.} admodum eum oportet scire. Ieiunium rursus inflat, idque fecit Phariseus ille manifestum, qui ait: Ieiunio his in sabbato. Sed Paulus non modò ieiunans, verum etiam famem propter Christum patiens, se etiam abortiuum vocabat. Et quid de scientia dico atque ieiunio, quando etiam tanta cum deo habens tam crebra colloquia, quanta nec prophetarum, nec apostolorum vllus habuit, per ea ipsa humilior reddebatur? Non enim mihi dicas ista quae legimus. Nam plura celauit, nec enim omnia dixit, ne gloria se maiore circumdaret: nec omnino cuncta tacuit, ne pseudoapostolorum contra se ora referaret. Nihil enim ociose ille faciebat, sed omnia cum causa iusta, probabilique ratione. Cum tanta itaque ratione animi tantas res inter se diuersas, contrariasque peragebat, vt eisdem tamen laudibus vbique ornaretur. Quod dum adhuc aptius dicimus, intueri magnum loqui. Haec autem tam opportunè aptèque faciebat, vt magis mereretur loquendo de se, quam tacendo, laudari. Qui nisi fecisset istud, culpabilior esset illis, qui se ipsos importunè laudare didicerunt: & nisi etiam gloriatus fuisset, creditos sibi perdidisset, omnesque res inimicorum dum se humiliat extulisset. Sic nouerat vtrunque temperare, & cum recto consilio, atque sententia ea quae videntur reprobanda perficere tam vtiliter & commode, vt non minus de illis placeret, quam cum imperata compleret. Amplius enim tunc Paulus placuit gloriando, quam alter laudes proprias occultando: nec tantum quisquam profuit cum sua merita celaret, quantum iste cum proderet. Sed hoc quoque est multo admirabilius, quia de se non modò locutus, verum etiam quantum oportuit, est locutus. Non enim quasi maximam licentiam de opportunitate nactus, immoderatus laudibus suis vsus est: sed considerantissime quousque eum progredi deceret, agnouit. Neque tamen istud sufficere sibi credidit, sed ne alios hoc sermone veteret, idque efficeret vt semetipsum inaniter praedicarent: libenter se etiam insipientem vocauit, quaquam certa inuitate causa de propria aliquid laude perstrinxerit. Quia enim consequens erat, vt id ipsum respicientes, alij temerè atque inaniter eius vterentur exemplo, quod plerumque contingit in medicis: saepe enim medicamentum quod opportunè alter apposuit, importunè alter amouens, vni medicaminis obscurat atque corrumpit. Ne igitur hic quoque istud accideret, vide quanta procuracione vsus sit: qui cum gloriaturus esset, non semel, non secundo, sed sapius differendo atque cunctando dicebat: Vtinam sustineretis modicum quid insipientiae meae, & rursus. Quod loquor, non loquor secundum deum, sed in insipientia. Cumque tanta dixisset, non tamen ea se praemississe contentus est, sed rursus ingressurus in laudes, semetipsum occultat, & dicit: Scio hominem, & iterum pro huiusmodi gloriabor, postque haec omnia factus sum insipiens. Quis ergo tam stultus, quis inueniatur omni sensu ac ratione priuatus, qui vides sanctum illum, etiam eum

tanta ei necessitas immineret, cuncta tamen, atque metuentem, grande aliquid de se ipso loqui, & sicut equum vsque ad praecipitia horrenda venientem, seque sapius inde trahentem, & quidem cum tanta hoc esset dispensatione facturus? Quis, inquam, sic fit insipiens, qui non etiam maiore abundantia cautionis laudes suas fugiat, & tunc fortè solum de illis aliquid attingat, quando id opportunissimum tempus exegerit? Vis aliud tibi tale quoque illius ostendam? Etenim istud est omnino mirabile, quia contentus non erat testimonio conscientiae, sed etiam nos docebat iuxta quam regulam in tali rerum discrimine deberemus incedere: non sibi tantummodo de temporum necessitate satisfactiorem parans, verum etiam alios erudiens, quanta cum cautione, etiam tempore efflagitante, istud effugerent. Nam per ista quae dixit, quodam modo illud effectus est: Grate malum est dilectissimi, de se ipso aliquid grande dicere atque mirabile, extremaque omnino dementia est, nulla imminente necessitate rerum, & necessitate violenta propriis velle laudibus decorari. Non enim est hoc secundum deum loqui, indicium potius est istud insaniae. Hoc enim nobis omnè prorsus mercedem euacuat, & quidem plurimis laboribus, sudoribusque quaesita. Haec enim omnia, hisque plura dixisse videtur ad cunctos, dum loquendi de se necessitatem etiam excusatione muniuit. His autem profectò maius est, quia necessitate cogente, non vniuersa fudit in medium, sed plura etiam & maiora celauit. Venio, inquit, ad visiones & reuelaciones dei: parco autem, ne quis de me existimet super id quod videt. Hoc verò dicendo, nos erudit, vt ne existente quidem necessitate, omnia quorum nobis conscius sumus, in medium proferendo vulgemus, sed ea solum, quae audientibus vtilia iudicamus: quoniam & Samuel (nihil enim videtur inconsequens, illius quoque meminisse sancti, in nostram siquidem vtilitatem, laudemque proficiet) & ipse in qua, aliquando gloriatus est, & propria rectè facta patefecit: sed qualia illa, quae vsque cognoscere audientibus conueniret. Non enim super decore pudicitiae, neque de obliuione locutus est iniurie, sed super tali re quadam, quam praecipue discernere regem illius temporis oportebat: id est, de conseruanda integritate iustitiae, & manibus abstinendis à muneribus. David etià gloriatus, de eis vsque gloriabatur, quae emendare auditorem valerent. Neque enim de se aliam commemorauit ille virtutem, sed vsu, atque leonem adduxit in medium, atque aliud prorsus nihil. Etenim altius de se offerre sermonem, gloriosi est, & insolenter sese iactantis: dicere autem illa quae praesentis causa tantummodo necessaria sunt, futura amantis est, multorumque commoda cogitantis. Hoc itaque fecit & Paulus, qui cum à pseudoapostolis carperetur, quasi non esset probatus apostolus, nec habens à Christo aliquam potestatem, propter obtrectaciones falsas, in laudes suas ire compellus est, quae maximè dignitatem eius ostenderent. Vides ne igitur per quanta docuerit auditorem non inaniter gloriari: Primo quidem dum ostendit se, istud necessitatem vocauit. Secundo, dum plurimis laudes suas satisfactionibus temperaret. Tercio, quia non cuncta confessus est, sed maiora suppressit, & hoc certè cum necessitate quadam in sua praerona cogeretur. Quarto, dum sub alterius persona dixit, scio hominem. Quinto, cum non omnes virtutes suas adduxit in medium, sed eam partem, quam praesens tempus maximè flagitabat. Neque verò de se tantummodo gloriando, eun-

dem virtutum suarum seruabat tenorem, verum etiam in alios, quae viderentur iniuriosa, dicendo. Nam iniuriam inferre fratri inter prohibita numeratur, sed haec quoque specie ita Paulus opportunè vsus est, & congruè, vt magis etiam quam laudans placeret: propterea & Galatas insensatos vocat, & Cretenes ventres pigros, & bestias malas, & tamen hinc etiam praedicatur. Fines etenim nobis exemplo suo statuit, ac regula leniore tractemus, sed sermonem in eos, qui Paulo rigidius percutiat, dirigamus. Omnium siquidem mensurae sunt apud illum locatae, ac propterea omne quod dixerit, omne quod fecerit, placet: & conuictis coercendo, & laudibus prouocando, austerius aliquos aduersando, & blandius admonendo: & cum effert seipsum, & rursus cum deponit ac deicit, & cum de se gloriatur, & cum se ipse miseratur. Et quid mirum si iniuria & maledicum placet, quando placuit & amulatio, & dolus quidem, atque deceptio, non in vetere solum, sed in nouo etiam testamento? Haec omnia igitur diligentiam examine ponderantes, admiremur Paulum, & gloricemur deum, vt ipsi etiam bona consequamur aeterna, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui est gloria & imperium, in secula seculorum, Amen.

Homilia sexta.



Vltis hodie fratres dilectissimi, qui audiendi studio huc conuenistis, vt magna gesta Pauli, atque praecleara, quae iuxta quorundam suspicionem habere videntur aliquid reprehensionis, in medium proferamus: Etenim inueniemus illud non minus de his, quam ex ceteris clarum effici, atque magnificum. Quidnam illud ergo est, quod reprehensibile iudicatur? Visus est, inquit, aliquando plagas timere, quòd certè visus est, quando eum loris milites tutuderunt, neque verò solum tunc, sed alias quoque apud illam purpuram venditricem. Quando etiam causas apud illos mouebat, qui eum de carcere iam educere festinabant. Nihil enim aliud ista faciendo, nisi sibimetipsi defensionem parabat, etsi quid horum fugeret, rursus in ea ipsa prouidebat. Quid igitur dixit? Siquidem nihil eum ita magnum atque mirabilem, vt haec dicta declarant, quia vsque & talem habens animam, id est, non malignitate quadam ac desperatione praecipitem, & corpus cedens plagis, atque verbera contremiscens, non minus tamen, quam incorporeas virtutes, omnia illa quae videntur terribilia despexit, cum hoc tempus exigeret. Quando ergo illum vides extentum ad plagas, atque metuentem, illorum recordare verborum, per quae transcendit ad caelum, angelisque certauit, dicendo: Quis ergo nos separabit à charitate Christi? tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius: Illorumque verborum memento, quibus omnia quae patitur, nihil esse pronunciat, dicens: Quod enim in praesenti est momentaneum ac leue tribulationis nostrae, supra modum in sublimitate aeternum gloriae pondus operatur in nobis. Adde his quotidianas tribulationes, imò singularum mortes dierum, atque ista perpendens, admirare Paulum, & à te ipso desperare desiste. Haec enim quae videtur infirmitas esse naturae, ipsa est maximum eius virtutis indicium, quia talem se vsque praestabat, etiam cum multarum rerum necessitate torqueretur. Quoniam enim enormitas periculorum hanc de illo multis opinionem suggererat, & suspicari eos pro-

fecto fecerat, quod super humanam naturam ille proficiens, tantus existeret: idcirco tribulari permittebatur, vt disceres, quia cum secundum naturam vnus esse de pluribus propter voluntatem, non solum supra multos homines, verumetiam vnus esset ex angelis. Cum tali etiam anima, talique corpore mortes mille tolerabat, despiciebat presentia, contemnebat futura, clara illa atque magnifica verba resonabat: Quoniam optavi, inquit, ego ipse & anathema esse a Christo Iesu pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem. Possibile est enim dei iussa perficere, si modò velimus omnem naturam trepidationem alacriter virtute superare, nihilq; impossibile est eorum quæ a Christo hominibus imperantur. Si enim, quantum est in nobis velimus virium exprimere, maximum etiam nobis deus adiungit auxilium, atque ita, etsi omnia in nos aduersa concurrant, tuti tamen in medio periculorum, intacti que seruabimur. Neque tamen metuere plagas reprehensione dignum est, sed propter plagarum metum aliquid indignum pietate committere. Hoc ipso enim quo plagas timet, qui in certamine non vincitur, admirabilior ostenditur, quam ille qui non timet. Magis enim in isto virtus refulget, cum vicerit etiã illa quæ timuit. Nam plagas formidare, naturæ est: nihil autem indecens plagarum timore committere, voluntatis naturam infirmam iuuatis est, eiusque imbecillitatem sua virtute superant. Sicut nec morere aut culpabile est, sed per merorem aut aliquid facere, aut dicere eorum quæ deo displicent. Quod si ego Paulum fuisse hominem denegarem, meritò mihi has fragilitates naturæ eius opponeres, quibus nostrum posses refutare sermonem. Si verò ipse dico, atque confirmo, quia homo quidem fuit, & nulla nobis etiam naturæ conditione præstantior fuit, tamen melior voluntate: frustra mihi ista proponis, imò nõ frustra, sed omnino pro Paulo: & hinc potissimum qualis ille fuerit, ostendis, qui in tali natura viuens, potuit quodam modo esse supra naturam. Nõ autem illum tantummodo extollis, sed etiam consuis ora suppentium, seseque in desidiam reclinantium, nõ eos sustinens ad eminentiam confugere naturæ, sed impellens ad studium voluntatis. Sed & mortem, inquis, aliquando pertimuit: sed hoc quoque profectò naturæ, & tamen rursus hic ipse qui mortem timuit, dicebat: Nam quandiu sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus grauari. & rursus: Nos ipsi intra nos gemim⁹. Vidēs ne æquiparanter, quo modo è diuerso naturali infirmitati virtute apposuerim voluntati? quia & martyres plurimi cum ducerentur ad mortem, sapius paluerunt, & timore ac trepidatione complexi sunt. Sed hoc ipso præcipue mirabiles comprobantur, quoniam illi ipsi qui mori timuerunt, mortem tamen propter Christum minimè refugerunt. Sic & Paulus, qui cum mortem timeret, ne ipsam quidem recusabat gehennam, qui propter desiderium Christi, etiam cum formidare, & interitum, tamen cupiebat resolui. Non autem hic solus talis fuit, sed ille quoque, qui fuit apostolorum caput, qui sepe dixerat paratum se esse pro Christo animam tradere, & tamen mortem vehementer horruerat. Audi igitur quid ei super hoc Christus loquitur: Cum autem tenueris, alius te cinget, & ducet quò non vis: naturæ infirmitatem exprimens, non voluntatem. Siquidem natura nobis inuitis quoque ostendit sua, & infirmitates eius superare non possumus, nec si valde, studioseque cupiamus: nec culpamus istud, quia vtique inde nil lædimur, imò inde magis sumus admi-

Roma.9.a

2.Cor.5.b

Roma.8.d

Mat.25.d

Ioan.21.e

rabiles. Non enim crimen est mortem timere: imò è contrario, quanta laus est nil turpe, atque seruire perpeti per timorem? Non enim naturam habere infirmitatibus subditam, sed seruire infirmitatibus, criminofum est: vt meritò magnus ille habeatur, atque mirabilis, qui imbecillitatem naturæ voluntatis virtute superauerit: & hoc ipso ostendit, quanta sit liberæ voluntatis potestas, obstruitque ora dicentium, cur nõ natura boni facti sumus, nec cum ipsa virtute progeniti? Quid enim refert natura esse, quod potes efficere voluntate: imò tantò est melius spòte esse bonum, quam fortem: quanto vtique præstat coronis, & amplissima laude decorari, quam penitus nil mereri: quanquam si velis voluntatem fortem habere atque robustam, hoc illo penè fit firmitus. An verò non vides concisa martyrum corpora, ferroque cadentia, nec tamen cedere, aut vinci in aliquo voluntatem? An fortè non expectasti etiam Abraham voluntate naturæ impedimenta superantem, quando vtique vnigenitum filium iussus est immolare, cum certè tunc natura quasi fortiori cesserit voluntati? Nonne vidisti id ipsum in illis tribus pueris accidisse? Nonne etiam audisti illud antiquum, & seculare prouerbium, quod fiat ex consuetudine secunda natura? Ego verò dixerim, quod etiam prima, sicut superius dicta docuerunt. Vides igitur & haberi posse illam, quæ in natura est firmitatem, si sit voluntas fortis, ac vigilans: & quod maiore laude sit dignus, qui esse vult bonus, quam ille qui cogitur, hoc est enim esse præcipue bonum: itaque cum dicit, Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo: timeo enim ne cum aliis prædicauero, ipse reprobus efficiar. tunc illum maximè meritum, honorum præconis attollis videns non eum sine labore implese virtutem: ne hi qui post eum essent futuri, argumentum ad desidiam ducerent illius in bono facilitatem: & cum rursus dicit: Mundo crucifixus sum, voluntatem eius coronò. Potest enim, potest inquam, naturæ fortitudinem virtus voluntatis imitari. Nam si vel hunc ipsum adducamus in medium, qui est quædam, vt ita dixerim, statua virtutis: inueniemus quoniam bona, quæ illi inerant voluntate, in naturæ ea firmitatem certauerit adducere. Dolebat quidem ille corpus, sed non inferius in corporeis potestatibus ipsos contenebat dolores: sicut ex ipsius verbis animaduerti potest, quæ nec de nostra putatur proferre natura. Quando enim dicit, Mundo crucifixus sum: quid aliud videtur dicere, quam quod etiã ex corpore ipso animi virtute migrauerit? Quid verò datur carni, cum proculdubio dicit: Datus est mihi stimulus carnis meæ angelus satanæ: Hoc autem nihil est prorsus aliud, quam ostendere contempsisse dolorem se corpore sentientem, non quia non ingrederetur animum, sed quia magnitudine voluntatis excluderet eum, atq; depelleret. Cum verò alia plurima his mirabilia dicat, & gaudeat verberari, & gloriatur catenari, quid aliud quispiã dixerit, quam istud quod ipse memorauit? Quoniam dicendo quidem, castigo corpus meum, & in seruitutem redigo: timeo enim, ne cum aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar: ostendit naturæ infirmitatē: per ista verò, quæ dixi, voluntatis nobilitatē. Idcirco enim vtrunq; politum est, vt neq; propter illa magna, alterius eum opineris esse naturæ, & ipse de virtute desperes: neq; per ista paruula, sanctam illam reprehendas animam: sed hinc quoq; desperationem rursus excludens, ad meliorem spem te ipsum reducas. Propterea rursus adiungit etiã id quod dei esse gratiæ proprium confitetur,

2.Tim.4.c

2.Thess.1.b

Ibidem

1.Cor.4.c

Act.13.b

Ibid.5.a

1.Cor.5.b

Act.23.a

Mat.23.a

fitetur, & quidem exaggerando, atque cumulando. Sed grato erga deum animo facit, pias sententia, ne quid scilicet suum esse credatur. Dicit autem etiam quod ad ipsius pertinet voluntatem, ne in deum cuncta proiciēs, dormire malis ac stertere. Omnium nanq; mēsuras, ac regulas apud eum inuenies. Sed maledixit aliquando, inquis, Alexandro ærario. Et quid istud spectat ad vicium? Non enim fuit hic sermo iracundiæ, sed potius doloris, qui certè ortus est de veritatis iniuria. Non enim propter seipsum dolebat, sed quia prædicationi ille restiterat. Valde enim, inquit, restitit, non mihi, ait, sed verbis nostris. Vt & suum erga veritatem exprimeret affectum: & non solum illum cui scribebat, sed certè his quoque discipulis solaretur. Quoniam enim satis consequens erat scandalizari omnes, nihil patientibus aduersariis veritatis, idcirco & ei qui repugnauerat, dei comminatus est ultionem. Sed orauit aduersus aliquos, dicens: Si tamen iustum est apud deum retributionem reddere his, qui nos tribulant, non illos pœnas luere concupiscens, sed eos qui affligebantur consolari studens: propter quod & infert, Et vobis qui tribulamini, requiem nobiscum. Caterum cum ipse aliquid triste perpetitur, audi quam alta patientia philosophetur, & propter mala bonam vicem reddat inimicis. Maledicimur, inquit, & benedicimus: persecutionem patimur, & sustinemus: blasphemamur, & obsecramus. Si autem quæ pro aliis facta, vel dicta sunt, iracundiæ dicas fuisse, potes dicere & Elymam magum per iracundiam excæcatum, iniurioseque correptum: Ananiam quoque & Saphiram per iracundiam a Petro interfectos exclamabis. Sed quis est ita stultus & saæxus, vt hoc audeat suspicari? Alia quoque plurima inuenimus eum dixisse, atque fecisse, quæ ad speciem videntur onerosa. Verum hæc ipsa sunt, quæ præcipue modestiam eius ostendunt. Etenim cum satanæ tradit eum, qui Corinthi fuerat fornicatus, cum multa hoc effecit charitate, plenòque amoris animo, idque ex secunda epistola euidenter ostendit: & è regione cum Iudæis minatur, ac dicit, peruenit in eos ira dei: nõ vtique furore plenus id loquitur, quem audimus pro ipsis frequenter orantem, sed deterrere eos studens, per quæ eos redderet meliores. Sed sacerdoti, inquis, irrogauit iniuriam, dicens: percutiet te deus paries dealbate. Nouimus quidem quod de hoc loco aliqui satisfaciens, loco prophetiæ velint esse quod dictum est: nec culpo dicentes: etenim istud euenit, sicq; defunctus est. Si quis tamen acrior insurgat inimicus, & curiosius reparans quæstionem, contradicat, ac referat: nõne nouerat, quia summus erat sacerdos? Hoc vtique dicemus, quoniam erudiens alios, erga eos qui in potestate sunt modestius conuersari, atque monens, ipse quoque huic voluit obtemperare, sicut & Christus fecit, qui certè cum scribis mille fanda, atque nefanda dixisset, ait tamen: Super cathedram Moisi sederunt scribæ & pharisæi, omnia ergo quæ dicunt vobis, facite: secundum autem opera eorum nolite facere. Ita igitur & hic Paulus, & conseruauit pontificis dignitatem, & quod futurum erat, ante prædixit. Quod si Ioannem a consortio separauit, & hoc vtique rectissime pro communi officio prædicationis effecit. Cum siquidem qui istud suscipit officium, non oportet mollem esse quandam atque resolutum, sed fortem, & per cuncta robustum. Neque saltem attingere quisquam debet præclari huius muneris functionem, nisi paratus sit millies animam suam tradere in mortem, atq; discrimina. Dicit enim

ipse dominus Iesus: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Qui ergo non tali animo est, multos etiam alios suo perdit exemplo, magisque vile est, si quiescat, sibi que tantum vacet, quam si procedat in medium, & onus suis viribus maius assumat: sic enim non propriam solum, sed etiam multorum sibi creditorum prodit salutem. Et reuera quo modo non absurdum est, vt cū aliquis nesciat artem gubernandi, pugnandique cum fluctibus, nec si mille rebus adigatur, eligat ad clauum sedere: & ille qui ad prædicandi pergit officium, temere ad istud vt curam contingit, accedat, atque innumerabilium rerum curam absque vlla consideratione suscipiat? Non itaque nauium gubernatorem, non ad bestias dimicantem, non ludo gladiatorio destinatum, non alium quempiam omnino sic ad discrimina & mortes paratam atque expositam oportet habere animam, vt eum qui suscipit officium prædicandi. Nam & pericula profectò maiora, & aduersarij sæuiores, & nõ vnum quoddam mortis genus incumbit, nec vsquam prorsus simili conditione certatur. Cælum nanque hic in præmio, in supplicio autem gehenna proponitur, & æternæ animæ salus, atque perditio. Non solum autem eum, qui prædicationi accingitur, sic oportet parari, sed quæcunque, vel simpliciter Christianum: nam crucem tollere, & sequi Christum omnibus imperatur. Si autem cunctis, multò magis doctoribus populi, atque pastoribus, quorum ex numero etiam Ioannes tunc erat, qui dicebatur & Marcus: qui, quoniam se in ipsa aciei fronte constituens, nimis inuiritiler egerat, eum meritò Paulus abiecit, ne illius quasi contagione vires corrumperentur aliorum. Si verò, vt Lucas refert, quoniam aliqua inter ipsos facta est contentio, noli hoc delictum putare. Non enim commoueri malum est, sed irrationabiliter, nullòque iusto flagitante negotio commoueri. Iracundia, inquit, iniusta non iustificabitur: non ergo culpatur simplex iracundia, sed iniusta. & rursus: Qui iratus fuerit fratri suo sine causa. Non ergo simpliciter iratus, & propheta dicit: Irascimini, & nolite peccare. Quod si omnino huiusmodi vt non oportet affectu, etiam cum tempus exposcit, frustra nobis videtur ingenitus: sed profectò non frustra, quem certè prouidus nobis creator inseruit, vt dormientes animas, atque resolutas ab inertia ac desidia suscitaret. Quasi enim gladio aciem, ita menti nostræ iræ acumē imposuit, vt eo, cum oportet, vtamur. Propterea igitur & Paulus hoc sæpe est vsus affectu, & modestè loquentibus erat melior iratus, cum tempore omnia faciens oportuno, pro lucro & commodo prædicandi. Neque enim simpliciter lenitas semper est bona, sed cum illam tempus efflagitat: quando verò id non adest, etiam ista viciosa est, fitq; inconstantia. Hæc verò omnia non pro Paulo satisfaciens sum locutus: non enim nostri ille indiget sermonis, laus enim eius non ex hominibus, sed ex deo est, sed quò auditores erudiamus, vt omnibus ad opportunitatem vtantur affectibus, sicut iam antè memorauit. Sic nanque poterimus vndique spiritualium lucrorum incrementa colligere, cumque maximis diuitiis ad portum tutissimum peruenire, & consequi indeficientes coronas, quas etiam nos omnes contingat mereri, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperium, in secula seculorum, Amen.

Act.13.a

Ibid.15.g

Mat.5.c

Psal.4.a

1.Cor.5.b

Eph.4.f

Homilia septima.

z iij

Quoties

Tomus tertius.



Voties hi, qui portant signa regalia clangente ante se tuba, & acie militum præeunte, ingrediuntur vrbes: omnis populus consuevit concurrere, ad audiendum buccinæ sonum, vel signum quod in sublime fertur videndum, ipsius etiam virtutem ferentis. Quoniam igitur & hodie non vrbe, sed orbem Paulus ingreditur, concurramus omnes. Etenim iste non signum terreni alicuius regis, sed in cælo regnantis Christi crucem portat, & præcedunt non hominum, sed angelorum cateruæ: non solum in honorem eius signi quod fertur, sed in eius à quo fertur auxilium. Si enim propriam vitam regentibus tantummodo, nihilq; pro communi vtilitate facientibus, angeli ab omni domino deputati sunt, sicut ait vnus *Gen. 48. c.* ex iustis, Angelus qui eruit me à iuuentute mea: multo magis his, quibus totius orbis cura commissa est, taliq; donorum onera portantibus virtutes adsunt supernæ. Et illi quidē, qui in exercitu hoc honore donati sunt, ornantur veste preciosa, aureis torquibus colla subnixi, nitentes vndique, & vndiq; resurgentes: iste verò catena pro torque circūdatus gestat crucem, & persecutionē vndiq; sustinens, famem vbiq; perpetuens. Sed nihil est dilectissimi, quod ex huius sermonibus ingemiscas. Siquidem iste ornatus multo est illo melior & clarior, atq; amicior deo, propter quod & portans minime laborat. Hoc est nanque mirabile, quia cum vinculis, verberibus, atq; vulneribus longē splendidior erat diademate purpuræq; fulgentibus. Quod enim esset verè clarior, & quia non ad somnum tantummodo ista dicuntur, ipsius vestimenta docuerunt. Nam si mille diademata, totidemq; purpuras ardenti febrī superponas, ne modicum quidem flammæ eius valebunt extinguere. At modò huiusmodi vestimenta, ægrotantiū ad mota corporibus, morbos omnes fugabant. Si enim latrones videntes signum illud militare, nō irruunt, sed auersi repente diffugiunt: multo magis & agritudines & dæmones, Christi signo apparente, fugiebāt. Sic autem Paulus ferebat hoc signum non vt solus illud portaret, sed vt omnes quoq; tales esse doceret, ac faceret: propter quod clamat, atq; dicit: Id ipsum certamen habentes, quale audistis & vidistis in me. Et vobis donatum est, nō solum vt in eum credatis, sed vt etiam pro illo patiamini. Etenim præsentis vitæ dignitates tunc clariore videri solent, quando in vno tantum homine constiterint. In spiritualibus verò è contrario, tunc magis splendent honores, cum sibi plurimi eorum cōmunionē sociantur, cum non vnus est particeps dignitatis, sed multos habet qui eisdem honoribus perfruantur. Vides igitur hic omnes esse signiferos, & Christi nomen vnumquemque gestare in conspectu gentium atque regum, ipsum verò Paulum etiam cum sibi anathema optat, atq; supplicium. Sed non hoc præcipit & cæteris, quod certè illi portare non poterant. Vidistis nempe quantæ nostra sit natura capax virtutis, quam nihil sit homine preciosius, & adhuc vtique mortali. Quid enim mihi hoc maius, imò quid poteris saltem æquale memorare? Quorum verò iste, quæso, honore dignus est angelorum, qui hoc verbum potuit effari? Qui enim in temporali hoc atq; mortali corpore constitutus, cuncta etiam quorum non erat dominus, pro Christo nō dubitat offerre, hic si incorporea fuisset naturæ, quid tandem, quid autem facere distulisset? Nam & angelos propterea miramur, non quia incorporei sunt creati: siquidem cum diabolus sit incorporeus & inuisibilis, est tamē omnibus infœlicior: quia factoris

Philip. 1. d.

dei meruit offensam. Hinc etiā homines infœlices vocamus, non quia videmus eos carne circūdatos: sed cū non ea, vt oportet, vtuntur, alioquin & carne induebatur Paulus. Vnde igitur talis emerfit, & tātus? Et ex proprio videlicet, & ex dei: & idcirco ex dei, quia de proprio. Non enim est personarum acceptor deus. Si autē dixeris, & quemadmodum illum imitari possibile est? discere quid dixerit: Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Ille ipsius Christi effectus est imitator, tu verò nec apostoli. Ille domini æmulator fuit, tu autem neq; serui: & quam tandem poteris negligentiæ tuæ vmbra obtendere? Quemadmodum verò eum imitatus sit, ostendit. Idq; ab initio considera ab ipsis principiis. Quantò enim ex illis salutaribus emerfit fluentis, tantò igne plenus exiuit, vt nec necessarium sibi putaret magistrum. Non enim expectauit Petrum, nec venit ad Iacobum, neq; ad alium omnino quenquā: sed propria alacritate raptus, ita totam illam, in qua fuerat baptizatus, prædicatione sua inflammavit vrbe, vt sauisimū contra se Iudæorum prælium concitaret. Violentissimum enim persecutorem Christum in ardentissimum repente prædicatorem immutauerat. Siquidem etiam cū Iudæus esset, supra dignitatem suā multa faciebat, alligans, abducens, trahens in publicū Christianos, Sic etiam Moses cū à nullo in principatum populi ordinatus fuisset, contribules suos tamen à Barbarorū iniquitate defendit. Hæc enim sunt fortis cuiusdam, ac virilis animi certa documenta. Hoc signum propriæ liberæque sententiæ, nequaquam in aliorum afflictionibus tenere patientiam: sed benignè atque constanter tueri eos qui opprimuntur, etiam si nullo in hoc ordinetur officio. Quia verò iuste opus arripuerat principatus, deus hanc ei postea cōtulit dignitatem. Id ipsum autē seruauit in Paulo: qui quā rectè faceret vltro arripere initia sermonis atque doctrinæ, deus similiter ostendit, citò doctoris eum honore sublimans. Si enim magisterij atque primatus adipiscendi gratia ad procuranda tāta negocia prosiluisent, consequenter essent de ambitione culpabiles. Cū verò vterque pericula diligerent, mortēsque in se procurarent vndique, vt alios acquirerent in salutem: quis tam aperte infœlix est, qui tantæ deuotionis studium criminetur? Quod enim aliorum amātes salutem, ista perfecerint, & sententia declarauit dei, & eorum perditio, qui malè istū concupierunt honorem. Irruerunt siquidem tunc & alij in huiusmodi principatum, sed protinus interepti sunt: nam alterum quidem lapsus à cælo exussit ignis, alterum subitus hiatus terræ absorbit. Non enim propter defensionem populi ista faciebant, sed ob gloriam dignitatis. Irruit & Ozias, sed lepra commaculatè punitus est. Irruit etiam Simō, sed reprobatus est, & morte periclitatus. Irruit verò etiam Paulus, sed apostolatus gloria coronatus est. Nō enim in sacerdotium nec honorem, sed in ministerium irruit atque labores: maximèque in hoc zelo & alacritate properauit: propterea prædicator, propterea continuo clarus efficitur. Sicut enim qui princeps fuerit ordinatus, nisi dignè impositum sibi administret officium, meretur etiam maiora supplicia: sic alter, etsi non ordinetur quidem, suscipiat tamen, & sicut oportet impleat, non dico sacerdotium, sed sollicitudinem curamque multorum, omni profectò est honore dignissimus. Propterea igitur ne vnum quidem diem in ocio passus est & quiete transire hic in prædicandi ardore, ipso igne vehementior: sed simul, vt salutifero ex fonte descendit, plurimamque

712

Act. 25. c.

Philip. 1. d.

Act. 25. g.

Ibid. 27. d.

Ibid. e. f.

713

plurimamq; in se flammam ipse succendit, non pericula timuit, non irrisiones erubuit, & opprobria Iudæorum, neque sermonem suum ab illis respui indignanter tulit. Non aliud quicquam horum simile cogitauit, sed alios accipiens oculos, vtique charitatis aliamq; mentem, multo cum impetu instar torrentis irrupit: omnia pariter Iudæorum trahens atque cōuoluens, & ex scripturis ipsum esse Christum euidenter ostendens. Et certè nondū in eo tam multa gratiæ munera coruscabāt, nondum tanta fuerat spiritus illuminatione donatus: sed tamen inflammata continuo voluntas, mortificataq; anima cuncta faciebat: & quasi semper satisfaceret deo de tempore iam peracto, sic gerebat omnia, sic lucra spiritalia vndique colligebat in locū, qui esset belli pars maxima, & laborum, periculorumq; plena fidenter insiliens. Hoc verò maiore quoque admiratione dignum est, quod cū tam esset audax, ac velut ad pugnam semper accinctus, & ignem quandam belli conspirans: ita rursus placabilem præbebat magistris, vt nunquam in eo, vel in tanto illo impetu alacritatis offenderet. Itaque feruenti tunc, vel potius furenti præceperunt, vt iret Tarsum atque Casaream, nec tamen renuit. Dixerunt, quia eum per murum deponi oporteret, & passus est. Dederunt consilium pro implenda purificatione, non resistit. Suaserunt ne in theatrum ingrederetur, & celsit. Ita se huic rei totum dedicauerat, vt omnia pro fidelium vtilitatibus libenter acciperet, pro ipsorum ædificatione, pacem, consensum, dispensationem, concordiam, diligendo, & eundem se, ac semper æqualem prædicationi vbique seruādo. Cū igitur audis quod fratrem miserit ad tribunal, volens de periculis liberari, & quod appelleret Casarem, quodq; Romam ire festinet, nequaquam putes verbum esse formidinis. Qui enim gemebat in hac se adhuc esse vita, quo putes modo eligebat esse cum Christo? Qui & cælū propter ipsum despiciebat & angelos, quo tandē pacto hæc præsentia diligeat? Cuius igitur rei gratia ista faciebat? proculdubio, vt diutius prædicationi insisteret, cumq; multis hinc credentibus, atque omnibus coronatus iret ad Christum: iam profectò metuebat, ne pauper hinc, atque inops multorum salutis abscederet. Et idcirco dicebat: permanere autem in carne necessariū est propter vos. Propterea ergo cū videret meliorem pro se in iudicio processisse sententiam, ipsoq; dicente Festo, absolui poterat homo iste, nisi appellasset Casarem: vincētus tamen, cumq; plurimis vincētis, qui mille facinora commiserant, ductus, nō erubuit cum illis ligari, quin immo omnium simul nauigantium curam gerebat, sui quippe securus, seq; tutum satis esse certissimus. Cumq; vincētus per tam vastum pelagus duceretur, ita gaudebat tamen, tāquam in maximum duceretur imperium. Etenim nō paruum illi præmium vrbs Romæ conuersio proponebatur. Verum ne illos quidem qui pariter nauigabant, despectui habendos putauit: sed illis quoque de veritatis suauitate modulatus est, indicans sibi diuinis apparuisse vultus, & ea quæ fuerant sibi dicta, commemorans: id est, tibi donauit homines istos. Hoc verbis faciebat, non seipsum arroganter extollens, sed illos sibi ad persuasionem fidei parans. Propterea & deus permisit pelagus commoueri, vt per id quod auditus non est, spiritalis Pauli gratia panderetur. Nam & cū dedisset consilium nauigandum non esse, cōtempus est, ventumq; est vsque ad extrema discrimina. Verum ne contemptu quidem eorum factus est onerosior: sed rursus, quasi pater filiis providebat,

agebatq; omnia, ne quisquam periret. Postquam verò Romam ingressus est, ibi quoque quāta cum modestia annunciat veritatem, quanta etiam cum libertate obstruit ora impiorum. Verum nec ibi stare contentus, etiam in Hispaniam percurrit. Cū autem sapius varia pericula sustineret, cōfidebat magis atque fiebat audacior: nec ipse solum, sed etiam discipuli propter ipsum, qui eius vtique firmabatur exemplo. Quemadmodum enim si eum remissioem, segnioresq; vidissent, ipsi etiam profectò fuissent mœrore deiecti: ita qui illū fortioem factū esse cernebant, & inter iniurias atque plagas constantiæ sæpe virtute crescentē, ipsi quoque cum maiore fiducia prædicabant: idq; significans ait, Ita vt plures è fratribus confidentes vinculis meis, abundantijs auderent sine timore verbum dei loqui. Si enim dix militiæ fuerit fortis ac robustus, non modò cædens atque prosterbens: verum etiam vulnere ipse percussus, subditos suos efficit fortiores, magisq; hoc præstat vulneratus ipse, quā vulnerans. Cū enim hi qui sub tali pugnante magistro, viderint inflicta vulnera, fluentem sanguinem, & nec sic quidem illum hostibus aliquādo cedentem: sed stantem fortiter, hastasq; vibrantem, & crebris certisq; ictibus in aduersarios proruentem, nec omnino quicquam parcentem dolori, maiore absque dubio tantò duci alacritate subduntur. Hoc itaque factum est & in Paulo. Videntes enim illum ligatum catenis, & nihilominus in carcere prædicantem, videntes etiam verberatum, & tamen verberates ipsos sermone capientem, maiorem profectò fiduciam colligebant. Et idcirco non dixit simpliciter confidens, sed ita, vt abundantius auderent sine timore verbum dei loqui: Magis, inquit, modò quā cū essem liber à vinculis, fiducialiter prædicabam. Tunc enim certioem alacritatem & ipse capiebat, ac vehementius in aduersarios ferebatur, & incrementa persecutionis, maioris illi fiebant causa constantiæ. Inclusus est quidem in carcere, tantumq; in eo virtutis refulsit, vt etiam fundamenta quaterentur, & ostia panderentur. Custodem quoque tunc ipsum carceris ad fidē transtulit, iudici penè persuasit, ita vt ipse diceret: In modico me suades Christianum fieri. Rursus cum lapidaretur, plenam populi ciuitatem fidei luce donauit, & vocabant eum quasi iudicaturi Iudæi, tunc etiam Athenienses facti sunt ex aduersariis subditi, & ex iudicibus repente discipuli. Sicut enim ignis in diuersas plerumque materies incidēs augetur magis, & ex subiecta sibi substantia incrementa fortitur: sic etiam lingua Pauli, quibuscumque fuisset ad mota ad seipsum eos continuo transferebat. Impugnatores quoque eius celeriter ipsius verbo capti pabulum quoddam spiritali huic efficiebantur igni, perq; ipsos magis euangelij fama crescebat, idcirco dicebat: Alligatus sum, sed verbum dei non est alligatum. Fugabant eum frequenter inimici, & quantum quidē ad rem spectat, persequerentur: quantum verò ad euentum rei, aliis mittebant magistrum: quodq; faciebant amici atque concordēs, hoc velut studio exequerentur inimici, nunquam sinētes eum in vna habitaculum regione collocare, sed persecutionibus, insidijsq; pellētes, per cunctas omnino provincias medium circūducebant, vt omnes videlicet salutaria eius linguæ remedia sentirent. Rursus alligauerunt eum, sed acrius in defensionem fidei discipulos concitauerunt, persecuti sunt, & non habentibus miserūt magistrum. Ad maius iudicium prouocauerunt, sed vberius Iudæi beneficium contulerunt, propter quod & Iudæi dicebant de apostolis dolentes: Quid

Philip. 1. d.

Act. 25. g.

2. Tim. 2. b.

Quid

Acto. 4. c
Ibid. 16. f

Quid faciemus istis hominibus? Per quæ enim eos opprimere volumus, per ea ipsa prouehimus. Tradiderunt custodi carceris, vt cum diligenter ligaret, sed ipse à Paulo arctius alligatus est. Imposuerunt eum naui cum reis atque vincis, vt planè etiam nolentes ocys iter eius faceret explicari, accidensq; naufragium factum est cum apostolo nauigantibus causa doctrinæ. Minabantur mille supplicia, vt ignem prædicationis extinguerent, qui è contrario magis inde crescebat. Et sicut de domino dixerunt, occidamus eum, ne tollant Romani locum nostrum atque gentem, acciditq; contrarium: nam quia occiderunt eum, propterea Romani, & gentem eorum & ciuitatem tulerunt: & quæ putabatur impedimenta prædicationis, fortia efficiebantur auxilia. Sic etiam prædicante Paulo, quod aduersarij ad opprimendum intulere verbum, hoc illud ad ineffabilem quædam altitudinem subleuauerunt. Super his verò omnibus gratias bono tatarum rerum authori agamus deo, glorificemus Paulum, per quem ista cõpleta sunt. Oremus etiam, vt ipsi quoque eisdem perfruamur bonis, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, per quæ & cum quo gloria patri, cum spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

Homilia octaua.



Sæpe fulgido cœli globo delectatus oculus ad spectaculum oppositi è regione luminis sese violenter intendit: & licet sentiat aciem suam imparem radiorum esse certamini, desiderio tamen illius pulcherrimi luminis intuendi libenter inaccessibili radiantis orbis reluctatur corusco. Tale igitur quippiam ego ipse perpetior, qui cum videam propriæ mentis oculos ex radijs apostolici splendoris hebetari, cupio tamè Pauli animam, miro fulgore virtutum rutilantem, velut eminus intueri, & contra importabiles Solis micatus contentiosa subire certamina. Sol enim quidam est hominibus Paulus, qui totum prorsus orbem fulgentibus linguæ suæ radijs illuminauit, quiq; vniuersas circumuendo gentes cursum omnino Solis imitatus est, ac mundi regiones omnes, quasi libero à corpore animo peruolauit, & hoc cum ei amara vndique vulnera crebrius obuierent. In duas nanque partes omne tunc ferè hominum scindebatur genus, in eorum scilicet qui horribili rabie erga idolorum cultum ferebantur, & in illorum, quos legis zelus in euangelij odia flammabat. Ab vtraque verò parte grauissima in Paulum bella surgebant, cum Iudæi vndique illum quasi paternarum traditionum corruptorem fugarent, gentes verò quasi deum mortuum prædicantem. Noli enim illum, qui tunc fuit rerum statum, huic qui modò est comparando magnitudinem apostolici laboris attendere, sed ipsa adhuc prædicationis exordia mente perpende. Considera prius pelagi sauiantis furorem, & tum demum vim gubernatoris intelliges: sicut enim in quodam freto, ita Paulus medijs in fluctibus æstuabat, ac mille discriminum vrgebatur procellis. Inter ipsa quippe euangelij principia prædicationis nouitas vehementes ei tentationum turbines suscitauit. Iudæorum nanque tunc populi mouebantur, quos ad hoc Mõsaica videbantur præcepta compellere. Pharisaorum quoque latrabant gressus, cum dudum à se crucifixi prædicari deitatem dolerent. Indignabatur etiam conspiratio sacerdotum, cum audirent crucem quasi sceptrum quoddam regale celebrari. In huiusmodi bello Iudæi sociabantur & gentes, quæ aris diuum, ac templis, puluinarium cineribus assuetæ penè iam euelli sibi nescij am-

plectebantur errorem. Iudices in prædicationem euangelij sauiantes, suæ adstabant cateruæ. Reges iugiter ipsum bellum gerebant, auditam crucem cuncti abominabantur exercitus, quam sapientes recipere nesciebant, quasi signum vtiq; damnati: sed Paulo totius hoc mundi bellum, omni erat pace incundius. Delectabat enim quicumque illum propter euangelium vulnerabat: hinc est quod ille Græciam, atque Barbariam, cum illatis sibi vulneribus alacer circuibat, non minus plagis suis gaudes, quam regis triumphis: haud aliter delectatus naufragius, quam cæteri acquisitis solent gaudere thesauris: liuoribus, quos ei verbera sæpius inferebant, quasi quibusdã gloriabatur coronis, tribulationibus vt delicijs utebatur, squalore carceris vt paradisi amœnitatè gaudebat. Cui te ò beate Paule iustorum veteris testamenti, vel noui audeam comparare? Omnium quippe virtutem quasi in arca quadam, sed cum multo prorsus cumulo condidisti. Denique etiam si totum contra te aliquis sigillatim iustorum appendat chorum, inueniet trutinam virtutum ponderibus à tua parte depressam. Paulus verò secundus Abel, verum non semel, sed per dies singulos immolatus Paulus alter Noë, sed absque arca insurgentes aduersus se vndas impietatis enauigans. Paulus alter Abraham non modò à patria vel gète, sed post vocationem suam ab ipsa etiã vita prorsus abscissus. Paulus alter Isaac spontè in hostiã colligatus. Paulus alter Iacob, quasi pro vno quodã totius mundi grege semper inuigilans. Paulus alter Ioseph, spiritali fame tabescente mundo veritatis alimenta distribuens. Paulus alter Moses, qui omnes gentes à tyrannide diaboli reduxit ad Christum. Paulus alter Aaron, totius mundi populis in unum & sacerdos. Paulus alter Phinees, impietatem Iudæorum atque gètilium, quasi fornicationem mentium, vno fidei mucrone confodiens. Paulus alter David, qui velut quendam Goliath in certamine diabolum prouocat. Paulus alter Helias, clarius raptus in cælos. Paulus alter Helisæus, qui gentes ab interiore læpæ pollutione mundauit. Paulus alter Ezechias, qui ad vnam fidem Christi diuersos populos attraxit. Paulus alter Iosias, qui abominationes gentilium dissipauit ac perdidit. Paulus alter Ioannes pro Christo capite truncatus. Paulus alter Petrus, non de cælo vocatus ad credendum. Paulus alter Gabriel, qui Christi ortum cunctis gentibus nunciavit. Paulus alter Michaël, qui Christianorum dux esse sortitus est: etiam si angelorum, etiam si iustorum hominum circumuolem choros, non inuenio comparationem, cui non tamen cumulo meritorum Paulus occurrat. Acclamatio populi, & post acclamationem, etiam mortuus Paulus ardentissima nobis theatra pietatis accedit. Sed quãdiu versabo linguam, nunc iustis viris Paulum, nunc etiam angelis comparando: Opulentissimum hunc igitur thesaurum, in nostris auidè pectoribus recondamus. Hauriamus certatim virtutes ex abundantissimo bonæ voluntatis fonte manantes, & cupiditate maxima feracissimæ huius arboris poma rapiamus, variisq; floribus, ac fructibus plenum apostolicarum virtutum pratum metentes, sumamus è Paulo fulgentem rosam castitatis, eligamus fidei florem marcescere nescientem, decerpamus ex eo vberimos patientiæ fructus, & virtutum omnium colligamus, demus beato Paulo gloriam, vt dicat de nobis in futurum: Ecce ego & pueri quos mihi dedit deus, ipsi gloria in secula seculorum, Amen.

Homilia octaua, & vltima de laudibus sancti Pauli finis.

In com-

In commemoratione sancti Pauli, de charitate sermo. Incerto interprete.

Beatus Paulus qui tantam vim humanæ alacritatis ostendit, vt ad cœlum quoque ipsum valeat subuolare, præmittens angelos & archangelos, aliasq; virtutes, aliquando quidem suo exemplo Christianos fieri imitatores iubet, dicendo, Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Aliquando de se respiciens, ad ipsius nos dei imitationem hortatur, dicens, Estote ergo imitatores dei, sicut filij charissimi. Iam verò demonstrans, quia nihil ita hanc imitationem pariat, quam si ita viuat aliquis, vt bonum eius in commune proficiat, atque vniuersis vtiliora prouideat, adiunxit, Ambulate in charitate. Ideo cum dixisset, Imitatores mei estote: cõtinuò de charitate disseruit, quia hæc præcipuè virtus homines deo proximos facit. Quanta enim cunque sint aliæ virtutes inferiorem locum tenentes, cunctæ erga hominum studia versantur, vt est contra concupiscentiam pugna, vt quod aduersum geritur bellum, vt in auariciæ interitum acies ordinata, vt cum iracundiæ furore confictus. Diligere verò nobis deoq; commune est, propterea & deus imperabat, Orate pro persequētibus & calumniantibus vos, vt sitis filij patris vestri, qui in cælis est. Hoc ergo & Paulus cunctorum intelligens caput bonorum, omnium in se studia exprimere curauit. Nemo enim ita dilexit inimicos, nemo insidiatoribus suis ita beneficus fuit, nullus pro afflictoribus suis tanta perpessus est. Non illa enim quæ patiebatur, sed naturæ copulã cogitabat: quantoq; amplius efferabantur inimici, tanto magis eorum miserabatur insaniam. Vt enim aliquis indulgentissimus pater afficitur erga filium frenesi comprehensum, cuius quanto magis cõiciis, ictibusq; pulsatur, tanto eum potius miseretur, ac desistit: ita Paulus ipsa magnitudine passionum, eorum à quibus affligebatur cum æstimaret furorem, maiora illis adhibebat fomenta pietatis. Audi igitur quàm compatiēter, quàmq; mansuetè nobis pro illis loquatur, qui eum quinque verberauerant, qui catenis onerauerant, qui ipsum eius sitiebant cruorem, quiq; illum quotidie discerpere cupiebant. Testimonium, inquit, illis ego perhibeo, quod emulationem dei habent, sed non secundum scientiam. Rursus eos qui se supra illos superbundus efferabant refranans. Noli, ait, altum sapere, sed time. Si enim deus naturalibus ramis non pepercit, ne fortè nec tibi parcat. Quia enim cognouerat dominicam iam in illos processisse sententiam, quod vnum & solum in sua erat potestate præstabat, sæpe lachrymabatur, vehementer pro illis dolebat, volētes eis insultare prohibebat, atque in quantum poterat, laborabat vmbra eis aliquam excusationis obtendere: & quia propter cõtumaciam eorum, atque duriciam, persuadere illis fidem sermone non poterat, ad orationes conuertebatur assidue. Fratres, inquit, volūtas quidem cordis mei, & obsecratio ad deum fit pro illis in salutem. Sæpe quoque illos meliores esse sollicitat, dicens, Sine pœnitentiã enim sunt dona & vocatio dei, vt non pertinaci vsque ad finem desperatione moriantur, quæ vtiq; omnia sunt amanti, & valde eorum vtilitatis prouidentis: vt cum dicit, Veniet ex Sion qui eripiat & auertat impietates Iacob. Mordebatur nanque vehementer, ac penitus dissecabatur, cum eos pereuntes videret: propter quod & multa solatia adhibebat dolori, aliquando quidem dicens, Veniet ex Sion qui eripiet, & auertat impietatem Iacob: aliquando verò & isti non crediderunt in illorum misericordiam, & ipsi mi-

1. Cor. 4. d
Eph. 5. a

Ibidem.

Matt. 5. g

Roma. 10. a

Ibid. 11. c

Ibid. 10. a

Ibid. 11. d

Esai. 59. d

A misericordiam consequantur. Putas autem quia erga solos Iudæos talis extiterit, ad alios verò vel domesticos, vel extraneos, nõ se multò etiam præbuerit mitiorem? Audi ergo quid ad Timotheum sit locutus: Seruum, inquit, domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem, cum modestia corripientem eos qui resistunt, ne quando det illis deus pœnitentiam ad cognoscendam veritatem, & respiciant à diaboli laqueis, à quo capti tenentur ad ipsius voluntatem. Vis autè probare quàm modestè etiam cum illis loquatur, qui in peccatis corruerunt? audi quid Corinthiis dixerit: Timeo, inquit, ne cum venero, humiliet me deus apud vos, & lugeam multos ex vobis qui peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam super immundicia, & fornicatione, & impudicitia quam gesserunt. Et ad Galatas, Filioli mei quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. Et in causa eius qui fuerat fornicatus, nõ minus eo ipso quàm pro peccato suo lamentabatur, dolet, proq; illo alios deprecatur, dicens: Confirmate in illo charitatem, sed & quando ab ecclesiis illi corpore separabat, cum multis hoc lachrymis, gemitibusq; faciebat. Multa inquit, tribulatione & angustia cordis scripsi vobis per multas lachrymas, vt non contristemini, vt sciatis quàm charitatem habeã abundantius in vobis. Et rursus: Factus sum Iudæis tanquam Iudæus, his qui sub lege erant, quasi sub lege essem: factus sum infirmis infirmus, omnibus omnia factus sum, vt omnes facerem saluos. Vidisti ne, quæso, animam terrenam superantem? Omnem enim prorsus hominem deo exhibere cupiebat, & omnes, quantum ad ipsum spectabat, exhibuit. Quali enim vniuersum mundum ipse genuisset, sic perturbabatur, sic curabat, sic omnes in regnum dei festinabat inducere, docendo, orando pro ipsis, cum ipsis etiam supplicando, & terrendo demones, & corruptores animarum fugando, aliquando epistolis, aliquando præsentia, nunc sermone, nunc rebus, per discipulos, per semetipsum erigere labentes: stantes verò firmare, humi iacentes attollere, sanare contritos, torpentes oleo exhortationis animare, inimicis insonare terribile, hostes minaciter intueri, more optimi cuiusdam ducis, & medici artis suæ instrumenta gestantis: cum enim celsus in omnium constiteret arce virtutum, omnem tamen flammam præcipuo charitatis ardore vincebat. Vt enim illum in ignem ferrum, totum profectò ignis efficitur: sic Paulus charitate succensus, totus factus est charitas: qui quasi communis totius mundi esset pater, ita amore hominum ipsos eorum imitabatur parentes, imò cunctos non carnales modò, verum etiam spirituales patres sollicitudine ac pietate superabat, & pecunias, & verba, & animam pro his quos diligebat impendens: propter hoc itaque charitatem etiam plenitudinem legis vocabat, & vinculum perfectionis, & omnium bonorum matrem & initium, finemq; virtutum, propterea dicebat: Finis autem præcepti est charitas, de corde puro, & conscientia bona. Et rursus: Non adulterabis, non occides. Et si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Quia igitur & initium, & finis, & bona omnino vniuersa dilectio est, vel in ipsa Pauli studeamus imitari, etenim hic illius ope talis effectus est. Non enim mihi proponas mortuos, quos sæpius suscitauit, neque leprosos quos eadem virtute mūdauit: nihil à te horum requirit deus. Posside charitatem Pauli, & perfectam adipisceris coronam. Cuius verò ista sententia est: Ipsius nutritoris vtiq; charitatis, qui eam & mirabilibus,

1. Tim. 2. d

1. Cor. 13. f

Galat. 4. t

1. Cor. 13. b

1. Corin. 9. d

Roma. 13. e

1. Tim. 1. a

Roma. 13. c

Acto. 20. b

bilibus, & signis, & aliis bonis mille præposuit: quia enim ipse eam abunde ac vehemeter impluerat, idcirco etiam acrius atque examinatus vim eius intelligit. Per ipsam enim ille ad tam celsum perfectionis cacumen ascendit: nihilque cum ita dignum deo, ut virtus præstitit charitatis, & ideo dicebat, Imitamini dona meliora. Et adhuc excellentiorem vobis vitam demonstro, charitatē profectō optimā viam, plenissimamque pronuncians. In hac etiam nos iugiter ambulemus, ut & Paulum, imō dominum Pauli videre mereamur, & incorruptibilem consequamur coronam, præstante domino nostro Iesu Christo, cui gloria, & imperium, in secula seculorum, Amen.

Diui Iohannis Chrysostomi homilia de ferendis reprehensionibus, & conuersione Pauli.

Reprehenderūt nos amicorum quidam, quod productiora sermonum initia faciamus. Igitur siue iniuste illi taxent, siue iuste sententiam ferant, utpote de his, quæ à nobis audierunt, hic quasi in foro, in quo omnibus iudicare concessum est, nos hoc primum præfatione demonstrabimus: quod illis ob hanc reprehensionem, gratiam habemus. Reprehensiones enim non ex malicia, sed cura proximi proficiscuntur. Aseuerauerim amare me amicum non solum quando laudat, sed & quando reprehendit & corrigit. Nā omnia laudare tam quæ bene se habent, quam quæ malè, non fuerit amici, sed irrisoris: & nō diligens, sed decipientis. Laudare si quid fiat ut debet, reprehendere autem si peccatum fuerit, amici est & curam agentis. Et ut discatis, quod sine delectu omnia laudare, & in omnibus beatum dicere, non sit amici, sed impostoris, dicit scriptura: Popule meus, qui te beatū dicunt, ipsi te decipiunt, & semitam pedum tuorum exturbāt. Sanè inimicum ne laudātem quidem probo, amicū verò & reprehendentem amplexor. Ille & si me osculetur, insuauis est: hic & si vulneret, amabilis. Illius osculum suspicione plenum est, huius vulnus medicamenti vim habet. Propter hoc dicit quidam: Fideliora sunt vulnera amici, quam blanda oscula inimici. Quid dicis? Vulnera amicorum meliora dicit. Nō enim ad naturam eorum quæ sunt, sed potius ad affectionem eorum qui faciunt, attendit. Vis discere, quo modo fideliora sunt vulnera amici, quam blanda oscula inimici? Osculatus est dominum Iudas, sed osculo prodidit, venenum habebat os eius, maliciaque impleta erat lingua eius. Paulus vulnerauit eum, qui apud Corinthios scortatus fuit, sed saluauit. Et quo modo vulnerauit? Dicit quod dederit eum satanæ. Inquit enim: Tradatur satanæ ad interitū, quō spiritus saluus sit in die domini Iesu. Vidisti vulnera salutem afferentia, vidisti osculum proditione plenum? Sic fideliora sunt vulnera amici, quam blanda oscula inimici. Verū inquiramus quo modo hoc dictum, non solum in hominibus, sed & in deo & diabolo habeat locum. Ille enim amicus, hic inimicus: ille saluator & curam nostri gerens, hic inimicus & deceptor. Et hic quidem aliquando dedit osculum, ille verò vulnus infixit. Et quo modo hic osculatus est, & ille vulnerauit? Hic quidem dixit, Eritis sicut dii: ille autem, Terra es, & in terram abibis. Vter igitur magis profuit, hic ne qui dixit, Eritis sicut dii: an ille qui dixit, Terra es, & in terram abibis? Ille mortem interminatus est, hic immortalitatem promisit. Atqui hic, qui immortalitatem pollicitus est, è paradiso eiecit: ille verò qui mortem comminatus est, in cœlum inuexit.

1. Cor. 11. d

Esai. 3. b

Prover. 27. a

Luce. 22. c

1. Cor. 5. a

Prover. 27. a

Gene. 3. b
Ibidem. d

Vides quo modo fideliora vulnera amici, quam blanda oscula inimici? Proinde hoc primum declarare volui, quod gratiam habeam his, qui me arguunt. Amici enim, siue iuste, siue iniuste arguunt, non opprobriare volunt, sed hoc faciunt ut emendent. Inimici autem & si iuste reprehendunt, hoc tamen agunt, non ut corrigant, sed ut exhibent: sicut & illi dum laudant, hoc vni spectant, ut meliorem reddant: & hi dum laudant, student quo modo supplantare possint. Veruntamen quomodocumque reprehensio contingat, vtile fuerit, bonumque magnum, si ferantur reprehensiones & accusationes, & non detur locus iræ & exasperationi. Qui enim odit redargui, ait, insipiens est. Non dixit sic vel sic redargui, sed tantum redargui. Nam siquidem iuste arguit amicus, agit ut peccatum corrigat: sin absque ratione & immerito, iam laudanda est voluntas eius, & probanda bona metis intentio, agnoscendumque, & testandum amiciciæ beneficium: non enim reprehenderet, nisi multum diligeret. Proinde ne stomachemur, ne succeseamus, cum arguimur. Quod si omnes ita affecti essemus, ut & argueremus peccates, & lapsi libenter ferremus reprehensiones: mirum, quanta hinc vitæ nostræ accederent commoda. In peccatis enim hoc operantur reprehensiones, quod in vulneribus remedia. Idcirco sicut insipiens est qui pharmaca reicit, ita & stultus qui non suscipit grato animo reprehensiones. At qui non raro multi exasperantur, & intra semetipsos cogitant & dicunt: Sapiens ego, & tanta præditus intelligentia, hunc ferrem? ignorant autem, quod hoc extremæ dementiæ sit indicium. Videbam enim, inquit, hominem qui sibi videbatur sapiens, & maiore illo spem habet insipiens. Eapropter & Paulus dicit: Ne sitis prudentes apud vosmetipsos. Nam licet mirum in modum sapiens sis, & perspicias ea quæ oportet, attamen homo es, & consiliario tibi opus est. Solius enim dei est nullius indigere, & nullo opus habere consiliario. Et propterea deo solo dicitur: Quis cognouit sensum domini, vel quiseius consiliarius fuit? Ceterum homines nos, etiam si plurimum sapientes simus, in multis tamen reprehendi meremur, atque hinc naturæ nostræ apparet infirmitas. Non enim omnia esse possunt in hominibus. Et quare? Ecce filius hominis non est immortalis. Quid lucidius Sole: attamen & lux eius deficit. Et profectō sicut fulgidam illam lucem, & fulgurosam iubar sapenúmero superuenientes tenebræ obtegunt: ita & intellectum nostrum, quasi in meridie fulgentem, & perspicuum, incōsiderantia obrepens tenebrosū reddit. Et nonnunquam euenit, ut sapiens non videat quod oportet, & minor & hebetior clarè & acutè illud perspiciat. Hinc est, quare neque sapiens extolli, neque abiectior miserum se dicere debeat. Itaque magnum bonum est ferre reprehensiones, magnum etiam bonum est posse reprehendere: nam hoc fides & cura, quæ proximo debemus, exigunt. Iam nos si quem videmus veste breuiori, & ex lateribus aperta, vel alioqui in deceter vestitum, admonemus & emendamus: verum videntes vitam eius dissolutam, ne verbum quidem proferimus, videntes mores eius nefarios, præterimus: tamen si ridicula sint ea quæ ad vestes pertinent, periculosa autem & damnosa, quæ ad animam: dic obsecro, Nōne cum vides fratrem per præceptum ferri, vel alioqui per incuriā aliō quā oportet spectare, manum ei porrigis? nōne à lapsu erigis? nōne reprehendis & arguis? Et in his, maioris facis non offendere, & non haberi pro inimico, quam salutis eius curam habere: Et quam habiturus es apud deum veniam?

Exod. 33. b

Ibidem. 14. c

Exo. 18. c. d

Exod. 23. a
& Deut. 22. a

Num. 12. a

Exod. 33. b

Ibidem. 14. c

Exo. 18. c. d

veniam? vel quam defensionem? Nō audisti, quid deus Iudæis præcepit: nempe ne errantia inimicorum iumēta despiciant, & lapsa ne prætereant. Quod cum Iudæis præceptum, ne inimicorum bruta contemnant, nos ne fratrum animos, qui quotidie supplantantur despiciamus? Et quo modo non est summa inhumanitas, & ferina crudelitas, nos non tantum curæ hominibus impendere, quantum alij iumentis? Hoc est quod omnem vitam nostram confundit, hoc est quod omnem ordinem subuertit: quia neque boni consulimus, cum reprehendimur, neque alios reprehendere volumus. Ideo enim molesti sumus cum arguimus, quia & exasperamur cum arguimur. Enimvero si sciret frater, quod à te laudaretur te arguens, ipse etiam vicariam eandem operam tibi impenderet. Cæterum si discere vis, quod etiam si ingenij acrimonia antecellat alios, sisque valde perfectus, peruenerisque ad summum ipsum virtutis fastigium, opus tibi sit consiliario, & aliquo qui te corrigat & arguat, audi historiam veterē. Neque enim Mosi facile par fueris, qui ut scriptura inquit, omnium hominum erat mitissimus, amicusque deo, & in externa philosophia bene institutus, & nō minus spiritualium intelligentia insignis. Vides omnigenam eius eruditionem? Erat autem potens in verbo & opere, aliisque virtutibus. Cuius & aliud habet testimoniū. Multis prophetis, inquit, familiaris fuit deus, sed nulli sicut Mosi. Nam aliis quidē per ænigmata & somnia, Mosi verò facie ad faciem. Quæris ne aliud maius virtutis illius argumentū, quam quod omnium dominus seruo, ut amico loquitur? Erat itaque sapiens, tam domestica quam peregrina eruditione: erat potēs verbo & opere. Imperabat creaturæ, quia amicus erat domini creaturæ. Eduxit tantum populū ex Aegypto, mare diuisit, & iterum cōiunxit, miraculum sanè admirabile. Tunc enim primum sol vidit mare, non nauali, sed pedestri itinere transiri, pelagusque non remis & nauibus, sed equorū pedibus trāsmitti. Nilominus sapiens ille, qui tam potens in verbo & opere, qui amicus dei, qui creaturæ imperauit, qui tāta miracula operatus est, non animaduertit rem, quam mortalium plerique facile considerant. Socer autem eius homo barbarus & obscurus, statim animaduertit, & in medium attulit, quam ille non temerè cogitauit. Quæ igitur hæc causa audite, ut & vobis proficit. Consiliarius enim omnes opus habent, etiam si Mosi conferri possint. Multa enim sunt, quæ magni & admirabiles viri ignorant, quæ tamen parui abiectique scire solent. Nam postquam Mosēs ex Aegypto exiit, & in solitudinem venit, præfuit sexcentorum milium populo, & solus omnium cōtendentium lites diiudicauit: quod vidit socer eius. Erat autem Iethro homo alioqui barbarus, & insipiens, qui in solitudine vitam egerat, neque vlli communicarat, qui populos legibus rexerat, & adhuc impius erat, quo non est certius insipientiæ argumentum. Nihil enim Gētilibus est insipientius. Veruntamen ille barbarus, ille impius, ille insipiens, vbi vidit Mosem quædam præter dignitatem facere, eum correxit, non curans, quod sapiens esset & intelligens, & dei amicus. Et cum dixisset ei, Quare illi stant coram te: didicissetque causam, inquit: Non rectè hoc fecisti, iunxitque consilio increpationem: & neque sic exasperatus est ille sapiens, ille intelligens, ille tot myriadam dux. Neque enim hoc paruum & contemnendum, quod ab homine barbaro & priuato docetur. At non inflabatur vel principatus magnitudine, vel miraculis quæ operatus erat, neque rubore suffundebatur, quod tot presentibus,

subditis corrigeretur: sed considerabat, quod licet magna à se signa fierent, humanæ tamen particeps esset naturæ, quam nō raro multa latent, atque ideo cum mansuetudine consilium suscepit. Est nunc videre aliquos, qui ne putentur alieno indigere consilio, malunt potius vtilitate consilij carere, quam suscepta admonitione peccatum emendare: imò eligūt ignorare quam discere, quamuis sciant, non esse crimen non ignorare, sed nolle discere: non indoctum esse, sed doctrinam respicere: non reprehendi, sed inemendabiliter peccare. Et sæpe abiectus quispiam & vilis inuenit, quod magnus & sapiens vir præterit. Quod Mosēs quoque considerans, omni cum mansuetudine audiuit illum cōsulentem, ac dicentem sibi: Fac tibi tributios, centenarios, quinquagenarios, decanos, & si res aliqua grauior fuerit, referant ad te: sin leuior, diiudicent ipsi. Hæc ut audiuit, non erubuit, non est confusus, non est reueritus subditos, non dixit intra semetipsum: Contemnent me subditi, si ab aliis quid faciendum sit didicero: sed obtemperauit, & fecit iuxta consilium illius. Quid, quod non solum propter eos, qui ea tempestate erant non erubuit, sed neque propter nos post se futuros: imò tanquam honestatus hac soceri admonitione, nō illos solum qui tunc erāt homines, sed etiam eos qui vsque ad nostram atate secuti sunt, & vsque ad Christi aduentum erunt, per totum orbem factum hoc literis docuit, & quod non potuerit animaduertere quid opus factū, & quod correctionem & consilium à socero acceperit. Nos autem si coram vno homine arguimur, & corripimur: conturbamur totis visceribus, obstupescimus, & de vitæ huius summa periclitari nos putamus. At Mosēs non sic agit, sed videns tot milia hominum præsentia, imò tot myriades, quæ interim fuerunt & sunt hodie, futuras non erubescit: sed prædicat quotidie omnibus, idque literis, quod socer suus animaduertit ea, quæ ipse considerare non potuerat. Et quare hoc fecit? quare factum memoriæ commendauit? non aliam ob causam, quam ut nos doceret, ne vnquam de nobis ipsis sublimē sentiamus, etiam si omnibus sapientiores simus, neque patrum consilia cōtemnamus: etiam si omnibus viliores habeantur. Et si quid vtile vel commodum consulat aliquis, esto minister sit, tu tamen admonitionem suscipias: sin perniciole quiddam, esto in summa dignitate sit, eius sententiam reicias. Non enim qualitas personarum consulentium, sed natura consilij, in omnibus obseruanda est. Hoc igitur est, quod Mosēs nos docuit, ut non erubescamus si arguamur, etiam si tota nostra plebs absit. Reprehensionem enim bene ferre, non vulgaris, sed summæ philosophiæ præconiū & laus est. Non adeo laudamus & admiramur hodie Iethro, qui Mosem correxit, sicut sanctum illum, qui non erubuit tot presentibus corrigi, & factum hoc memoriæ commendare. Declarans in omnibus sapientiam suam, quod gloriam in tanta eminentia, quæ sibi à pluribus impensata fuisset, contempsit, & conculcauit. At nos de prolixitate proæmiorum rationem reddituri, iterū maius fecimus proæmium, sed non temerè, neque sine causa: differuimus enim interim de summis, multumque nobis necessariis, ut libeter feramus cum arguimur, & alacriter arguamus & castigemus eos, qui peccant. Verum operæ precium est, ut tandem & nos satisfaciamus illis, rationemque dicamus, propter quam tā longis proæmiis vtamur. Et cuius nam gratia tantam verborum farraginem offundimus viris, qui mulieres habent, domibus præfunt, è quotidiano officio, & secularibus negociis victum

Proemia
necessaria.

Ioan. 1. f.

Acto. 9. a.

Nominum
impositio,
quid.
Gene. 2. c.

Daniel. 1. b.

victum quarunt: neque hoc solum molestum, quod continuo sunt occupati, sed quod semel duntaxat in hebdomada huc confluunt: Seruiunt nobis in hoc proemia, vt auditores de dicendis per compendium instruantur, & manifestior tradatur doctrina. Fateor enim non opus proemiis neque instructionibus his qui semper scripturis vacant, neque aliis occupationibus distrahuntur: statim enim audito lectore, doctorum mentem accipiunt. Qui autem bonam temporis partem secularibus negociis impendunt, & rarius hic comparerent, nisi proemia audiant, & instructi intelligant, quae sermonem illum praecedant, absque lucro hinc abeunt. Non est autem haec sola nobis proemiorum causa, sed & alia non minor quam ista. In tanta multitudine sunt alij qui adueniunt, alij qui saepe non adueniunt, & necesse vt laudentur praesentes, arguantur absentes: vt illi quidem laudibus studiosiores euadant, hi autem reprehensi, ignauiam abiciant. Est & alius vsus proemiorum. Incidimus enim saepe in longiora argumenta, quae vno die ad finem perducere nequeunt, & interdum duobus vel tribus diebus, vt recte explicentur, opus habent. Vnde tunc opus est die secundo finem doctrinae prioris repetere, vt dum principio finis congruit, sermo cohaereat, auditoribusque minus sit obscurus. Et vt discas, sermonem absque proemiis valde obscurari: ecce exempli gratia afferam aliqua. Vt autem vidit eum Iesus, Tu es Simon, inquit, filius Iona, tu vocaberis Cephas, quod interpretatum est Petrus. Vides num intelligatis dictum: num intelligatis consequentiam, & quare dicta sint: quandoquidem absque proemiis introducta sunt. Comparatur igitur qui hoc facit, ei qui hominem omni ex parte obiectum in spectaculum adducit. Age igitur dimisso proemio, redeamus ad sermonem de Paulo, qui nuper ortus cum de nominibus differeremus & quareremus: Quare qui aliquando dictus est Saulus, postea vocatus sit Paulus. Hinc digressi sumus ad veteres historias, & de omnibus qui gemina nomina sortiti sunt, inquisiuimus. Fuimusque & tunc Simonis memores, & vocis Christi ad eum dicentis: Tu es Simon filius Iona, tu vocaberis Cephas, quod interpretatum est Petrus. Vides quo modo quod paulo antea obscuritate plenum videbatur, nunc sit aliquando notius: Proinde sicut corpus capite, arbor radice, & flumen fonte indiget: ita & sermo proemiis. Itaque & cum nos viae initium & progressum monstrauerimus, tangamus deinceps historiam proemij. Saulus autem adhuc spirans minas & caedem in discipulos domini. Atqui in epistolis Paulus vocatur, quare ergo hic nomen mutauit spiritus sanctus: Quemadmodum dominus, qui seruum mercatus est, ostendere volens se dominum serui, nomen illius immutat: ita & spiritus sanctus fecit, vbi Paulum captiuum accepit, vocabulum eius mutauit, vt etiam inde disceret Paulus se habere dominum. Nominum enim impositio dominij signum est, & praecipuum. Et vnde hoc declarabimus? Facile ex his, quae dominus cum Adam egit, perspicuum erit. Volens enim docere Adamum, quod eum principem & dominum omnium fecisset, adduxit ad eum omnia animalia, vt videret quid vocaret ea. Quo monstrat, quod nomen impositio dominij testetur. Quod si & ab hominibus ita factum videre vultis & discere, olim tale fuisse nomen, quod seruorum in captiuitatem abductorum nomina mutata sint, audite quid fecerit Babyloniorum rex. Nam vt captiuos abduxit: Ananiam, Azariam, & Misaellem, non reliquit eorum nomina prima, sed vocauit eos

724
A Sedrak, Mesak, & Abdenago. Verum quam ob causam spiritus sanctus non statim mutauit nomen Pauli, sed expectauit ad tantu tempus? Si statim conuerso Paulo, mutatum fuisset & nomen eius, tunc minus manifesta fuisset eius conuersio, & ad fidem translatio. Nam sicut in famulis vsu euenire solet, quod obscuro fiat, si quamprimum fugam inierit, sua nomina mutarint: ita & in Paulo contigisset, si mox vt relictis Iudaeis ad nos venit, aliud nomen sortitus fuisset: nemo enim sciuisset, quod persecutor ille esset euangelista. Accidit autem hoc, vt palam fieret ex persecutore factum apostolum: quandoquidem hoc Iudaeos male habebat, quod doctor suos, qui pro eis olim stabat, nunc se eis opponeret. Quapropter vt ne subita nominis mutatio, voluntatis mutationem occultaret, relictum est ei multo tempore nomen primum. Hinc enim omnes disciebant, quod ille ipse esset, qui prius fuerat ecclesiam persecutus. Postquam autem omnibus hoc factum est notum, tunc transmutatum est & nomen. Et quod haec sit vera causa, audi ipsum dicentem: Veni in partes Syriae & Ciliciae. Eram autem ibi ignotus a facie ecclesiae Iudaeae. Iudaeam vocat eam, quae est in Palaestina. Si igitur in Palaestina erat ignotus, quanto ignotior fuisset in ecclesiis, quae in aliis locis sitae: Eram ignotus, ait, facie, non nomine. Quare ignotus erat facie? Nullus enim fidelium ipsum videre audebat, cum nos impugnaret. Tanta caede, tantoque furore plenus erat. Proinde ab eo resiliiebant omnes, fugiebant omnes, & si alicubi praesentem eum conspicerentur, ne aspicere quidem audebant, tam effertus erat, & infestus fidelibus. Tantum autem audierant: qui persequebatur nos aliquando, nunc euangelizat fidem quam impugnabat. Quoniam ergo a facie cum ignorabant, tantumque audierant, qui persequebatur nos aliquando, nunc euangelizat fidem, quam impugnabat: si nomen statim mutatum fuisset, neutiquam qui audierant, haec cognouissent quod ille, qui persequebatur eos aliquando, euangelizaret. Nam quoniam primum nomen eius, & quod Saulus vocaretur sciebant, si commutato illo vocatus fuisset Paulus: fuissetque eis a quopiam nunciatum Paulum euangelizare, qui persequebatur ecclesiam, nesciuissent quod hic ille esset Saulus, eo quod non Saulus, sed Paulus, vocaretur. Atque hac de causa relictum est nomen eius primum aliquandiu, donec omnibus fidelibus fieret notius, atque etiam his qui longe aberant, & non viderant eum. Satis itaque demonstratum quare non statim mutatum est nomen eius. Reliquum, operae precium vt ad initium sermonis redeamus. Saulus autem adhuc spirans minas & caedem in discipulos domini. Quid est, quod dicit, Adhuc enim antea fecit, quod dicitis, Adhuc? Sanè dicere adhuc, de homine dicitur, qui antea mala multa operatus est. Quid ergo fecit? Quin tu mihi dicas, quod malum non fecit? Sanguine Hierosolymas impleuit, fideles interfecit, ecclesiam impugnavit, apostolos persecutus est, Stephanum occidit, neque viris neque mulieribus pepercit. De hoc audi & discipulum ipsum dicentem: Saulus autem deuastabat ecclesiam, domusque ipsas ingrediens, vi mulieres & viros rapiebat. Non enim suffiebat ei forum, insiliebat & in domus. Dicit enim: Domos ingrediens. Et non dicit ducens, neque trahens mulieres & viros: sed vi rapiens mulieres & viros: sicut de fera dicere solemus. Rapiens viros & mulieres, non viros tantum, sed & mulieres. Neque naturam reuersebatur, neque sexus miserebatur, neque infirmitatem respiciebat. Zelo tamen, non furore haec faciebat. Et ob hoc

Ibid. 9. a.

Ibid. 7. g.

Ioan. 15. 4.

hoc venia dignus fuit, cum Iudaei qui eadem faciebant, accusatione erant digni. Nam Iudaei quid respexerint, ipsi manifestabant, nempe quod omnia honoris & gloriae gratia fecerint. Erant enim apud multos in magna exultatione. At Paulus non sic, sed zelo dei, tamen non secundum scientiam. Et hinc est, quare Iudaei mulieres quidem dimiserunt, viris autem infesti fuerunt: quoniam in illos transisse gloriam suam videbant: hic autem ob zelum erga omnes talem se gerebat. Haec igitur omnia animo perpensens Lucas, & videns ipsum nondum satiatum, dicebat: Saulus autem adhuc spirans minas & caedem in discipulos domini. Non satiat eum caedes Stephani, non explerat concupiscentiam eius ecclesiae persecutio, sed ulterius procedebat, & furoris eius nullus erat finis: a caede Stephani digressus, persecutus est apostolos: & idem faciebat quod saeuens lupus, qui insiliens in caulam ouium, agnum inde rapit, quem vbi denorauit, audacior fit. Ita enim & Paulus in chorum apostolorum insiliit, & inde rapuit agnum Christi, Stephanum, quem dilaniaret, & caede audacior effectus est. Et propterea dicit, adhuc. Quamuis quem non impleret miseratione caedes illa: quem non placaret mansuetudo eius, qui occidebatur: & cum lapidaretur, orabat & dicebat: Domine, ne statuas eis peccatum hoc: propterea persecutor euangelista factus est: mox enim post homicidium conuersus est. Quippe deus audiuit vocem illam. Dignus enim erat Stephanus qui exaudiretur, tum propter futuram Pauli virtutem, tum propter illius confessionem: Domine, ne statuas eis peccatum hoc. Audiant quicumque inimicos habent, quicumque inuaduntur, quicumque ab auaritis premuntur. Nam licet plurimas feras molestias, nondum tamen lapidatus es, sicut Stephanus. Et vide quid sit factum. Obtratus est fons vnus Stephani, & apertus est alius, plurimos emittens fluuios. Nam postquam siluit os Stephani, mox sonuit tuba Pauli. Sic nunquam derelinquit deus in finem ad se curretes, sed dona dat maiora, quam ab inimicis auferuntur. Non enim talem illi eiecerunt militem ab exercitu, qualem in locum eius submisit Christus. Saulus autem adhuc. Et aliud quiddam manifestat illud, Adhuc. Quid illud? Quia adhuc ferocientem, adhuc insanientem, adhuc in vigore furoris existentem, adhuc caede feruentem attraxit Christus. Non enim expectauit vt expleret furorem, vt ostenderet morbum, vt extingueret flammam affectionum, & fatigatus debacchando mansuesceret, & tunc tandem traheret: sed dum vigeret furor, ipsum cepit: vt ostenderet potentiam suam, vincens & superans persecutorem in media insania. Enimvero medicum tunc maxime admiramus, quando febrem cum infestior, & flammam morbi cum vehementior est extingueret, & penitus aboleret potest. Id quod & in Paulo contigit. Vox enim domini quasi ros quidam desuper descendens, a morbo in ipso flammam feruore liberavit. Saulus autem adhuc spirans minas & caedem in discipulos domini, reliquit multitudinem, & nunc in principes ipsos insilit. Etenim sicut qui excindere vult arborem, ramis relictis, radicem infra execat: ita sanè & hic ad ortus est discipulos, radicem praedicationis volens eximere. Verum discipuli non erant radix praedicationis, sed discipulorum dominus, qui & dicebat: Ego sum vitis, vos autem palmites. Eapropter inuisa illa radix, quanto plures excindebantur palmites, tanto plures & maiores iterum pullulabant. Eiectus est Stephanus, & pullulauit Paulum, & eos qui per Paulum crediderunt. Factum est autem, dicit, cum appro-

726
A piaret ille Damasco, repente circumfulgurauit eum lux de caelo, & vt procidit ad terram, audiuit vocem dicentem sibi, Saule, Saule quid me persequeris? Quare non allata est prius vox, sed lux prius eum circumfulgurauit: vt cum silentio vocem audiret. Nam qui in opere aliquo intentus & furore plenus est, etiam si plurimi vocent, prorsus non animaduertit quid ante se agatur. Ne ergo hoc & Paulo eueniret, & factorum insania ebrius vocem contemneret, vel principium non audiret, mente tota in tonitruo occupata, prius per lumen excacatis oculis, & compresso furore, extinctaque omni animae turbulentia, & ingenti in anima serenitate redita, vocem emisit: vt depresso fastu, his quae dicebantur, mente sobria & modesta intenderet. Saule, Saule quid me persequeris? Verba haec non tam arguentis, quam defendentis sunt. Quid me persequeris? In quo paruo, magno accusare me potes, tibi per me iniuria facta: an quod mortuos vestros suscitasti, vel quod leprosos purgaui, vel quod daemones fugauit? Sed propter haec magis adorare, quam persequi me oportebat. Porro vt clarè cognoscas, quod haec sint verba defendentis, audi quo modo iisdem penè verbis vtitur contra Iudaeos. Nam sicut hic dicit: Saule, Saule quid me persequeris? sic illic Iudaeis: Popule meus quid feci tibi, vel in quo contristauit te? Saule, Saule quid me persequeris? Ecce iaces supinus, ecce ligatus es absque catena. Et sicut dominus famulum, qui plurima & grauius commisit, manu comprehensum, & vinctum alloquitur, Quid tibi vis faciam nunc? Ecce venisti sub manus meas. Ita & dominus videns Paulum correptum, & prostratum, supinumque ac tremulum praetimore, & nihil facere valentem, dicit: Saule, Saule quid me persequeris? Quod nunc peruenit ferox ille tuus furor? vbi insania? vbi zelus intempestiuus? vbi vincula, & circumcurrationes? vbi atrocitas illa? immobilis quidem eris nunc, & neque videre persequentem poteris. En qui festinabat, qui vbiq; circumcurfabat, opus nunc habet aliquibus qui manuducant: eapropter & nunc dicit ei: Quid me persequeris? vt discat, quod quae prius facta, sponte sua permisit, & quod non fuerint infirmitas illa, quae olim: neque crudelitatis, quae tunc agebantur: sed vtraque benevolentiae & cura. Quid ergo Paulus? Quis es domine? inquit. Agnoscit dominum, virtutem didicit ab indulgentia, in caecitate confitetur potestatem. Quis es domine? Vidisti animam gratam & beneuolam, vidisti mentem libertate plenam, vidisti conscientiam synceram & incorruptam? Non oblectatur, non contendit, sed statim cognoscit dominum. Non sicut Iudaei, qui videntes mortuos suscitari, caecos cernere, leprosos purificari: non solum non accurrebant ad talia facientem, sed eum & planum ac impostorem vocabant, & omnibus modis insidias mouebant. Paulus autem non ita agebat, sed statim conuertebatur. Quid ergo Christus? Ego sum Iesus, quem tu persequeris. Et quare non dixit, Ego sum Iesus, qui resurrexit: Ego sum Iesus, qui sedet a dextris dei: sed, ego sum Iesus, quem tu persequeris? Vt perstringeret eius mentem, vt compungeret eius animam. Audi ergo Paulum post multa tempora, plurimisque bona opera hoc lamentantem: Ego enim sum, ait, minimus apostolorum, qui non sum dignus vt vocer apostolus, eo quod persecutus sum ecclesiam dei. Igitur qui post multa bona opera, & tanta tempora hoc lugebat, quid verisimile est ipsum per id temporis passum, quo nullum bonum opus habebat, & conficius persecutionis, vocem illam audiebat? Caeterum agrediuntur

Acto. 9. a.

Mich. 6. a.

1. Cor. 15. b.

grediuntur nos hic quidam dicentes: Vos autem ne pigeat, etiam si vespera deprehendat. Pro Paulo omnis noster sermo est, pro Paulo inquam, qui per triennium die ac nocte discipulos docuit. Aggrediuntur itaque hic nos quidam, dicentes: Et quid mirum quod Paulus ad fidem peruenit, cum deus vocem illam, quasi funem cervici eius iniecerit, vique ipsum ad se duxerit? Attendite diligenter. Etenim sermo ille communis est Gentilibus, Iudæis, & nostris, qui suæ incredulitatis operculum putant, si iustum accusent, nescientes quod duplex peccatum peccent, & quod errore suum ipsi non deponant, & quod sanctum dei talibus culpis notare tentant. At nos eius nomine, per gratiam dei, defensionem afferemus. Quæ igitur accusatio est? Vi & necessitate ipsum, inquit, attraxit deus. Qualis illa vis & necessitas, dic o homo? Vocauit eum supernè. Credis omnino quod vocauit eum supernè? Igitur & te hodie vocat per illam vocem, cur & tu non obedis? Vides non esse necessitatis negocium? Nam si necessitas quædam foret, oportebat & te obedire: cum autem tu non obedis, manifestum quod ille voluntarius obediuit. Et ut discatis, quod multum quidem fecit ad salutem Pauli vocatio, sicut & ad aliorum omnium hominum facere solet, non tamen destituit eum à suis operibus, & suæ propriæ voluntatis laude, neque nocuit eius libero arbitrio: sed voluntarius aduenit ipse, atque sua bona voluntate. Faciam hoc & alio exemplo liquidum. Audiuerunt & Iudæi vocem supernè loquentem, non filij, sed patris dei Christo dicentis circa Iordanis fluentia: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Et dicunt ei: Hic est deceptor. Vides manifestam pugnam? Vides bellum apertum? Vides ubique opus bona voluntate, animaque malis affectionibus prius non infecta? Ecce & illic vox, & hic vox: sed hic obtulerat, illi autem contradicunt. Et non solum illic vox auditur, sed & spiritus in specie columbæ videtur. Nam postquam Ioannes baptizauit, baptizatusque est Christus, ut ne qui ad humanam figuram spectant, putet baptizantem baptizato maiorem, venit vox, qua hic ab illo discernetur. Et quia adhuc incertum erat de quo diceret vox, id quod dicebat: venit & spiritus sanctus in specie columbæ, vocem in caput Christi ducens, atque ita & per vocem prædicatus est, & per spiritum monstratus. Et ob hæc Ioannes quoque clamabat: Non sum dignus, ut soluam corrigiam calceamenti: & insuper plurima alia testimonia rã verborum, quam operum attestabantur: sed post hæc omnia Iudæi in cæcitate sua manserunt, imò viderunt omnia: sed neque dictis, neque factis credidere, eo quod infecta eorum mens, quam præoccupat infanus vanæ gloriæ amor. Vnde euangelista dicit: Multi Iudæorum qui crediderunt in eum, propter principes non confitebatur, ne è synagoga eiceretur. Et ipse Christus quoque dicebat: Quo modo vos potestis credere, qui gloriam à vobis iniucem accipitis, & gloriã quæ à solo deo profisciscitur, non queritis? At Paulus nõ sic, sed vnica duntaxat audita voce, cum adhuc nostros infectaretur, statim accurrebat, statim obediuit, statim eximiam præ se tulit conuersionem. Quod si non fatigamini dictorum prolixitate, dicemus aliud exemplum adhuc proximius. Etenim & filium audierunt, & sic audierunt ut Paulus audiuit, & neque sic crediderunt. Nam sicut Paulus audiuit vocem, cum adhuc fureret, & in discipulos fauisset: ita Iudæi aliquando audierunt alicubi vocem, cum egredierentur cum facibus, & lampadibus ad comprehendendum eum. Putabãt enim sese hominem purum

Math. 3. c
17. a
Ioan. 7. b

Math. 3. d

Luca. 3. c
Ioan. 1. d

Ioan. 12. f

Ibid. 5. g

adoriri. At ille volens docere eos virtutem suam, & se deum, eosque frustra contra stimulum calcitrare, dicit eis: Quem queritis? Stabant ante & iuxta eum, & non videbant eum. Christus autem quærebat eos, & manducebat ut se inuenirent, ac discerent, quod non inuitus ad passionem iret, neque superabilis esset, nisi sponte sua eis permitteret. Aut quo modo superaret, quem inuenire non potuerunt: Quid dico inuenire: neque presentem videre valuerunt: & non solum non valuerunt videre presentem, sed & cum roganti responderent, nesciebant quis nam ille presentem, qui tam potenter oculos eorum excæcauerat, & voce sua eos prostrauerat. Nam ut dixit, Ego sum: voce ea percussit, retrorsum abierunt, & ceciderunt omnes. Itaque ut Paulum vox prostrauit, & supinum iacere fecit: ita & illos vox omnes prosternebat. Et sicut Paulus non vidit eum, quem persequeretur: ita & illi non videbant, quem quæreret, & sicut Paulus tempore quo furebat, excæcatus est: ita & illi tempore furoris sunt excæcati. & sicut Paulus, cum iret ut comprehenderet discipulos, hæc passus est: ita & illi cum exirent ut comprehenderent Christum, talia passi sunt. Vtrobique vincula, utrobique persecutio. Simile utrobique virtutis Christi indicium, similiaque remedia, at nõ similis correctio. Aegri enim multum inter se distabant. Quid enim stupidius, quid reprobatius illis, qui retrorsum corruerunt, iterumque surrexerunt, & iterum inuadunt? An non lapidibus insensatiores erant? Et ut discant, quod ipse, qui dixerat eis, Quem queritis: ille sit qui eos prostrauerat, loquitur eis iterum: Cum iterum surgerent ac dicerent, Iesum: dicit eis: Dicebam vobis quod ego sum, quasi diceret, Discite, quod ego ille sum qui antehac dixi: Quem queritis, & qui vos prostrauit. Verum neque hoc dicto profecit aliquid, sed illi in cæcitate sua manserunt. Hæc igitur omnia inter se confer diligenter, & discite quod Paulus non ex necessitate, sed anima sincera, bonaque voluntate ad fidem accessit. Quin si non abitis & sustinetis, adferam & aliam demonstrationem, cui contradici nequeat, & certius probabo Paulum non necessitate coactum ad fidem venisse. Venit post hæc Paulus in Salaminem Cypri ciuitatem, & inuenit illic magum quendam, resistentem apud proconsulem Sergium. Paulus autem impletus spiritu sancto dixit ei: O plene omni dolo & omni veritua fili diaboli, inimice omnis iusticiæ, nõ dennis peruertere vias domini rectas: Hæc persecutoris verba sunt. Glorificemus igitur eum, quod conuersus est. Ante hoc audistis, quod deuaitabat ecclesiam, domosque ingrediens ac vi rapiens viros, & mulieres in carcerem tradebat: videte, quo modo nunc pro prædicatione liberè loquitur. Non cessas ait, peruertere vias domini rectas: Et nunc ecce manus domini super te, & eris cæcus, & vsque ad tempus non videns. Remedium quo sibi visus redditus est, adhibuit & mago, qui tamen in cæcitate permansit: ut discas quod non sola vocatio Paulum adduxerit, sed & voluntas eius. Nam si sola cæcitas hoc effecisset, oportebat eam, & in mago efficacem esse: sed nihil effecit, & ille quidem remansit cæcus, proconsul autem factum videns, credidit: accepitque alius remedium, alius autem curatus est. Videte quantum bonum sit, bene velle: & quantum malum, discredere & corde obdurari. Excæcatur magus, nullamque vtilitatem accipit: incredulus enim erat, & interim proconsul Christum agnoscit. At satis demonstratum fuerit Paulum voluntariè venisse ad Christum. Vellem autem vos sermonem hunc diligenter

Ioan. 6. e

1 Tim. 2. b

Luca. 13. g

Ibidem.

alibi

ter memoria tenere. Deus enim nolentes non cogit, sed volentes trahit. Et propterea dicit: Nemo ad me veniet, nisi pater meus traxerit eum. Qui autem trahit volentem, trahit humique iacentem, ac manum porrigentem. Et ut discas quod nullum cogit: Nam si ipse vult, nos autem non volumus, ad nostram salutem nihil proficiunt, ea quæ alioquin efficacia sunt: non quia infirma sit eius voluntas, sed quia cogere neminem vult. Necessariò hunc sermonem attulimus: videmus enim complures ad defensionem suæ ignauitæ, prætextu tali uti, & si quãdo eos adhortamur, ut illuminentur, & ad meliorem vitam conuertantur, atque ad alia id genus bona opera, respondere, quasi cunctabundos & resistentes: Si deus volet, persuadebit mihi, & conuertar. Quos non arguo, sed valde probo, quod ad voluntatem dei confugiunt. Vellem autem nos etiam nostra afferre, & tunc dicere: Si deus voluerit. Nam si te ipsum somno, desidiaque tradideris, nequiquam in manus tuas obuenient bona opera: & alioqui si solam voluntatem dei prætexas, nihil eorum, quibus opus habes, adipisceris vnquam. Hoc igitur est quod dixi, nullum vnquam vi & necessitate à deo adigi. Ipse quidem vult omnes saluos fieri: at non omnium voluntas eius voluntati obsequitur, neque ab eo aliquis cogitur. Vnde & ad Hierusalem sic dicit: Hierusalem Hierusalem, quoties volui congregare filios tuos, & noluisti? Quid ergo: Ecce relinquetur domus vestra deserta. Vides quod dominus saluare nos vult: nos autem, quia nos ei non adiungimus, manemus in interitu. Deus enim paratus est ad saluandum hominem, non inuoluntarium, neque non volentem, id quod sæpe dico: sed voluntarium, & hoc eligentem. Homines quidem voluntibus nolentibusque seruis volunt & esse & dominari: dominanturque non in seruorum, sed suam vtilitatem spectantes. Deus autem nullius indigens, declarare tibi vult, quod nullius nostri indigens, seruitutem nostram desiderat, ad id solum spectans, quo modo nobis proficit, & quo modo nõ suæ, sed nostræ vtilitatis gratia operetur omnia. Si quid assentimur & volumus, & scietes ei beneficium istius seruitutis deberi, ad ipsum veniamus. Inuoluntarios enim & resistentes, neque vi, neque necessitate cogit. Quo nobis commonstrat, quod non ipse nobis gratiã habere debet, quia serui eius sumus: sed quia ipse dominus noster est, sibi gratias agere tenemur. Igitur hæc scientes, bene recogitemus misericordiam domini, vitamque sua bonitate dignam pro nostris viribus exhibeamus: ut & nos regnum cælorum assequamur: Quod nobis omnibus concedatur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri & spiritui sancto sit gloria in secula seculorum, Amen.

SERMONES SIVE HOMILIAE SEPTEM
dini Ioannis Chrysostomi Constantinopolitani episcopi,
de proditore & mysterijs cænae dominicæ,
in quinta feria passionis,

Incerto interprete.

AD hodiernum conuiuium, qui solenni frequentia conuenistis, & cum Christi discipulis in immolatione agni Pascha facere festinatis: sincera, queso, & plena charitatis pectora diuinis exhibete mysterijs. Nulla sit in mente duplicitas, nec liuoris libidine interior homo fuscetur. Agnum commensurus, agni innocentiam præferat: nec immaculata ouis membra lupina malignitate transfundat in viscere-

Tomus tertius.

ra. Quoniam qui sacratæ huius cænae indigno participatur accubitu, non cum Petro perueniet ad salutis portum: sed sustinebit cum Iuda sine reparatione naufragium. Habebit debitam cum proditore pœnam, qui ad bonum malam attulit conscientiam: Denique Iudas non sincerus, sed simulator accubuit: & post buccellam Christi, in eum diabolus introiuit. Accepit, inquit, buccellam, & intrauit in eum Satanas. Sed delectat fratres præsentis exordium lectionis, pia vobiscum recordatione trãscurrere. Cum recuberet, inquit, Iesus cum duodecim discipulis suis, edentibus illis, ait: Amen dico vobis, quoniam ex vobis vnus tradet me. Et contristati nimis ceperunt ad eum singuli dicere: Nunquid ego sum domine? O beati apostoli, felicitus vestra innocentia contristata est, quam pœnalis Iudæ audacia, quæ non est confusa: Cum enim noveritis nihil tale vos contra dominum cogitasse: extumescetes tamen & propriæ fragilitatis conscij, tristes dominum interrogatis de peccato, quod in conscientia non habetis: & plus creditis magistro, quam vobis. Nam in illo vos conuiuio iudiciariam patimini quaestionem, & Iudas non vult sentire compunctionem. Terret vos talis auditus, & illum non terret tanti sceleris cogitatus. Consulite ergo dominum pium, interrogate magistrum: respondeat, quæ vera sunt, veritas. Designetur abominanda persona, ne remaneat crimen in turba: monstretur vobis, quem fugere debeatis: publicetur filius perditionis, ne maculetur corona benignitatis. Respondens, inquit, Iesus, ait: Qui mecum manum mittit in paropside, ipse me tradet. Cæpit manifestius aliquid dici: adhuc tamen nomen propriè non video designari. Et ecce paudentibus, & reticentibus cunctis, & interdicentibus ori suo, ille temeritate & impudentia, qua proditorus erat, manum cum magistro in paropside mittit: ut audaciam bonæ conscientie mentiretur. O obdurata frons, talia de se audit, & recumbit. Videt publicari suam conscientiam, & adhuc manum porrigit ad buccellam. Nec primò, nec secundò correptus à prodicione retrahit pedem: & patientia dei nutrit impudentiam suam, & seruat sibi iram in die ire. Ecce iam & pœna illi prædicitur: ut quem non correxerunt miracula, corrigat denunciata supplicia. Filius, inquit, hominis vadit: sicut scriptum est de eo, Vt autem homini illi, per quem filius hominis tradetur. Bonum illi erat non nasci. Respondens, inquit, Iudas qui eum tradidit, dixit: Nunquid ego sum Rabbi? Iuda, cui dicis: nunquid ego sum? Iam dic: ego sum. Scit enim ab initio te esse. Nam quod non loquatur, non est obliuio nescientis, sed pietas miserantis. Corrupte præuaricator & miser, si redires ad cor, recoleres magistrum, quem didicisti præscium futurorum, & cui nihil potest esse non cognitum: quoniam per huiusmodi colloquium non se facit ignarum, sed pœnitentiæ tibi vult exhibere suffragium. Tu autem, cuius cupiditas sensum eripuit, & auaricia cordis oculos excæcavit, interrogare te fingis: Vtrum ipse sis, qui traditionis nefas conceperis. Omnia quæ in te sunt, nouit eius diuinitas. Sed væ tibi, in quo nulla inuenta est charitas. Hymno, inquit, dicto, abierunt in montem Oliueti, & ait illis Iesus: Omnes vos scandalum patiemini in me in hac nocte. Respondit Petrus, & dixit: Et si omnes scandalizati fuerint, ego non scandalizabor. Dicit illi Iesus: Amen dico tibi: quia hac nocte antequam gallus cantet, ter me negabis. Dicit ei Petrus: Etiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo. Ceperunt alter carere duo, medicus & ægrotus. Hic sine ægritudine se esse putabat: & ille etiam futuram accessionem hinc prænuiciabat. Sed interim hoc negocium paululum sequestramus, donec rei exitum

rei exitum

rei exitum comprobemus. Iudas, inquit, qui tradidit eum, dedit eis signum dicens: Quem osculatus fuero, ipse est, tenete eum. Quid auditis fratres, quis sensus hoc sine sui horrore consideret, & quæ aures hæc verba recipiant, quæ non præcordia dicitis talibus contremiscant? *Matth. 26. e* Dedit eis signum dicens: Quem osculatus fuero, ipse est, tenete eum. O signum sacrilegum, & conuentus nefarius, & placitum puniendum, vbi ab osculo incipitur bellum, & per pacis indicium, pacis rumpitur sacramentum. Et per quod consueverunt gentes bella finire, per hoc prophanus Iudas bellum voluit inchoare: Dedit eis, inquit, signum dicens: Quem osculatus fuero, ipse est, tenete eum. Hoc signum Iuda tu dedisti, hoc pactum in tuo mangonio posuisti: vt cum quo faceres pacem, ipse raperetur ad crudelissimam passionem. Mihi crede, habebunt per te multi terrorem: nequãdo cum proximis simulatam habeat charitatem. Guttur enim prophatum, quod hodie Christo extendis ad osculum: crastino illud es extensus ad laqueum. Malo tuo didicisti argentum expendere: mox incipies, & corpus proprium ponderare. Teneatur interea dominus ad sacerdotum principem perducendus: & cum ceteri discipuli laberentur in fugam, Petrus ille promissor egregius cœpit ambulare longinquius: peruenit eandem, & ipse ad principis domum, & expectans rei exitum foris obseruabat in atrio. Sed quia iam prædictæ accessiois eum rigor vrgebat, cum calefacientibus ad carbones stabat. Negat territus Christum, pro quo se animam promiserat positurum. Iacet elisus in corpore obliuionis, quasi in quodam lecto doloris. Prostravit eum decrepita ancilla, quasi quædam grauis febricula. Oppressit eum lethargicus somnus, & cœpit eum præco impungere matutinus. Expergiscitur aliquando, audit gallum cantantem, videt se grauiam vulnera sustinentem. C

Psal. 37. b Amici mei, & proximi mei aduersum me, appropinquauerunt & steterunt. Et proximi mei à longè steterunt. Et illud quod dictum est: Meliora sunt vulnera amici, quam voluntaria oscula inimici. Iudas enim sic cut de apostolo proditor, ita inimicus factus ex amico.

Proue. 27. a Nam & de illo scriptum est: Homo pacis meæ in quo sperabam: qui edebat panem meum, ampliavit super me calcaneum. Et iterum: Inimici hominis domestici eius. Vnde & nos fratres, vnanimiter fugiamus iniquorum subdola colloquia, vt cum sanctis participemus gratiam sempiternam, veram pacem, & trinitatis perpetuam vnitatem teneamus: vt cum sanctis omnibus in regnis cœlestibus triumphemus.

Matth. 26. e
Matth. 27. a

Psal. 37. b

Proue. 27. a

Psal. 40. c

Mich. 7. b

Eiusdem diui Iohannis Chrysostomi episcopi Constantinopolitani, de mysteriis coenae dominicæ, in quinta feria passionis, sermo secundus, Incerto interprete.

Secundum salutaris positi munus, & spiritualis remedij sacramentum diuina dispensatione completur, dum Christus ad passionis triumphum ab impiis pronocatur. Nam cum discubaret cum duodecim discipulis suis, & manducantibus eis diceret: Amen dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me: ascendit Christus propriæ deitatis tribunal, & illud conuiuium velut catastam ante se constituens, conscientia tormento confiteri compulsi reum: vt in auctorem, conceptum posset reuocare peccatum. Turbatur discipulorum omnium sensus: & licet noscent pro-

Ioan. 13. c

priam conscientiam, timuerunt tamen Christi sententiam. Iudas tamen imprudenti fiducia ausus est interrogare saluatorem, qua implere possit euidentissimum traditorem. Verecunda Christi sententia ostendit suam maiestatem, nec refugit passionem. Mira patientia, Petrus condemnat Ananiam mentientem: saluator Iudam patienter sustinet traditorem. Duplicitat facile-gij principatum: dum propositum festinat implere peccatum. Et quem sceleris pœnitere oportuerat, vrgetur conceptum implere cogitatum. Quemcunque, inquit, osculatus fuero, ipse est, tenete eum. Desiit Iuda aliud tuis sceleribus argumentum, vt instrumento pacis, traditoris impleres officium. Sed plus patientia diuina condemnat obnoxium, vt officio pacis ostenderet reum. Venerunt, inquit, cum fustibus, vt comprehenderent eum. Non sic comprehenditur iusticia, nec sic alligatur sapientia. Volenti nanque iniiciunt manus: cui, si euadere placuisset, nunquam angelorum officia desuissent. Et eduxit, inquit, Petrus gladium, & percussit auriculam principis serui. Seruum dixit: non conditione, sed culpa. Denique ita scriptum est: Qui facit peccatum, seruus est peccati. Nam si audisset aliquando verba sapientia, nec cruentum vulnus exciperet, nec peccati seruus testimonio scripturæ mansisset. Iubet tamen dominus in vaginam gladii retorqueri, ne fortè agnita legis patientia possit acquiri. Abducto saluatore, sparsis vniuersis discipulis, Petrus sequebatur à loge. Si enim propè sequeretur, semper dominum fateretur. Negat Petrus se esse discipulum saluatoris, quando nullas pœnas, nulla tormenta pertimuit. Quærendum tamen est, vbi negauerit. Ibi negauit, vbi Christus tenetur inclusus. Negat in domo Caiphæ, ibi negat, vbi potest valere mendacium. Et tamen secutus est per amorem, quem negauerat per timorè. Cum respexisset, inquit, eum Iesus, fleuit amarè. Preciosus est fratres charissimi pœnitentiæ fructus: quia quod defendi non potest, abluui potest. Lauat lachrymæ cogeriem peccatorum. Quam preciosa lachrymæ, quæ extergunt culpam, & exigunt veniam. Profuit illi verè ista amaritudo: quoniam quicquid in eo delicti tabidum fuit, ferramento pœnitentiæ resecauit.

Eiusdem diui Iohannis Chrysostomi episcopi Constantinopolitani, de proditore & mysteriis coenae dominicæ, in quinta feria passionis, sermo tertius, Incerto interprete.

Vangelicæ series lectionis, quæ per ordinem passionis dominicæ gloriam didicistis: credo quod affatim non solum aures, sed & corda vestra deuotionis expleuerit. Nos quoque quantum tenuissimæ capacitatis vires admittunt, cum diuinis verbis verba nostra iungamus, atque eandem nostri redemptoris inlytam passionem veritatis indagazione retrahemus. Sed nescio quo pacto charissimi, vbi sermo se proderet incipit, causam sensus horrescit. Quomodo enim animus non turbetur infirmus, in quo totus territus & conturbatus est mundus? Condemnatur ecce in concilio Iudeorum dominus, Pilato traditur atque ligatus, & sacras manus sacrilegæ catenæ vinxerunt. Ad tribunal dehinc præsidis sistitur: non vt reatus in illo, sed vt innocentia panderetur: vt reportaret testimonium iudicis, qui sub crudelibus vinculis, meritum nominis innoentis. Consiste mecum in hac actione comminus Iudæa, consistite. Dic mihi litis tuæ titulum, accusationis tuæ genus, crimenque defunctia: producite re-

Res ista

stes in medium: & tales, qui præsentis causæ sint necessarii, adhibeto. Nihil cognitioni iudicis desit, nihil præsidis subtrahatur examini: parat sum pro domino meo conuictus ipse damnari. Ecce interim in facto præiudicata est traditoris. Author tuus confugit ad laqueum, vltimum capiens ex pane solatium. Reum se sibi ipse constituit, & post iudicium tuum de seipso continuo iudicauit. Remansit ecce cum voce impij traditoris, inefficax pœnitudo facinoris: nec confelsionis meritum obtinuit, sed magis sceleris sarcina impœnitentiæ cumulum congescit. Peccavi, inquit, tradens sanguinem iustum: & proiecta pecunia in templum, abiit, & laqueo se suspendit. Pependit inter cœlum terramque medius vago funere suffocatus, & cum flagitio suo tumefacta noxia viscera crepuerunt, nec cadaueri terra solitam exhibuit sepulturam. Habes Iudæa, quod verè imiteris exemplum: sed digna non eris, quia conceptum perficis sacrilegium. Sedit, inquit, Pilato pro tribunali misit ad eum vxor eius, dicens: Nihil tibi & iusto illi: multa enim passa sum hodie in somnis propter eum. Ecce iudex terretur in coniuge: & vt crimini Iudeorum non præbeat in iudicando consensum: pertulit in vxoris afflictione iudicium. Iudicatur ipse, qui iudicat: torquetur, antequam torqueat: & vt nihil mali in perniciouso operetur insontis, in somnis exagitur vxoris. Iam quid ibi ageret iudicis conscientia, si sic torquebatur & costa? Denique quem vultis, inquit, dimittam vobis, latet sub alio Barrabam, an Iesum, qui dicitur Christus? At illi dixerunt, Barabbam ad hanc. Dicit illis Pilatus: Quid ergo faciam de Iesu, qui dicitur Christus? Dicunt illi: Crucifigatur. Quid agis synagoga damnabilis: Iustum sanguinem ducis ad victimam, & absolui manifestum postulas homicidam? Latronem iudicas innocentem, & innocentem poscis ad crucem. Ille qui te occidit, tuo suffragio morti subtrahitur: & qui mortuos ab inferis suscitauit, te insistente damnatur. Reus fit, qui reus non fuit: & indemnis euadit, qui olim damnari iam debuit. In vtroque rea tenèris, & exitio innocentis, & absolute latronis. Et quanquam sacrilegium impactæ crucis omne nefas excedat: tamen & illi aduersum te iudicium, diem scilicet vltionis expectant, quorum Barabbas latro sanguinem fuderat: quia participasse est scelus homicidij, veniam meruisse latroni. Tunc, inquit, accepit aquam, & lauit manus coram populo, dicens: Mundus ego sum à sanguine huius iusti, vos videtis. Illi autem dixerunt: Sanguis eius super nos, & super filios nostros. O quam bene furor cæcus est, quam digno præcipitio iactaris in insaniam. Quanam excecatio est pertinacissima mentis sic velle alium perdere, vt prior malis ipsa perire? Sub alieno exitio tuos impia iugulas, & in tuam sobolem parricidalem vibras dexteram. Ecce decurrit per tui generis prosapiam nunquam expiandi vena facinoris, & cum crimine radices suæ pullulant iniqua plataria. Egreditur ex metallo vteri sui tam cruenta progenies: & infecta sanguine nascitur infausta posteritas. En qua bona ad hæredes tuos quodam sacrilegij testamentum transmittis: macula sanguinis innocentis te perfundis, & posteros perimis. Pertinaciter quidem in mortem nostri redemptoris insistis: sed crudeliter tuos natos mucrone impietatis extinguis. Quære iam cui possis videri non noxia, quæ erga filios tuos extitisti pertinax parricida. Tunc dimisti illis Barabbam: Iesum verò flagellis caesum tradidit illis, vt eum crucifigerent. Heu me miserum, quibus auribus hoc audio: vel qualiter sensibus meis tam funesta commendo? Ecce dominus meus aptatur ad verbera, ecce iam cæditur: rumpit sanctam crucem violentis flagellorum, & repetitis ictibus

crudelia vulnera scapularum terga conscindunt. Proh dolor, iacet extensus ante hominem deus, & supplicium patitur rei, in quo nullum vestigium peccati potuit inueniri. Ad victimam vita ducitur, & ad crudelissimum mortis occasum addicta pietas euocatur. Ambitur sacrum caput aculeis spinarum, & diuinum verticem pœnalis coronæ pompa circundat. Sed in spinis illis, nostra eum peccata pungebant. Ventum tandem est crucis ad campum, vbi piæ manus terèbrant sacra vulnera, & compaginem palmarum rumpit violentior foratura clauorum. Crux clauis configitur, & effossa vestigia, pœnalibusque alligata impedimentis pedum officia perdidit. Adhæsit quietum corpus stipiti, & immobile lignum inconcussa membra portauit. Fert pœna ipsa pendentem, & tormētis suis nexi artus incumbunt. Sed festinate, oro: & citatis cursibus properate. Sentio enim moliri, nescio quid, creaturam: & intestinis motibus non nihil elementa intelligo parturire. Mihi naturæ ecce propria mundus excidia, & rerum natura inusitato pauore terretur. Dies medius tenebrarum tyrannide discluditur, & perdidit cursum fugitiua lucē fraudatum. Sol abscondit radios suos, & orbem glomeris luminis obscurauit, atque incubatricē noctem dissimulato iure contradictionis admisit. Dies enim non dies est, & nox repentina non nox est. Importuna tenebræ aliena tempora peruaferunt: moriente vero die, nouum dies sensit occasum, Expectabant cuncta elementa exitum proprii conditoris: axem suum mundus extremum vergere cupiebat in litem. Volebat, credo, seculum ire protinus in ruinam, ne authoris sui tacens præteriret iniuriam. At vbi consummatis omnibus sacramentis, sua sponte spiritum quietè cum victoria mortis exposuit: illico rumpuntur sacraria dicata velamina, & in publicum templi secreta mittuntur, vt admisi sacrilegij clandestina machinatio panderetur. Agitur internis terra concussibus: & molis suæ nutante fundamine, fluctuabunda commotione iactatur. Dederunt petra crepitem fragore sonigero, & viscerali motu disrupta saxa crepuerunt. Patuerunt portæ protinus inferorum, & monumentorum secreta clauis proprias perdidit. Vacui facti sunt carceres sepulchrorum, & rediuita corpora dominum agnouerunt.

Eiusdem diui Iohannis Chrysostomi episcopi Constantinopolitani, de proditore & passione dominicæ, in quinta feria passionis, sermo quartus, Incerto interprete.

Sufficiunt quidem fratres ad testimonium venerationis passionis elementorum inopinata turbatio, fuga syderum, terræ inexpertus tremor, solidorum fractura saxorum, pauor insolitus inferorum, & spontanea referatio sepulchrorum. Hæc sola publicant dominum nostrum, hæc maiestatis eius testantur arcanum. Ecce insuper infelix Iudas, etiam traditor, tibi reliquit testimonium facinoris sui, qui supplicium non potuit videre damnati. Et cùm admissum non potuit excusare peccatum, ad se reuocauit cum pecunia sacrilegium. Dixit enim: Peccavi tradens sanguinem iustum. Sed non potuit vitare peccatum. Sic etiam de eo ait spiritus sanctus: Et oratio eius fiat in peccatum: vt in eo quod pœnitentiæ festinauit ad portum, ibi incideret æternum & sine reparatione naufragium. Respondit igitur omnis turba Iudeorum: Sanguis huius super nos, & super filios nostros. Magna planè vis criminis,

Matth. 27. a

Pœnitentiã

intelligit se-

catum: vt in eo quod pœnitentiæ festinauit ad portum, ibi incideret æternum & sine reparatione naufragium. damnatis

asimilem.

Matth. 27. a

criminis, quæ nec prolixitate temporis aboletur, nec seculorum obliuione repellitur. Sanguis hic domini nostri polluit in presenti reos, de futuro obligat nascituros. En Iudæa crudelis, te perpetratum nefas innoxuit, & natos tuos elegio criminis implicauit. Et cum soleat crimen cum perlogia deficere: in te magis crescit, & in posteros tuos sine fide redundat. Ecce dominicus vultus sputamine sacrilego illinitur: maxillas eius impiorum verberant palmæ, cerebrum tundit ictus arundinis, & per omnes currit iniurias atrocitas sæuientis. Portans humeris crucem prætorium egreditur, & tali onere colla innocua prægrauantur. Latus quidem & absque vlla suspitione formidinis moriturus ibat, & nostra peccata in illa cruce portabat. Deinde fel in escam pendenti offertur, & acetum potio in patibulo propinatur. Mirum sanè. Hocce de te Iudæa dominus noster promeruit, qui te in deserto per quadraginta annos panibus angelicis annonauit, & ex petra visceribus, cum sitires, aquæ potus salutaris exhibuit: Et qui aquam in nuptiis, preciosum mutauit in vinum: meruit ne, vt in siti sua abs te acciperet acetum? Inter hæc ecce subito tenebrarum caligine tota passionis indignitas tegitur: & omnis iniuria nouæ noctis obscuritate celatur. Indixit sibi mundus inopinata authoris sui morte funereum lectum, cunctarumque confusio naturarum: & sacrilegium suum non agnoscit cecitas Iudæorum. Rumpuntur sanctuarij scissila velamina, & sacrarij facies sacrilegio spoliante detegitur. Reddunt inferi corpora rediuiua sanctorum: & in occursum authoris inferos penetrantis, temporalem accipiunt beatæ animæ comæatum. Conuenite iam Christianæ gentes, concurrite fidelissimæ nationes. Dominus enim noster non in patibulum crucis, sed in tribunal ascendit: expandit ecce manus, & alas extensas aperuit: non vt crucis supplicio satisfaceret, sed vt nos ex omni orbe ad credulitatem ecclesiæ congregaret.

Exod. 16. d
Ibid. 17. b
Ioan. 2. b.

Eiusdem diuini Ioannis Chrysostomi episcopi Constantinopolitani, de Iudæa proditore, in quinta feria passionis, sermo quintus,

Incerto interprete.

Quotquam virginei partus orbe toto miraculum cæleste resplenduit, & gaudia dominicæ natiuitatis sunt expleta, epiphania quoque procurata est, veneranda solennitas: Dominus discipulis suis passionis suæ prædicat ordinem, eloquitur qualitatem. *Ecce, inquit, ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur summis sacerdotibus, & condemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus, & illudent ei, & conspuent eum, & post tres dies resurget.* Qui futura prædicere potuit, potuit & cauere. Ignaros aduersa præueniunt, non scientes. Pati voluit, qui sponte locum, vbi pateretur, ascendit. Mors inuitis imperat, volentibus seruit. Ergo quod volens moritur, non casus est, sed potestas. *Potestatem habeo, inquit, ponendi animam meam, & potestatem habeo sumendi eam. Nemo tollit eam à me.* Vbi animam ponendi potestas est, & sumendi: ibi moriendi non est necessitas, sed voluntas. Nemo, inquit, tollit eam à me. Si nemo, utique nec mors. Denique nec mors tollere, nec infernus potuit hanc tenere: qua iubente tremens, etiam vincetas animas, quas tenebat, amisit. *Et monumenta, inquit, aperta sunt, & multa corpora sanctorum resurrexerunt.* Sicut nascente Christo conceptus nesciuit ordinem, suum partus non agnouit vsum, non tenuit ius natura: ita moriente eo, ditione tartarus perdidit, quos tenebat. Abiecit

Matth. 20. c

Ioan. 10. d

Matth. 27. f

infernus ius potestatis antiquæ: inueteratæ legis decretum nouo sanctionis ordine mors amisit. Sed ad ceptam redeamus. *Ecce, inquit, ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur summis sacerdotibus, & condemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus, & cætera.* Sciens scientiarum deus, præciebat: quia quæ prauiderat futura, verterentur ad crucis scandalum, ad passionis procellam, ad authoris iniuriam: vt quod terra tremere, paueret cælum, aufereret lux, refugeret sol, horreret infernus, tota moueretur, seque ipsa confunderet creatura. Mundus enim, qui corpore nostro tectam non potuit sufferre deitate, nec nudatam quidem carne portaturus erat, præuidebat: cum cognouisset præsertim tanta, quæ in hominem fuisse diuinitatis iniuriam. His discipulos suos dominus semel & iterum præmonebat: ponens ante oculos eorum, & velut arenam suæ constituens passionis, & inducens in eam quot contumeliarum genera, tot genera bestiarum. Quot spectatores, tot persecutores affuturos esse signabat: qui de conflictu non victoriam, sed voluntatem quærentes de sola morte vincens acclamarent: Crucifige, crucifige. Sic cruces oculos, sic voces funestas ad cælum, immo in cælum vsque leuatur, donec crudelis natio se ac posteros pio dimicantis inuoluerent, & volutarent in sanguine vociferando: Sanguis huius super nos, & super filios nostros. *Filius, inquit, hominis tradetur summis sacerdotibus, & cætera.* Depingebat dominus Iesus passionis suæ spectaculum sapientissime, sic dicendo: Vt hac diu expectata, expectantes discipuli non subiti ponderis falce premerentur, non repentino obruerentur occursum. Animum præcognita parant, confirmant prænunciata, mouent expectata, & nos reddunt per omnia fortiores. Sicut miles de superuentu hostis habet periculum: ita si hostem præsciat, fert triumphum. Rex fortis quauis fortium munitur acinctu, non valet cauere ignota: nota agmina etiam singularis nescit timere bellator. Hinc dominus discipulos suos tempestatem totam passionis suæ antè scire voluit, vt in ipso turbine magnanimes faceret, redderet fortiores. *Ecce ascendimus Hierosolymam, & cætera.* Sicut qui vna vice lapsum magnæ domus suscipit, & ruinam: ita & Christus post magna & multiplicata passionis suæ pondera, vnum resurrectionis suæ supposuit fulcimentum: vt apostolorum fidem iamque lapsum susciperet, & ad æternam dirigeret firmitatem. *Post tres, inquit, dies resurget.* Non satis est abscessus tristis, vbi velocissimus est regressus. Post tres dies hoc abire, sic fuit & redire, vt ibi eum non defuisse perluceat. Deus cum vadit, hic est: & cum hic est, nusquam deest. Iuit Christus, sed ab apostolis non abiit. Accessit ad mortem, sed à vita dominus non discessit. Descendit in infernum, sed non defuit cælo, ipso probante cum dicit: Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, filius hominis qui est in cælo. Nolle mori, est timoris humani: mori & resurgere, est solius deitatis insigne. Et post tres dies: Quare non post quatuor, quare non post quinque, sed post tres: Vt in passione filij, totius trinitatis monstraretur ascensus. Triduum trinitatis loquitur in figuram: quia trinitas, quæ per operationem in principio fecerat hominem, ipsa in fine hominem per Christi reparat passionem. *Faciamus, inquit, hominem.* Ite, inquit, baptizate omnes gètes in nomine patris, & filij, & spiritus sancti in remissionem peccatorum. Si in remissionem peccatorum communis pietatis trinitas: quo modo nõ in passione

Ioan. 2. c
Matth. 12. c

Protopopæus
in mortis.

sione filij totius vna est voluntas trinitatis? Sicut Ionas fuit in ventre ceti tribus diebus, inquit, & tribus noctibus, ita erit filius hominis in corde terræ. In corde dixit: Non dixit, in potestate scilicet terræ: vt terra suum sentiret, agnosceret, tremere, sed non teneret auctorem: obscura susciperet, non de corruptione pulsaret: nec dominicum corpus, partem sui esse iuris crederet terra, sed supernæ socium susciperet maiestatis. Sed mouetur animus, cur pater filium mortem voluerit, vel permiserit sic subire: cur dominus tali & tam contumeliosa morte vitam voluerit reparare mortalium: cur spiritus sanctus consenserit diuinitatem descendere ad tantam carnis iniuriã, adeo vt plures de scandalo pereant, quàm de credulitate saluentur. Nasci & mori dominum, non capiet mens humana. Fratres hæc si scire volumus, hodie differamus: vt inquisitioni maximè sermo latior, ipso Christo satisfaciendo respondeat.

Eiusdem diuini Ioannis Chrysostomi episcopi Constantinopolitani, de passione domini, sermo sextus,

Incerto interprete.

Roxime cum dominicæ passionis multas & acerbas contumelias audiremus, cogitatione subito incidimus in illud: Quare deus, qui totum quod habet cælum, quod terra portat, quod capit mare, quod tartarus, sciebat: iussu fecit, imperio distinxit, mundum totum composuit ad decorem: & hic, vt sententiam mortis solueret, imbrem sacrati sanguinis defudauit. Origo rerum, author naturæ, quare nasci voluit, nisi quia mori voluit? Quare deus carnis imbecillia suscepit, nisi quia carnis elegit iniurias: Quare totius dominus creaturæ, formam seruitutis intrauit, nisi vt totas seruitutis iniurias sustineret? Ad iudicari iudex, cognitor diligit addici, quando se à perditis passus est iudicari. Quæ patiendi necessitas, vbi saluandi inest, & possibilitas, & potestas? Aut quæ ibi moriendi causa est, cui viuificandi virtus est & facultas? *Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur summis sacerdotibus, & condemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus, & illudent ei, & conspuent eum, & post tres dies resurget.* Ascendimus Hierosolymam, vt in die Paschæ ad passionis pompam, & ad spectaculum mortis, atque scandalum crucis, Iudæicæ vrbeis vniuersitas cõueniret. Non sufficit passio communis, non mors secreta, non mors simplex, non mors morti similis: nisi vt quanta erat patientia singularitatis, tanta esset & singularitas passionis. Actum est, vt author seculi, seculo teste moreretur, & à mundo mundi dominus, antè per pœnam, quàm per gloriam nosceretur. Pax cœli traditur doli osculo, tenetur tenens omnia, alligatur omnium nexu. Ducitur attrahens vniuersa. A falso veritas accusatur: sistitur, cui assistent omnia. Iudæi gentibus tradunt, reddunt gètes Iudæis. Herodi mittit Pilatus, remittit Herodes Pilato: si que commercium fit impietatis pietas, sanctitas in nundinam crudelitatis perducitur. Flagellatur remissio, condemnatur venia: illuditur maiestas, irridetur virtus. Perfunditur largitor imbrium sputis: clausis ferri, cœli strator affigitur. Mellis dator, cibatur felle: propinator fontium, potatur aceto. Et cum iam nil restet ex pœnis, mors refugit, mors moratur, quia suum ibi esse nihil sentit. Suspecta est vetustate nouitas: hunc enim primum, hunc solum vidit hominem peccati nescium, noxa liberum, iuris sui legibus nil debentem. Miratur in terra, quem de terrenis conspicit nil habere.

Tomus tertius.

re. Primus, inquit, homo de terra terrenus: secundus homo de cælo cælestis. Accidit tamen confœderata Iudæica mors furori, & desperata tunc vita, & angit, & inuadit auctorem, volens potius se perire totam, quàm tantam perdere prædam. Sed iam, quæ promissa sunt, inchoemus: quare ad mortem, & ad talem mortem deus pater miserit filium suum: quare tam contumeliosæ succubuerit passioni: quare spiritus sanctus conregnantem vnam sibi deitatem Christum, ad tantam carnis iniuriam permiserit peruenire. Orate fratres, vt dignatione qua passus est, passionis suæ reuelet arcanum, & causam vobis omnibus tam sacratæ mortis inspiret. Primum quidem nobis est intuendum. Rex quando gloriosior, quando indutus purpura, diademate decorus, aspersus auro, solio sublimis: ad pompam tamen non parat ire, sed hæc in secreto fiunt: an quando in campum conueniens vultu & honore vltimus, periculis primus, onustus ferro, grauis armis, pro patria, pro ciuibus, pro liberis, pro vita omnium premit hostem: discrimina despicit, contemnit vulnera, ipsam libens mortem suorum suscipit ad salutem: vt maiorem contemptu mortis, quàm de ipso hoste victoriam referat & triumphum? Et quare displicet, si Christus de sinu patris, de deitatis secreto ad nostram seruitutem venit: vt nos suæ redderet libertati, nostram mortem suscepit, vt nos eius morte viuereamus? Quando quidem per despectum mortis, mortales in deos retulit, nos cælestibus æstimans. Et quo modo deus Christum ad iniuriam vocat tantam: sic homines tantam tollit, & extollit ad gloriam. Sed dicit aliquis: Habet hoc necessitas humana, diuina non habet hoc potestas. Verum dicis: Diuina non habet hoc potestas, sed necessitudo habet, & recipit hoc diuina. Nemo, inquit, habet maiorem charitatem, quàm vt quis animam suam ponat pro amicis suis. Miraris si pro nobis posuit, quod suscepit ex nobis: qui fecit propter nos tanta, & talia largitus est nobis? Quantum virtus potestas ac magnificentia creantis operum contemplatione lucebat: tantum latebat dilectio dei, tantoque dei charitas habebatur obscurior. Subiectis dare, donare seruis, est assuetum donantis indicium: pati pro subiectis, pro seruis mori: insigne est charitatis immentæ documentum, singularis est hoc amoris argumentum. Commendat, inquit, apostolus, charitatem suam deus in nobis: quia cum impij tantum essemus, Christus pro nobis mortuus est. Et alibi: Sic dilexit deus hunc mundum, vt filium suum vniuersum genuit traderet. Præstet quiuis beneficia, largiatur dona, sit benefactor in prosperis, diligit obsequentes: nunquid illi poterit cõparari, qui in se suorum suscepit necessitates, qui se periculis anteponebat suorum, qui se pro suis, dat pœnis, corpus obiecit morti, vt illos neci subtrahat, illos referuet ad vitam? Aduersis probatur amor, affectio pensatur periculis. Pœnis examinatur dilectio, morte perfecta charitas innuitur. Hinc est quod Christus intrat carnis iniuriam, subit contumelias passionum, pœnarum genera percurrit, mortem suscepit per amarum: quia damnari voluit, qui quod fecerat, sic amauit. Deitatis autem non est voluntas hæc noua. Antiquæ legis prima vox hoc quæsiuit. Diliges, inquit, dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua: quia vera dominatio est ipsa: quæ amore imperat, non timore: quæ per affectum sibi, & corpora subdit & corda: quæ amando non in vitam, sed voluntariam sibi instruit seruitutem. Ergo hæc prima causa est dominicæ passionis: quia sciri voluit, quantum amaret hominem

1. Cor. 15. f

Questioni
solutio à s.
mili.

Ioan. 15. b

Roma. 5. b

Ioan. 3. b

Deuter. 6. a

A iij deus,

Math. 5. b

Ibidem. c

Roma. 8. f

1. Cor. 15. c

10. an. 13. c

deus, qui plus amari voluit, quàm timeri. Secunda causa est, vt sententiam mortis, quam iuste dederat, iustius aboleret. Statum suum deus patiendo implere voluit, ne compelleret imperando, sicut fatetur ipse: Non veni legem soluere, sed adimplere. Irrita videtur bonorum promissio, quæ a deo velut ex pacto bonis facta est: si quæ ab ipso malis constituta sunt, pœna evanescent. Porro iota vnum, inquit, aut vnus apex de lege nõ peribit, donec omnia fiant. Apertè sibi persuadeat, quicumque sapit: qui sentit, intelligat: Si propter sententiam suam proprio filio nõ pepercit, contra sententiam suã, cui possit ignoscere: qui mentiri nescit, nec nouit contra, quam præscripsit, legè ignoscere? Ergo, quia primus homo ad iudicantem deo de reatu incurerat mortem, & eam delegauit suo generi, transmisit ad posteros: quia corpore iam mortalis generaret, & morti obnoxios, non liberos, non absolutos, sed addictos: venit de cœlo secundus homo, venit solus peccati nescius, venit solus reatus nostri alienus, venit qui peccato nihil debebat & morti, venit vt fieret iter mortuos liber, vt mors morte damnaretur. Quæ rapere iussa reos, innocentia ipsum persuadere præsumpsit authorem: vt sic transiret ad mortem reatus hominis, hominum innocentia rediret, & mors præuaricatrix facta addiceretur Christo: cui antè Adam fuerat præuaricator addictus, esset Christi origo noua, origo vitalis, pater viuentium, sicut dixit apostolus: Sicut in Adã omnes moriebamur, sic omnes viuamus, & viuificemur in Christo. Et quia multæ causæ sunt dominicæ passionis, & noster iam claudendus est sermo: hodie differamus, ne obscuret festina discussio, quod latior poterit aperire tractatus.

De prodicione Iudæ, homilia. Incerto interprete.

Paucis hodie necessarium est fratres tractare vobiscum. Et ideo paucis, non quia vobis latus sermo sacerdotis horrescit, nec enim aliã urbem tam auidam spiritaliũ reperies lectionum: sed quia ad mysteriorum sacram ac venerabilem celebrationem festinare multos inspicio. Vt igitur & cœlestis mensæ satietate perfruantur, & nostro sermone non careant, tractatus congruè temperetur, vt mea verba vestris cordibus sociantes, cum debita reuerentia mysterij deitatis arcanum audiat. Hodie dilectissimi fratres, dominus noster Iesus Christus traditus est, nam proximante vespera Iudæi eum acceperunt. Sed te non verbum traditionis cõtristet auditum, nec cum perceperis quòd Iesus tradit⁹ est dolore mouearis: imò vt doleas suadeo, prædico vt lachrymis, & vt nimia te lamentatione contristes exhortor. Sed ne proditum lugeas, ne traditum fleas, sed proditoris factum ingemisce, & futura eius lamentare supplicia. Nam proditus Christus orbem liberauit vniuersum: proditor gehennam meruit possidere. Traditus in cœlis patris sedet in dextera: traditor autem apud inferos collocatus, tormenta debita sceleratus expectat, & ideo lugendus est. Nam & dominus noster illius delictum lachrymatus est, vt ait euangelista: Et cum vidisset eum, turbatus est, & dixit: Vnus ex vobis tradet me. Quanta misericordia domini? traditus pro traditore dolet, proditus pro proditore turbatur. Et cum vidisset eum, dixit: Vnus ex vobis tradet me. Simul & suæ misericordia ostendit potestatem, & nos docet non eos qui mala patiuntur, sed eos qui mala committunt, debere miseris & dignos fletibus æstimari. Hoc enim peius est, imò illud penitus malum non est. Nam malum pati,

malum non est: malum facere, malum est. Et ideo malorum sustentatio, cœlorum regnum nobis pollicetur: malorum autem commissio gehennam minatur, & tormenta promittit. Beati nanque ait, qui persecutionem patiuntur propter iusticiam, quia ipsorum est regnum cœlorum. Vides, quòd malorum perpessio mercedem sperat, & sufferentia suæ præmium cœlorum meruit regnum: Audi malum committere quanta supplicia præparare consuevit. Nam Paulus dicens de Iudæis, quoniam quidem dominum occiderunt, & prophetas persecuti sunt, in sequentibus ait: Quorum finis erit secundum opera illorum. Vides, quòd regnum perfectionem perpessi sortiuntur, & iram persecutores promerentur, & hæc sine ratione processit oratio: nec inaniter verba prolata sunt, sed vt circa aduersarios nostros iracundiam temperemus, & patienter eos toleremus, & magis eorum gesta doleamus. Illi enim vere mala patiuntur, qui nobis mente insidiantur aduersa: sed & pro illis diuinam clementiam exorare poterimus, si tamen talis anima nostra præparatur, vt possit conuersationis suæ merito aliis quoque prodesse. Et vt pro inimicis vestris oretis, quatrindua commonitione depono, vt assidua persuasione verba mea cordibus vestris inhæreant, vt continuatione sermonis pectoribus vestris ira sublata, furoris tumore sedato, benignitatis remedio temperetur. Nam Christus non tantum inimicis nostris consuluit, sed & nobis voluit esse consultum. Cum aduersariis nostris peccata laxamus: maius enim beneficium, cum concedis, agnoscis: & cum de inimici culpa dissimulas, de tuis delictis solita benignitate dominus exoratur, & inimici peccata solatium venia promerentur. Et audi Heli dicentem ad filios suos: Si peccans peccauerit homo in hominem, orabunt pro eo ad dominum: si autem in deum peccauerit homo, quis orabit pro eo: Vides, quòd illud vulnus faciliè nec oratione sanatur. & quod oratione non soluitur, cum peccatum concesseris inimico, tibi quoque donatur. Vnde decem milia talentorum in deum peccata dicta sunt, & centum denarij ita nuncupantur. Dimitte, inquit, centum denarios, vt decem milia talenta dimittantur tibi. Sed de ratione inimicorum abundanter hucusque processit oratio: sed si placet, ad tractatum prodicionis redeamus. Tunc abiit vnus de duodecim Iudas Iscariotes ad principes sacerdotum, & ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego vobis tradam eum? Hæc verba percepta simpliciter aperta monstrantur, & auribus minus curiosis ingesta, plana putantur. Sed si quis ea diligentis sollicitudine scrutari tentauerit, in singulis multam reperiet quæstionem, & primum tempus inspicendum est: nec enim illud inaniter euangelista monstrauit. Non enim simpliciter abiit, sed addidit, & tunc. Tunc, inquit, abiit. Tunc, quando audiam: tunc, quando cognoscam, & cur tempus diligenter ostendis, quid me docere disponis: non enim, Tunc, verbum inaniter addidisti, spiritus admonitione loqueris, diuino prouocaris instinctu, nec à te verba passim funduntur. Quid igitur, tunc, est? Ante prodicionis tempus, ante traditionis horam accessit meretrix, vas alabastrum manibus portans, & vnguentum domini supra caput effudit. Grandem fidem, multam reuerentiam, mirandam correptionem ostendit. Paulo antè meretrix subito pudica processit, & profundis obruta peccatis, portum serenitatis agnouit. Et quando prostituta lupanar exiuit, tunc discipulus gehennam intravit: quando illa mercedem sui corporis abdicabat, tunc iste precium magistris sanguinis

1. Cor. 10. c

Luc. 6. c

Math. 10. et Mar. 6. b

sanguinis postulabat: quando illi osculabatur pedes vt susciperetur, tunc iste domini labia osculabatur, vt proderet. Ideo dixit, tunc, vt non magistrum infirmitate accuses, quando discipulum reperis proditorum. Magis etenim virtutem doctoris ostendit, qui & meretricem ad obediendum suo magisterio conuolare perfecit. Quid igitur? Qui meretricum mores voluit commutare, discipulum non potuit retinere? Valde, inquam, & incunctanter valuit retinere, sed necessitate nolebat bonum efficere, nec vi trahere ad se curabat. Tunc abiit, & hoc dabat nimiam difficultatis quæstionem, & ignaros profunda disputatione conturbat. Abiit, inquit, non inuitatus à principibus sacerdotum, nulla necessitate constrictus, spontè processit, & propria malignitate consilium genuit scelerate mentis nullo particeps conuocato. Tunc abiit vnus ex duodecim. Et hoc auget delictum detestabile proditoris. Nam & alij discipuli erant, qui fuerunt numero septuaginta, sed illi non tam manifestè, nec tanta confidentia sociati, nec illis interiora decreta commissa sunt. Isti autem duodecim fuerunt probati, hæc erat caterua regalis. De hoc choro Iudas egressus est, de hac conuersatione proditor malignus exiit. Et ideo ne quemlibet discipulum arbitreris, dicto numero, gradum discipulatus ostendit. Et non pudet Matthæum ista conscribere, vt discas eum in omnibus seruare veritatem, nec celare ea, quæ iniuriam referre putantur. Ea verò quæ vel iniuriosa demonstrantur, ipsam domini misericordiam, clementiamque declarant: qui proditorum suum, latronem sceleratum tantis beneficiis ampliauit, & vsque ad ipsum prodicionis tempus solitis admonitionibus tolerauit. Nam admonebat, suadebat, & omni studio eum sanare curabat: sed si ille sermonem respuit, si tanti magistris verba cõtempserit, Christus causatio est, & meretrix testis est, quæ de sua fuit liberatione sollicita. Non ergo videndo meretricem de tua liberatione desperes, sed & Iudam cogitando non debes esse securus. Vtrumque enim periculosum est, & confidentia & desperatio. Nam confidentia stantem euertit, & iterum desperatio post lapsum non admittit exurgere. Et ideo Paulus exhortatur, dicens: Qui se putat stare, videat ne cadat, habens exemplum vtriusque personæ. Discipulus cum se stare putaret, cecidit: meretrix, cum se cecidisse arbitraretur, exurrexit. Mens humana facile labitur, & omnibus mutabilis sensus est, & ideo nos vndique tutari properemus. Tunc abiit vnus de duodecim Iudas, qui dicitur Iscariotes. Quid mihi eius patriam dicis? Vtinam ipsum quoque nescire licuisset. Iudas qui dicitur Iscariotes. Alter erat discipulus, qui Iudas Iacobi zelotes dicebatur. Et ne appellatione cognominis, fiat confusio personarum: nec errore nominis proditor protegatur, propterea hunc ab illo separauit, & illum quidem de animi sui virtute nuncupauit: istius malicia nomen abscondit. Et ideo non dixit Iudas proditor, vt te doceat detractiones nescire, & accusationes declinare. Tunc abiit vnus ex duodecim ad principes sacerdotum, & dixit eis: Quid vultis mihi dare, & ego vobis tradam eum? O puniendæ vocis temeritas. O supplicium voluntatis. Prodicionis verba funduntur, de quæstu pacta tractantur. Quid vultis mihi dare, & ego vobis tradam eum? Dic Iudas omnium sceleratissime, hæc te magister edocuit: hæc tibi tantus doctor ostendit? Ideo diuinitas debere te contemnere prædicabat: ideo admonebat, dicens: Ne possideatis aurum, aut argètum, aut æs in zonis vestris: vbi

Tomus tertius.

Math. 5. f & Luc. 6. d

1. Tim. 6. b

10. an. 18. d

10. an. 13. c

Liberum arbitrium.

que tibi auidam cupiditatem pecuniarum excludens, non hæc tibi persuadebat dicens: Si quis te percusserit in dextram maxillam, præbe illi & aliam? Quid vultis mihi dare? O crudelitas, Et ego vobis tradam eum. Dic mihi, quæ causa prodicionis est: Tradis magistrum, scilicet laceratus, audiam læsionem tuam. Forstian quòd tibi dæmonum tradidit potestatem, quòd fecit languentibus subuenire, quòd mortuos resuscitare didicisti. Has beneficiorum vices exoluis. Quid vultis mihi dare, & ego vobis tradam eum? O dementia, imò cupiditas proditoris. Cuncta enim mala cupiditas procreauit, hæc affectatus magistrum tradidit Iudas. Nam cupiditas huiusmodi sortita est naturam, captiuas animas retinet, & omnibus nodis alligatas adstringit, & rerum obliuionem imponit, & alienationem mentis ostendit. Et auidè Iudas captus cupiditatis infania, quanta beneficia respuit, conuersationis, mensæ, discipulatus, admonitionis, suasionis oblitus est, frænis cupiditatis impeditus. Et ideo Paulus radicem omnium malorum cupiditatem nominat. Quid vultis mihi dare, & ego vobis tradam eum? O verbum totius superbia, quod non hæsit in faucibus: tradis eum qui cuncta conseruat, qui dæmonibus imperat, cui optemperant maria, cui omnes subiacent potestates? Vt igitur vltro se traditum fuisse demonstraret, audi quid fecerit eodem tempore, cum ad inuestigandum eum venerant cum faculis & lampadibus, ab ipso interrogantur, vt quem quærent demonstraretur, & eum scire non poterant, & Iudas qui ad demonstrandum venerat, etiam tanta flamma lucente prodendum videre non valuit, & ideo euangelista ait: Lampades & lumen habuerunt, & non videbant eum. Et Christus eis diebus singulis prædicabat, quòd eum latere non poterat proditurus, sed nec apertè eum omnibus publicabat, ne impudentiorem faceret: nec penitus silentio præteribat, ne celari arbitratus, audacter ad prodicionem properaret. Et ideo frequenti admonitione clamat: Vnus ex vobis tradet me. Nec tamen magister piissimus publicabat, & de gehenna fuit sapissime locutus, & de cœlorum regno tractauit assidue, vtriusque meritum frequenter edocuit: & quod peccatoribus constitutum est, & quod non peccantibus præparatum ostendit. Sed hæc omnia crudelis ille contempsit, & deus illum non traxit inuitum. Et quoniã bona atque mala in nostra deus posuit potestate, electionis liberum donauit arbitrium. Et nos inuitos non retinet, sed volentes amplectitur. Nam non spontè bonus maliciam nõ amittit. Et ideo Iudas nimia cupiditatis præcipitatus ardore, cæca quadam improuisione deceptus, suam vendidit animam. Et suæ salutis mercator exiit, & ait: Quid vultis mihi dare, & ego vobis tradam eum? Et vt virtutem Christi etiam in hac parte cognoscas, cum ad capiendam eum aduenissent, vocè eius minimè tolerare potuerunt, sed omnes territi ceciderunt. Et quoniam nihilominus in sua impudentia perdurabant, ipse se vltro commisit, ipse se tradidit. Et hæc diximus, vt Christum nullus accuset, cur Iudæ cogitationem non mutauit aduersam: sed si quis hoc dixerit, audiet Iudas quemadmodum corrigi potuit, spontè an inuitus: Si inuitus, nulla correctio est, nam mentis malicia necessitate non tollitur: si spontè, omnia quæ meliorare animum poterant, audisse cognoscitur. Et si remedium respuit, non medicum vicium est, sed languentis. Et vt scias eius crimen esse quòd prodidit, non magistris, sapius deus de prodicione prædixit, & totius eum philosophiæ præcepto & sermone

A iij mone

mone docuit, & rebus ostendit. Dederat ei dæmonum A potestatem, gehennæ tormenta monstravit, cælorum regna promisit, secreta mentis eius & prædicebat, & nõ publicabat. Pedes eius cum aliis lauit, mensæ fecit participem, nihil penitus prætermisit: sed ille in malicia spõte duravit, & omnibus admonitionibus spretis, proditor malignus emerfit. Et ut eum posse mutari, sed corrigi noluisse cognoscas, postquam eum tradidit, iactavit triginta denarios, & ait: Peccaui, tradēs sanguinem innocentis. Quid est quando ab eo mirabilia gerebatur, & rebus ostenditur, non dixisti, peccaui, tradēs sanguinem: sed, quid vultis mihi dare, & ego vobis tradam eum? Et post factum scelus, post commissum delictum, post completam proditionem, post perfectum peccatū, cognouisti peccatum. Ex hac re dilectissimi fratres edocemur, quod negligentibus & desidiosis facile admonitio prodesse non poterit: studiosis autem, etiam ad B admonitione cessante, multum commoditatis accedit. Nam & iste quando magister admonebat, non flectebatur: & quando nullus admonuit, excitata conscientia, scelus cognouit admissum, & proiecit triginta denarios. Quid vultis mihi dare, & ego vobis tradam eum? Et statuerunt, inquit, ei triginta denarios. Dederūt precium sanguinis, qui precium non habebat. Quid accepisti Iudæ: triginta denarios: Christus grat⁹ aduenit sanguinem suum pro communi salute futurus, & tu de sanguine crudelia pacta componis: quid enim crudelius isto contractu: Tunc aduenerunt discipuli, tunc hæc gerebantur, quando Iudas de traditione tractabat, proximi C mant discipuli eius, & dicunt: Vbi vis paremus tibi comedere Pascha? Vide discipulos, vide discipulum. Isti sunt de præparatione solliciti, ille dominici sanguinis mercator existit: illi cogitabant obsequiū seruitutis, iste sceleris sponsiones exposcit. O discipuli perdita mens. Vna cum illis magistri admonitionis præcepta didicit, pariter beneficia perceperunt, simul eius miracula cognouerunt. Et iste solus crimen sua sponte cõcepit. Vbi vis paremus tibi manducare Pascha? Hodierna vespera tunc fuit. Et quia dominus habitaculum non habebat, ideo ad eum dicunt: Vbi vis paremus tibi comedere Pascha? Non habemus domicilium, non habemus tabernaculum præparatum, susceptaculum non est. Audiant quibus ædificandarum domorum cura est, & ambitiosarum porticum cogitatur instructio, quos preciosorum marmorum pompa delectat, & laquearium fulgētis auri conclusio. Cognoscant Christum omnium dominum, quod locū in quo caput reclinaret, non habuit. Et ideo eum discipuli interrogant, & dicunt: Vbi vis paremus tibi comedere Pascha? Non illud quod nostrū D est, sed interim Iudæorum: & illud quidē discipuli præparabant. Istud autem quod nostrum ipse constituit, & non solum constituit, sed & ipse factus est Pascha: Vbi vis paremus tibi māducare Pascha? Illud Iudaicum fuit Pascha, illud in Aegypto sumpsit exordium. Et cur illud Christus manducauit? scilicet quia omnia quæ sunt legis adimpleuit. Nam quādo baptizabatur, dicebat: Sic enim decet nos implere omnē iusticiam. Veni, inquit, de legis maledictione eximere homines. Nam deus misit filium suum natum de muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant, redimeret: & ipsi legi requiem daret. Et ut nemo dicat, quod ideo eam euacuauit, quia eam complere ut molestam & arduam non valuit, ipse prius eam compleuit, & sic fecit requiescere. Ideo & Pascha fecit, ex ipsius enim præceptione causa fuit: & cuius causa lex præcepit manducari Pascha, audiamus: Iudæi

circa deum bonorum sibi omnium largitorem fuerunt effrænata diffidentia contumaces, & eius beneficia oblivione præteribant. Nam post Aegypti profectioem, viderunt conscindi maria, & denuo cõuenire, & alia multa mirabilia, & dicunt: Faciamus nobis deos, qui nos antecedant. Adhuc inspicias quod miraris, & oblitus es largitoris? Quia igitur insensatores & contumaces erant, festiuitatis celebratione beneficiorum memoriam roborauit, & ideo Pascha sacrificari præcepit, ut si te filius tuus ipsius Paschæ interrogauerit rationem, respõdeas, quod aliquando in Aegypto cum mortis portitor speraretur, maiores nostri ne euersionem sustinerent, potestates huius agni sanguine linierunt: & vastator angelus adueniens, cum videret illaturus plagam, non audebat intrare: & illa festiuitas perpetuam beneficij memoriã tribuebat. Sed per hoc etiam aliud maius beneficium monstrabatur, quod ille agnus futuri agni fuit typus: & ille sanguis, dominici sanguinis monstrabat aduetum: & ovis illa fuit spiritalis ouis exemplum: ille agnus vmbra fuit, hic veritas. Sed postquam sol iusticiæ radiavit, vmbra soluitur luce. Et ideo in ipsa mensa vtrunque Pascha & typi & veritatis celebratum est. Nam sicut pictores pingēdam tabulam vestigiis quibusdam adumbrare consueverunt, & sic colorum varietate perficere: ita & Christus fecit in mensa: & typū Paschæ descripsit, & Pascha veritatis ostendit. Vbi vis paremus tibi manducare Pascha: Iudaicum Pascha erat, sed vmbra lumini cedat: aduectata imago veritate superetur. Hæc ad Iudæos dico, qui se Pascha celebrare arbitrantur, qui impudenti menti proponunt azyma tanquam qui corda non habebant circuncisa. Responde mihi Iudæ, qua fronte celebras Pascha? Templum euersum est, ara contracta, conculcata sunt sancta sanctorum, omne sublatum est sacrificium: & tu nimia temeritate committis illicita? Ingressus fuisti aliquando Babylonem, & captiuantes te dicentes: audisti, Cantate nobis canticum domini, & non obtemperabas. Hæc ostendens David dicebat: Super flumina Babylonis ibi sedimus & fleuimus, in salicibus in medio eius, ibi suspendimus organa nostra: id est, citharam, psalterium, lyram, & cætera. His enim Iudæi utebantur, & psalmos istorum sono coniuncto cantabant. Et hæc sua in captiuitate portabant, non ad vsum consuetum, sed ut conuersationis patriæ monumenta retinerent. Nam ait: Ibi interrogauerunt nos, qui captiuauerunt nos, verba cantionum. Diximus, quemadmodum cantabimus canticum domini in terra aliena: Quid agis? Canticum domini non cantas in terra aliena, & Pascha domini celebras in terra aliena? Vidisti contumaciam, vidisti dementiam, vidisti mentis insaniam? Quando præceptis hostium cogebantur, nec psalmum dicere ausi sunt in terra aliena, & nunc nullo cogente, suo arbitrio propria voluntate contra deum præparant bellum. Vides, quod immunda sunt eorum azyma, quod illicita festiuitas, quod non Pascha Iudaicum: & fuit quidem aliquando Pascha Iudaicum, sed exemptum & euacuatum est Paschæ spiritalis aduetu, quod Christus tradidit. Nam cum manducarent, inquit, & biberent, accepit panem, & fregit, & dixit: Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Agnoscunt quid loquor, qui sunt diuinis consecrati mysteriis. Et iterum accepit calicem, & dixit: Hic est sanguis meus, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorū. Et præsens Iudas erat ista Christo dicente, iste est sanguis. Dic Iudas, quæ triginta denariis vëdidisti, iste est sanguis de quo antè cum Phariseis pacta

pacta fecisti: O Christi misericordia, ô Iudæ dementia. Ille eum triginta denariis pacifcebatur, ut venderet, & Christus ei sanguinem quem vendidit offerebat, ut haberet remissionem peccatorum, si tamen impius existere noluisse: nam astuit Iudas, & illius sacrificij communicationem meruit. Et pedes eius quando aliorum discipulorum lauit, ut excusationem suæ maliciæ non haberet, sed ille detestandus suæ mentis insidias cogitabat. Sed iam nos ad terribilem mensam cum debita reuerentia, cum congrua vigilantia opportunum tempus inuitat: nullus ibi Iudas reperitur, nullus malignus accedat, nullus veneno pūgatur, nec fucata verba lingua proferantur, nec insidiæ mente cõdantur, sed quod voluntas possidet, sermo declaret. Et nunc ille præsto est Christus, qui illam ornauit mensam, ipse istam quoque consecrat. Non enim homo est, qui proposita de consecratione mensæ domini corpus Christi facit, & sanguinem: sed ille qui crucifixus pro nobis est Christus. Sacerdotis ore verba proferuntur, & dei virtute conferantur, & gratia. Hoc est, ait, corpus meum: hoc verbo proposita consecrantur. Et sicut illa vox quæ dixit: Crescite & multiplicamini, & replete terram, semel quidē dicta est, sed omni tempore sentit effectum ad generationem operante natura: ita & vox illa semel quidem dicta est, sed per omnes mensas ecclesiæ vsque ad hodiernam diem, & vsque ad eius aduentum præstat sacrificio firmitatem. Nullus igitur fictus accedat, nullus fucato animo tantis audeat mysteriis proximare, ne cõdemnetur, & sententiam mereatur, & quod Iudas sustinuit, patiatur. Nam in illum post communicationem mensæ diabolus intravit, non quia cõtemperat dominicum corpus, sed quia impudentia Iudæ & malignitas mentis, ut aduersarius in eo habitaret, effecit, ut discas C quod indigna, & fucata mente mysteriorum secreta celebrantibus, à diabolo præparantur insidiæ, & magis ac magis assimulantur eis, qui non æquo animo communicare festinant: & hæc dico, nõ ut vos terream, sed ut cautiore efficiam. Nemo sit Iudas in mensa, hoc sacrificium cibus spiritalis est. Nam sicut corporalis cibus cū ventrem inuenerit aduersis humoribus occupatum, & amplius ledit, magis nocet, & nullum præstat auxilium: ita & iste spiritalis cibus, si aliquem repererit malignitate pollutum, magis eum perdet, non sua natura, sed accipientis vicio. Pura igitur mens in omnibus, pura cogitatio, quia & sacrificium purum est. Sanctam animam præparemus: & hoc non multo tempore, sed vna corrigitur die. Nam si tibi contra inimicum tuum dolor est, solue iram, inimicicias laxa, ut remedium de mēsa percipias. Ad sanctum ac terribile sacrificiū prope- D ras, erubescere oblationis arcana, occisus propositus Christus est: & cur occisus est videamus: ut cœlestia pacifcet, ut in terra reconciliet vniuersa, ut amicum te constituat angelorum, ut deo societ habenti omnium potestatem. Animā suam pro te dominus dedit, & tu inimicus conseruo perduras, & cum hoc animo ad mensam pacis accedis. Ille ne mori quidem pro tua utilitate recusauit, & tu nec iram tuam conseruo pro tua liberatione concedis. Sed forsitan dicis, Ab inimico fraudatus sum, multis me læsit dispendiis, magnis me detrimētis oneravit. Quicquid dixeris: pecuniarum vertitur causa. Non te crucifixit, sicut Iudæi Christum, & tamen ille effusum sanguinem ad salutem eorum, qui effuderunt, larga pietate concessit. Inimicum deo est tumidum pectus, & audi quid ait: Quando offers munus tuum super altare, & ibi memor fueris adstans in altari,

quia habet frater tuus aliquid aduersum te, dimitte donum super altare, & vade reconciliare fratri tuo. Merito nostræ reconciliationis causa hoc sacrificium constitutum est. Et si sacrificij præcepta contempseris, sacrificij remedium sentire non poteris. Comple illud, cuius causa sacrificium factum est, ut sacrificio perfruaris. Ideo dei filius aduenit, ut humanam naturam dominicæ reconciliet pietati: ideo & nos cum hæc facimus, suo facit vocabulo nuncupari. Beati, inquit, pacifici, quoniã Matt. 5. a filij dei vocabuntur. Hoc enim facis, quod dei filius fecit, si & tibi, & alij pacis volueris author existere: ideo te vocat filium dei, ideo in sacrificij celebratione nihil aliud, nisi de fratris recõciliatione commonuit. Adhuc vellem dilectissimi fratres plura tractare, & extenso sermone orationis meæ verba protrahere, sed hæc dicta sufficiunt suis cordibus volentibus intimare. Hęc igitur B mentibus inhæreant, & in animis vestris glutinata perdurent. Sanctum osculum teneamus, quod animas sociat, reconciliet mentes, & vnum corpus ostēdit. Quia vnum corpus omnes videmus esse fortiti, & ideo miscemus nos in vno corpore: non corporum commixtione, sed animarum charitate deuincti, ut sic diuinæ mensæ possimus fructibus sociari. Nam etsi multis bonis conscientis abundemus, reconciliatione contempta, nullum possumus solatium promereri. His igitur animaduersis cum omni simplicitate mysteria celebremus, & accedamus ad mensam Christi, cum quo patri omnis gloria, honor, virtus, vna cum spiritu sancto, in secula seculorum, Amen.

Diui Ioannis Chrysostomi de latrone sermo, Incerto interprete.

Etio Euangelij docet nos, quemadmodum multi peccata sua domino cõfuentes, cito possint veniam promereri. Vnde exemplum accipiamus fratres charissimi latronis illius, qui cum domino fuerat crucifixus. Qui cum in pœnis esset pro suis facinoribus affixus: non sui curam habebat, sed domino propria peccata pandebat: dicente scriptura, Confessio & pulchritudo in conspectu eius. Fœdauerant illū propria facinora: sed confessio ei paradysum patefecit, dicente domino: Amen dico tibi, hodie mecū eris in paradiso. Paradysum enim fratres mei quinque vel eo amplius milia annorum fuisse præclusum, scriptura testatur. Et illa primi hominis transgressione procurante, exinde nõ proiectum, sed dimissum scriptura testatur: & immortalitate carens factus est mortalis, morti subiectus: nunc autem dominus noster, qui propria morte mortē occidit: latroni paradysum patefecit. Vno enim tempore duo beneficia videmus esse concessa. Vnum, in quo paradysum patefecit: alterum, quo latronem in eum introduxit. Hodierna nāque die, antiquam nobis patriam reddidit: paternam ciuitatem ostendit: domū pristinam redonauit. Hodie nanque ait, mecum eris in paradiso. Quid ais ô Christe? Crucifixus es, clavis retineris, & paradysum tam facile polliceris? Volo, inquit, ut in cruce possint meam omnes inuenire virtutem: ut in ligno mea largitas demonstretur. Et quoniam crux dedecoris fuerat signū, & apud omnes ignominia putabatur: crucis infamiam mirandis beneficiis decorauit, & ex hoc magis magisque virtutes eius ostenduntur. Non enim illo in tempore mortuum aliquem reddidit luci, nec mare à suo tumore cõpescuit, nec expulit dæmones: sed cruci suspensus, clavis affixus, omnibus subiugatus, dedecoris succumbens infamiae, insultantium derisione

Matt. 27. b

Matth. 26. b

Ibidem.

Matth. 3. d

Gala. 4. a

Exod.

Exod.

Gene. 1. c

Psalm.

Ibidem.

Ibidem.

Matth.

Lucas.

Matth. 5. c

derisione delusus: latronis auersam mentem valuit commutare, vt ex omni parte eius diuinitas sentiretur. Et enim vniuersam terruit creaturam, & ad meliora conuertit, & honore summo decorauit. Hodie, inquit, mecum eris in paradiso. Sed frama totius ignis ardore succensa versatur: sed ipse qui & ignis, & ipsius gehennæ, & vitæ, mortisque imperiū tenet: ingrediendi concessit potestatem. Si enim homines quibus corporibus medēdī cura est, amplius admiramur: cū ægrotos omni spe desitutatos, arte propria curauerint, & summę reddiderint sanitati: quanto iustius est Christum nostrum admirari, donantem vulneribus sanitatem, publicano & meretrici remedium pollicentem, & eis salutem perpetuam largientem, dignos eos cœlorum amœnitate donare? Sed dicit aliquis, Vnde tanta beatitudo latroni? Quid egit tale, vt post crucem paradysum mereretur? Vis eius citius audire virtutem? Quando eum Petrus negabat in terra, latro cōfitebatur in cruce: primus discipulus puella vilissimę minas tolerare non potuit: & latro suspensus, vndique populum circumstantem despiciens, oculis fidei cœlorum dominum pura mente cognouit, dicens: Memento mei domine, cum veneris in regnum tuum. Nec transitorie istum prætereamus latronem, neque erubescamus talem accipere magistrum: quem nō erubuit dominus noster primum introducere in paradysum. Nec pudeat nos eius magisterium: qui cœlestem conuersationem ante omnes meruit primus. Non dixit ad eum, sicut dixit ad Petrum, Veni, sequere me, & faciam te piscatorem hominum: nec dixit ad eum, sicut ad duodecim discipulos: Sedebitis super duodecim sedes iudicantes duodecim tribus Israël. Nihil admirationis ostendit, non mortuos resuscitauit, dæmones nō fugauit, non martyres prouocauit, nec vllum ei fecit dominus de cœlorum regno sermonem, nihil de gehenna locutus est: & ante omnes eius imperium confiteatur. Nam Iudæi famam gloriāmque eius infamare cupientes, & ex omni parte tentantes vniuersa peruertebant: sed vndique veritas præfulgebat, & illis insultantibus insultabat & latro. Vidisti latronem & latronem, vterque pendet in cruce, vtrique facti similes. Vna in eis conuersatio, sed non vna mentis confessio. Nec eodem vtrique sensu perdurant: nec eis similis donatur euentus. Sed bonus cœli beatitudinem iure hæreditario promeruit: alter inhæsit gehennæ tartaris deputatus. Duo etenim latrones cum domino erant crucifixi: vt impleretur scriptura: Et cum iniquis deputatus est. Vnde vnus insultat, alter adorat. Vnus blasphemat: alter benedicit, & blasphemantem prohibet dicens: Nec deum tu times? Vidisti credulitatem in cruce, vidisti perseverantiam in tormentis, & in pœnis pendentem vidisti magistrum. De cruce subito euolauit ad cœlum, & in pœna positus cœlestis iudicis secreta narrabat. Quod enim sui memor fuit, quod sana mente vigilauit, quod clauorum confixione cōstrictus alium increpabat dicens: Nos quidem iuste, nam digna factis recipimus: hic autem nihil mali fecit: nobis fidei magisterium demonstrauit. Ait ergo: Domine memento mei, cum veneris in regnum tuum. Nisi confessione peccati sarcinam dimisisset, indulgentiam non meruisset. Denique audire meruit, Hodie mecum eris in paradiso. Ecce quantum præstitit confessio, vt sine dilatione introduci latro mereretur in paradysum.

Diui Ioannis Chrysostomi de cruce & latrone, homilia,
Incerto interprete.

Hodierna die noster dominus pendit in cruce, & nos festiuitatem eius nimia læticia celebramus, vt discamus crucem totius spiritalis gratulationis esse substantiam. Etenim ante ipsum vocabulum crucis pœna fuit, sed tunc ad gloriā nuncupatur. Antea cōdemnationis ferēbat horrorem, nunc salutis indicium est. Crux enim nobis totius beatitudinis causa est. Hæc nos a cecitate liberauit erroris, hæc tenebris reddidit luci, hæc debellatos quieti sociauit, hæc alienatos deo coniunxit, hæc longē constitutos deo proximos præsentauit, hæc peregrinantes ciues ostendit, hæc discordiæ amputatio est, hæc pacis firmitamentum, hæc bonorum omnium abunda largitio. Istius causa nullis angustiis deserti erramus, quia iā nobis campi monstrati sunt veritatis. Nec aulis regalibus habitare prohibemur, quia aditus iam videtur inuentus: nec ardentis sagittas diaboli formidamus, quia fontes inuenimus, quibus earū flamma facile possit extingui: ideo viduitate caruimus, quia spōsus expectatus aduenit: Lupum non possumus formidare, bono & diligenti muniti pastore. Ego, inquit, sum pastor bonus. Tyrā-^{Luc. 23. f} ni impij crudelitate non tremur, mansueti regis vestigiis inhæretes. Hac de causa hodie gratulamur, quia crucis beneficia memoramus. Sic & Paulus præcepit propter crucem festiuitatem celebrari: Pascha nostrum immolatus est Christus: diem itaque festum celebremus, non in fermento veteri, neque in fermento maliciæ & nequiciæ, sed in azymis synceritatis & veritatis. Et sic adiunxit causam, quia Pascha nostrū pro nobis immolatus est Christus. Vides crucis intuitu perceptam læticiam? In cruce enim immolatus est Christus: & vbi immolatio, amputatio peccatorum: vbi amputatio peccatorum, reconciliatio domini: vbi reconciliatio domini, ibi festiuitas, & omnis gratulatio. Pascha nostrum pro nobis immolatus est Christus, & immolatus in excelsa cruce. Nouum altare cōstitutum est, & quia sacrificium nouum, atque omnibus inopinatum: nam ipse & sacrificium fuerat, & sacerdos. Sacrificium secundum carnem, sacerdos secundum spiritum sanctitatis. Idem ipse & offerebat, & offerebatur. Offerebat secundum spiritum, offerebatur secundum carnem, & audi quemadmodum Paulus vtrunque monstrauit: Omnis, inquit, pontifex, qui de hominibus accipitur, pro hominibus statuitur. Vnde necessarium est & istum habere aliquid, quod offerat. Vide sacramentum, Ecce ipse se offert. Et alibi ait: Quia Christus semel oblatus multorum abstulit peccata. Ecce hic oblat^{Gen. 3. b} est, sibi se obtulit. Vides quemadmodum fuit & sacrificiū, & sacerdos, & altare crux fuit? Et quare, inquires, non in templo sacrificium illud proferebatur, sed foras ciuitatem? Vt illud impleteretur: quia inter iniquos deputatus est. Et ob quam causam in excelsis? Vt etiam ipsius aëris natura mundetur. Hac de causa in excelsis & non sub tecto, sed sub cœlo, vt vniuersus aër in excelsis immolatur: ovis a tetro odore mundetur. Sed & terra simile beneficium sentiebat decursi de latere sanguinis stillatione mundata: ideo non sub tecto, nō in templo Iudaico, ne Iudæi subtraherent sacrificium, & sibi vendicarent. Ne putares pro illa tantum plebe oblatum, ideo foras ciuitatem, ideo foras muros, vt scias sacrificium esse commune, quod totius terræ oblatio, quod communis deploratio, non partis, sicut Iudæis consuetudinis fuit. Iudæis etenim ideo iussit omnem terram deus dimittere, & vno in loco sacrificium, atque oblationem celebrare: quia tūc omnis terra immunda fuit

fuit fumo, & odore, & alia cōtaminatione polluta, quæ ex sacrificiis gentium super ipsam celebrabantur. Nobis autem quoniam Christus adueniens omnem terram emundauit, omnis locus orationi vacat: ideo Paulus orare viros in omni loco, leuantes manus sanctas. Ecce totus mundus emundatus est, elementa purgata sunt, vt vbiq; nobis deum liceat prædicare, & omnis terra sanctior illo loco est, qui illo in tempore prædicabatur sancta sanctorum. Nam ibi pecus irrationale oblatum, hic spiritale immolatum est: & tanto maius est sacrificium, quanto & sanctitas de sacramento præfertur, hæc de causa læticia nostra crux est. Vis quātum nobis præstiterit & aliunde condiscere? Paradysum quinque & eo amplius annorum milibus præclusum hodie nobis patefecit: hæc enim die, hæc hora latronem Christus in paradysum introduxit, & eius amœnitates ostendit. Et vno tempore duo beneficia vidimus esse concessa. Vnum, quod paradysus patefacta est: aliud, quod latro in eam meruit introduci. Hodierna dies antiquam nobis patriam reddidit, paternam ciuitatem ostendit, domū pristinam redonauit. Hodie, nanque, ait, mecum eris in paradiso. Quid ais? Crucifixus es, clauis retineris, & paradysum tam facile polliceris? Volo, inquit, vt in cruce possint omnes meam inuenire virtutē, vt in ligno mea largitas demonstraretur. Et quoniam crux dedecoris fuerat signum, & apud omnes ignominia putabatur, crucis infamiam mirandis beneficiis decorauit, & ex hoc magis, magisque virtus ostenditur. Non enim illo tempore mortuos reddidit luci, nec mare, fluctusve compescuit, nec inuauit expulitve dæmonia: sed cruce suspensus, clauis affixus, omnibus subiugatus iniuriis, totus dedecori succumbens infamix, insultantium derisione delusus, latronis aduersam mentem valuit commutare, vt ex omni parte eius diuinitas sentiat. Et enim vniuersam terruit creaturam, & petras saxaque dirupit, & omnium lapidum insensibilitate, animam duriorē ad se traxit, & ad meliora cōuertit, & honore summo decorauit. Hodie nanque mecum eris, ait, in paradiso. Et Cherubim, custodientibus paradysum, latro ad paradysum inducitur. Sed non mireris, a domino inuitur. Sed dicis: Sed ibi frama totius ignis ardore succensa versatur. Sed ipse qui & ignis, & ipsius gehennæ, & vitæ, mortisque imperium tenet: ingrediendi potestatem concessit. Et imperatori quidem vel cui libet habenti potestatem iniuriosum putatur, si personam vilissimam participem sui actus accipiat: Christo autem nostro, non iniuriæ fuit sacram ingrediendi patriam, facere ingressus sui latronem participem. Nam secum cum perduxit, non confundens calcantibus latronis pedibus paradysum, sed honorem præstans paradiso. Honor etenim loci est talem dominum promereri, qui & latronem dignum reddiderit paradiso. Nam & cum publicanos & fornicarios ad cœlorum regnum introduxit: non cœlorum regnum infamauit, sed etiam magis honoribus ampliauit, ostēdens talem dominum regni esse cœlorum, qui & indignas intātum fecit meliorari personas, vt etiam illius dignitatis gloriā mererentur. Nam sicut homines, quibus corpora medendi cura est, amplius admiramur, cum ægrotos omni spe desolatos arte propria curauerint, & summæ reddiderint sanitatis: sic & Christum nostrum iustum est admirari donantem vulneribus sanitatem, publicano, & meretrici remedium pollicentem, & eis salutem perpetuam largientem, vt & dignos eos cœlorum amœnitate do-

naret. Sed dicis: Vnde tanta beatitudo latroni? Quid egit tale, vt post crucem paradysum mereatur? Vis eius citius audire virtutem? Quando Petrus eum negauit in terra, latro eum confitebatur in cruce. Et hæc non me ad accusationem beati Petri aliquis dixisse suspicetur, quod longe a mea conscientia sit, sed latronis admirandam volo animā declarare. Primus discipulus puella vilissimæ minas tolerare non valuit, & latro suspensus tormenta spernens, vndiq; populum inspiciens circumstantem, clamantem, ingenti ardente rabie omnium iniquitatum, furentem, blasphemis inflammantem non timuit, nec crucifixi vilitatem quæ videbatur inspexit, sed ipsius fidei oculis hæc cuncta transiit: & humilibus spretis cogitationibus cœlorum dominum exaltatum pura mente cognouit, & ipsius misericordiam in cruce flagitauit, dicens: Memento mei domine in regno tuo. Nec transitorie istum prætereamus latronem, neque erubescamus accipere magistrum, quem non erubuit noster dominus primum introducere in paradysum: nec pudeat eius sequi magisterium, qui cœlestem conuersationem meruit ante omnes, sed diligenter singula requiramus, vt crucis inueniamus virtutem. Non dixit ad eum, sicut ad Petrum: Veni, sequere me, & faciam te piscatorem hominum: non dixit ad eum: sicut ad duodecim: Quia sedebitis super duodecim sedes, iudicantes duodecim tribus Israël: imò nec verbo eum dignum æstimauit, nihil admirationis ostendit. Non mortuos resuscitauit, dæmones non fugauit, nō mare prostravit, nullum ei fecit de cœlorum regno sermonem, nihil de gehenna locutus est, & ante omnes eius imperium confiteatur. Et hæc dicebat alio latroni aduersus eum plura dicentem, & sapius insultantem. Nam & altera ex parte latro cum eo fuerat crucifixus, vt illud impleatur: Et cum iniquis reputatus est. Nam Iudæi eius famam, gloriāmque infamare cupiebant, & ex omni parte captabant, & tentabant vniuersa peruertere: sed vndique veritas præfulgebat, & his aduersantibus augebatur. Insultabat ei igitur alter latro. Vidisti latronem & latronem? vterque pendet in cruce, vterque furacis vitæ, similis vtriusque conuersatio, sed non in vtroque mens vna, nec in eo sensu mens vna perdurat, nec in eis similis dominatur euentus: sed vnus beatitudinem cœli hæreditario iure promeruit, alter ad gehennam mittebatur & pœnam. Sicut hesterni die discipuli, & discipulus Iudas & vndecim. Sed illi quidem dicebant: Vbi vis paremus tibi manducare Pascha? Iste autem prodicionis stimularum ardore, & dicebat: Quid vultis mihi dare, & ego vobis tradam eum? Illi ad diuinorum mysteriorum sese officia preparabant, iste traditionis meditabatur officium. Sic & hic latro vnus insultat, alter adorat, atque veneratur: vnus blasphemat, alter benedicit, & blasphemantem prohibet, dicens: Nec deum tu times? Vidisti libertatem in cruce, vidisti philosophiam in tormentis, in pœna prudentiā: Quod enim sui memor fuit, quod mente sana vigilabat, clauorum confixione cōstrictus, quis est qui poterit non mirari? Sed iste non solum intra se fuit, sed & suas necessitates præmittens, aliorum vtilitatem cogitabat, & magister pendebat in cruce, & sanis persuasionibus alium inuitabat ad vitam, dicens: Nec tu times deum? Nō igitur quod deorsum est adiudicatus inspicias, sed sursum alia sunt iudicia constituta. In terreno nanque iudicio & iusti nonnunquam cōdemnantur illicite, & iniusti declinant pœnas, & rei liberantur, & innoxij prægrauantur. Aut enim sponte, aut inuiti iudices errare consueverunt,

consueuerunt, aut ignorantia iusticiae, aut pecunia corruptione, aut iniqua gratia sententiam protulerunt. In caelesti autem iudicio nihil tale esse consuevit. Nam deus iudex iustus, & iudicium eius ut lux procedit, non habens tenebras, nec ignorantiam. Et ne dicat, quia iudicatus deorsum est & condemnatus, caeleste ei iudicium memorat, tribunali istud terribile nominat, & incorruptum, tanquam dicens: Illuc oculos tende, & condemnationis sententiam minime sustinebis, nec stabis deorsum cum corruptis iudicibus, excipies sursum verum iudicium. Vidisti philosophiam latronis, vidisti prudentiam, vidisti magistrum: de cruce subito euolauit ad caelum, & in poena positus caelestis iudicis secreta narrabat, & abundanti eum persuasione compescens: Non times, inquit, quia in eodem iudicio sumus, in eadem poena, in pari discrimine? Nunquid & tu in cruce non es? & cum illum laceras iniuriis, tibi supplicium praeparas. Et sicut is qui peccato carnis praegratur, si alios peccati accusauerit, semetipsum prius accusat: sic & qui in calamitate est, si alius calamitates irriserit, sibi prius insultat: quoniam in eodem iudicio sumus: apostolica illi verba monstrabat, euangelicos sermones enarrans, qui dicunt: Nolite iudicare, & non iudicabimini: quia in eodem iudicio sumus. Quid facis latro, defendere eum volens participem fecisti latroni? Non, inquit, excusor hac suspicione sequenti sermone: & ne communionem participem eum etiam peccati fecisse arbitreris, sequentibus declarauit, dicens: Et nos quidem iuste, digna enim his quae fecimus, passi sumus. Vidisti plenam confessionem, vidisti latronem in cruce suis renuississe peccatis? Dic nanque, ait, tu iniquitates tuas prior, ut iustificeris. Nullus impulit, nullus necessitate costrinxit, sed ipse sponte sua peccata publicabat, dicens: Nos quidem iuste, digna enim his quae fecimus, passi sumus, iste autem nihil tale fecit: & postea ait: Memento mei in regno tuo. Non est ausus dicere, memento mei, nisi confessione peccati sarcinam remisisset. Inspice quantum praestat confessio. Confessus est, & paradysum patefecit, & totam confensus fiduciam meruit, ut regnum post latrocinium postularer. Vides quantum bonorum nobis materia crux est? Dic mihi, regnum commemoras, quid enim regni vides: clauis, & crux est quod inspicias. Sed ipsa crux, inquit, regnum est, & ideo eum regem nominano, quia crucifixum inspicio. Imperatorum est pro omnibus mori, & regis optimi pro communi utilitate nunquam recusare supplicium. Ipse dixit, quia pastor bonus animam suam ponit pro ouibus suis. Et ideo imperator bonus animam suam pro his quos regit, offerre festinat. Quoniam igitur animam suam pro nobis posuit, ideo eum imperatorem uoco. Memento mei in regno tuo. Vidisti quod crux regnum est: volo & alia ratione cognoscas. Crucem solam non reliquit in terra, sed secum eam leuauit ad caelum. Sed ais, hoc unde demonstratur? Et ideo audi, quod cum ipsa ueniet, cum ipsa secundam gloriosam suam praesentiam faciet, ideo gloriosam crucem nuncupauit. Sed videamus si cum cruce ueniet, & hoc firma probatione monstrandum est. Si dixerint, ecce in promptu est Christus, ecce in deserto est, nolite ire: de secundo eius glorioso dicens aduentu, propter pseudoprophetas, propter Antichristum, ut nullus errore confusus, cum Christum esse arbitretur, quia Christum ille praeniet: & ne pastorem queres, lupum incurras, ideo pastorem aduentus signa praedico, ut quia prior eius aduentus clam, & latenter ostensus est: ne & futurum talem arbitreris, signum tibi futurum monstra-

Matth. 7. a

Luca. 23. c

Esa. 43. d

Luca. 23. c

Ioan. 10. b

Matth. 13. e

uit: & ille ideo fuit latenter aduentus, quia uenit quod perierat quaesiturus. Secundus autem non ita est. Nam quemadmodum exit coruscatio ab Oriente, & uidetur usque ad Occidentem: sic erit aduentus filij hominis, & subito ab omnibus uidebitur, ut nullus interroget, utrum hic, aut illic Christus est. Et sicut coruscatione flammate superfluum est de coruscatione requirere: sic post praesentiam requirere non necessarium est, si uenit Christus, sed utrum cum cruce ueniet, requiramus. Non enim hanc quaestionem aliquando obliuione praetero. Et audi: Tunc, inquit, tunc quando ueniet, sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum. Tanta enim lux ipsius luminis praeclescet, ut eius radiis lumina clara vincantur. Tunc & stellae cadent, & tunc signum uidebitur filij hominis in caelo. Vidisti gloriam signi, id est crucis, Solis lumen reddetur obscurum, lunae non dabitur gratia, sed illud lumen radiabit, & lucebit. Et sicut imperatorem regalis pompa praecedit, & militaris ordo, praecedendo vexilla humeris portare consueuerunt, & his eius declarabitur aduentus: sic domino de caelo ueniente angelorum coetus, & archangelorum multitudo illud signum portant humeris excelsis, & regalem nobis aduentum nunciant: tunc mouebuntur uirtutes caelestes, & angelos tremor apprehendet, & ubique multa formido. Et cur angeli tremunt? Nunquid & illi iudicio tenebuntur? Non, inquam, sed sicut uehementem iudicem cognoscent: non tantum rei, nec solum conscij, sed & circumstantes innoxij, terrentur constantia iudicantis: sic & tunc natura nostra excipiente sententiam caelestis examinis, etiam hi qui nulla mala conscientia praeparantur, nimia terrebuntur formidine. Sed cur cum cruce ueniat uideamus, scilicet ut hi qui eum crucifixerunt, suam sentiant dementiae caecitatem: & ideo imprudentiae eorum signum portatur. Ideo propheta ait: Tunc lamentabuntur tribus terrae, uidentes accusatorem, & agnoscentes peccatum. Et quid mirum est, si crucem portant adueniet, quando & vulnera corporis ipsa demonstrat? Tunc enim, inquit, uidebunt quem compunxerunt. Et sicut post resurrectionem, Thomae uoluit diffidentiam commutare, & illi clauorum loca monstrauit, & laterum vulnera declarauit, & dixit: Mitte manum tuam, & uide quoniam spiritus carnis & ossa non habet. Sic & tunc ostendet uulnera, crucemque demonstrabit, ut istum ostendat illum esse qui fuerat crucifixus. Nec tantum de cruce, sed & de uerbis ipsis eius possumus agnoscere pietatem. Nam crucifixus cum ei insultaretur, cum irrideretur, cum inculcatur, dicebat: Pater, dimitte eis peccatum, non enim sciunt quid faciunt. Et crucifixus pro eis qui crucifixerunt orabat, & illi quidem dicebant: Si filius dei es, descende de cruce. Sed ideo de cruce non descendit, quia filius dei est. Nam ideo uenit, ut pro nobis crucifigeretur. Descendit de cruce, & credimus, inquit. Verba sunt ista composita excusationis ac diffidentiae. Nam maiora eis mirabilia demonstrauit, quando sepultus imposito lapide surrexit, quando mortuum cunabulis alligatum Lazarum post quadriduum resuscitauit. Et illi quidem dicebant: Si filius dei es, libera te: iste autem omnia sustinebat, ut illos liberaret qui crucifixerunt, dimitte eis peccatum, quia nesciunt quid faciunt. Quid ergo dimisit illis? Peccatum dimiserat, si illos poenitisset. Nam si illis non concederet peccatum, nec Paulus post Ecclesiae persecutionem apostolus extitisset, nec tanta multitudo Iudaeorum credidisset, Et quia ingens numerus Iudaeorum credidit, audi quid dicunt Paulo apostolo: Vides frater quot

Matth. 11.

Ibidem.

Ibidem.

Matth. 11.

Zabari.

Luc. 11.

Luc. 11.

Matth. 11.

Ioan. 11.

Matth. 11.

quot milia Iudaeorum sunt, qui crediderunt? Imitemur igitur dominum, & pro inimicis nostris oremus. Et iterum de hac admonitione tractabo. Nam & quinque diebus de hac causa, meus ad vos sermo prolatus est: non quia respiciatis quae dicuntur, sed quia spero uos assidua commonitione meliores efficere. Et si quis tumidi pettoris inuenitur, si quis ad sedandas inimicitias durus est, dierum saltem sanctitate moueatur. Verecundia temporis erubescat, & iram suam inimico concedat, imitare dominum deum tuum. Clauis fixus in cruce pendebat, & pro inimicis qui eum crucifixerunt, habuit cum patre sermonem. Sed dicitis: Quemadmodum potero imitari? Mihi crede, hoc implet facile. Nam si non poterat, non diceret: Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde. Si erat imitari impossibile, nec Paulus diceret: imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Si non uis dominum imitari, saltem Stephanum apostolum imitare, qui dominum imitatus est. Nam sicut Christus dissimulata cruce, contemptis clauis, suisque despectis iniuriis, patrem pro Iudaeis exorabat: sic & seruus Stephanus lapidum iactationibus occupatus, iniquorum circumdatus insidiis, contractis omnibus membris sauciatus, corporis dolore contempto pro lapidantibus deprecabatur, & pro inimicis orabat, dicens: Domine, ne statuas eis hoc peccatum. Audisti uerba domini, audisti uerba serui, audisti uerba filij, audisti uerba apostoli. Ille ait: Pater, dimitte eis hoc peccatum, non enim sciunt quid faciunt. Iste ait: Domine, ne statuas eis hoc peccatum. Et non uerbis tantum, sed nimia cum affectione deprecabatur. Et ideo efflexis genibus eius cum lapidabatur, orabat. Vis & alterum seruum, qui maiora sustinuit, demonstramus? A Iudaeis, Paulus inquit, ter uirgis caesus sum, semel lapidatus sum, nocte & die in profundo maris fui. Et post haec orabat pro fratribus suis, pro cognatis secundum carnem. Vis & alterum non de nouo, sed de ueteri testamento cognoscere? Nam hoc plus admirationis affert, quod ubi inimicus amare non iubebatur, sed oculo pro oculo, dentem pro dente, & ubique tali onere, pro uindicta, apostolica philosophia gerebatur, & audi: Moses dilapidatus a Iudaeis, saepiusque contemptus, quid ait: Si dimittis eis peccatum, dimitte: sin autem, & me dele de libro quem scripsisti. Vides singulos alienam incommoditatem suae saluti proponere? Nihil peccasti, & cur particeps desideras esse supplicij? Cur poenae coniunctus: cur tribulationi socius? cur effectus detrimenti consortium? Quam iucunditatem, quid beneficij, cum alij puniuntur, sentire possum? nec fructum meae commoditatis agnosco, cum tenentur alij laceratione supplicij. Suffecerant quidem ad emendationem nostrae mentis exempla prolata: sed ut firmius corrigamus, alium quoque huius philosophiae praecipua seruasse monstrabo. Beatus ille & mansuetus Dauid, cum exercitus suus immanitate quadam fuisset ereptus, & filius eius Absalon contra patrem tyrannidem exercere uoluisset, cum postea deus contra eos fuisset iratus, & Dauid uidisset angelum framream inferentem, & plaga uniuersos deperire, ait: Ego pastor peccavi, & ego pastor malum feci: fiat super me manus tua, & super domum patris mei. Vidisti ubique omnium communem philosophiam? Et alter quid gesserit percipe, ut abundanti corrigaris exemplo. Samuel propheta sustinuit iniuriam Iudaeorum, remotus ab aliis est, & dum deus illi solatium uoluisset afferre, ait: Non te exprobrauerunt, sed me. Et ille qui exordinatus fuerat, qui contemptus, ait: Mihi absit peccare, intermitteni orare pro

Matth. 11.

1. Cor. 11. a

Act. 7. g

Luc. 23. e

2. Cor. 11. f

Exod. 21. e

Exo. 32. g

2. Reg. 12. d

1. Reg. 3. b

1. Reg. 3. b

vobis dominum. Peccatum arbitratur minus pro inimicis orare. Christus dicit: Pater, dimitte illis peccatum, non enim sciunt quid faciunt. Stephanus dicit: Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Paulus ait: Optabam anathema esse ego ipse a Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem. Moses dicit: Si dimittis illis peccatum, dimitte: sin autem, & me dele de libro quem scripsisti. Dauid ait: Fiat manus tua super me: & super domum patris mei. Samuel ait: Mihi absit peccare, intermitteni orare pro uobis dominum. Quam igitur veniam mereri poterimus demum, si tantorum seruorum de ueteri, atque nouo testamento non imitatur exempla, ut pro nostris inimicis oremus? Si forsitan aliud facientes, contra inimicos oramus. Nolite fratres, nolite deprecari. Nam quanto plura sunt exempla quae diximus, tanto imitationis merces augetur. Melius est pro inimicis, quam pro amicis orare. Nec enim tantum nobis praestat pro amicis oratio, quantum pro inimicis deprecatio. Si diligitis, inquit, eos qui uos diligunt, nihil magnum facitis: etenim publicani hoc faciunt. Ut sciat quia si pro amicis oramus, non dum publicanos uicimus. Sed quando diligimus inimicos, deo in quantum possumus similes sumus, qui Solem suum oriri facit super bonos & malos. Igitur domini imitatores sumus. Estote nanque, similes patri uestro, qui in caelis est, ut & caelorum regna mereamur, per Christum dominum nostrum, cui est gloria in secula seculorum, Amen.

Rom. 9. a

1. Reg. 12. d

Luc. 6. e

Matth. 5. g

Ibidem.

De cruce & latrone, homilia, incerto interprete.



Odie incipiam charissimi de crucis trophaeo praedicare, & honoremus hanc diem, magis autem coronemur, celebrantes hunc diem. Nec enim ex uerbis nostris honorificatur crux, sed ex fidei nostra confessione coronas merebimur crucis. Hodie crux fixa est, & seculum sanctificatum est. Hodie crux fixa est, & daemones dispersi sunt. Hodie fratres crux fixa est, & mors subuersa est. Hodie crux uicit, & mors uicta est. Hodie diabolus uinctus est, & homo solutus est, & deus glorificatus est. Hodie apud Iudaeos terra contremuit, & apud nos orbis terrae firmatus est. Hodie apud Iudaeos, quia mente audaci contra deum uadunt, petrae scissae sunt. Hodie amabilis deo pietas uniuersum consuit orbem. Decebat enim quae pietatis erant coniungi, ea autem quae infidelitatis disungi, sicut & Dauid dicebat: Disrupti sunt, & non sunt compuncti. Hodie apud Iudaeos ab hora sexta, usque ad horam nonam sol obscuratus est. Non enim ferre poterat aether iniuriam creatoris. Retraxit radios suos, ne uideret impiorum facinora: non quod deitatem iniuria tangeret, sed quia quae audaci superbia fiebant, in contumeliam eius reputabantur. Hodie apud Iudaeos tenebrae sunt, apud nos autem nox in diem conuersa est. Etenim pietati hoc proprium est, ut in tenebris fulgeat: impietas autem etsi in lumine fuerit, tenebrescit. Fidelibus nox in diem mutatur, infidelibus autem etiam ipsa lux tenebrescit. Et de fidelibus quidem scriptura dicit: Quia tenebrae non obscurabuntur a te, & nox sicut dies illuminabitur. Infideli autem & dies in noctem mutatur, dicente scriptura: Palpabunt sicut caeci parietem, & ambulabunt in meridie, sicut in medio noctis. Hodie Adam eiectus est de paradiso, & hodie latro in paradysum ingreditur. Exiit fur, & introiit fur: exiit preuaricator, & ingressus est latro: exiit contemptor uerbi, & introiit confitens uerbum: exiit contemnens salutem, & introiit

Psal. 34. c

Psal. 138. b

Iob. 5. c

introiit de cruce mercans salutem. Scio & antè me dixisse de latrone, sed habet diuersas intelligentias dei sermo. Iste latro de ligno mercatur salutem, hic latro furatur cœlestis imperium. Vim facit maiestati, non virtute propria, sed fide vincens. Ipsi domini vox est: Regnū cœlorum vīd patitur, & violēti diripiunt illud. In cruce duo latrones, imago Iudæorum, & gentilium. Latro qui pœnitet, imaginem obtinet populi ex gentibus cōgregati, qui prius in errore ambulauerat, & post hoc veritatem agnouit: imaginem vero latro ille obtinet Iudæorum, qui vsque in finem perseuerat latro, & vsq; ad tempus quidem crucis viam malignitatis ierūt: crux autem diuinit vtrunque. Viam namque cœcitatē, & perditionis, qui non credidit ingressus est: viam autem salutis, qui credidit, ingressus est: viam salutis, qui credidit, adeptus est. In cruce didicit latro differētiam viarum: Quoniam nouit dominus viam iustorum, via autē impiorum peribit. Et vide dei iustum iudiciū, vt dicas & tu cum propheta: Iustus es domine, & rectum iudiciū tuum. Propter vnum peccatum dānatur Adam, & propter vnam fidei vocem latro saluatur. Vnū peccatum eiecit illum, & vna iusticia introduxit istum: & latro habitator factus est paradisi. O admiranda rerum materies. Nec Abrahæ data est per vocem repromissio paradisi. Hæreditauit quidem per fidem, repromissionem autem paradisi nemo ante latronem accepit. Hic autem perscrutans diligentius vetus testamentum, & nouum, nullum ante latronem inuenies repromissionem paradisi meruisse, non Abraham, non Isaac, non Iacob, nec Mosē, nec prophetas, nec apostolos, sed ante omnes reperies latronem. Audi igitur dominicā vocem: Amen amen dieo tibi, hodie mecum eris in paradiso. Vocauit quippe deus Abraham, dicens: Exi de terra tua, & de cognatione tua. Et non dixit illi: Hæreditatem capies paradisi: sed, veni in terram quam monstrauero tibi. Et Isaac quidem typum Christi portauit, & Iacob colluctatus in figura cum deo est. Et Mosēs legem accepit, & per repromissionem audiuit bona terræ manducaturum se esse, si legem domini dei sui custodisset: & nusquam repromissio paradisi ante latronem. Necessariū est ergo querere, cur huic ante alios, & ante tales viros fide dignissimos potissimū repromisit. Creditit Abraham deo, sed credidit illi de cœlis loquenti, & per sanctos angelos sermonem proferēti, & de propria autoritate legem danti. Creditit & Esaias, sed in gloria consistenti: Vidi enim, inquit, dominum sedentem super thronum excelsum & eleuatum. Creditit & Ezechiel, sed & ipse dominum super Cherubin cōtemplatus est. Crediderūt reliqui prophete, sed diuerso modo dominum gloriæ intuetes, sicut videre possibile humanæ erat naturæ. Creditit, sicut dixi, & Mosēs, sed de medio ignis loquenti, & in tubæ clangore, & in tonitru quæ & infidelem poterant prouocare. Hęc autem dieo, non vt sanctis derogem, abis: sed propter eum qui solus per verbum meruit paradisu: iste ergo vidit saluatorem, non super throno regali, non adorari in templo, non loquentem de cœlis, non per angelos disponentem: sed in pœna sociatum latroni videt in tormentis, & tanquam in gloria adorari. Videt in cruce, & rogat quasi in cœlis sedentem: videt cōdemnatum, & regem inuocat, dicens: Domine, memento mei, cum veneris in regnum tuū. Crucifixum vides, & regem prædicās: in ligno pendere cernis, & cœlorum regna meditaris. O admiranda latronis conuersio. Nunquid nam scripturas legisti ab iniquitate nō cessans? Nunquid nā

prophetas audisti homicidia exercens: Nunquid nā diuinum audisti sermonem, quando ad eadem gladium acuebas? Vnde eruditus es talia philosophari de Christo: Iudæi crucifixerunt, qui nouerunt legem, & prophetas legerunt: & tu horum ignarus deum vocas condēnatum, & adoras crucifixum. Quis te erudiuit dē latro talia de eo dicere? Nō me, inquit, lex docuit, sed sol occultans lumen suum. Vidi quidem crucifixū, sed terramotum sensi, & propter parricidas Iudæos elementa indignantia intellexi. Et petra quidem scindebatur, & corda hominum non metuebāt. Scissæ sunt petra, disruptum est velum templi, & Iudæorum secreta patuerunt. Et hoc velum quidem erat, sed preciosissimum, quod in diebus celeberrimis suspendebatur, preciosissimum valde de purpura, & bysso, & cocco, & auro, & serico, & hyacintho contextum: in illo enim tempore crucis, terra mota est, sol fugit, petre scissæ sunt, velum disruptum est, monumenta patuerunt, & sicut gloria domus est, vbi velum pendet habitare intrinsecus dominus domus, sic ignominia templi est vnde recessit spiritus sanctus: postquam enim impias in filium dei intulerunt manus, iniuria deo facta est, qui habitabat in templo: & ideo recedente domino, deserta remāsit domus, sicut ipse dixit: Ecce relinquetur domus vestra deserta. Egresso rege gloriæ, disrupta sunt symbola regni, aperta sunt monumenta, & surrexerunt mortui, & intraerunt in sanctam ciuitatem, vt inexcusabilem relinquerent causam, & domini resurrectioni firmaretur. Si filius dei es, descende de cruce, & credimus tibi. Considera nunc vocem filiorum diaboli, quo modo imitātur vocem paternam. Diabolus dicebat: Si filius dei es, mitte te deorsum. Et Iudæi dicūt: Si filius dei es, descende de cruce, & credimus tibi. Pariter crucifigūt latrones, non tāquam inimici latronum, participes enim erant sceleris eorum, sed vt infamarent dominum suum: quia nō sine causa crucifixus sit, sed quasi qui facinorosus inuētus sit, non tacuit Esaias tragœdiæ huius narrationem, dicens: Ob iniquitatē populi ductus est ad mortem, & cū iniquis deputatus est, hoc est, cum latronibus: quibus ideo sociarunt Christum, vt macularēt domini passionem. Vt sciat quia non oderant latrones, audi Pilatum dicentem: Quem vultis dimittam vobis, Iesum an Barabbam: qui propter homicidiū in vinculis tenebatur. Et illi dixerunt: Dimitte nobis Barabbam. Latrones petierunt latronem, dominum autē crucifixerunt. Non virtute sua vincentes, sed vt dispensationis, & prophetiæ impleatur voluntas. Dicit illis Pilatus: Regem vestrum crucifigam: At illi dicebant: Nos non habemus regem; nisi Cæsarem. Abnegauerūt dei regnum, & traditi sunt regno Romanorum: quia quod habuerunt, non intellexerunt: ideo quod petierunt, acceperunt. Coronauerunt crucifixum spinis, obtulerunt ei fel & acetū. Et hęc ipsa futura olim prædixerat Mosēs, dicens: Generatio praua, & exasperans hæc domino retribuisti: Et qui dederat manna in deserto, huic tu fel offers: & qui de terra tibi delicias produxit, tu illi spineam imponis coronam: Ideo clamat Esaias, dicens: Sustinui vt faceret vna, fecit autem spinas. Dicunt Iudæi: Sanguis huius super nos, & super filios nostros: illis ad cōdemnationem, nobis autem ad iustificationem. Sanguis Christi illis ad mortem, nobis vero ad vitam. Non est enim sanguis Christi deterior Babylonio igne. Ille scit sanctorum in camino honorare corpora, & Chaldæos comburere: quāto magis sanguis ille preciosissimus scit perdere incredulos, & saluare fideles: Decuit enim splendorē crucis obca-

Matt. 1. b

Psal. 1. b

Psal. 118. 5

Luc. 23. f
Gene. 12. a

Ibid. 22. a
Exod. 28. a

Esai. 6. e

Exod. 19. c

Luc. 23. e

cis obcaere infideles, & illuminare credentes: sola enī Christi crux est, quæ dissoluit tenebras, & regnū demōnum dissipauit, & omnes terrores malignitatum abstulit, crux sanctitatem prouidit, crux nobis sol iusticiæ facta est, vt illuminati misericordia eius, glorificemus patrem & filiū, & sanctū spiritū in secula seculorū, Amen.

De cruce dominica, homilia, incerto interprete.



Vid dicam? quid loquar? quod vobis nomen impono? Oues an pastores? nautas an gubernatores? discipulos an magistros: quēmadmodum zelum vestrum igneū admirabor? Oues vos vocabo, etenim estis quieti, & mansuetudine pleni: pastores vos dicam, etenim vestrum estis dominū imitantes: nautas appellabo, nam & estis experimento multo tempestiuam hyemem sustinentes: gubernatores vos dicam, etenim estis sicut peritissimus gubernator artificij argumento tempestiuæ asperitatis effugiens molē, & integram ad tranquillum portum deducens nauem: sed discipulos vos, & vocabo, & hoc quoque estis parati ad obedientiam: sed magistros vos dicam, etenim estis: mihi enim non pigrū est sapius totius mundi vos vocare magistros. Quid ergo dicam, aut quid loquar? qualiter vos vocabo? oues, an pastores? nautas, an gubernatores? discipulos an magistros: aut quo modo zeli vestri exaltabo præconia? Quid ergo dicemus: hodie volo mensam vobis apponere spiritalem, non corpus reficientem, sed animam lucidantem: talis etenim est mensa spiritalis, non sicut illa, quæ ventrem onerat, & obtūdit animam: sed sicut ille, qui cum mirum aliquid comederit, odorem suauitatis eructat: sermo enim est spiritalis, & non solum semetipsum odore replet bono, sed & proximos suos replet suauitatis dulcedine: extendite vosmetipsos, verbū enim proferre volo: & in morem natantium, qui se ē nauis pelagi profundo committunt, & deorsum ambulantes concham, in qua margarita latet, perquirunt: ita & nos habentes pro nauē Ecclesiam, pro gubernaculis crucē, pro gubernatore Christum, pro prora patrem, pro vento spiritum sanctum, pro velo gratiam, pro nautis apostolos, pro nauigantibus prophetas, pro mari vetus testamentum & nouum. Committamus nos pelagi profundo ad perquirēdum in scripturis diuinis margaritam latentem. Parate animos vestros, & tota intentione mentis, quæ dicuntur audite. Cupio enim in hoc sanctarum scripturarum profundum descendere, & inde vobis proferre preciosissimam margaritam: nolite quæso, negligenter audire. Scriptum est enim: Ne miseritis margaritas meas ante porcos, & ne detis sancta mea canibus. Cum autem porcos audis & canes charissime, ne de brutis animalibus astimes dici. Porci enim sunt, qui vitam suam cœnosæ libidini, & voluptatibus seculi manciparunt: Canes vero omnes hæretici, qui contra creatorem suū blasphemiarum extendunt eloquia: facite ergo vos dignos ad suscipiendum preciosissimam margaritam, quam vobis apponere cupio. Sicut enim agricola peritissimus non incallum feminat, sed prius iungit boues, & aratrum ducit, & scindit terram, & spinas eradicat: & sic demum committit semina sua, vt cum descendat de cœlo pluuia, commendata terra confoueat semina: quæ non statim producit spicam, sed hyeme in terra manet, & verni temporis suscepta pluuia, & Solis calore confortata, erumpit in spicam: & sic apta fit ad metendum, & triturata horreis reconditur: ego autem non hyemem, non ver opto, non Solis radios, nō imbrem,

neque boues iungam, nec aratrum traham, neque perscindam, neque spicas euellam, sed hodie feminabo, & hodie metam: nō operabor irrationabilem terram, sed rationabilem: non insensibilem, sed sensibilem: nō exanimem, sed animam habentem, & beatus ego huiusmodi terræ agricola deputabor. Tūc enim beatus sum, quando in aures audientiu loquor. Scriptum est enim: Beatus qui loquitur in aures audientium, quia scriptura inobedienti mortem comminatur. Beatus ergo ego, beati vero & vos: nam & dominus Iesus in Euangelio discipulis suis dicit: Beati estis, si verbum meum seraueritis. Extendite ergo vosmetipsos, & intenta aure quæ dicuntur audite: volo enim quasi quādam comparisonem ostendere. Fingamus deum quasi hominem sedentem in excelso montis vertice, & exinde prospiciētem vniuersum mare, nauēque transeuntem, aliam quidē velificantem, & tempestatem violentam patientem ventorum, sed gubernatore peritissimo regente vndarum moles huc illucque diuidentem, illasam in portum deducere nauē: aliis autem prospero cursu rectam viam pergentibus, aliis vero naufragium sustinentibus, & paucis exinde hominibus adiumento axis alicuius ad littus euadentibus, aliis vero morientibus: ita est & deus omnia prospiciens. Quando autem dixerō deum sedentem in excelsis, vbique eum credite esse præsentem. Nec enim locorum distantia retardatur: cum ipse sibi sit locus, & ipse omnia capiat, capiat autē eum nihil. Quī enim capacitas potest incorporalē ferre naturam, immobilem, & sine fine & inuestigabilem, & inconuertibilem, & incomprehensibilem? quæ omnia deus est. Sic oportet nos credere de deo: hæc enim est nostra salus. Hæc est autem æterna vita, vt cognoscāt te solum verum deum, & quem misisti Iesum Christum. In hoc nanque capitulo reprehendere nos ingrati hæretici volunt, qui legentes non intelligunt, quæ legunt. Christum autem cum audieris charissime, non solummodo deum putes, sed deum & hominem crede. Scio nāque esurisse Christum, & scio Christū de quinque panibus, & duobus piscibus satiasse quinque milia hominum, exceptis paruulis, & mulieribus. Scio Christum sitisse, scio Christum super aquas pedib; ambulasse, scio Christum mortuum, & scio Christum mortuos suscitasse, scio Christum Pilato adbituisse, & scio Christum ad dexteram patris confedisisse, scio Christum lapidatum, & scio Christum ab angelis adorari. Et quædam quidem refero deitati, quædam autem assigno humanitati: quia noui Christum de Maria natū, & scio Christum ante omnia secula genitū, & apud deum semper deum esse verbum. Glorificemus ergo Christum Iesum murū inexpugnabilem, fundamentū quod supra petram fundatū est. Ipse enim dicit Petro: Tu es Petrus, & super hanc petram fundabo ecclesiam meam: & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Sic beatissimus Paulus dicit: Fundamentum autem nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Rogo ergo dilectionem vestram, vt in hac vita positi exhibeamus nos irreprehensibiles, inuicem sufferentes, inuicem instruentes. Non est enim regnum dei esca, & potus, & diuitiæ, & iactantia, sed pax, & gaudium in spiritu sancto. Timeamus nanque iudicij seueritatem, & pœnam gehennæ. Nō ergo demus locum diabolo, sed resistamus ei, Nō enim est nobis pugna aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principatus, & potestates aduersus mundi istius peruersos spiritus. Festinemus ergo effugere æternam pœnā. Nec enim propter nos pœna facta

Ioan. 15. e

Ioan. 17. a

Matt. 14. e

Matt. 16. c

1. Cor. 3. e

Roma. 14. e

Ephe. 6. b

Matt. 7. a

Deut. 32. e
et Psal. 117. a

Esai. 54. e
Matt. 17. a

Matth. 17. a

cis obca-

na facta est, vt in ipsam mittamur, sed vt liberemur ex ipsa. Talem enim habemus deum amatorē generis humani: misericordem atq; clementem, qui nos ad se cōuersos de gehenna liberat. Testificatur namq; Dauid, dicens: Deus iudex iustus, fortis & patiens, nūquid irascetur per singulos dies: Nisi conuersi fueritis, gladiū suum vibrabit, & arcum suum tetendit, & parauit illum, & in eo parauit vasa mortis, sagittas suas arsuris operatus est. Hæc autē deus non vt nos iudicet, sed vt solliciti simus, & præcepta ipsius obseruemus. Quod si contempnimus, inexcusabiles sumus. Nam etsi voluisset nos perdere, nõ vtique proprium pro nobis sudisset sanguinem. Mortuus est ergo, vt tibi immortalitatem donaret: elurii, vt te sua carne satiaret: sitiuit, vt te proprio potaret sanguine: super asinum sedit, vt te super Cherubin federe faceret: baptizatus est, vt te illuminaret: alapis cæsus est, vt te à seruitio liberaret: viator factus est, vt te sine labore faceret: nauigauit, vt te sine timore redderet: ex muliere natus est, vt præuocationē Heuæ deleret: homo appellatus est, vt te deum vocaret: filius hominis dictus est, vt te in filium adoptaret dei. Accepit quæ erant nostra, & dedit nobis quæ erant sua. Orauit vt te fidelē faceret. Sicut dicit super Lazarum: Pater, glorifica filiū tuum, vt & filius tuus glorificet te. Et venit vox de cælis, dicens: Glorificauit, & iterum glorificabo. Scio quoniam semper me audis, sed propter turbam adstantem dixi: vt omnes credant, quia tu me misisti. Si quid igitur sustinuit, non propter semetipsum, neque propter patrem suum, sed vt saluaret per crucem genus humanū. Et si nosse desideras charissimè virtutem crucis, & quanta possum ad eius laudem dicere, audi:

Cruces spes Christianorum.
Cruces resurrectio mortuorum.
Cruces cæcorum dux.
Cruces desperatorum via.
Cruces claudorum baculus.
Cruces consolatio pauperum.
Cruces refræctio diuitum.
Cruces destructio superbiorum.
Cruces male viuientium pœna.
Cruces aduersus dæmones triumphus.
Cruces deuictio diaboli.
Cruces adolescentum pædagogus.
Cruces sustentatio inopum.
Cruces spes desperatorum.
Cruces nauigantium gubernator.
Cruces periclitantium portus.
Cruces obsessorum murus.
Cruces pater orphanorum.
Cruces defensor viduarum.
Cruces iustorum consiliarius.
Cruces tribulorum requies.
Cruces paruulorum custos.
Cruces virorum caput.
Cruces senum finis.
Cruces lumen in tenebris sedentium.
Cruces regum magnificentia.
Cruces scutum perpetuum.
Cruces insensatorum sapientia.
Cruces libertas seruorum.
Cruces imperatorum philosophia.
Cruces lex impiorum.
Cruces prophetarum præconatio.
Cruces annunciatio apostolorum.
Cruces martyrum gloriatio.

Cruces monachorum abstinentia.
Cruces virginum castitas.
Cruces gaudium sacerdotum.
Cruces ecclesiæ fundamentum.
Cruces orbis terræ cautela.
Cruces templorum destructio.
Cruces idolorum repulsio.
Cruces scandalum Iudæorum.
Cruces perditio impiorum.
Cruces inualidorum virtus.
Cruces ægrotantium medicus.
Cruces emundatio leprosoꝝ.
Cruces paralyticorum requies.
Cruces esurientium panis.
Cruces sitientium fons.
Cruces nudorum protectio.

Nuditatem autem cum dixerō, nõ corpoream æstimas, sed infidelitatis pœnam. Cum autem Christo crederet, vestitus inuenitur, dicente Paulo: Quicumque in Christo baptizati estis, Christum induistis. Christum autem cum audieris, deum & hominem intellige. Hæc eadem sapius dico, & dicens nõ cessabo: mihi enim nõ pigrum dicere, vobis autem tutum est. Volo enim vos omnes doctores fieri. Christus dictus est ab vnctione nomen deriuans: Iesus dictus est homo dominicus: verbum dicitur, quia de deo est dei verbū: filius, quoniam de patre: vnigenitus, quoniam solus de solo: deus, quoniam creator. Audi namque Ioannem dicentem: In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum, hoc erat in principio apud deum: omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est. Vides quoniam hic est, qui verbo cæli extendit, & vario stellarum ornavit decore: & extendit cælum, quasi vestimentum: hic est qui soli tantum luminis, gratiam dedit, hic est qui lunæ decorem imposuit, hic est qui terram super aquas fundauit, hic est qui diuersos eam iussit producere flores, & arborum diuersa genera, fontēque ebullire præcepit, flumina fluere, congregari lacus, marique imponens terminū ex aquis quoque producere animantia, ventos spirare præcepit, montes statera appēdens, nubibus moueri præcepit, diuersi generis animantia procreauit. Quid autem de angelis dicam, de archangelis, de sedibus, de dominationibus, de Cherubin & Seraphin, principatibus & potestatibus, & temporibus, & annis & mensibus, & diebus, & horis: Et lūmē, & tenebras, & quicquid illud est quod subsistit: nouissime autem hominem fecit ad imaginē & similitudinem suam, & in paradiso posuit tanquam cultorem præcipuum. Videns autem humanum genus à diaboli superari malicia, voluit creaturam suam alsumere, & quasi vnū hominem indui, & affigere illū cruci, & sic vt per lignum crucis vniverso generi salus oriretur. Elatus ergo diabolus, quia ipse quidem de cælo corruerat, videbat autem Adam paradisi esse columnam, inflatus inuidia, induit serpentis imaginem: incorporalis enim cum esset, corporalibus loqui non poterat. Et dicit ad eum: O quàm speciosum lignum ad edendum, quod si ex eo gustaueris, eris quasi dii. Seducta ergo Heua decepit virum suum. Cum autem interdico comedissent ligno, apparuerunt ambo nudi. Tunc clementissimus deus dixit ad Adam: Adam vbi es? Nõ quod ignoraret deus, sed post persuasionem diaboli, qui illi promiserat deitatem, & inuenit nuditatē, dicit ei: Vbi es: hoc est, de qua dignitate, ad quale deductus es dedecus? Quia manducaſti de ligno scientiæ boni

boni & mali, remansisti homo: de quo præceperam tibi ne manducares, manducaſti, ideoque præuicatus es: Foliis autem ficus cooperti erant peccati faciem obue-lantes. Responditq; Adam: Audiui vocem tuam deambulantis in paradiso, & abscondi me. Et dixit: Quid fecisti? Et ille dixit: Mulier quam mihi dedisti, ipsa me seduxit. Culpam propriam confiteri non vult, quippe qui ipse mandatum acceperat audiente compare. Et Heua interrogata dixit: Serpens mihi suasi. O Heua, viro te subiectam esse volui, non serpenti: cur mea præcepta contempnis, & serpentis audisti? Hæc autem causabatur sperantes subtrahere sese à supplicio posse, & deus inquit ad Adam: Maledicta terra in operibus tuis, spinas & tribulos generabit tibi: in sudore vultus tui manduca-bis panem tuum. Et ad mulierem dixit deus: In meroribus paries filios, & ad virum tuum conuersio tua, & ipse tui dominabitur. Processit namque ad serpentem sententia, dicens: Super pectus tuum repes, & terram manduca-bis cunctis diebus vitæ tuæ: tu eius obserua-bis calcaneum, & illa tuum conseruabit caput. Cur autem serpentē maledixit, vt in pectore, & in ventre gra-deretur, & terrā manducaret omnibus diebus vitæ suæ? Pectus maledixit, quia in ipso consistit cor, quod concupiscit malum. Ventrem verò nominauit, quod per escam seduxit. Terram autem manducare omnibus die-bus vitæ suæ, terrenos homines habebit subiectos, qui suæ obediunt volūtati magis, quàm præceptis dei. Acceperunt ergo tres sententiam, quoniam & tres sunt præuicationem operati. Sicuti ergo præuicatio per lignum, ita & salus per lignū. Pro his ergo omnibus gratias agamus deo per Christum dominum nostrum, cui est gloria in secula seculorum, Amen.

*Diui Ioannis Chrysostomi episcopi Constantinopolitani
de resurrectione homilia nonem.*

DE fidei nostræ placitis, deq; gloria vnigeniti filij dei, pridem apud vos dileximus, conuincentes & obturantes hæreticorum ora, qui gloriam illi detraherent, & à genitore suo illum alienum natura dicunt. Hodie de moribus, deq; vita instituenda sermonem in medium asserre, & in genere admonere decreuimus. Imò sermo ille non tractabit solum de moribus, sed & nostræ fidei decreta continebit. Paratus enim sum, vt ad materiam de resurrectione descendam. Quod sanè argumentum varium est, & copiosum. Nam & in his quæ fidei sunt nos dirigit, & vitam nostram componit, & diuinam providentiam ab omnibus calumniatoribus vindicat. Et quemadmodum cum non creditur, vitam nostram subvertit, malisq; sexcentis implet, sui sum deorsumq; factis omnibus: ita cum creditur, providentiam multis rationibus adstruit, & nos ad diligentem virtutis curam promouet, viciæque magno studio expellit. Etenim, vt nulla illi virtutis cura est, qui resurrectionem non expectat, quique credit se non daturum rationem de his, quæ hic operatus est: sed opinatur res nostras tantum intra angustos præsentis vitæ limites contineri, neque vltra se extendere (quo modo enim virtutis vlla ei cura esset, qui nullam laborum retributionem sibi repositam expectat, neque peccare desinit? & quo modo à peccatis desisteret, qui nihil suppliciorum imminere suis malè actis credit, sed permittit sese fœdis concupiscentiis, & in nullum non peccandi genus ruit?) Ita & qui sibi persuadet futurum aliquando iudicium, & ante oculos statuit terribile hoc tribunal, & indecli-

nabiles exostulationes, & inappellabilem sententiam: is modis omnibus conabitur, vt studeat temperantiæ & æquitati, atque aliis virtutibus, & esugiat intemperantiam, temeritatem, omniæque alia vicia; atque ita vt possit magna virtute repellere eos, qui diuinam calumniantur providentiam: Enimvero sunt nonnulli, qui vbi viderunt mansuetè, & castè, & iustè viuentes, inopia & calumniis premi, intadi, comprehendi, vix necessarium victum habere, sæpe etiam morbo longo, & graui valetudine emacerari, & in summa, omni carere subsidio: & è diuerso maleficos & pollutos homines, planeque flagitiosos affluere diuitiis, deliciari, nitidis vestibus amiciri, clientulorum pompam post se trahere, in admiratione esse, magistratus agere, multa à regibus obtinere privilegia, mox diuinam arguunt præsentiam, & dicunt: Vbi nam providentia illa? aut, vbi iustum iudicium? sobrius & innocens malè habet, intemperans, & corruptus feliciter agit. Et hic quidem admirationi est, ille verò ludibrio: hic variis fruitur deliciis, ille autem inops extremis pessundatur incommodis. At, qui de resurrectione bene senserit, & sapienter disputare nouerit, facile quicquid id est blasphemiam diluet, & illis tam stomachabundè disputantibus, dicit: Compeſcite linguam vestram, & aduersus deum, qui nos fecit, eam ne exacerueris. Non enim res nostræ in hac solum vita durant, sed festinamus ad vitam aliam multo longiorem, imò finē minimè habentem. Et ibi omnino pauper iste, qui iustè viuuit, laborum suorum mercedem accepturus est: intemperans autem & maleficus, maliciæ suæ, illiciteque voluptatis daturus est pœnam. Proinde, non à præsentibus solum de diuina providentia sententiam feramus, sed à futuris. Præsentia certamen quoddam sunt, & labores, & stadium: futura verò, præmia, coronæ, & brabia. Sicut ergo athleta in theatro & in sudore, & puluere, & æstu multo, & laboribus & ærumnis pugnandum est: ita & iustum hic multa sustinere oportet, & ferre omnia viriliter, si quidem præclaras illic accepturus est coronas. Et si sunt nonnulli, quos perturbat impiorum felicitas: hi secum perpendant, quod quemadmodum & latrones, & fures, & homicidæ, & piratæ priusquam ad iudicem trahantur, multis deliciis fruuntur, & ex aliena calamitate suam constituentibus abundantiam, iniustusque opibus locupletati, quotidie inebriantur: vbi autem iudicis sententiam auerint, omnium horum luent pœnam: Ita & illi qui scorta mercantur, & Sybariticas mensas instruunt, & supercilia surrigunt, & fastu pleni, pauperes opprimunt: quando vnigenitus dei filius adierit cum angelis suis, & sedens super thronum illum, orbem terrarum in medium adducet: tunc nudi, & animi sui splendore destituti adducentur, & nullum vel aduocatum, vel patronum habentes, absque venia in igneos fluuios prouicientur. Quapropter neque hos beatos dixeris ob præsentis delicias, sed potius desſe, & deplora ob futura supplicia: neque iustum illum miserum existimaueris, ob præsentem paupertatem, sed pro beato habe, ob subsequentes bonorum diuitias, & in tuo animo sermonem hunc de resurrectione implanta: vt si bonus fueris, & teneris, probator euadas, maiorēque alacritatem per spem futurorum accipias: si malus, à malicia desistas, & continentior fias ob timorem futuri supplicij. Idcirco & Paulus de resurrectione nobis subinde verba facit, quemadmodum igitur & hodie audiuitis ipsum clamantem, & dicentem: Scimus enim, quod si terrestre nostrum domici-

2. Cor. 5.4

lium tabernaculi huius dissoluatur, domum ex deo habemus non manufactam aeternam, in caelis. Imò cum his & superiora tractemus, & videamus quo modo in sermonem de resurrectione inciderit. Neque enim simpliciter, neque fortuito hanc nobis afferre solet doctrinam: sed quia simul docere vult quae futura sunt, & athletas pietatis confirmare studet. Nunc quidem gratia dei multa pace fruimur, & reges pie viuunt, & principes veritatem agnouerunt, & populi & ciuitates, & gentes erroribus liberati, Christum omnes adorant. Tunc autem in principio praedicationis, cum nuper pietatis semina iacta essent, magnum praelium erat, multiplexque ac varium. Nam principes & reges, & domestici, & cognati, & omnes impugnabant fideles: & repugnante natura ipsa bellum oriebatur. Pater filium tradebat saepe, & filiam mater, & clientulum patronus. Neque ciuitates solae neque regiones, sed & domus nonnunquam in seipsas sectae erant. Eratque tumultus, qui nunc saeuiebat, atrocior quam intestinum quoduis bellum. Nam facultates rapiantur, libertas auferebatur, & vitae periculum imminerebat, non quod Barbari in nos incursum facerent, sed qui videbantur nobis praesesse & dominari, peius erga subditos, quam bellatores omnes affecti erant.

Hebr. 10. f

Et hoc declarat Paulus, ac dicit: Graue certamen afflictionum sustinistis, idque cum probis, & afflictionibus spectaculo fuistis omnibus. Etenim facti socii eorum, qui sic subuertebantur, vinculis meis compatiebamini, & direptionem facultatum vestrarum cum gaudio tulistis. Ad Galatas autem dicit: Tanta passi estis frustra, si modò & frustra. Thessalonicensibus quoque, & Philippensibus, & in genere omnibus Paulus epistolae mittens, multa eiusmodi testatur, neque hoc solum erat graue, quod foris frequens bellum gerebatur, & continuum: sed quod & inter fideles ipsos exorta fuerunt nonnulla scandala, & lites, & contentiones, & emulationes: quae & ipsa manifestat Paulus, dicens: Foris gladius, intus autem timor. Verum, istuc ipsum bellum, an non atrocius erat, & subditis, & praceptoribus: profecto non tantum inimicorum insidias formidabat Paulus, quantum domesticas, & quae intra ecclesiam contingebant, ruinas, & transgressiones. Nam cum apud Corinthios scortatus esset quidam, omni tempore illum lugeres perseuerabat, ita ut viscera sua disrumperet, & amare euilaret. Erat & tertium genus quoddam, non minus molestiarum quam dictum est, fidelibus afferens, ipsa scilicet rerum natura, quae frequenter labores, & sudores exigebat. Neque enim facilis & leuis erat via, ad quam illos ducebant apostoli: sed aspera & inexpedita, & quae animam requirebat sobriam, & vigilem, & vndique diligetem.

Galat. 3.4

2. Cor. 7. b

1. Cor. 5. &

2. Cor. 2.4

Propterea & Christus angustam & strictam ipsam vocauit. Neque enim vinere licenter & absque metu fas erat, sicut apud Getae in turpitudine & ebrietate, & heluatione, & deliciis, & luxu: sed oportebat etiam frenare irascentiam, & imperare illicitae concupiscentiae, & despiciere opes, & conculcare gloriam, & superiorem esse inuidiam, & inuidiam. Quae qualem laborem requirunt, sciunt hi, qui cum illis quotidie certant. Quid enim dic oro, infestius illicita concupiscentiae, quae, veluti rabidus canis in nos continuo insilit, & quotidie nos obturbat? Atque adeo opus est perpetuo vigilantia anima. Iam quid amari ira? Et leuius quidem videtur non vlcisci eum, qui nos iniuria affecit, sed oportet & contristantibus benefacere, & scommatis nos incessantibus benedicere, & ne vllum quidem vnumquam amarum verbum proferre. Quin & continentiam non in solis operibus,

Matt. 7. b

sed & in cogitatione ipsa monstrare oportet. Non enim solum ab incontinentiae opere, sed & a tali aspectu abstinentum est. Neque ex formoso mulierum aspectu voluptas capienda: nam & ob talem contemplationem extremum supplicium irrogabitur. Cum igitur & tantum bellum ab his, quae foris: & tantus timor ab his, quae intus: magnus quoque erat & labor in meditandis virtutibus. Accedit autem & quartum. Nam in experti erant certaminis tanti, quod certandum erat: neque enim apostoli eos qui a progenitoribus suis pietatem exceperant, erudiendos sortiti sunt, sed educatos in nocendi libidine & deliciis, & ebrietate, & turpitudine, & intemperantia. Neque hoc parui momenti erat, ut difficilius redderetur certamen, quod eam philosophiam neque superiora tempora, neque parentes docuerant: sed tunc primum ad huiusmodi certamina instruebantur. Cum igitur tanta tunc esset certandi difficultas, Paulus, ut solaretur certantium laborem, subinde de resurrectione sermonem mouebat: & non hac solum adhortabatur athletas, sed & suarum passionum enarratione: eaque de causa antequam in sermonem de resurrectione incidat, suas passionum exponit, sic dicens: In omnibus premimur, at non anxij reddimur: laboramus, at non destituimur: persecutionem patimur, at non in ea deserimur: deicimur, at non perimus. Quotidianas mortes commemorat, eo quod quasi animati mortui quotidie ad mortem tradebantur: tunc ergo sermonem hunc de resurrectione mouit. Credimus enim, ait, quod is qui suscitauit dominum nostrum Iesum Christum, & nos per Iesum suscitabit, & vobiscum constituet: propterea malis non succubimus, ait, maximam in certaminibus ipsis consolationem habentes, spem futurorum. Et non dixit ad ipsos, propter quod ne succumbatis malis: sed quid ait? Propter quod non succumbimus malis. Declarat se quoque in continuis conflictationibus esse. Enimvero in olympicis certaminibus, athleta intra stadium certat, magister autem ludi foris confidens, sermonibus affert auxilium, eatenusque certantem duntaxat iuuat, quatenus acclamationibus, sermonibusque: valet: neque enim vlla lege permittitur, propius assistere & manibus illum adiuuare. At secus res habet in pietatis certaminibus. Idem enim est & athleta, & magister ludi: & idcirco non extra caueam sedet: sed ingressus ad certamina ipsa, firmat compugiles, dicens: Propter quod malis non succumbimus. Et non dixit, Propter quod malis non succubimus, sed malis non succumbimus, laudibus ipsos erigere volens. Sed quauis homo noster externus corrumpitur, tantò tamen internus renouatur in dies singulos. Vide quanta apostoli prudentia? Admonuit primum eos ab afflictionibus, quas ferebant, dicens: In omnibus premimur, at non anxij reddimur. Admonuit item a resurrectione Iesu: Nam qui suscitauit Iesum, & nos suscitabit. Nunc aliam quandam adhortandi rationem inducit. Quando quidam homines plerique pusillo animo sunt, & infirmi, ac miseri, & resurrectionem doctri despiciunt, & ob temporis longitudinem vacillant ac recidunt: ideo aliam illis ante resurrectionem constituit mercedem, ac retributionem. Et quae nam illa? Tametsi externus homo noster corrumpitur, internus tamen innouatur in dies singulos. Externum hominem, corpus: internum, animam vocat. Et hoc ideo dicit, ut intelligas, quod antequam resurgamus, & antequam fruamur gloria futura, etiam non parua hic laborum remuneratio datur: cum inter angustias ipsas anima nostra reuiuenscitur, sapientior ac magis pia euadit, maiore pollet patientia,

Rom. 8. g

Psal. 43. d

1. Cor. 4. d

765

tia, & fortior atque constanter persistit. Nam sicut hi, qui in corporali certamine pugnant, ante coronam & brachium, in meditatione & palaestra ipsa, magnam accipiunt mercedem, eo quod corpora sua firmiora, & validiora exercitando faciunt, & infirmitatem omnem effugiunt: ita & nos virtutis certantes, priusquam aperiantur caelum, priusquam filius dei adsit, priusquam retributiones nobis dentur, magnam mercedem accipimus, eo quod anima sapientiae fit amantior. Similiter sicut qui mare nauigant: & innumeras procellas tulerunt, multaque hyemes perpessi sunt, & cum multis bestiis certant: antequam merces referunt, non paruum peregrinationis suae lucrum reportant, eo quod aliquantò fidentiores sunt, ac pelagi saeuicium minus horret: namque intripidè, & voluptate quadam transmarinas peregrinationes aggrediuntur. Ita & qui in praesenti vita, propter Christum multas fert afflictiones, multaque grauiam patitur, etiam antequam regni caelorum magnam illam retributionem assequatur: magna hic potitur fiducia, animamque suam ita excelsam efficit, ut posthac grauiam omnia, quasi è sublimi derideat. Ut autem quod dicimus, adhuc manifestius colliquefcat, exemplo uti volumus. Paulus ille, exantlatis innumeris malis, nonne insignes retributiones accepit, cum irrideret tyrannos, cum furibundos populos incitaret, cum omnes poenas contemneret, impaudusque, & impercussus maneret contra bestias, contra ferrum, in mari, in praecipitiis, in seditionibus, in insidiis, denique in malis omnibus: quid huic conferri potest? Enimvero hominem in exercitatum, & nihil mali expertum, mox, si quae fortuito oboriuntur turbulentiae: imò non solum res ipsae, sed & stultae opiniones, & rerum umbræ, pauidum reddunt, & perterrent. Verum, qui non omnino in exercitatus, in certamen ingreditur, sed multa ante mala perpessus est, is omnibus postea superior fit, & minas contemnit. Non parua autem est haec corona, neque exigua merces, quod illum nihil humanarum rerum mouere potest. Nam quae aliis multum formidanda videbantur, ab hoc facile contemnebantur: & propter quae alij tremebant, & metu obstupescabant, ea multum ridebat ipse, quia per excellentem patientiam, angelicarum virtutum philosophiam adeptus erat. Si enim corpus rectè beatum dicimus, quod potest absque offensa ferre frigus, & calores, & famem, & inopiam, & viæ difficultates, ærumnasque: alias: quantum magis beatam vocare oportet animam, quae viriliter ac fortiter omnes omnium molestiarum ferre incursum, & per omnia seruare cor suum nulli seruituti obnoxium potest? Planè is regum est rex, & magis quam rex. Regem enim satellites, milites: amici, & inimici nunc insidiando, nunc aperte vim faciendo offendere possunt: huic autem, cui animus qualem nunc dixi, neque rex, neque stipator, neque familiaris, neque amicus, neque inimicus, neque diabolus ipse, aliqua ex parte potuit nocere. Aut quo pacto, cum is omni studio in hoc incumbat, ne inter mala computet, quae vulgò mala haberi solent? Talis quippe erat beatus Paulus, atque propterea dicebat: Quis nos separabit a charitate Christi? tribulatio, vel angustia, vel persecutio, vel fames, vel nuditas, vel gladius, vel periculum? Sicut scriptum est: Quia propter te morte conficimur tota die, reputati sumus ut oves mactationis: sed in illis omnibus egregie vincimus propter eum, qui nos dilexit. Istud etiam hoc loco insinuas dicebat? Tametsi externus homo noster corrumpitur, internus tamen renouatur in dies singulos. Infirmum sit corpus, ait, sed validior & potentior animus, quin & multò alacrior, & agilior.

Tomus tertius.

Et sicut miles, si gestarit arma sese grauiantia, licet alioqui strenuus sit, & in militia exercitatus, non est terrori hostibus, qui sciunt armaturam grauitatem pedum velocitati & bellandi vsui obesse: si leuia acceperit, & tractabilia, sicut auis aliqua obtinuit se feret hostibus: Sic & qui carnem suam non ebrietate, neque indulgentia, neque deliciis inraffarit: sed ieiuniis & precibus, diuturnaque afflictionum sustinentia, leuiorem & tenuiorem effecerit: sicut volucris aliqua supernè deuolans, ita valido impetu in phalanges demonum irruit, & occurrentes virtutes facile inuadit, sibique subiicit. In hunc modum, & Paulus multis affectus plagis, & in vincula coniectus, & ligneis vinctus compedibus, corpus quidem habuit valde infirmum, laboribusque emaciatum, animam verò fortem, & inuictam: atque adeo fortis erat vinctus, ut ad solam eius vocem fundamenta carceris commouerentur, & solutis compedibus vinctus supra pedes statueretur, aperireturque ianua clausa. Itaque haud paruum nobis consolationem Paulus exhibuit, quae conceditur etiam antequam resurgamus, nempe quod tationibus meliores & sapientiores reddemur: idcirco dicit, Afflictio patientiam operatur, patientia probationem, probatio spem, spes verò non confunditur. Et iterum alius quidam dicit: Vir qui non tentatur, non est probatus: & qui non est probatus, nullius pensus est. Et ita non parum nobis conferunt afflictiones ante resurrectionem, cum anima reddatur probator, sapientia & intelligentia praestantior, & ab omni libera formidine. Et idcirco dicit: Etiam si externus noster homo corrumpatur, internus tamen renouatur in dies singulos. Effugatur enim omnis effeminatio, extinguuntur concupiscentiae absurdae, & auaricia, & inanis gloria, & in summa, interimitur omnes aliae male peruersaeque cogitationes. Ut ergo anima ignauiæ socordiaeque: dedita, facile huiusmodi afflictionibus est obnoxia: ita si continuis est implicita pro pietate certaminibus, non tantum habet oculos, ut de his, vel cogitet aliquando, curis videlicet, ipsam ab his omnibus ad palaestra studia auocantibus. Propterea dicebat, innouatur in dies singulos. Postea ut denuò soletur animas dolentes in malis quibus affliguntur, & alia philosophia nescientes erigat spe futurorum, sic dicit: Quae enim nunc leuis est afflictio, mirè supra modum aeternae gloriae pondus operatur nobis, dum non spectamus ea, quae videntur, sed quae non videntur. Nam quae videntur temporaria sunt: quae verò non videntur, aeterna. Quasi diceret, Plurima igitur, & in hac vita afflictio nobis bona confert, nepe quod animam nostram sapientiore, prudentioreque facit, innumera tamen & futura bona conciliat: non ea quae laboribus ex æquo rependuntur, sed multa ampliora, quam certaminibus debentur, tam secundum qualitatem quam secundum quantitatem. Et ambo ista declaras, comparat & excellentiam praemiorum & periculorum, & opponit breue nunc aeternitati, & leuitati, pondus: afflictioni, gloriam. Afflictio enim ait, temporalis est & leuis. Relaxatio autem, immo non dixit afflictionis relaxatio, sed gloria, quae relaxatione afflictionis multò est maior, utpote aeterna, & continua, & magna. Pondus autem hic non erumnosum, & onerosum, sed magnificentum & preciosum aliquid vocat vulgari consuetudine, qua preciosa grauioris esse ponderis vocare solemus. Cum igitur dicit, pondus gloriae, magnitudinem gloriae dicit. Inquit igitur, Ne hoc reputes, quod flagellaris & expelleris, sed potius cogita coronas & retributiones, quod illae longiores, maiores & clariiores sunt praesentibus, nullumque finem habeant, aut terminum. Et haec applicat ad

B ij tentatio-

tationem, illa vero ad spem: & de his dicit, quod apparent: de illis vero, quod non apparent. Iam si recte sapias, inuisibilia multo magis apparet, quam visibilia, poterisq; illa magis videre quam hæc: hæc enim trāsunt, illa autem permanent. Eapropter addit, dicens: Dum nos non spectamus ea quæ videntur, sed quæ non videntur: quæ enim videntur, temporalia: quæ non videntur, æterna. At si dixeris, quo modo possum videre ea quæ non videntur: & ea quæ præsentia sunt, non videre: Agè tentabo quo modo tibi horum fidem faciam, idq; à secularibus negociis. Nam in rebus huius mundi, nemo statim aliquid agit, nisi priusquam videat visibilia, spectet inuisibilia. Dicam autem exemplum. Negociator multas fert tempestates, fluctuum insultus, naufragia, multaq; alia incommoda: verum non nisi cum negotiationem aliquādiu exercuerit, & merces comportarit, diuitiis partis fruitur. Et præcedunt quidem tempestates, sequuntur autem merces: & videt quidem pelagus ac fluctus, cum è littore soluit, merces autem non videntur, tantum autem sperantur. At nisi ad eam respiciat, quæ non apparet, & absens est: & non in manu, sed in spe: nunquam etiam præsentia, & quæ apparet attendabit. Similiter & agricola iungit boue, aptat aratrum, profundos facit sulcos, seminaq; spargit, & omnia quæ sibi sunt insumit, & frigora, & glacies, & imbres, & alias fert ærumnas, quauis multas: tandemq; post labores expectat, vt videat cāpos virentes, & impletam aream. En & hic prior est labor, posterior verò merces: & merces incerta, labor verò certus & difficilis: & illa quidem tantum in spe, labor autem in manibus. Veruntamen & ipse nisi primum hanc spectet, quæ dubia, & non apparens, & corporeis oculis inconspicua: nō solum non iunget bouem, sed & neque aratrum trahet, neque semina sparget, & neque vnquā ad id operis vel domo egredietur. Sicut igitur in rebus vitæ huius magis spectatur ad inuisibilia, quam ad visibilia: & antea fertur labor, quam videatur merces, & primum difficilia quæq; sustinentur, & sic inde expectantur fructus: sicq; spes inuisibilia primū adducit, & tunc visibilia quoq; attinguntur: ad hæc, dubitare, hæsitare, & postulare mercedem ante labores: videtur esse animi abiectioris, quam sint agricolæ, & nautæ: non enim in hoc solo ipsis videmur esse deteriores, quod egrè futura expectamus, sed etiam in alio quodam non minore illis. Et quodnam est hoc? Illi enim nō satis fidere possunt fini suo, & incerti sunt quantum mercedis habituri, attamen nec sic à laboribus deterrentur. At tu fideiorem coronarum habes fide dignissimum: & neque sic imitaris illorū studium, ac strenuitatem. Etenim nonnunquam agricola postquam semetē fecerit, agrum coluerit, iam segetem in crescere viderit, spe tamen & retributione laborum excidit, si vel grando, vel eruca, vel locustæ, vel alia quædā talia acciderint, & post multos labores vacuis manibus domū regreditur. Mercator quoq; post longam nauigationem afferens oneratam nauim, sæpe in ipso portus ostio, irruentibus ventis, impingit in scopulum, & vix nudo corpore saluato egreditur. Et in summa, in secularibus negociis omnibus sæpe sub finem eiusmodi calamitates eueniunt. Caterum non idem in tuis contingit certaminibus: sed necesse omnino est, vt qui certauerit, & pietatem seminauerit, multosq; labores tulerit, finem ipsum assequatur. Neque enim aëris intemperie, neque ventorum tempestate, laborū mercedes subverti sinit deus, sed repositæ sunt illæ in cælestibus & indepretabilibus thesauris. Propter hoc & Paulus di-

A cebat: Afflictio patientiam operatur, patientia probationem, probatio spem, spes autem non confunditur. Igitur ne dixeris futura inuisibilia, si exactè dicere volueris. Plus enim apparet, quam illa ipsa, quæ in manibus sunt. Quod idiplum Paulus nobis monstrans, dicit: illa quidem æterna, hæc verò temporalia. Nomine temporalium, declarat nobis corruptibilitatem ipsorum: nam antequam appareant, aufugiunt, & auolant antequam consistant, mutationesq; eorum celeri momento fiunt: infidam igitur in diuitiis, gloria, potētatu, corporis forma, & quocunq; seculari alio bono, possessionem cōtueri licet. Eapropter propheta reprehendens agentes in deliciis, & in diuitiis, vel quauis aliam rem temporalem insanientes. Quasi stantia, dicit, reputarunt hæc, non quasi fugientia. Nam sicut vmbra nemo cōprehenderit, ita neque temporales res: sed eorum aliqua sine suo consummatur & dissoluuntur, alia ante finem velocius quouis torrente diffuunt. Futura autem non sunt talia: mutationem enim nesciunt, vicissitudinem non patiuntur: non ea vrget senectus, nullam alterationem experiuntur, sed perpetuò vigent, & in suo decore permanent. Et si de infidis, ambiguis, & nō apparentibus dicendum, ea sunt præsentia. Nam apud confidentes non manent, sed quotidie dominos mutant, & ab illis ad alios transeunt, & rursus ab illis ad alios. Vbi omnia hæc à Paulo dicta, qui vocat præsentia temporaria, & futura æterna: tunc de resurrectione sermonem habet, sic dicens: Scimus quod si terrestris nostra domus huius tabernaculi dissoluatur, domum ex deo habemus, nō manufactam, æternam in cælis. Vide iterum quam propriè etiam hoc loco dictioibus vtatur, & vim sententiæ suæ ipsis nominibus declarat. Non enim simpliciter tabernaculum corpus vocauit, sed indicat nobis vitam hanc præsentem temporalem, & declarat quo modo commutanda sit in meliorem: quasi dicat, Quid ingemiscis & lachrymaris, dilecte, quod verberibus pulsaris, quod ab hominum cœtu expelleris, quod in carcerem intruderis? Quid luges afflictiones illas particulares, cum pro perfecta corporis solutione orare debeas, immo non simpliciter corporis, sed corruptionis in corpore? Nam vt ostendat, quod particulares illæ afflictiones non solum contristare nos non debeant, sed & lætificare: monstrat, quod precemur & operemur vniuersalem & postremam consummationem, dissolutionem inquam per mortem. Sic enim dicit: Etenim in hoc ingemiscimus, desiderantes vt domicilium nostrum cælitus superinduetur. Domum autem tabernaculi, corpus dicit: rem vnā duobus nominibus explicando. Vel domum tabernaculi, vocat, domum in quibus habitamus, ciuitates, & figuram præsentis vitæ. Et non simpliciter dixit, scio: sed, scimus: & auditorum quoque sententiā assumpsit, dicens: Non de rebus ambiguis disputo, non de his quæ nesciuntur, sed de his de quibus iam pridè edocti estis, credentes in resurrectionem Iesu Christi: & ob hoc tabernacula vocamus corpora eorum, qui hinc decedunt. Vide autem quo modo & verbo appositè sit vsus. Non dixit occisum est, vel disparuit, sed dissolutum est: quo declarauit, quod dissoluitur, vt resurgat fulgidius, vt inueniatur clarius: sicut etiam labores & præmia conferebat à qualitate, quantitate & tēpore. Ita & hic facit, corpus deciduum, tabernaculi: quod autem resurgit, domus nomine vocat: & non simpliciter domum, sed æternam, sed cælestem: excellentiam eius tam à tempore, quam à loco subindicans. Hæc enim terrestris est, illa cælestis: hæc temporalis,

poralis, illa æterna. Et nunc quidem opus nostro corporis domicilium propter carnis infirmitatem, tunc verò idem & corpus erit, & domicilium: neque tecto, neque vllis velamentis habes opus, pro omnibus his contentum sui ipsius incorruptibilitate. Postea indicado eminentiam bonorum nobis repositorum, dicit: Etenim in hoc ingemiscimus. Quibus eos ad suam philosophiam trahere vult, & suæ possessionis facere participes. Etenim in hac parte ingemiscimus, desiderantes domicilium nostrum è cælo superindui: non dixit simpliciter, indui: sed superindui. Siquidem & induti non inueniamur nudi. Et licet appareat obscurū esse, quod dictum est: fit tamen manifestius per ea quæ subduntur. Etenim qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus grauati, eo quod nolumus exui, sed superindui. Vide quo modo seipsum non arguit, neque vocat domum hoc corpus, sed tabernaculum dicit, eo quod nolumus exui, sed superindui. Hic importunè flagellat criminātes naturam corporis, & accusantes carnem nostram. Quia enim dixit, quod ingemiscimus, & exui nolumus: vt ne putes quod corpus quasi malum aliquod, & causam malitiæ, & inimicum, & hostem fugiat, audi quo modo suspicionem excludit. Primum cum dicit, Ingemiscimus grauati, eo quod nolumus exui, sed superindui. Quod autem dixit hoc est, non carnem volo deponere, sed corruptionem: non corpus, sed mortem. Aliud est corpus, aliud mors: & aliud corpus, aliud corruptio: neq; corruptio corpus est, & corruptibile quidē corpus est, non autē corruptio corpus. Nā corp^o opus est dei, corruptio autē & mors à peccato inuectæ sunt. Igitur ait, id quod alienum est exuere volo, nō quod proprium. Alienum autem est, nō corpus, sed corruptio. Et propter hoc ait, eo quod nolumus exui: hoc est, auferrī corpus, sed superindui in corpore incorruptionem. Corpus medio se modo habet inter corruptionem & incorruptionem. Degustat hic corruptionē, & alibi degustat incorruptionē: abiicit quod accepit à peccato, & possidet quod dedit dei gratia. Vt discas quod exuere, nō de corpore dicit, sed de corruptione & morte: audi ex his quæ mox subiiciuntur. Nam postquam dixit, nolumus exui: sed, superindui: non dixit, quod absorbeatur corpus ab incorporeitate, sed quidē: sed vt absorbeatur mortalitas à vita, hoc est, vt euanescat, vt aboleatur: ita abolitionem non corporis vocat, sed corruptionis & mortis. Adueniens enim vita nō corpus abolet & absumit, sed mortem & corruptionem quæ illud inuaserāt. Gemitus ergo ille, non propter corpus est, sed propter corruptionem & mortem, quæ illi inest. Etenim corpus graue est & onerosum, ac molestum: non secundum suam naturam, sed secundum mortalitatem, quæ postea illi superuenit: non vt corpus, sed vt corruptibile. Tanta enim eius est generositas, vt dignitatē suam picturis quibusdam expresserit. Nam apostolorum vmbra incorporeas expulerunt virtutes: item cinis & puluis eorum, & amacula, quæ illorum adhaferant corporibus, morbos fugarunt, sanitatemq; contulerunt. Nihil ergo mihi de phlegmate, & cholera, & sudore, & sordibus, ac aliis dixeris, quæ corporis accusatores narrant: neque enim ex natura corporis hæc fuerunt, sed à posteriore corruptione inuectæ sunt. Nam si, quæ sit eius natura, addiscere voles: considera membrorum omnium formationem, figuram, operationes, mutuamq; concordiam: & vide ciuitatem illam optimis legibus gubernatam, non nisi sapientes habere ciues, videbis diligētē membrorū inter se administrationē. Sin sursum deorsum, obi-

A terq; hæc prætercurris, profectò res solam passibilitatem, & corruptibilitatem, quauis nec hic nobis desit responsio. Nam quod hinc humano generi non solum nihil damni, sed etiam plurimum commodi accesserit, inde colliquefcit: sancti enim omnes in corpore videntes, declararunt, quàm gubernarint sensus suos, nullo per eos, quantum ad virtutis cursum attinet, affecti incommodo. Quin & alij qui mediocriter virtutem colunt, attendetes corporis imbecillitatem, minus in præuaricationibus suis progressi sunt. Cum enim homines nonnulli etiam mortali, & patibili hoc corpusculo circumdati, æquales se deo esse sibi visi sunt, & ob hoc tanta se gloria obseruari curauerint: qua non stulticia decepti essent, si non passioni corruptioniq; obnoxium corpus, vt pote certum infirmitatis suæ indicium sortiti fuissent: Quia ergo corpus obstat impietati, quæ summa est malicia, & sanctis præstat, vt animæ fortitudinē declarent: quam veniam consequentur hi qui ipsum accusant, & malum clamant? Non enim talia de ipso dicenda. Insuper & hinc nobis ad dei noticiam patet via. Si enim inuisibilia eius, quæ à conditione mundi in facturis considerata conspiciuntur, & fides ex auditu est: fatis manifestū, quod per oculos & aures manuducitur anima, vt agnoscat deum qui illam fecit. Idcirco istucipsum Paulus amat & clamat, ac dicit: Nolo illud exui, sed superindui & immortalitatem. Quo pacto autē potest resurgere corpus, fieriq; corruptionis immune? At cum dei potentia operatur, quo pacto nō eueniet? Sed quid de deo, in quā? Te ipsum fecit deus, vt resurrectionis esses opifex, id quod patet in feminibus, artibus, materiisq; metallorū. Etenim semina nisi prius moriantur, & putrescant, & corrumpantur: nō pariunt aristā. Sicut igitur qui videt ibi granū quod corripuit, & dissoluitur, non dubitat de resurrectione, sed certissimam demonstrationem facit. Nam si ita maneret, & nō corrūperetur, vel dissolueretur, certū quod nūquam resurgeret. Sic cogita & de corpore tuo, cum vides corruptionem, tunc potissimum de resurrectione philosophare. Nā mors nihil aliud est, quam plena corruptionis cōsumptio. Neque enim mors simpliciter corpus, sed corruptionē corporis absumit. Hoc etiam in metallorum materiis vides euenire. Rudem enim glebā in qua aurum, accipiunt eius artis gnari, & in conflatoriū mittūt, faciunt aurū circūponēdo stannum & aliā materiam, & aurum non proferūt, donec purum excoquatur. Iam si tantum potest ignis potentia, cur non & diuina? dic quaeso, an nō multo magis potest? Et quis mentis cōpos de his dubitaret? Cogita, quo modo te à principio fecit, nec erit quod de resurrectione ambigas. Nonnē terrā accepit, & formauit: tamēti operosius videatur, formari è terra carnem, & venas, & cutē, & ossa, & nervos, & arterias, & instrumentalia, & simplicia corpora, oculos, aures, nares, pedes, manus, & vnicuiq; horū tam propriam quàm communem indiationem, quàm corruptibilia facta, efficere incorruptibilia? An non vides, quo modo vniformis quidem terra, corpus autem multiforme & varium, nepe in operationibus, coloribus, figuracione, essentiis, & aliis omnibus? Dic igitur, quid ita de futuris dubitas? Et quid opus est dicere de corporibus? dic mihi quo modo fecerit virtutes immensas populos cælestes, angelos, superioraque his agmina, dic oro modum quo fecit? Hic nihil dicere potes, quàm quod sola voluntas ad hæc suffecerit. Caterum qui tot incorporeos formauit exercitus, hominis corpus dispersum, renouare iterum, & in maiorem proue-

here dignitatem nequit: Et quis sic infensus est, qui de his dubitet & resurrectionem fore incicias eat: Ad hæc, si non resurgit corpus, nõ resurgit homo. Homo enim non est anima sola, sed corpus & anima. Si ergo anima sola resurget, dimidium animal resurget, & ita non integrum. Sed & de anima non propriè dicitur resurrectio. Resurrectio enim eius est quod cecidit, & quod dissolutum est. Anima autem non dissoluitur, sed corpus. Quid ergo id est, quod ait? Siquidè & induti non nudi inueniamur: Sacramentum magnum & ineffabile nobis ibi adumbratur. Quale autem hoc? nõpe id quod & in epistola ad Corinthios dicit: Omnes quidem resurgemus, vnusquisque autem in suo ordine. Quid autem est, quod hic dicitur? hoc videlicet quod Græcus, & Iudeus, & hereticus, & omnis homo qui venit in huc mundum, in hac nostra resurrectione erit: & hoc est quod manifestat, dicens: Omnes quidem non dormiemus, omnes autem immutabimur, in atomo, in momento oculi, in illa vltima tuba. Quia ergo communis est omnibus resurrectio, & piis & impiis, & bonis hominibus, vt ne putes iniustum quoddam fieri iudicium, neque dicas ad teipsum, Quid nam hoc est? ego, qui multo studio & labore & in miseria vixi, resurgo, & Græcus, & impius, & idololatra, & qui ignorat Christum, etiam ipse resurgit, & simili honore mecum fruatur. Vt ne talia dicens conturberis, audi quid dicit, Siquidem induti non nudi inueniamur. Et quo modo dicit, qui indutus est incorruptionem & immortalitatem, vt inueniatur nudus? Videlicet si gloria priuamur, & fiducia ad deum destituimur. Etenim peccatorum quoque corpora incorruptibilia resurgunt, & immortalia: sed hic honor fomentum & viaticum ipsis erunt suppliciorum & vltionis: incorruptibilia enim resurgunt, vt semper vratur. Nam cum ille ignis sit inextinguibilis, opus est illis corporibus, quæ & ipsa nunquam consumantur. Eapropter dicit: Siquidem & induti, nõ nudi inueniamur. Non enim hoc solum est quod queritur, vt resurgamus, & immortalitatem induamus: sed vt cum resurrexerimus, indutiq; fuerimus immortalitatem, non inueniamur nudi à gloria, fiduciaq; erga deum, nõve igni illi tradamur, & ob hoc dicit: Siquidem & induti, nudi non inueniamur. Post hæc iterum fide dignum de resurrectione sermonem habet: & cum dixit, futurum quod absorbeatur mortale hoc à vita, adiicit, Qui autem nos fecit ad hoc ipsum deus à principio, propter hoc hominem formauit dicit, vt non pereat, sed vt ad incorruptionem pergat. Ita vt quado mortem permisit, hoc ipsam consilio permiserit, vt vltione prudentior factus homo & melior, possit denuo ad immortalitatem reduci. Ratum atque firmum hoc consilium, & hæc sententia ab initio apud deum, atque hac ratione primum hominem formauit, idq; statim nobis ex proæmiis ipsis declarauit. Nisi enim voluisset nobis resurrectionis ianuas aperire, nõ permisisset Abelem omni virtute præditum, factumq; sibi amicum, quæ passus est pati. Nunc autem nobis demonstratum est, quod ad aliam vitam pergimus, & aliud quoddam seculum iustus relictum est, in quo coronas & retributiones sibi repositas accipiat. Hinc est quod permittit, vt is qui primum hic iuste vixit, laborum suorum mercedes hic non accipiat: sed hinc abiens, clamet per ea quæ hic passus est, & ad omnes dicat: Post hanc vitam est retributio aliqua, & merces & remuneratio. Propterea etiam Enoch transfulit, & Eliã rapuit, docens per eos resurrectionis materiam. Et sufficit ad argumentorum copiam sola conditoris po-

2. Cor. 5. 4

2. Cor. 5. 5

2. Cor. 5. 6

2. Cor. 5. 4

Ibidem

Gen. 5. d
& 4. Reg.
2. b

772
tentia: at si quis est infirmior, & aliam insuper demonstrationem habere vult, & pignus futuræ resurrectionis, etiã id ipsum nobis deus magna liberalitate dedit, spiritus scilicet gratiam. Quocirca cum Paulus de resurrectione sermonem habuisset fidelissimum, de Christi resurrectione, eo quod deus eius author esset, adducit & hoc tertium: Et arrabonem nobis dedit, nõ auri nec argenti, sed arrabonem spiritus. Arrabon autè pars est totius, & de toto fides. Nam sicut in conuiuio, qui accepit arrabonem, fidem habet, & securus est de toto reliquo: ita & tu cum acceperis arrabonem spiritus, dona inquam, non iam dubitare debes de cæteris bonis tibi repositis. Qui enim excitauit mortuos, curauit cæcos, dæmones expulit, leprosos mūdauit, morbos emendauit, mortem soluit, & tanta ac talia potens est facere, & tu incredulus es? tu in fragili & mortali corpore, quam assequeris veniam, de resurrectione dubitans? Si enim cum nondum resurrectionis tempus aduenit, sed cum adhuc certatur, tantas reddit tibi coronas deus: cogita, quanta suo tempore bonorum brabia daturus sit. At si quis dicat, sed non videmus hæc signa nunc fieri, neque nobis tanta virtus concredita est: Illud responderim quod nihil differt, siue nunc, siue olim hæc facta sunt. Nam quæ prius ab apostolis sunt facta, testatur per omnem orbem ecclesiæ, & populi, & ciuitates, & gentes, ad quas idiotæ piscatores peruenerunt. Neque enim toti orbi præualuissent illiterati, & inopes, & pauperes, & viles, nisi miraculis adiuti. Verum nec tu gratiæ spiritus factus es expers. Etiamnum multa sunt donationis illius symbola, atque his quæ enumerata multo maiora, & magis admiranda: nõ enim æquale est, corpus mortuum & animam à peccatis occisam ab interitu liberare, quod per baptismum fit. Nõ æquale est pellere morbum carnis, & abiicere pondus animæ. Non est æquale oculum cæcatum restituere, & animam obtenebratam illustrare. Nisi enim esset arrabon spiritus & nunc, neque baptisma adhibitum esset, neque peccatorum remissio, neque iusticia & sanctificatio facta esset, neque adoptionem filiorum dei accepissemus: neque percepissemus mysteria. Corpus enim & sanguis mysticus non fiunt absque spiritus gratia. Neque sacerdotes habuissimus, neque has ordinationes sine tali visitatione fieri possibile. Sed multa possemus dicere gratiæ spiritus symbola, & quod etiam tu spiritus arrabonem habes, & mortem animæ pellis, cæcitatemq; cogitationum, & vitæ exuis immundiciem. Ne igitur dubitemus de futuris, præsertim cum talia acceperimus pignora, sed vnde quaque de resurrectione sermonem solidum colligentes, vitam tantis dogmatis dignam exhibeamus, vt & assequamur hic bona incorruptibilia, quæ sermonem ac mentem humanam transcendunt. Quæ omnibus concedat, gratia & misericordia sua dominus noster Iesus Christus, per quem, & cum quo patri sit gloria, simulq; spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

Sermo eiusdem, de resurrectione.

DE resurrectione domini nostri Iesu Christi, quatum valemus lingua humillima vestra dilectioni narrabimus. Deponetes lugubre mortoris palliũ, accipiamus læticiæ indumentum, cum de resurgenti vita gaudemus. Testatur elemeta rediuiua, quæ erant funereo tegmine iam sepulta. Ad exequias domini relictis cursibus suis obsequio famulante migrauerant, nunc nobiscũ lætantur, quia nobiscum resurrexisset dominum profitetur. Propter laborem vigiliarum

773
giliarum breui sermone percurramus euangelium. Maria festinat ad tumulum. Maria, nõ mater domini, quæ virgo genuit, & post partum virgo permãsit, sed aliam Mariam nominamus, quæ fugientibus apostolis, ad sepulchrum domini sola peruenit. Apparuit ei saluator rediens ab inferis, victor, de diabolo triumphator. Luge te animæ miserorum, quæ non meruistis post tartari carcerem superos reuidere. Apparuit ergo mulieri. Oportuit enim obuiari sponsam sponso, ecclesiam Christo, redemptori captiuam domino famulã, creaturam creatori. Adhuc illa carnis nebula caligabat, & hebetem corporis cæcitate gerebat in mente, vt non agnosceret quem nouerat, non aspiceret quem videbat, non crederet, qui crederat. Mox reddita est sanitas mentis, fugatæ sunt tenebræ falsitatis. Vade, inquit, dic fratribus meis. Non dixit, dic errantibus, dic fugitiuis, dic latentibus, dic negatibus, sed dic, inquit, fratribus meis. Plures namq; Marias, fratres charissimi fuisse, quis ambigat: quæ pro qualitate meritorum post resurrectionem dominum meruerunt videre. Vna denique cum vnguento prima sabbati, alia sine vnguento vespere sabbati venisse ad sepulchrum domini designantur. Sed hæc admittit pedes domini tenere: illa tangere prohibetur. Hæc discipulis nunciavit dominum resurrexisse. Illa existimans furto sublatũ esse congemuit. Illi in gloria sua Christus occurrit, hæc adhuc dominũ cum mortuis querit. Nec immeritò tangere prohibetur quæ viuẽtem cum mortuis requirebat. O admirabilis bonitas saluatoris: appellat fratres; quos nouerat negatores. Perrexit mulier, nũciat apostolis dominum resurrexisse. Soluite captiui vincula tarditatis, redite ad dominũ, redite ad magistrum: quia mulier nunciat, non videatur indecorum. Thomas vnus de discipulis ambiguae mentis incredulus, de resurrectione dubius, & penè perfidie laqueo suffocatus, aspicit Christum corpore vestitum, quod fuerat passione nudatũ. Ipse ex integris genitalibus virginis, membra infantis eduxit, qui clausis ianuis iuuenem introduxit. Expauit apostolus culpam suam, & confessionis penitentiam publicauit. Veni, inquit dominus: tange vestigia vulnerum meorum, festina curiose, festina perfide, vt vulnera tua vulneribus sanentur: & mens tua sauciata perfidia iaculis, indulgentiæ medicameto curetur. Thomas reus, à quo fuerat dominus offensus, prostratus pedibus saluatoris, lametabiles gemitus fudit. Dominus meus, ait, & deus meus. Sed & mitissimus Christus confitentem non cõtẽmpsit: nolo, inquit, sis incredulus, sed fidelis. Bona est penitentia fratres, si tarda non fuerit: & si fuerit sera, in opere videatur esse perfecta. Facilius cognoscimus veniam creatoris, quam penitentiam peccatoris.

Joan. 20. d

Ibidem.

Item eiusdem, de eodem.

Post custodias sæuas & vincula dura, post illusiones & verbera, post acetum & fellis pocula mixta, post supplicia crucis & vulnera, postremo post ipsam mortem & inferos: surrexit de suo funere caro noua, rediuiua phœnicis, quæ vltimus sol & cinnama. coxerant pietatis. Redit ab occiduo orbe latens vita, & in monte salus seruata resurgit, pulchrior reditura post funus. Quid cœnam illam liberalem commemorem, vbi tingebat discipulus mendax digitum? Edebat cum pane cœdem, & sorbebat cum sanguine potionem. O crudele proditoris conuiuium, rogo, quibus oculis aspicebat, quem sub dente premebat? Parricida pariter & coniuua vendidit argento dominum, fecit de Tomus tertius.

A magistro ferale commercium. Accepit aurum, & perdidit deum. Ipse autem Iudas inter epulas carnifex, inter necareos cibos amarus vipeream cruentat animam: & cæcum alit sub pectore vulnus. Accepit mox à Christo buccellam, quam malè sibi conscia mens ferre non potuit. Cucurrit ad Iudæos. Pensat in precio mortem suam, qui dum alienum sanguinem vendit, proprio laqueo disperit. Ecce traditur Christus, ducitur, ecce flagellatur, ecce suspenditur. Quid tibi profuit, nõ Iuda, vt mortem alienam tuo sanguine mercareris? Christus rediuit ab inferis, & tu in pena torqueris. Illi nihil nocuisti, tu verò corpus simul & animam perdidisti. Cur Iudæa ferrox, quem occideres, comparasti? Si seruares tibi, quod emerat: nõ perderes, quod habebas. Tollis de innocente cõsiliũ: ducis sicut ouem ad gladium, cruentas membra, diuidis vestimeta. Quid lucri inuenisti, quia sic sauiisti? Ecce Christus ex Oceano mortis, tãquam roseum iubar ascendit, & super te funerea caligo permansit. Aspice Solem nostrũ radiare. Vbi est quod dudum figebas in cruce? Spinas etiam capiti eius, & coronam de vepribus texuisti, acetum quoq; amaro felle propinasti commixtum. Ille tamen accepit, non quod biberet, sed quod potius reprobareret: denique gustauit merum tuum, & amputauit fructum tuum. Ego, inquit, plantaui te vineam fructiferam totam. Quo modo conuersa es in amaritudinẽ vitis alienæ? Sustinui, vt faceret vvas, fecit autem spinas. Ruit subito nox medio die, & mortem domini omnis creatura, ne videret, effugit. Texit faciem suam lugubri nube omne cœlum; & totus orbis tenebris obuolutus occultauit vultum suum, ne videret in cruce dominum suum. Elementa ipsa turbantur & rugiunt, saxa rumpuntur, sepulchra patescunt, mortui reuiuiscunt. Factũ est in terra chaos, timet omnis natura periculum, & Iudæa perficit parricidium. Vnus erat latro & corpore & mente proximus, alter alteri quidem vicinus, sed multum corde diuisus. Pendebat Christus in medio, & tanquam rex fulgebat in throno. Constebatur vnus & honorificabat, alter incredulus blasphemabat. Iudex modò dictat vni sententiam, alteri porrigit indulgentiam. O mira rerũ conuersio, latro credit, & Iudæa fremit. Fecit latro de cruce impetũ, & intravit paradysum rhomphæa flammea circumdatũ. Iudæa verò amisit lumen, quando perdidit Solem, sicut scriptum est: Supercecidit ignis, & non viderunt Solem. O violentũ latronem, nõ artificiose effractionis vim. Ipsum clauiculariũ tenuit, & per ipsum ad paradisi interiora peruenit. Ecce surrexit hodie Christus, & post supplicia multa illæso corpore cornescavit. Nõ eum vmbròsa vorago, nõ eræ claustra, non indomabilis mors morte oppressit. Dixit cessere formæ, imperiumq; omne succubuit. Nõ ibi præsentem Christo vltices flammæ, non sæua supplicia resonabant. Gemitus ille tristis, omniscq; luctuosus clangor obstupuit: captiuorum dirupta sunt vincula: nox ipsa, inferniq; resplenduit. Vomuerunt anfractus cauarum captiuos, & animas lapidorum iam tenues antra cæca de suis custodiis laxauerunt. Ceciderunt feræ illæ cruenta manus, atque rubiginosi tortores viso domino tremuerunt. Cœperunt sentire quod fecerant, & suis se pœnis carnificina torquebat. Mox resolutos populos reducit Christus in lucem, alloquitur faucios, reficit fatigatos: O mea quondam, inquit, creatura, nõ opifici meum: non te ea sorte condideram, vt in has plagas & in hæc exitia peruenires? Paradysum tibi paraueram, non infernũ. Delicias præparauit, vitamq; beatam, non mortem, constitui. Ecce quò te perduxit, & huc me

Esai. 53.

Psalm. 57. b

descendere compulisti, vt paululum de maiestate humilis ad hunc carcerem hucusque venirem. Dum ergo te de his tenebris & tormentis liberarem, iudicem me esse tua culpa fecit: vt te ita derelinquerem, necessitas delicti tui compulit. Quid agerem iustus, nisi damnaretur iniustus: Si te per potentiam eriperem, iusticiam vtique amissem. Coactus sum amore tui pugnare cū aduersario tuo. Sustinui angustias vteri virginalis, accepi fortem tuam, auspicias sum infantiam, iacui in praecepio: fleui, dormiui, creui, esuriam sitimq; sustinui. Quae fuit, rogo, tanta cupiditas pomi, vt meorum praeceptorum oblitus, inter ipsa primordia periretis? Debui quidem ingratos aeternis donare suppliciis: sed fateor, vicit me pietas. Non angelum mihi, sed ego ipse propter te defendendi. Permissi me occidi, & sic ad istos inferos veni. Exite nunc vinciti, exurgite miseri, respirate captiui. Ecce vobis ignota lux fulgeo, ecce rores infundo, ecce nodos omnes catenasq; dirumpo. Ecce tartareas sedes, noctemq; profundam, foetidumq; chaos extermino. Sufficiant exactae poenae. Fouebit vos semper maiestas mea, cū in caelo fuerit caro mea.

Item eiusdem, de eodem.

Domini resurrectio induxit mundo laeticiam. Quanto fulget in aspectu, tanto feruet in affectu. Vetus homo migravit, nouus aduenit. Prauaricatio Adae confusa est, cū nobis gratia Christi donata est. Dudum catena erroris trahebat animas miserorum, nunc charitatis vinculum redemptos ducit ad caelum. Erubuit diabolus in furoribus suis. Christus occiditur, & mundus ab erroribus liberatur. Christus resurgit, & hostis euauit. Miracula virtutum apparuerunt, vt homines perfidi confunderentur, & vt perdit redimerentur. Quantum mæret luctibus synagoga Iudaeorum, tantum iucundatur ecclesia Christianorum. Triumphemus in Christo, qui nobis donauit misericordiae medicinam, dum per lignum tribuit trophaea gloriosa. Iudas vendidit dominum suum, Petrus negauit magistrum, Iatro cōfiteatur Christum: Iudas desperauit, Petrus titubauit, Iatro paradysum meruit. Inter traditorem, mercatoremq; sanguinis Christi, & negatorem magistrum, & confessionem Iatronis, signaculum meruimus redemptoris. Sufficiant charitati vestrae, quae pro eruditionibus animarum dedit dominus deus.

Item eiusdem, de eodem.

Ratres, quam preciosa & grata hodie ecclesia nobis inclaruit: & totius anni diebus alacrior dies hodierna refulsit. Non de vilitatis Solis curriculum illustrata praclarus, sed de lumine agni resurgens illustrata sublimius. Hodie enim sol iusticiae Christus ascendit euangelizatis sanctorum animis, ab inferis eleuans secum corpora sanctorum tanquam chorus syderum spiritualium. Enituit Hierusalē, in qua visi sunt resurgentes, enitescit ecclesia, in qua prafulget renascentes: Et illi testes, & isti testes. Solis resurgens illi testes, Solis in aqua & spiritu baptizantis isti testes. Et ideo pulsemus citharam Dauid, canentis: Hic est dies, quem fecit dominus, exultemus & iocundemur in eo. Contemplemur hūc diem, qualē noctem habuerit genitricē. Nox planē hāc caelum luminaribus imitatur, immo verō hāc ipsa nocte caelum terraq; collatantur. Nox bonae parturitionis, nox sanctae regenerationis, geminum noctis huius video vterum: quia & geminum agnosco partum. Comouit tūc nox ista vterum partu-

Psal. 117. d.

riendo corpora resurgentiū: commouet nunc vuluam suam renouando animas innocentium nox, de qua dicitur: Et nox tāquam dies illuminabitur. Ab ipsa est dies, quae fecit dominus, dies dominicus, Alii diem panis, alii dicunt diem lucis. De hac tripartita diei nūcupatione, producimus gaudiorum tubae clangorem. Dies dominicus, dies (inquam) regalis, in quo imperator ascendit ab inferis. Hesterno die agonizabamus tanquam sperantes regem, hodie latemur suscipientes imperatorem. Et ideo hesternus dies non fuit ieiunationis, sed expectationis. Nunquam aliquis sensit ieiunij laborem, sed omnes tanquam sibi parabant laeti refectioem. Quemadmodum si iudex speratur ad patriam rediturus, nonne totius ordinis viri principes ciuitatis, dum meditantur cantica in occursum iudicis venientis, longius per momenta portis procedunt: & dum sperant, ieiunant: dum ieiunant, refectioem parant. Sic hesterno, veluti in expectatione iudicis salutaris, agonizabamur parādo, sed delectabamur ieiunando. Suscepimus regem, & reficimur per gratiam salutarem. Et recte dies dicitur panis, quia in eo nouimus panem resurrectionis caelestis. Hodie enim processit panis in veritate, qui sicut crystallū mittebatur de nubibus prophetiae. Clamat enim Dauid in voce Psalmi, dicens: Qui emittit crystallū suam, sicut frustra panis. De ore enim prophetarū, tanquam de nubibus sanctis descendebant niues, descendebat ros in vellus, quasi in crystallum spiritalem: vt per frustra panis consumptae prophetiae, integrū sacramenti conficerent panem. Splēdebat elapsa crystallum de ore prophetantium, & salutare panificabatur nobis verbū crystallicae prophetiae fermentatione firmatū. Destitit iam crystallum prophetiae, quia paratū nos gustauimus panem. Et gustando ipsum panem, non sicut Adam vidimus propriam nuditatem, quando nuditas nostra tecta est per huius diei claritatem. Et recte dies dicitur lucis, in quo fugerunt tenebrae caecitatis. Exclamauerūt, qui erant in tenebris, quia lumen viderūt magnū: & qui erant in regione vmbrae mortis, lux orta est eis. Latetur terra, quia vidit nouam lucem. Latetur angeli, quia donauit dominus peccatoribus claritatem. Contremuerunt inferi, insolitum sustinendo splēdorem: sicq; incuruatum est omne genu Christo domino caelestiū, & terrestriū, & infernorum. Omnia ergo nobiscū hodie contriuephant. Angelorū apparitio festa nobiscum solēna celebrat. Archangeli, throni, virtutes, dominationes, cherubini, & seraphini laetitia choros ducunt, dum nos tractamus Paschae mysterium. Innitamus hodie in angelis splēdore non vestium, sed canticorū. Ideo & nos cantemus cantilenam, cantantes cantica caelestia, quae humana adhuc cantare nō potest lingua. Ideo latentur caeli, & exultet terra. Exultemus domino, sed in tremore, nō remissa securitate: quia & beatus Ioannes praecursor exultauit in vtero matris, sed qui vinum non bibit, praeccepto angeli Gabrielis. Nos autem quia infirmi sumus, sobriē bibamus, modū non excedamus, vt laetitia nostra cum moderatione nullā sentiat corporis tempestatem: sed per sobrietatis serenitatem, portum intremus salutarem. Accepimus ieiuniorū palmam: Festiuitatis nō amittamus victoriam: quam nobis tribuat dominus Iesus Christus adiuuando, qui vicit in nobis patiendo: vt digno carmine triumphemus cantātes. Vbi est mors victoria tua: Vbi est mors aculeus tuus: Vbi est inferne victoria tua, quia captiuata est captiuitas tua? Omnes canamus halleluia: & idcirco propter diei laeticiam, conuertamur ad Christi clementiam.

Item

Item eiusdem, de eodem.



Maria veniens ad Christi domini monumentum, appellat dominum hortulanū: quia infantium plantaria floruerūt. Ecce lilia renatorum ornant altare dominicum, candidis turbis gaudiorū: ecce lilia noua de fonte plantata, quia isti sunt qui lauerunt stolas suas, & cādidas eas fecerunt in sanguine agni, qui tollit peccata mundi. Ecce surrexit caro Christi, & flos campi de scrobe sepulchri: & apparuit in horto liliū conualliu, cū ad sepulchri nouam scrobem gaudiorum nuncij descendunt angelorum. Venit Maria sepulturae portans aromata, & inuenit in sepulchro suauia resurrectionis vnguenta. Non vt vngeret corpus dominicum, sed vt chrisimate perfunderet et capita renatorum. Venit ad monumentum, aestimat clausum, & inuenit ad ianuam sepulchri vela pendentia linteorū. Dicunt ei angeli, Mulier, quid ploras: quem quæris? Iesum quæris intra petrā, qui iam con fregit mortis gehennam: Quid quæris Maria, plantatā vitem veram? Ecce de palmitibus mortuorum, paratur tibi in horto renouata vindemia. Non audisti Dauid prophetam dicentem: Filij tui sicut nouella oliuarum? Ecce sunt circa altare dominicū infantes per medium florescentes aquarum: quia isti desiderauerunt, sicut ceruus ad fontes aquarum. Quid est ergo Maria? Quem quæris: Non est hic. Surrexit enim, sicut dixerat vobis: vide, aspice linteamina, nil est, quod terreat. Linteamina enim Christi, sepultura est peccati tui: vnde extergas lachrymas luctus tui, & sudorem refrigeres desiderij tui. Videbis in paradiso, quem quæris in monumento, accessit, recessit, profecit: quem quærebat, inuenit. Aspicit & aestimat hortulanum: quia verē ab ipso suscepit noua plantaria renatorum. Domine, inquit, requiro a te, edoce me. Et si aestimo hortulanum, non facio calumniam, dum requiro vitam meam. Si tu sustulisti dominum meum, indica vbi posuisti eum. Nūquid vidisti, quē dilexit anima mea? Si tu es fur corporis domini mei, esto consolator luctus mei. Si tulisti eum, patiamur simul: & de te & de me gaudebit genus humanum. Si tulisti, non auaricia appetisti, sed misericordiam dilexisti. Tantum per te ostende locum, ego paro humeros meos, & tollo tecum. Stat hortulanus, & tacet. O verē hortulanus dominus Christus, qui leuauit plantaria de gehenna, quae antiqua obruerat sepultura. O verē hortulanus, qui eradicauit mortem, & introduxit secum ad paradysum Iatronem. O hortulanus, vilis quidem specie, sed dulcis in voce. Iam simplex est horti ianua: nulla ibi de terrore custodia, ideo libenter interrogat secura Maria. Suspicio, inquit, quia Iudaei tulerūt dominum meum, & nescio vbi posuerunt eū: sed quia te video, te interrogo, a te discere desidero quod requiro. Et dominus Mariae dat vocem, & indicat veritatem. Labia iusti distillant melle, & obumbrantur vnguenta Mariae. Quae cū meliorem accepisset odorem, exclamauit in voce, Rabboni: quod interpretatur, magister. Et adorauit eum: & fundens lachrymas, & quærens tenere genua eius, dicit ad eam Iesus: Noli me tangere, nondum ascendi ad patrem meum: hoc est, iam fide viuus, spiritusq; te viuificat. Resurgit Christus a mortuis, credi debet, non tangi. Qui eius desiderant tenere genua, accedant ad eius altaria. Noli me tangere, necdum enim ascendi ad patrem meum. Et illa dixit, Domine, quare non mihi permittis vt te tangam: vel fimbriam vestimentorum tuorum ego non debeo tangere, quam tangebant aegroti, & sanabantur? Tu in ligno

Ibidem.

pendidisti, & in sepulchro iacuisti, tu paradysum refrasti. Admitte me ad hortum deliciarum tuarum. Sanasti Heuam, exilara Mariam: ostende mihi vitem tuam, laetifica me de vindemia tua. Et dominus, Vade, inquit, ad palmites meos apostolos, vt occurrat in Galilaeam: & ibi tibi apparebit plena vindemia. Ecce igitur de Christo resurgente, & de sarmentis apostolicis triumphauit Galilaea. Ecce de domino & infantibus tanquam de vite, & palmitibus, hodie latatur nostra mater catholica ecclesia.

Item eiusdem, de eodem.



Iacet omnes solennitates, dilectissimi, quae in ecclesiis pro dei honore celebrantur, sanctae sunt atque venerabiles: tamen hodierna dominica resurrectionis dies, peculiarem festiuitatem habet. Ideo vtiq; quia omnes alij dies videntiū in se tantum continent gaudium: haec etiā leticiam defunctorū. Communis est ergo infernis simul ac supernis ista festiuitas quia resurgens dominus a mortuis, & illic festiuitatem dedit vbi mortem vicit: & isthic vbi victor a morte remeavit. Et ideo bene psalmista loquit de hac peculiariter die, dicens: Hic est dies quem fecit dominus, exultemus & latemur in eo. Praenunciās enim, Dominicam resurrectionem, non supernis tantum sed & infernis, diem salutaris exultationis indixit. Descendente in tenebrosam inferorum caliginē domino, etiā illic tunc absque dubio dies splendidissim⁹ fuit: vbi saluator illuxit. Vnde pulchre euangelista, qui modō lectus est, Et lux, inquit, in tenebris lucet: & tenebrae eam non comprehenderunt. Quia licet in tenebras dominus descenderit: tenebrarū tamen obscura non sensit. Tenuit in illo noctis horrore inuiolabilem maiestatis suae splendorem: luxit sempiterna naturae splendore, ac sic nō lux a nocte, sed nox a luce superata est. Latemur ergo dilectissimi & exultemus in domino: hodie enim nobis data est a domino lux salutis secundū illud, quod idem psalmista in consequentibus ait: Deus domin⁹ & illuxit nobis. Et quid adhuc addidit. Constituit, inquit, diem solennem in confrequentationibus, usque ad cornu altaris. Completū etiam hoc hodie in ecclesia dei video. Nam cū vsq; ad cornu altaris omnia religiosa conuentibus plena sint: ipsam scripturam sanctae ecclesiae plenitudo compleuit. Dies ergo hic dilecti: dies est resurrectionis & vite. Reddit eum per quadragesimam, gratiorem delectabilior fidei gratulatio: quia ad tristitiam reorum iusti sunt dies remissionum: vt patientiam vtique statim remuneratio consequatur, secundum illud: Qui semināt in lachrymis, in gaudio metent. Quicunq; ergo seminasti in lachrymis, capite praemia exultationis. Sciat se vniuersus, quod maiora seminavit semina fletuū, maiores fructus capere gaudio. Species ergo futurarū beatitudinū iam in presentibus continetur. Sicut enim nūc est relaxatio post distractionē, sic in futuro erit requies post laborē. Vnde obscuro dilectissimi, cū in nouam salutē regenerati cādidam indumēta sumpsistis, vt mun⁹ quod accepistis, purū immaculatūq; teneatis: vt nitorem vestrū habitus etiam in conuersatione seruetis: & tā candida sint corda vestra, quam vestimēta vestra. Audistis euangelistā dicentē hodie, quod quicunq; in deum credunt, hi filij sunt dei. Dedit enī, inquit, filios dei fieri, his qui non ex sanguinibus, neq; ex volūate carnis, neq; ex voluntate viri: sed ex deo nati sunt. Ergo & vos nō estis nunc ex carnis cōceptu editi: sed ex deo patre generati. Superest vt

Ioan. 1. d.

est vt cōseruetis, per sanctæ vitæ conuersatione, sanctæ regenerationis dignitatē, & verè iuxta id quod Apostolus ait: Sicut modò geniti infantes rationabiles sine dolo, lac cōcupiscite, vt in eo crescatis in salutē. Et pax dei quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda & corpora vestra: per dominum nostrum Iesum Christum, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Item eiusdem, de eodem.

Aschalis solēnitas dilectissimi hodierna die festiuitate cōcluditur: & ideo hodie etiā neophytorum f̄ habitus cōmutatur, ita tamen vt candor qui de habitu deponitur, semper in corde teneatur, in qua quidē re obrinenda præmiū id nobis iam nunc agendū est dilectissimi: vt quia quinquagesimæ dies sunt: id est, indulgentiæ & remissionis: ita nobis sanctorū dierū festiuitas agatur, vt relaxatione corporū, puritas non corrūpatur animorū: sed potius abstinētes ab omni luxu, ebrietate, lasciuia: dantes operā sobriæ remissioni, ac sanctæ synceritati, id efficere tentemus: vt quicquid nunc corporali abstinētia nō adipiscimur, mentiū puritate quæram⁹: & sanè debemus hoc non vtilitati tantū nostræ & salutis, sed etiā festiuitati ipsi ac tēpori. His enim diebus domin⁹ post resurrectionē videndū se apostolis suis, tenendū, amplectendū, perfruendūq; concessit. Vnde cū solēnitas quinquagesimæ & ex eo constet quòd nūc dominus cū discipulis præfens fuit: scire nos conuenit, quòd ita demū nos verè solennes sumus, si solennitate, sic vtimur, vt præsentē deū habere mereamur. Queris fortè vnde id fieri, aut quo modo possit, vt deus præfens sit: neq; te admiratio rei huius ac magnitudo deterreat: actus tantūm nostros & conscientias cogitate: nam res hæc in sola vitæ probitate cōsistit. Scitote, quòd si vos præfentiæ dei iam dignos redditis: præsentē deū iā habere cōpistis. Inuocātes se de⁹ sequitur, & trahit. & nō repugnat. Sanctos diligit, flagitiosos fugit. Nemo de possibilitate rei huius conqueratur. Is enim præsentem dominū non habet, qui dominū abesse cōpellit. Nemo absentiam Christi sustinet, nisi qui præsentiam non requirit. Multi sequi putant, sed aliud est verè quærere, aliud præsumptionem habere quærētis. Nonnulli enim ex fratrum nostrorū numero dilectissimi, festiuos se esse dubitant, nisi gulā, nisi vētri, nisi luxuriæ satisfecerint. Dicendū nobis cū libertate est: Nō est hoc fratres festiuitatem colere dei, sed coinquinare. Vultis ergo scire quid sit hominē festiuū esse? Imitamini in aliquo illos, qui primi hac festiuitate vī sunt, dico sanctos dei: quorum semper fuerunt, vt legimus, dies sobrii, noctes pudicæ, sanctæ vigiliæ, sopor castus, actus probi, cōuersatio honesta, vita sibi ex omni parte consentiēs, neq; illos sequamur: quorū vt Apostolus ait, finis est interit⁹: quorū deus venter est, & gloria in confusione ipsorū, qui terrena sapiunt. Hi enim dilectissimi diuinis solēnitatibus nō interfunt. His sacræ diei festa nō sapiunt. Quāuis enim præfens esse videatur, re tamen abest: qui conuersatione diiunctus est. Horū laticia dilectissimi lachrymabilis: horū exultatio luctuosa, nō placans dominū, sed exacerbās: quia quilibet qui solennitate pro honore diuino celebrare se credat: festiuitatē dei quòd in probis agit, iniuria est. Vultis scire me verū dicere, audite de hoc loquentē deum: Si attuleritis, inquit, similaginem, vanū est: incensum abominatio est mihi. Neomenias vestras & sabba vestra odit anima mea. O infelix, miserandaq; perditio. Et qua tandē alia re pla-

1. Pet. 2.4

Philip. 4. 6

1. Iud. 1. 11
nouam plā
tam. i. recis
in Christo
regenerati
per baptis
mum, intel
ligit.

Philip. 3. d

Es. 1. d

cere deo poterunt, cū ipsi diuini cultus latria displiceant: Quæ ergo his propiciandi reatus spes est: quibus propiciatio ipsa vertitur in reatū? Videtis ergo fratres quantū sit inter verā falsamq; festiuitatē discriminis. Aliud siquidē honor, aliud contumelia. Aliud placere deo, aliud offendere. Si vultis ergo vera solēnitate vtī, si veris gaudiis frui, gaudete, vt Apostolus ait. Sed gaudete in domino semper. Sicut enī quædā vt scitis sunt turpia gaudia: ita qui in domino vult gaudere, flagitiola oportet gaudia non requirat. Et nolite, inquit Apostolus, inebriari vino, in quo est luxuria: sed implemini spiritu sancto, loquētes vobismet ipsis: in hymnis & canticis spiritualibus, cantantes & psallētes in cordib⁹ vestris domino. Hæc est firma mentiū laticia & vera. Hæc exultatio sancta, hæc deo digna festiuitas. Sic plannē solennes sumus: sic in aliqua apostolorum similitudine festa celebremus. Sic etiā illud apostolicū munus assequamur, vt præsentē deum habere mereamur.

Item eiusdem, de eodem.

Post dies octo iterum erāt discipuli eius intus, & Thomas ille, qui tunc cum eis non fuerat, quando gressi sunt discipuli viso domino: & qui res, ventibus, postea discipulis dixerat, nisi videro fixuram clauorū, & mittā digitum meū in latus eius, non credam. Hoc ergo hodie, id est, octauo post resurrectionē die, cū discipulis reliquis posito, venit Iesus, ianuis clausis. Sic oportuit venire, vbi cor incredulitate clausum erat, fidei luce referandum. Non immeritò ergo etiā octauus dies pari aut penè pari deuotione celebratur: qua ille celebratus est, à quo octauus iste numeratur. In illo enī resurrectione acta, in hoc confirmata est, nec minus dura atq; tenebrosa hīc incredulitatis ianua, quā illic inferni porta pererrupit. Venit ergo, inquit, Iesus, ianuis clausis. Est quod nos quoq; cū Thoma dubitem⁹, nisi facta respiciamus authoris. Sed si deū esse, de quo loquimur, cogitemus: cui nihil inuicū, cui humanū quoq; peccus peruiū confitemur: cuius hoc idē corpus clausis ostiis in ipsa statim salutatione, Pax vobis, conspicuū spectabatur discipulis: hæc si indubia fide credimus, ab omni quæstionis scrupulo liberamur. Hanc ergo nobis fidem afferat, hanc à nobis reposcat, hanc in nobis inueniat, hæc relinquat. Deinde dicit Thoma: Infer digitum tuum huc, & vide manus meas: & affer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis. Non est meum, meos ludificare: & pharasma, vanā imaginē vultus si timet, veritate corporis manus & digit⁹ exploret. Potest fortasse aliqua oculus caligo decipere, palpatio corporalis verum corpus agnoscat. Spiritus, inquit, carnē & ossa non habet, sicut me videtis habere. Quòd ostia clausa penetraui: sola est virtus diuini spiritus, non sola carnis substantia. Alioquin, quid profuit me suscepisse hominē: si piguit suscitasse? Respondeamus ergo & nos, & fateamur cum Thoma id, quod miraculum diuinæ virtutis exposcit. Tu dominus meus, & deus meus. Nobis enim ille dubitauit, nobis explorauit, nobis credidit, nobis in illo dominus manus & lateris vulnera contrectada permisit. Dicit ei Iesus: Qui a videri me, credidisti: beati qui non viderunt, & crediderunt. Habemus igitur & firmitatem palpata credentium, & beatitudinē nō visa credentiū. Scripta sunt, inquit, vt credamus quia Iesus est Christus filius dei: & vt credentes, vitā habeamus in nomine eius. De consequenti verò, quā modò audiuiimus, manifestatione eius, illud aduertisse sufficet: quòd qui nocte tota inuanum retia, arbitrio suo missa indifferēter incerto latere detraxerunt: in verbo domini luce iam reddita, missa

Philip. 4. 6

1. Iud. 1. 11

1. Iud. 1. 11

1. Iud. 1. 11

1. Iud. 1. 11

1. Iud. 1. 11

1. Iud. 1. 11

missa in dextrum latus plena traxerūt. Illud verò quod in hac eadē manifestatione, cum discipulis, sicut aliis etiam euāgelij locis ante passionē refertur, cibū sumpsit, suspiciōne fantasie penitus auertit. Neq; enim post resurrectionē corpus illud sustentaculis ciborū indiguisse credendū est: quod iam maiestas sola vegetabat. Traxerunt ergo in terrā rete, plenum non promiscuis, sed magnis piscibus: ex quibus nullū proiiceret electio. Quid autē significet, tam sublimis ista piscatio, & quia nō est scissum rete, sequentia declarāt. Sic si trahuntur retia, quæ in dei verbo ac voluntate mittūtur, captura magna est, scissura nulla. Illi piscatores erāt, quibus saluator dixerat, Venite post me, & faciā vos fieri piscatores hominū. Quæ ergo istis hominū piscatoribus retia, nisi doctrina firmissima veritatis, quam mendacij scissura non violat: Monet me in istis piscatorū verbis consentiē alterius loci relatio. Nam simpliciter in passione domini refertur tunicā ipsius ab his, qui sibi vestimenta eius diuidebant, nō fuisse scissam. Ergo nec doctrina apostolica, quæ in his apostolorū retibus figuratur, nec vestis dominica pati vnquā potest scissuræ vilius scæda dispendia. Vbiq; igitur aliqua doctrina scissura conspicitur, ibi nō potest dominica vestis, nec magnorū, vt ait, pisciū captura cognosci. Cauete itaq; dilectissimi, scissa illa ab integritate catholica fidei hereticorū dogmata. Dominū nisi integra vestis non capit, fidele domino nō nisi integritatis captura cōstringat. Cauete dilectissimi: multæ enim scissuræ sunt, ne quis aliquādo ad schismatū pānos, ab huius vestis integritate desciscat. Multi fidelīū in captiuitatē deueniūt, multi hæreticos dominos sustinere cogūt. Sed si nō coguntur ad sacrificia, quid refert si cogūt ad sacrilegia? Sit ergo fidelibus etiā in captiuitate corporis, fidei libera, priuata confessio. Hæc in singulis, & quod peius est, frequens ac familiaris est. Captiuitatis persecutio, si nō desit fides, potest imputari martyriū, per dominū nostrū Iesum Christū, cui est cū patre & spiritu sancto honor, & gloria, in secula seculorum, Amen.

De ascensione domini, Sermo, Incerto interprete.



Qvando de cruce, nostra processit oratio, foris ciuitatē, solennitatē, celebrauimus: & nūc quādo de crucifixi ascensione tractamus, præclarum diē & omni laticia coruscantē, fines ciuitatis egressi, summa cū gratulatione celebram⁹. Et hoc non ad contumeliā ciuitatis, sed ad honorē obseruat sanctorū, ne nos causa dissimulationis accusent dicentes, quòd pro domino sensimus vniuersa tormenta, vexantiū manibus nostra vidimus ossa carne nudata, patientia nostra tortor cessit iratus, libētī animo pro Christo noster sāguis effusus est, decisa capita sunt pro eius gloria. Hæc omnia meruimus sustinere, nec mysteriorū arcana in nostris tabernaculis celebrātur. Ideo dilectissimi fratres hodie ad loca conuenimus beatorū, ad sanctorū habitacula festinamus, vt cōuetus noster, ipsorū quoq; præfentia clarior redderetur: nō enī in hoc theatro martyres tantū præfunt, sed & angelorum instātia locus decoratur. Nā & angeli præfunt: & si martyres videre desideras, si angelos cupis inspicere, aperi oculos fidei, & illud tibi theatrū facillē demonstratur. Nam cū in omni aëre angelorū multitudo versatur, multò magis in ecclesia, multò amplius hodierno die, quando eorū dominus ascēdit in cælū. Et vt scias quòd angeli vbiq; versantur, audi quod Paulus fœmineo pudori prospiciēs ait, Debēt mulieres velamen ha-

Math. 4. c

1. Iud. 1. 11

1. Cor. 11. b

bere supra caput, propter angelos. Et iterū Iacob: angelus, ait, qui liberauit me à inuētute mea. Et illi qui cum apostolis erant, aiunt ad Herodē, Angelus ipseus est. Et Iacob, Vidi, inquit, castra angelorū. Et meritò angelorum castra videbātur in terra. Nam sicut Imperatoris optimi prouisione vrbes omnes, vniuersæ ciuitates, castella singula, manu militari aduersus hostilē muniantur aduentū, & omnia loco diligētē armātur, ne barbarica incurfione deleantur: ita & deus, quoniā barbarā & agresti mente rabientes dæmones, ad pacis eruptionem vbiq; versantur, ad tutelam nostrā constituit exercitus angelorū, vt eorum præfentia dæmonū cōfringatur audacia, & per eos nobis pacis gratia ministretur. Vides quòd & angeli præfunt, consistunt martyres, & vbiq; nobis præparantur auxilia: quid igitur miserius illis est, qui conuentū istū splendidū derelinquunt: & quid vobis beatius, qui ad tantā solennitatē cōcurrere voluistis? Sed fortissima martyriū facta alio tempore declaremus, & ad propositum redeamus. Hodierna die dilectissimi fratres deo sumus mira reconciliatione sociati, hodierna die humanū genus cœlestē misericordiā meruisse cognoscitur, hodie vetus illud iurgium dissolutū est, sedatum pristinū bellū, hodie nobis pax miranda donata est, quæ nunquam sperabatur posse concedi: nam nulla spes erat deū humanæ velle recōciliari naturæ, non quia dominus inhumanus, sed quia seruus negligentia videbatur oppressus, non quia crudelis dominus, sed quia cōtumax seruus est. Vis audire quòd nostro vicio deus ad commotionē nō prouocatus est, quòd nostra culpa māsuetus dominus videtur iratus: disce singula, & rationē causæ cognosce, vt cum sedatum senseris bellū, iurgiū dissolutū, & humanum genus summo honore decoratū, diuinā gratiam, misericordiamq; merearis, & perpetua deum benedictione sanctifices. Aliquando deus de humani generis cōfusione cogitauit, & intantum eius ira processit, vt viros & fœminas, senes & iuuenes, feras & pecora lucis priuare disposuisset aspectu. Et audi diuinæ verba sententiæ: Delebo, inquit, hominem: quē feci à facie terræ, & bestias & pecora, quoniam recogitauit, quia feci hominē. Et vt scias quia humana ei nō fuit exosa natura, sed maliciæ nostræ ferebat horrorē: postquā dixit, delebo hominē quē feci à facie terræ, dicit ad hominē, Tēpus omnis hominis venit ad me. Et si hominē haberet exosum, non loqueretur ad hominem, nec dignum eum suo sermone fecisset, nec diuinū eum percipere cōcessisset auditum. Sed vide dei misericordiā. Hominē quadam satisfactione cōsolatur, & causas ei futuræ calamitatis enarrat, nō vt homo causas discat, sed vt narrādo aliis multos meliores efficiat. Quod dicebā, hoc est, intantum humanū genus pessimè cōuersabatur, vt ipseus terræ habitatione carere speraretur. Sed & nos qui & terra videbamur indigni, hodie eleuati sumus ad cælum. Qui nec terrestria merebamur, cœleste regnum meruimus possidere. Cælorū transiuimus fines, & ipsa sede regali decoramur. Et natura cuius causa Cherubin seruabat paradysum, à Cherubin summo cū honore suscepta est. Sed hoc mirabile quemadmodum factū est, videamus: & quemadmodū nos qui tantam offenderamus clementiā, vt & terrestribus priuaremur, excelsa tenuimus, & alta meruimus possidere, quemadmodū sedatū iurgiū & illa videatur ira sublata. Disce quòd non nostra deprecatione, qui eū offenderamus, sed postulatu eius, qui iuste fuerat nobis iratus, pax facta est. Pro Christo nāq; ait, legatione fungimur,

Gene. 6. b

2. Cor. 5. d. mur, tanquam deo rogante per nos. Quid hoc est? ipse rogat qui iniuriā passus est: Valde inquit, nā deus clemens est, & ipse tanquam pater misericors deprecatur. Et vide qui medius est, qui reconciliator accessit. Non angelus, non archangelus, sed ipse filius deprecatur. Et sicut duobus iurgio separatis, vnus in medio positus al tercantium litem, discordiamq; dissoluit: ita & Christus fecit. Deus nobis iuste irascebatur, & contemnebamus iratum, & clementem dominū declinabamus, & se mediū Christus ingessit, & sociavit vtranq; naturā. Et nobis quod imminebat à patre supplicium, ipse sustinuit. Vis discere quod & inde supplicium, & ex hinc insultationē ipse sustinuit? Christus nos redemit de maledictō legis, factus pro nobis maledictū. Vides quōd imminens cœleste supplicium ipse sustinuit? discere quōd & terrestrem insultationem ipse tolerauit, cum dixit, Opprobria insultantiū ceciderūt super me. Vides quē admodum sedauit iurgium, quemadmodum legē ipse dissoluit, nec antē discessit, sed multa fecit, multa sustinuit, vt inimicū reconciliaret, & hostem deo sociaret, & amicū faceret, qui multo tēpore fuerat inimicus. Et horū omniū beneficiorū hodiernus dies materia fuit, & tanquā primitias nature nostræ deo dedit. Et sicut de cāpis, ac fegetibus decoratis, si quis collectas spicas obtulerit deo, omnē campo benedictionem reportare perspicitur: sic & Christus per illud corpus fecit benedici nostram naturā. Sed cur nō omnē naturā leuauit ad cœlum? Scilicet quia non videntur esse primitiæ, cū totū offertur, sed cū breue offertur. Breui enim oblatione totum benedicitur. Sed inquis, Si primitiæ sunt, primum factū hominē ad cœlū debuerat eleuare: Primitiæ nanq; sunt, quod primū offertur. Primū quod pulululāt, nō est hoc primitiæ. Nam imbecillis fructus nullus est, sed fortis & validus ipse debet offerri. Quia igitur ille fructus peccato fuerat alligatus, & peccati crimine tenebatur: ideo non leuatus est, licet prior factus esse videatur, sed is qui postea factus est. Et vt discas quā ille fructus primitias facit qui robustus, & validus, & summa maturitate florescit, testimonium te diuinæ lectionis poterit edocere. Si intrabis in terrā quā dominus deus tuus tibi dabit, inquit Moses ad populū, & plantabis in ea omne lignū, quod facit fructum ad edendū, tribus annis depurgabis fructum eius, quarto verò anno fructus sanctus erit domino. Ergo si primitiæ sunt quod primò profertur, primi anni fructus domino debebamus offerre. Sed ille ait, tribus annis non purgabis fructum eius, sed dimittes illud, quia nondū arbor valida firmitate roboratur, nec fructus aliqua maturitate florescunt: sed, quartus, inquit, annus sanctus erit domino. Vide legis cōditoris prudentiā, fructum primum nec manducari permittit, ne ante deū quisquā eum percipisse videatur: nec offerri concessit, ne deo immaturus offeratur: sed dimitte, inquit, quia primus est: nec offeras, quia oblationi nondū dignus est fructus, nec accipienti conuenit immaturus. Et hæc vobis dicta sunt propter corpus quod Christus obtulit: igitur nostrę naturę primitias obtulit patri, & oblatū donū miratus est pater, quod & tanta dignitas offerebat, & quod offerebatur, nulla macula scēdabatur. Nā & suis manibus suscepit oblatum, & suę sedis fecit esse participē, & quod plus, ad partem suę dexterę collocauit. Cognoscamus quis est ille qui audiuit, Sede ad dexterā meam: quæ natura est cui deus, dixit, Esto meę particeps sedis: Illa natura est quę audiuit, terra es, & in terrā ibis. Non enim ad omnem gloriā cœlos transisse suffecerat, non cum

Gala. 3. b

Psal. 68. b

Roma.

15. a

Lentit. 19. e

Psal. 109. a

Gene. 3. d

A angelis stare: sed cœlos transiit, supra Cherubin ascendit, vltra Seraphin eleuatur, nec antē stetit, nisi sedē dominicam meruisset. Vide quo spacio cœlū separatur à terra, imò terra quantò ab inferis est, & ipsum cœlum quantò ab altiore cœlo separatur, & de altiore cœlo ad angelos quantū spacij est, ad superiores etiā potestates, ad ipsam quoq; dominicā sedē. Per hæc omnia natura nostra eleuata est, vt homo qui loco tam humili tenebatur, vt descendere non posset vltimus, ad tam excelsum sedem eleuaretur, vt altius non posset ascendere. Et hæc ostendens Paulus dicebat: Qui descendit, ipse est qui ascendit. Et iterū: Descendit ad inferiora terrę, & ascendit super omnes cœlos. Discite igitur qui ascendit, & quæ natura leuata est. In hoc enim cupio remorari sermonē, vt humani generis cōmemoratione diuinam clementiā cum omni admiratione discamus, quæ summū honorē, magnamq; gloriā nostrę naturę largita est. Terra & cinis eramus, sed hoc nostrū viciū, sed naturę imbecillitas fuit, irrationalibus insensationes fuimus. Cōparatus nanq; est, ait, homo iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Et peius est comparari, quā nasci. Nam naturaliter non habere rationē tolerabile est, verūm rationis decoratione decoratū, irrationali naturę comparari, voluntatis est crimen. Et quando audis, quōd homo comparatus est iumentis: nō arbitreris, quōd eū irrationalibus simile voluit demonstrare, sed longē peiorē, non tantū quia homines facti ad irrationalia ad maiorē dementiā properauimus: (Et hoc significās Esaias dicebat: Cognouit bos possessorem suū, & asinus præsepium domini sui, Israël autē non me cognouit) sed vt peiorem cōuersationē erubescamus. Vbi enim abundauit peccatū, superabundabit & gratia. Vides quōd iumentis irrationaliores fuimus: cognouit bos possessore suum, & asinus præsepium domini sui. Vis & auibus nos irrationaliores inueniri: Turtur & hirundo, agri passerēs agnouerūt tēpora ingressus sui: populus verò meus nō cognouit iudicia dei. Ecce iumentis, ecce auibus deteriora sentimus, & irrationaliora cogitamus. Vis amplius nostrā inuenire naturā: Formicarū nobis gesta narrat, & earū nobis imitationem ostendit. Vade nanq; ad formicā, ô piger, & amulare vias eius. Formicarum sumus facti discipuli, formicarum emulatione viuimus, formicarū cōuersamur exēplis. Intantum amisimus humanę naturę cōsiliū, intantum humanę mentis aliena sentimus, qui ad similitudinē dei facti monstramur. Sed nō reus est ille qui fecit, sed nos qui contēpsimus in imagine perdurare. Sed quid de formicis dico: Lapidibus insensationes facti sumus. Et hoc tibi valido testimonio monstrabo. Audite, ait Micheas, fundamēta terrę, quia iudiciū domino contra populū suū. Quid ais: Cōtra homines tibi iudiciū est, & testes terrę fundamēta, vt inter diuinum humanumq; iudiciū audiant, iudices inuitantur? Valde, inquit, nam lapidibus homines insensationes esse noscuntur. Vides quōd totius malicię fines excessiui: asinis & bobus irrationaliores ostendimur, sensu volatiliū superamur, nec ipsis lapidibus cōparamur, sed serpentiū malignitates imitatur. Furor nanq; ait, eorū ad similitudinē serpentis, venenum aspidū sub labiis eorū. Et quid de mutis animalibus loquimur, vbi etiā ipsius diaboli filij nuncupamur? Vos nanq; ait, filij diaboli estis. Sed tamen nos qui sensum non habebamus, qui contumaciā grauabamur, qui nec lapidibus cōparabamur, qui vincebamur ab omni natura, qui despectui videbamur, qui contēnebamur: & quemad-

Gene. 3. d

Exod. 32. g

Ezech. 9. d

Hiere. 30. b

Luce. 15. b

Luce. 2. b

Ioan. 1. g

quemadmodū loquar, ignoro, quo sermone vtar, quo verbo dicam reperire non possum: natura fragilis, natura contēpta, & omnibus monstrata deterior, omnia vicit, omnia superauit, & omnibus hodierna die meruit excelsior reperiri. Hodie angeli vota diu desiderata receperunt: hodie archāgeli, quod multo tēpore cupiebant, inspicere valuerunt: naturā nostrā ipsi in sede dominica immortalī gloria fulgentē peruiderūt. Hoc enim affectabant angeli, hoc desiderabant archāgeli, etsi eos natura humana largito sibi honore superabat, attamen nostris beneficiis gratulātur: nam etiā nostris dolebant suppliciiis. Et quando puniebimur, ipsi quoq; nimia tristitia tenebantur. Et Cherubin licet paradisum custodiebant, tamē nostris suppliciiis tristabantur. Et sicut conseruus bonus, cum à domino custodiendū conseruum susceperit, satisfacit quidē dominicę iussioni: sed tamen pœna conserui nimio dolore conteritur, & seruitutis necessitate constrictus, animi non respuit charitatē: Sic & Cherubin meruerūt quidē custodire paradisum, sed dolebant honorē custodiā. Et vt hoc facile possis aduertere, ex hominū affectione condisce, quos conseruorū calamitates inspicimus condolere. Et si seruant hominēs charitatē, multo magis illa potestates nostris suppliciiis commouentur. Nam & iusti dolebant peccatorū suppliciiis, & licet meritō pœna inferebatur, tamen dolores incitabat tristitia. Nam & Moses post idolorum ceremoniam dicebat. Siquidem dimittis illis peccatū, dimitte: sin autem, & me dele de libro quem scripsisti. Quid hoc est? Contumaciam vides, & pro impiorū suppliciiis deprecaris. Ideo, inquit, doleo: ideo deprecor, quia dignē cruciantur, quia meritō puniuntur, quia ipsi sunt sui causa supplicij. Et Ezechiel cum angelū populo videret inferentem summa supplicia, cū nimia lamentatione clamauit, dicēs: Heu mihi domine, quoniā deles tu reliquias Israël. Et Hieremias: Castiga nos domine in iudicio tuo, & non in ira tua, ne nos paucissimos facias. Et cū Moses & Ezechiel, & Hieremias doler, quantò magis illę potestates nostris calamitatibus commouentur: Et vt scias quōd nostris malis doluerunt, ex eo discite quōd reconciliatio dominicę gratulati sunt: etsi antea non dolebant, nec postea gratulātur: quia gratulati sunt. Christ⁹ saluator ostēdit, dicēs: Erit gaudiū in cœlo & in terra, vno peccatore conuertente: & si vnus peccatoris correctione angeli gratulantur, multo magis cum ad cœlū hodierna die primitias hominū viderint eleuare naturam. Et alia ratione condisce gaudiū cœlestiū potestātū, quando dominus noster Iesus Christus nat⁹ est secundū carnem, cum reconciliatū hominem viderent, nec enim aliter descenderet, cū summa gratulatione in terra clamabāt: Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominib⁹ bonę volūtatis: vt discas quōd ideo glorificāt, quia terra ea, quę bona sunt, recepisse latantur. Declarant & causam, dicentes: In terra pax hominibus bonę voluntatis: hominibus qui rebellati sunt, qui inimici fuerūt, qui alienati erant, qui contumaces iudicati sunt. Vides quemadmodū in alienis bonis gratulātur, imò in suis? Nā nostra bona suas vtilitates arbitrantur. Vis discere quōd cū ascenderet, gratulabātur, & nimio gaudio exultabant, & descendebāt frequētē? Et hoc propriū est cupiētū videre inopinatū spectaculū: & vt scias quōd ascendebat & descendebat, Christi te verba confirmant, qui dicit: Amodo videbitis angelos dei ascendentes & descendentes ad filiū hominis: & iste semper amantiū mos est, & cupientiū solita cōsuetudo. Vnde

nec tēpus expectare didicerunt, sed festino amoris ardore, & delectatione preueniunt constitutū: ideo ascendunt, ideo descendunt, & cū omni festinatione nouū, & incredibile spectaculū videre desiderant. Nam quid hoc mirabilius est, quando homo qui contemptus fuerat, videtur in cœlo? Ideo & quando nascebatur dominus noster, & quando resurgebat, exultabāt angeli, & hodie quando ascendit ad cœlū. Ecce enim duo ait, in alba veste, vt ex ipsis indumentis gratulatio monstraretur, dixerunt ad discipulos. Viri Galilæi, iste Iesus qui ascendit à vobis in cœlū, sic veniet quemadmodū vidistis eum in cœlū euntē. Hic auditū mihi omni cū diligentia cōmodate. Cur hæc dicta sunt? Nunquid oculos discipuli nō habebant? Nunquid nō videbāt, quōd gerebatur? Nunquid non dixit euangelista, quia vidētib⁹ eis ascendit in cœlū: Cur igitur angeli eis dicebāt quod factū est? Quid eis monstrabāt quōd ascendit ad cœlū: propter has scilicet duas causas. Vnā, quia dolebant Iesu discessione desolati: & quia dolebant quōd ad eos dicitur: Nemo me interrogat de vobis, quōd vadiis: sed quia dixi, tristitia impleuit cor vestrum. Et si amicorum, seu cognatorū separatione tristantur, quantò magis saluatorē, magistrum, dominū misericordem, piū, mansuetū, cum à se viderent separari, non omnium dolore tristabantur. Ideo stabant angeli, & ascensionis tristitiam regressionis cōmemoratione consolabantur, & separationis dolorē aduentus futuri pollicitatione sedabant. Nam aiunt: Iste Iesus qui ascendit à vobis, sic veniet. Doluistis, inquit, quia ascendit, sed dolere desinit, nam iterū veniet. Et ne hoc faciant quod Helisæus fecisse docetur, cōscidit vestimentū cū magistrum vidisset eleuatum ad cœlū. Non enim habuit presentē angelum, qui Heliā promitteret aduenire. Ne igitur & isti hoc faciant, ideo angeli stabāt, animas eorum tristitię solatio releuantes. Et hæc quidē vna causa est presentię angelorū. Erat & alia causa non minoris rationis. Nam addiderunt, Qui ascendit ad cœlum: & quia longū spacium de terra tenebatur ad cœlū, & oculorū acies portatum corpus ad illam altitudinē minime poterat peruidere: sed sicut auē si altiora postulat, deficiet aspectus inspicere, & noster oculus volatu vincitur celsiore: sic & illud corpus quanto ferebatur ad summa, tantò oculos videntiū aspectus imbecillitate incidebat, deficiēte natura altiora conspiciere: ideo stabant angeli, iter cœleste monstrantes, ne quis arbitraretur, quia tanquā in cœlū ascendit sicut Helias, sed in cœlū ascendit, qui eleuatus est à vobis ad cœlū. Ideo non simpliciter hoc addidit. Et Helias quidē tanquam in cœlū ascendit, nam seruus erat: Iesus autē ad cœlū, nam dominus erat. Ille in curru igneo, hic in nube. Et quando seruus vocabatur, currus mittebatur vt veniret: & quādo filius ascendebat, dominica sedes occurrebat, nec tantū dominica, sed & paterna. Nā & de patre eius ait Esaias: Ecce domin⁹ sedet in nube leui. Et quia pater sedet in nube, misit & filio. Et Helias quidē cum ascenderet, melotē Helisæo dimittit: Christus autem discipulis gratiā dereliquit, quæ non vnū propheta, sed multos Helisæos effecit, imò illo potentiores, & longē amplius meliores. Eleuemur igitur & excitemur dilectissimi fratres, & illum cogitemus aduētum. Nam & Paulus ait, Ipse descendit de cœlo dominus in iussione, in voce archāgeli: & nos qui viuimus, qui reliquimur, rapiemur in nube, in occursum domini, sed non omnes. Et quia non omnes rapiemur, sed aliquāti, audi quid ait Christus: Tūc erunt duæ in mola molentes,

Acto. 1. b

Ioan. 15. d

Acto. 1. b

4. Reg. 4. c

Esa. 19. a

1. Tess. 4. d

Matt. 24. d

Luc. 17. 2

lètes, vna suscipietur, & vna relinquetur. Duo in lecto, vnus suscipietur, & vnus dimittetur. Quid hac significatione ostendatur, quid hoc secreto declaratur, videamus. Mola, pauperes inopesq; demonstrat, & eos qui vitæ labore conteruntur: lectus, diuites & quietos ostendit, & eos qui honoribus secularibus perfruuntur. Et volens ostendere quia & pauperes aliquando liberantur, & pereunt: & ex diuitibus nonnulli liberantur, & pereunt, ait: Quia de mola vna suscipitur, & altera dimittitur: & de lecto vnus suscipitur, & alter relinquitur, significans quia hi qui peccatis obruuntur, hic remanent congrua supplicia sustinentes, iusti rapiuntur ad nubem. Nam sicut rege adueniente ad aliquam ciuitatem, hi qui honoribus & dignitatibus decorantur, cum summa confidentia non expectato eius ingressu longè ante portas occurrunt, & excipiunt adueniente: rei autè, & criminibus obligati intra muros retinentur, imperatoriam expectaturi sententiã: Ita & quando dominus veniet, iusti ei in ipso medio aere confidenter occurrunt: noxij autè, & obruti peccatis, hic remanent expectantes iudicium. Tunc & nos rapiemur. Non me iustorum numero contineri commemoras dixi, nos rapiemur. Nam non sum intantum sanæ mentis alienus, nec animæ cæcitate confusus, vt mea peccata nõ nesciã, & meorum videar oblitus esse gestorũ. Nam quia diem festũ nolo meo dolore turbare, nec solenitati miscere tristitiam, parco lachrymis, parco fletibus meorũ peccatorũ cõscientia sauciatus: ideo orationẽ in ipsa festiuitatis læticia terminabo, illius diei memoriã derelinquens, vt nec diues suis opibus gratuletur, nec sua pauper egestate tristetur, sed vnusquisq; suæ conscientie meritũ speret. Nam nec diues beatus, nec pauper miser poterit iudicari: sed is qui illius meretur aspectũ, ipse cacumen totius beatitudinis possidebit. Nam qui peccatis pauper est, diuitiis cœlestibus abundabit: & qui criminibus diues est, suppliciorũ inopiã sustinebit. Et ideo dico, vt qui in peccatis sumus, lugeamus: & qui bona cõscientia viuunt, gratuletur. Sed nec isti confidant, sed caueant: nec illi lugeant, sed corrigatur. Nã & eũ qui licet malè fuerat cõuersatus mutata vita gloriã promereri, & his parè fieri, qui semper iustè vixerũt: hoc & nos implere properemus: & qui bene viuunt, propositã cõuersationem merito futuræ gloriæ ampliare festinent, & confidentiã augere nõ desinant: & qui peccatorũ mole opprimuntur, meliore correptione mutentur, vt iustorũ choro sociati, cũ debita reuerentia imperatorẽ suscipiamus angelorũ, & illa beatitudine perfruamur, quã nos omnes liceat promereri, gratia domini nostri Iesu Christi, cũ quo patri gloria, imperium, cum spiritu sancto, & nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

De Pentecoste, Sermo, Incerto interprete.



Odie nobis terra facta est cœlum, non stellis de cœlo in terrã descendentibus, sed apostolis ad cœlos ascendentibus, quia effusa est copiosa gratia spiritus sancti, & vniuersum orbem operata est cœlũ, non immutans naturã, sed voluntatem emendans. Inuenit namq; publicanũ, & euangelistam effecit: inuenit persecutorẽ, & apostolũ reddidit: inuenit latronem, & in paradysum induxit: inuenit meretricẽ, & virginibus cõæquauit: inuenit magos, & euangelistas ostendit: fugauit maliciã, & induxit benignitatem: exterminauit seruitutẽ, & induxit libertatẽ, concessit debitũ, & intulit gratiã dei. Ideo cœlum factum est terra, & hoc sepius dicens, non cessabo. Quid

enim tales stellæ sicut apostoli: Stellæ in cœlo, apostoli super cœlos. Quæ sursum sunt (inquit Apostolus) sapienter, vbi Christus est in dextera patris sedens. Stellæ de igne insensibili, apostoli de igni intelligibili: stellæ in nocte lucent, in die obscurantur: apostoli in die & in nocte suis radiis, hoc est virtutibus, effulgent. Stellæ orto Sole obscurantur, apostoli Sole iusticie respicente, sua claritate lucefcunt: stellæ in resurrectione cadunt sicut folia, apostoli in resurrectione rapiuntur in aera nubibus. Et in illis quidẽ syderibus alius Antifer, alius Lucifer appellatur: in apostolis autè nullus Antifer est, omnes luciferi, & ideo stellis maiores apostoli. Et quicũq; eos luminaria vocauerit mundi, non peccabit: non solum dũ essent in corpore, sed etiã magis nunc, quando de hac vita migrarũt. Gratia enim & merita sanctorũ non minuuntur morte, nõ retardatur die, nõ dissoluitur in terra, nec nocte obscurantur, nec tenebris oburantur, & hoc res ipsa demonstrat. Piscatores quippe erant, & illis dormientibus retia operabantur. Et tunc quidẽ pisces capiebant ad mortẽ, nunc autè homines capiunt ad salutẽ, claudos facientes currere, cecos illuminantes, leprosos mundantes, dæmones effugantes, testatur multitudo credentiũ diurna. Vinitores erant, & illis absentibus corpore vinea florescit, & botros affert. Etenim vinitores erant & piscatores, & tures, & columnæ, & medici, & duces, & doctores, & portus, & gubernatores, & pastores, & athletæ, & pugnatore, & coronas gestantes. Columnæ quidẽ, quoniã virtute sua ecclesiæ robur sunt: fundamentũ autem quia in cõfessione ipsorũ fundata est ecclesiã, dicente domino: Tu es Petrus, & super hanc petrã fundabo ecclesiã meam. Portus autè, quia tēpestates impias represserunt. Gubernatores, quoniã orbem terrarũ viam rectã docuerunt. Pastores, quoniã lupos abegerunt, & oues conseruauerunt. Aratores, quoniã spinas eradicauerũt. Vinitores, quoniã labruscas eradicauerunt, & femina pietatis plãtauerunt. Medici, quoniã vulnera nostra curauerũt. Et vt discas me nõ incassum hæc dixisse, adducã Paulũ in medium hæc omnia facientẽ. Vis eum plantatorẽ videre: audi: Ego plãtaui, Apollo rigauit, sed deus incrementum dedit. Vis eum structorẽ videre: Sicut sapiens, inquit, architectus fundamentũ posui. Vis eum dimicantem videre: Sic pugno, non vt aërem cædens. Vis eũ videre cursorẽ: Ab Hierosolyma & in circuitu vsq; ad Illyricum, & inde ad Hispanias, & in vltimas partes repletũ est euangeliũ Christi. Vis eũ videre athletam: Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem. Vis eum videre ducem: Assumite arma dei, & induite lorica m fidei, & galeã salutis, & gladium spiritus sancti. Vis eũ videre certantem: Certamen bonũ certauit, fidẽ seruaui. Vis videre coronatũ: De cætero posita est mihi corona iusticie. Et cũ esset vnus, omnia faciebat, dominum suum imitans: etenim cũ sit diuinitas vnus substantia, & immutabilis, pro nostra salute omnibus omnia fit. Tu palmes factus es, & ipse tibi vinea, sicut ipse dicit: Ego sum vinea, vos autè palmite. Promouere gressum voluisti: factus est tibi via, dicens: Ego sum via, per me si quis intrauerit, exiet, & pasqua inueniet. Ouis factus es, ille tibi pastor. Ego sum pastor bonus: pastor namq; bonus ponit animam suã pro ouibus. Peccator effectus es: factus est tibi agnus: Ecce agnus dei qui tollit peccata mudi. Mãducare voluisti: factus est tibi mēsa. Bibere voluisti: factus est tibi poculum: Qui manducat carnem meã, & bibit sanguinem meũ, in me manet, & ego in eo. Vestiri voluisti: factus est tibi

Ioan. 3. d

2. Cor. 11. 1

Acto. 2. 4

Exod. 3. 4

Danic. 3. b

Ibidẽ. 14. c

Matth. vlti.

Ibid. 10. b

1. Cor. 13

Ibidem.

1. Cor. 9. 4

Roma. 8. 5

Ephes. 5. 2

Ibidem.

2. Tim. 4. 1

Ioan. 15. 4

Ibidem.

Ibidem.

Ioan. 1. 4

Ibidem.

Ibidem.

Gal. 3. 3

est tibi indumentum. Quotquot enim in Christo baptizati estis, Christũ induistis. Spõsa fieri voluisti: factus est sponsus: Qui habet sponsam, sponsus est, sicut dixit Ioãnes Baptista. Nubere voluisti: factus est tibi vir. Despõdi enim vos vni viro virginẽ castã exhibere Christo. Meretrix eras, & facta es virgo. O noua & admiranda rerũ cõmutatio. Apud seculi homines nuptiæ virginatatem dissolunt, apud spiritales autè nuptias, meretricẽ ex gentibus accepit ecclesiã, & virginibus castiorem effecit. Interpretare mihi õ hæretice, quo modo meretrix effecta sit virgo. Hæc te nescire dicis, & disputare de deo audaci temeritate conaris. Circuuenire nõ queo, fide virũ suspicio. Hæc autè omnia operatur spiritus sancti gratia, quæ largè effusa est super apostolos dei. Et factus est repente de cœlo sonus tanquã aduenientis spiritus vehementis, & repleuit totã domũ vbi erant sedentes. Et apparuerunt illis dispersitæ linguæ tanquã ignis: non ignis, sed tanquã ignis. Si ignis, inquit, quo modo non ardebant? Interrogat Iudæus, interrogabo & ego Iudæũ: Si ignis erat, quo modo nõ comburebat rubũ fragile lignũ? Quid igne vehementius: quid rubo vilius: & neq; lignum exurebatur, neque ignis extinguebatur. Et quo modo corpora trium puerorum ignis nõ exussit, sed caminus in rore versus est, & carbones tanquã rosas arbitrabatur? Certamẽ ignis & corporis, & tamen corporũ fiebat victoria: & quod cera erat solubilius, ferro factũ est firmissimum. Interpretare mihi vetera, etenim illa præcesserunt, vt credatur veritati. Quoniã spiritus sanctus in igne apparuit, propter velocem mentis susceptionẽ: non autè propter hoc solum, sed & sicut ignis spinas cõburit, sic & spiritus peccata disperdit. Missus est Daniël in lacum leonũ, & immanem rabiẽ illorum diuina virtus repressit. Peragrarunt piscatores orbem terrarum, & infirmum eum inuenientes, ad sanitatẽ reducerunt: & in ruina positũ ad stabilitatẽ reuocauerunt, non scuta mouentes, non arcus tendentes, non sagittas mittentes, non pecunias largientes, non eloquentia confidentes. Erant nudi quidẽ seculo, sed induti Christũ: pauperes, sed diuites: pecunia indigentes, sed regnum cœlorũ possidentes. Non habentes humana solatia, habentes autè dominũ suum. Ego enim, inquit, vobiscũ sum omnibus diebus vsq; ad consummationẽ seculi. Peragrarũt vniuersum orbem terrarum oues simul cum lupis. Quis vidit: quis audiuit: Dicit, Mittam vos vt oues in medio luporum. Quis vnquã pastor oues mittit in medio luporum: sed magis si viderit lupos, cõgregat oues. At verò Christus è contrario fecit. Oues ad lupos direxit, & vulnerata à bestiis non sunt, sed magis lupi ad ouiu mansuetudinẽ sunt conuersi. Et vt non dicerent oues sumus, & mittis nos in escã luporũ, timorem illorum vno sermone abstulit. Non dixit, ite! nec enim virtute eorum mittebat illos: sed ecce, inquit, ego mitto vos. Infirmi quidẽ vos, sed qui mittit potens est. Quis es tu: ego sum qui cœlũ extedi, qui terrã fundauit, qui mare infrenauit, qui mortem dissolui, qui chirographum quod cõtra vos erat, cruci affixi, qui veterẽ legẽ immutauit, qui vos ad pristinam patriã reuocauit, qui fortia dissoluo, & dissoluta conforto. Quid mari fortius? Sed parua harena intolerabilem illius impetum retundit & continet. Ecce inquit, ego mitto vos, qui mortis & vitæ habeo potestatem, qui de cœlo descendi &c. Ecce ego mitto vos, vt oues in medio luporum, tanquã lupo quidã bestia fiebant ouibus, vt nec fuga conseruarent salutẽ circuallati vndiq;: O virtus mittetis in medio luporum o-

ues, in circuitu lupi, & mutati sunt lupi, & facti sunt oues. Nec enim natura, sed volũtate lupi erãt. Ecce ego mitto vos. Quid ergo nobis præcipis, Estote prudentes sicut serpentes: Serpens & si millies vulneretur, caput autem suum saluet, totus est sanus: sic & tu, si pecuniã aduersarius tollere vult, libens cede: & si omnes facultates auferre conatur, dimitte: & si ipsam temporale vitã extorquere cupit, ne resistas: tantũmodo fidem tuã custodi, illa illata manente, vniuersa ingruentia mala facillima erunt. Nudus existi de vêtre matris tuæ, nudus & ibis. Sed forsità in exiliũ mitteris, dicit, Domini est terra & plenitudo eius. Forsitan mors occupabit, non est timenda, quia transitus est. Tantũmodo fidẽ serua, thesaurũ indeficientẽ, diuitias sempiternas: horum quẽ dico beati martyres testes sunt, quia fidem non perderunt, & post excessum de corpore fortiores sunt viuis. Propterea, inquit, homo factus sum, propterea carnem indui, vt orbẽ vniuersum saluarẽ: multũ enim deo ecclesiã chara est, non muris circumdata, sed fide circumseptã, propter ecclesiã nanq; extensum est cœlum, diffusum est mare, extensus aër, terra fundata est, paradysus plantatus est, mirabilia multa facta sunt, pelagus scindebatur, & iterũ suebatur: petra scindebatur, & iterũ pluebat de cœlo, & tanquã pruinosã ponebatur mēsa. Propter ecclesiã propheta, propter ecclesiã apostoli: & quid plura dicam? propter ecclesiã vnigenitus filius dei homo factus est, sicut dicit Paulus: Qui proprio filio nõ pepercit, vt ecclesiã mederetur, sanguinẽ filij effudit propter ecclesiã. Hic sanguis irrigat ecclesiã. Et ideo plãtaria eius marcescere non possunt, nec amittunt folia arbuta eius, non subiacet necessitati tẽporis, nec est cõditioni obnoxia, vt per æstatem coma foliorũ tegatur, sed hyeme amittatur. Non tenetur temporũ qualitate, sed spiritus eã sancti gubernat gratia, & ideo non senescit, nec contrahitur, & multis impugnantibus non opprimitur. Quanti ab initio impugnarunt ecclesiã, cũ fidei femina iacerentur, & arma contra eam commota sunt: sed quãto magis impugnabatur, tãto clarior reddebatur: sed nunc quidẽ propter dei gratiã & reges, & duces, & milites, & vniuersus orbis fide repletus est. Nã in principio, & (vt dicã) in cunabulis ecclesiæ reges fuerunt impij, duces insani, populus seditioni deditus. Et edita iudicium vbiq; dabatur, arã incendebatur dæmonibus, fumus & odor pessimus ipsum maculabat aërẽ. Terra coinquinabatur sanguine, dæmones debacchabantur, diabolus dominabatur, pater abdicabat filiũ, filius inhonorabat patrẽ. Natura quidem scindebatur, sed pietas nõ diuidebatur. Vbi sunt nunc qui audebãt ecclesiã cõtraire? Quãdo nouella erat, in nullo potuit lædi: & nunc quãdo vsq; ad cœlum peruenit, existimas eam posse superari? Et tunc quidẽ cũ vndecim essent apostoli, nullus eos superare potuit, sed pauci homines totum ceperunt mundũ: & nunc quando terra & mare, & orbis terrarũ, & inhabitabiles regiones, & ciuitates, & omnes fines terræ pietate repleti sunt, putas eant posse lædere: sed nõ poteris. Christus enim propter eam passus est, portã inferi non præualebunt aduersus eam. Facilius cœlũ exterminari potest, & terra perire, quã aliquid mali pati ecclesiã. Quis est qui hæc dicit? ipse Christus loquitur: Cœlum & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt. Bene enim verbũ dei ipso cœlo validius est, quia cœlum opus verbi est. Dixit quippe deus, fiat cœlum: & verbũ in opus apparuit. Currebant naturæ, & nemo impediabat, quia naturæ dominus imperabat, qui & facere & immutare potest. Ego

Ibidem.

Eccles. 3. 8

Psal. 23. 4

Roma. 8. f

Matth. 16. c

Ibidẽ 24. c

Gene. 1. 4

Ego eam edificavi qui celum statui. Sed propter celum non fudi sanguinem, propter celum crucifixus non sum, nec propter celum celeste corpus accepi. Et quid dicam celo? Angelorum corpus non assumpsi, ut dicas, quonia celo & angelis, & omni creatura honorabilior ecclesia est. Ideo celum & terra transibunt, verba autem mea non preteribunt. Absit gentilis, absit Iudaeus, si haec inania sunt verba, redarguant: si autem veritas est quae dicta sunt, adorent virtutem dei. Dixit Christus: Celum & terra transibunt, verba autem mea non preteribunt: facilius est celum preterire, & terram devocari, quam verba mea excidere. Quae autem sunt verba eius? Adducamus in medium, videamus ne forte interciderint, non dubitans dico, sed hereticos obcludo. Quae ergo sunt verba: celum & terra transibunt, verba autem mea non preteribunt. Qui sermones, quae verba? Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo ecclesiam meam, & portam inferi non praevalent aduersus eam. Super hanc petram, non dixit super Petrum: non enim super hominem, sed super fidem edificavit ecclesiam suam. Quid autem erat fides? Tu es Christus filius dei viui. Petram vocavit ecclesiam, fluctus suscipientem, & non titubantem. Etenim ecclesia tot suscipit tentationes, non tamen vincitur. Quid est super petram: hoc est, super confessionem, super sermones pietatis. Si forsitan interrogabis utrum haec edificatio suscipiat lapides, aut ligna, aut ferrum: non, inquit, nec enim est insensibilis edificatio: quod si talis esset, solueretur tempore, confessionem autem pietatis neque demones, neque vlla creatura vincere potest. Testantur martyres, quorum latera radebantur, sed fides non frangebatur. O noua rerum materies. Paries effoditur, & thesaurus non auferitur: caro scinditur, & fides non rupitur, talis quippe martyrum virtus. Etenim super hanc petram edificabo ecclesiam meam, & portam inferi non praevalent aduersus eam: attendite diligentius verba. Portas inferi pericula vocat, quae mortem pariunt. Quid ergo? In infernum intrabit quisque, quando periclitabitur? Etiam. Sicut enim portae introitus ciuitatum sunt, sic pericula introitus mortis sunt. Et cur, inquit, non prohibet tentationes? Ut ostendat virtutem eius. Si nemo eam impugnare posset, dicere poterant, quonia si impugnaretur, utique vinceretur. Propterea permitto eam impugnari, ut non imbecillitas impugnantium, sed fides victoriae imputetur. Et portae inferi. Non dixit, non appropiant ei, sed non praevalent aduersus eam. Quid ergo? Impugnabitur quidem, non tamen vinci poterit. Tempestates suscipit ecclesia, sed non demergitur: iacula in eam mittuntur, sed non perforatur: machinamenta praeparantur, sed turris non eliditur. Et quid dico ecclesiam? vnum sermonem locutus est pastor, & sicut turris immobilis perseverat. Quanti tyranni verbum hoc delere conati sunt: sed non potuerunt. Supra petram enim fundatum erat. Considera tyrannos, reges, gladios acutos, bestiarum dentes, morte minantes, caninos, sartagine, manus ferreas, & vncos, & omnia machinamenta parata, & pharetram quidem suam euacuauit diabolus, sed nihil laesit ecclesiam. Portae inferi non praevalent aduersus eam. Testatur res ipsa, testatur horum quae sunt, ad stipulatio. Quanti impugnaverunt, & nemo praevaluit: Et impugnatores quidem taciturnitati, & obliuioni dati sunt: ecclesia autem quotidie virtutibus augmentatur. Vbi nunc Claudius, vbi Augustus, vbi Nero, vbi Tyberius? Nomina sunt nuda: horum autem nemo, nec vlla horum mentio. Et quia ecclesiam impugnaverunt, idcirco & memoriam perdiderunt, ecclesia autem clarior

Matth. 16. c

resplendet. Vbi cunq; ieris, ad Indos, ad Mauros, ad Britannos, ad Hispanos, vsq; ad vltimum finem terrarum, inuenies: In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Et vniuersa religione plena: ante hoc enim vniuersa repleta erant impietate, nunc autem non solum ciuitates religione florēt, & fide Christi, sed etiam eremus in nomine Christi gloriatur. Anteananq; & reginae in conuiuiis virorum saltabant, sicut filia Herodiadis fecisse legimus: nunc vero vix famula dignatur hoc facere. Antiquitus gentis Persarum filij parentibus sociabantur conubio, & soror patri iungebatur impunē, nunc vero virginitatem appetunt. Ante hoc autem quoties in Britannia humanis vescerant carnibus, nunc ieiuniis reficiunt animam suam. Mallegeta & Berbuces miseros putant, qui agrotatione moriuntur, & parentes, cognatos, propinquos, cum ad se nec tam venerint, iugulatos deuorant: rectius esse dicentes, ut a se potius quam a vermibus consumantur: nunc vero post passionem Christi & resurrectionem eius, abstinentia & castitate deuotē militat Christo, & prope omnes gentes paratae sunt pro nomine domini fundere sanguinem suum. Ante hoc impij & persecutores erant reges: nunc vero ad celum praefertur pietate, & ingredienti limē ecclesiae, deponunt coronam, & crucē Christi depingunt in suis frontibus. Foris arma, hic mysteria: foris scuta, hic sacramentorum celebratio. Theodosius pater, filius Theodosij, religione ac pietate insignes. Ideoque pro his omnibus gratias agamus domino per Christum dominum nostrum, cui est gloria & potestas cum spiritu sancto, per immortalia secula seculorum, Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTO-

mi Sermo in Pentecoste de sancto spiritu.



Vlti quidem aliter: at quicumque gratia participes spiritum sanctum etiam nunc in eius ad homines e caelis aduentu perquam festiue celebrant, & alius quidem alio pulchriora & sublimiora, & quantacunq; scientiae virtutem habet, hac eiusdem gratia afflatus, afferat ecclesiae Christi sponsa mundum, & dona, & sportulas. Et alius quidem per spiritum dicat sermonem sapientiae, alius qui ab eodem impellitur, faciat sermonem scientiae, & alius operetur dona virtutum. Haec enim & similia dona sunt dignis spiritu sancto, qui facit nobis semper aliam super aliam oriri festiuitatem, a quo die sua gratia in orbe terrarum apparuit. Vtiq; sic ages o sacrosancta dei concilio, quo modo deum decet sanctarum ecclesiae feriarum concordia. Igitur aliquando angelus Gabriel e caelo descendit, & deus in utero semper virginis habitauit: nunc autem ante paucos dies magni consilij angelus Christus in caelos ascendit, & sanctum spiritum omnibus demisit, vnde in caelos regressus ad patrem suum, clamabat: Surge in occursum meum, & vide. & Tu domine deus virtutum, deus Israel intende, ut visites omnes gentes. Ego visitavi, inquit, & impleui tuam obedientiam, intende & tu, ut visites gentes, amandans eis & alium paracletum, spiritum tuum sanctum. Igitur non ad vnam tantum animam hodie dicitur, Spiritus sanctus veniet super te, & virtus altissimi umbrabit tibi: sed omni creaturae dicit deus, Effundam de spiritu meo super omnem carnem. Et erunt mihi in filios & filias, & fratres & matres. Quisquis enim facit voluntatem patris nostri, qui est in caelis, hic filius, & Christi frater & mater est. Itaque adoptionis festum fideles celebremus hodie, & spiritus sancti ad

Psalm. 103. d

Gene. 3. d

Hier. 31. f

Exod. 19.

Act. 2. a

Ioan. 16. b

Ibid. 20. c

Deut. 4. d

1 Pet. 3. g

Matth.

spiritus hominum aduentum, & societatem. Nouae enim hodie orbi terrarum annuntiat leges, nouum testamentum, noua creatura. Emittes enim, inquit, spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terrae, quae olim audiuit: Terra es, & in terram abibis. Proinde auditor sermonum, aude mente tua recurrere ad montem illum, Sinaum dico: & discere quo modo olim vetus lex data sit, quo modo item & nunc nouum testamentum. De quo inquit per prophetam scriptura: Ecce dies veniunt, dicit dominus, & testamentum faciam super domum Iuda: hoc est, super duos populos, testamentum nouum: non sicut testamentum quod statui cum patribus eorum, quando eduxi eos ex terra Aegypti, dans leges in mentem eorum, & in corda eorum inscribam eas. Quo modo igitur, dic mihi, & quando vetus lex Israelii data est: post liberationem de seruitute Aegyptiorum in monte Sinao, propterea etiam nunc nouum testamentum in monte Sion redemptis de seruitute inimici datur. Illic cum Moses in montem ascendisset, lex descendit: hic vbi Christus in caelum ascendit, spiritus sancti lex nobis aduenit. Illic ignis montem impleuit, ideo & hodie in igneis linguis spiritus apparuit. Illic agnitionis diuinae primitiae Israelii declarabantur, hic nunc agnitionis diuinae gentibus significatur. Illic linguam quam non nouit, audiuit populus: & hodie linguam quam non nouit, locutus est apostolorum chorus. Illic cum lex daretur, voces tubae sonabant: & hodie factus est repente de caelo sonitus tanquam impetu venientis spiritus validi. Et illic post triduanam populi purgationem lex data est, nunc autem post triduanam Christi resurrectionem spiritus sanctus nobis donatus est. Nam dum complerentur dies Pentecostes, erant omnes discipuli vnanimiter in eodem loco, & factus est repente de caelo sonitus, tanquam impetu venientis spiritus validi, & impleuit totam domum vbi erant sedentes. Et apparuerunt eis diuinae linguae tanquam ignis, seditq; super singulos eorum, & impleti sunt omnes spiritu sancto: & coeperunt loqui variis linguis, prout spiritus dabat illis eloqui. Quam admirabile igitur erat spectare Galilaeum piscatorem, illiteratum, Barbarum, lingua Graeca, Persica, Iudaica, Arabica differere & rhetoricari? Haec enim erat Christi ad discipulos certa minimeque fallax promissio, qua dixit eis: Cum abiero, mittam vobis spiritum sanctum, & ille vos docebit omnia. Quid igitur dicit? Nonne tunc acceperunt discipuli spiritum sanctum, quando sufflauit in eos, & dixit: Accipite spiritum sanctum? Sed tunc erant primitiae & domus resurrectionis Christi, nunc autem impletio & fidelis confirmatio illius in caelos assumpti, ut absque hesitatione crederent illum sedere in caelis a dextera patris oblata natura nostra patri, & in antidotum & remunerationem spiritu sancto nobis demisso. Et cuius gratia post decimum diem suae assumptionis paracletum emisit? monstrauit quod noui testamenti nouam decem particularum orationem docuerit, & decem sermonibus beatitudinum beatos fecerit in se credentes. In specie autem ignearum linguarum spiritus descendit hodie, ut infantilitatem gentium in theologiam conuerteret, simulq; indicabat patrem esse qui mitteret. Lingua enim pater, qui genitor est verbi. Item in specie ignis, quia deus est spiritus sanctus. Deus noster sicut inquit scriptura, ignis consumens. Ignis igitur spiritus sanctus, eo quod repurgat materiam peccati, sicut ignis qui spinas & tribulos peccatorum repurget, & qui sedentes in tenebris errorum illustret, & immateriale quid & impalpabile. Oracula quidem dat pater quasi in prima

hora. Incarnatur autem filius in gratia, aduenit vero nunc spiritus sanctus, ut persona tertia in trinitate numeratus, consubstantialis autem & inseparabilis signatur. Porro tertia hora ad discipulos venit ceu impletionem inseparabilis trinitatis docens eos qui super terram sunt, & tertiam legem post naturalem nobis largiens. Iam & hodie in voce valida descendit, conterens daemonum validos montes, ut violenti rapiant regnum caelorum. Olim quidem sub Eber linguae multae confusae sunt propter scelestam impiorum temeritatem: linguis autem hodie admirabilis sapientia conceditur, propter flammam superne in discipulos venientem. Tunc obtenebrauit impios edificatio turris scelestae, hic sapientes reddit rara dei noticia. Illic lapsus condemnavit, hic nunc spiritus sanctus liberos fecit. Vbi enim spiritus domini, illic cognitio scitur & libertas. Et quod libertatis & remissionis peccatorum est suppeditatrix dies Pentecostes, audi deum in Leuitico ad Mosem, vbi presentem festiuitatem praefigurauit, & dicit: Et numerabitis a Pascha septem septenarios dierum, & die sequenti facietis diem Pentecostes. Dies propiciationis est dies remissionis, & indulgentiae. Quibus ostendit sanctissimus spiritus, quod quando praeterierit septima sabbati legalis & festiuitatis & cultus, tunc spiritus sanctus doctis gentibus in Pentecoste propiciationem & remissionem peccatorum nobis tribuet. Vnde & debitorum remissio quinquagesimo tempore. Et idcirco quinquagesimus psalmus in figura huius quinquagesimae, remissionem peccatorum & misericordiae consecutionem Dauid continet, & variam spiritus sancti mentionem facit, spiritum sanctum & spiritum exultationis, & spiritum rectum, & spiritum principalem appellans. Audi & aliter Pentecosten hanc tibi praesignatam manifeste. Ante multa tempora cum generale diluuium totum orbem terrarum propter impietatem comprehenderet, edificabatur diuino imperio arca pro piorum virorum salute. Trecentorum cubitorum erat longitudo eius, & quinquaginta cubitorum latitudo eius, in vnum cubitum cogebatur summitas eius, in qua congregabantur ex omnibus quae sub caelo sunt animalia. Manifeste figura fuit. Aqua enim quae occidit homines, simulachrorum cultus est, quae saeuissima hyems ac tempestas erat. Arca figura est ecclesiae Christi. Trecenti cubiti, trinitatis signant sacramentum, qui in vnum cubitum vnius deitatis conueniunt. Quinquaginta autem iterum nobis Pentecostes praefigurant symbolum, qua in Sion, quasi in arca, pecuniae & immundae quae sub caelo, ut dicunt Acta Apostolorum, congregatae sunt gentes, Parthi quasi paradi, & Medi sicut equi, & Elamitae, & aliae tribus gentium. Ex ista arca Noe euolauit coruus, nec comparuit suffocatus in aquis. Ex arca autem ecclesiae eliminatus est diabolus, qui vere niger & tenebrosus coruus est, suffocatus in aquis baptismatis. Dimissa est autem in figuram dei a Noe & columba, vt videret si cessasset diluuium, quae quum nondum inueniret requiem pedibus, post tempus iterum dimissa est, & rediit siccum ramum oliuae in ore ferens, & post dies septem dimissa, inuentaque sibi requie, confidens cessasse diluuium, nidificauit. Columba figura est aduentus sancti spiritus, quae ante legem inuisens creaturam, non inuenit quomodo super ea requiesceret, sicut neque Iesus vbi inclinaret caput suum, ita impietas omnia occupat. Deinde post tempus quoddam iterum columba dimissa est, rediit ferens ramulum oliuae in ore: forte signans in lege, ac in ore prophetarum, paruum quendam fructum misericordiae

Gene. 11. b

1 Cor. 13. d

Leuit. 23. e

Gene. 6. f

Act. 2. b

Gene. 8. a

Ibidem. b

Luc. 9. g

C ricordiae

Tomus tertius.

ricordiae spiritum sanctum ferre. At post septē dies omnis cultus sabbatorum legis, emisit deus Noë colubam spiritus filij sui, & inuenta requit apud fideles, & in eis habitavit, & delicate deambulavit, nidificavit, & mansionem apud nos fecit. Colūba enim animal est, quod prae omnibus volatilibus caeli homines amat, & contubernale est ac mansuetum, innocensq; & foecūdum, & domesticum, quod versatur, quiescit & habitat in domibus nostris. Sicut & spiritus sanctus dicit de nobis, quia habitabo & cōuersabor cum eis. Atque idcirco in specie columbae in Iordane de caelo descendit. Specta autem hoc admirabile animal: ferax enim & nigra cohabitare & conuersari non amant, sed immaculata & fulgida, vt & in hoc manifeste & signanter describant in seipsis, in nobis habitationē immaculati purissimiq; spiritus sancti. Quem ex summo caelo cum ecclesia hodie suscepit, facta est & ipsa caelum, & caelestes homines efficit, qui caeleste spiritum intra se ferant, & huius magnalia praedicent: id quod si & nos obumbrare dignaretur, iuxta eum qui dicit: Os meū aperui, & attraxi spiritum: attentarem celebrare illius aduentum, non quantum par & dignum (hoc enim neq; vlla creatura facere audebit) sed quantum sua inspirat gratia & virtus. Quamuis autem non ignea, sed lutea sum lingua, feruētamen instituto: ideo obsecro, vt aures, & mentem atque vigilem animam adhibeatis. De deo enim, & de diuinis sermo erit, vt per spiritum hinc spirituales habeatis, festo spiritualiter celebrato, & deliciis gaudij ineffabilis impinguati. Spiritus sanctus fuit quidem semper, & est & erit, neque incepit neque desinet, sed semper patri consubstantialiter familiaris & connumeratus. Vita natura viuens, & viuentium viuificator, lux de luce & lucis suppeditator, per se bonus & fons bonitatis, per se dominus, sui iuris, deus de deo & deificans, virtus omnipotens, etiam infirmis virtutem cōcedens, super substantialis ex substantia super substantiali, etiam aliis quae sunt suam essentiam donans. Spiritus sanctus, spiritus absque materia, absque rege, absque senio, absq; successore, indissolubilis, supra omnem captum & cōtempationem, incommutabilis, impollutus. Spiritus sanctus, spiritus quem nemo interpretari potest, imperuestigabilis, imperscrutabilis, impartibilis, incircumscriptus, absque fluxu, absque sorde, absque cōfusione, non imaginabilis, incomprehensibilis. Spiritus sanctus non spiritus ventorū, non spiritus angelicus, non spiritus corporalis, non spiritus aërius: sed spiritus opifex, spiritus personam in deitate habens, spiritus sapientiae, intellectus & exultationis, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiae & agnitionis, spiritus timoris & exultationis. Spiritus sanctus, spiritus pacis & fidei, spiritus gratiae & intelligentiae, spiritus libertatis & mansuetudinis, spiritus salutis & illustrationis. Spiritus sanctus ipse nostra imago est reformatio, mentis perfectio, animae instauratio. Spiritus sanctus author est fidei in deum, spiritualis mentalium oculorum nostrorum soli: interni nostri hominis lumen, lucifer in pectoris caelo. Spiritus sanctus ipse opulētia filiorum dei, ipse aeternorum bonorum thesaurus, ipse arrabon & pignus aeterni regni, ipse primitiae vitae aeternae, ipse signaculum gratiae baptismi. Spiritus sanctus ipse fidem facit, quod nos a deo in filios adoptati simus, ipse corda nostra Christo conglutinat. Spiritus sanctus ipse cibus est diligentium Christum, quo nunquam satiantur: ipse potus est animarum filiorum dei, ipse charitas eorum qui sibi coniuncti sunt. Spiritus sanctus copula est vnionis nostrae

Psal. 137

A in Christo, animarum exultatio, cordis tripudij, ignis, fons rorulentus. Spiritus sanctus lugentium consolatio, mœstitudinis depositio, mentis requies, sapientiae cōmunicatio, prudentiae inuentio, praescientiae illustratio. Hoc prophetae illustrantur, hoc idioeae sapientia cōdiuntur. Spiritu sancto reges inunguntur, sacerdotes ordinantur, doctores declarantur, ecclesiae sanctificantur, altaria fundantur, vnguentum consecratur, aquae purgantur, daemones abiguntur, morbi curantur. Hic spiritus vocatur, sanctus, dominus, viuificator, consolator, & tam est quam dicitur deus paracletus: hoc est, inhortator. Inhortatur enim semper ad bonum corda fidelium, inhortatur animam, vt deo se vniat: inhortatur mentem, vt a malis desinat. Mirum, inhortatur & obsecrat deus mortalem, obsecrat deus lucum, obsecrat creator creaturam, obsecrat dominus seruum, idq; intrinsecus in anima: & alios quidem alloquitur amice vt filios, alios vt fratres, alios vt amicos compellit, instigat, ad se attrahit, ineffabili & mentali charitate cor exhilarat, edulcat, calefacit, a terrenis trāsfert, & ad caelestia vocat: redire facit animam, & ad deum trāsire & volare, vrget mentem, diuino accendit desiderio, docēs vt bona quae illic sunt cogitem, quae illic sunt imaginemur, quae illic sunt somniemus, quae illic sunt inquiramus: animo versemus exercitus qui illic sunt, status luminum, diffusiones quae illic sunt, gloriam quae illic est, choreas quae illic sunt, supernas mansiones & tabernacula, ciuitatem quae illic, haereditatis possessionem, incessabiles hymnorum concentus, fontes immortalitatis quae illic, dulcem & inaccessam lucē, thesauros aeternorum bonorum, festa quae illic sunt, aeterna solennia, thalamos sponsarum dei qui illic, inextinguibiles lampades, immarcescibiles coronas, delicias citra fastidium, gaudium perenne, vitam aeternam, regionē, vberimam, ciuitatem virtutum, patriam absque turbatione, portum absque tempestate, ad quem semper spiritus aduocatus vocat & obsecrat animā ad imaginem suam factam, & ostendit ei intrinsecus quasi in speculo cum ineffabili gaudio futurum aeternum gaudium, adhortaturq; eam, & dicit: Veni ad patrem, veni ad supernam patriam, veni ad supernum regnū, veni ad incorruptibilem sponsi thalamum. Si quis vere fidelis inter vos, agnouit omnino quae dicta sunt: si quis ex vobis Christum diligit, & habet spiritum sanctum. Illae enim & similes sunt admonitiones & exhortationes consolatoris spiritus sancti in cordibus fidelium, tales sunt & his magis mysticae, quas solas sciunt, qui illum inhabitatorem habent. Ita sancti spiritus consolatione accensimul & alati, corroboratique in populo Christi viri ac mulieres, faucibus diuino amore animabus mortem contempserunt, naturam carnis vicerunt, tyrannidem voluptatum conculcarunt, flammam concupiscentiarum extinxerunt. Ista spiritus sancti adhortatione incitati, omnia quae super terram, quasi somnia cōtempserunt, pecunias, negociationes, possessiones, vestes, aedes, patres, matres, filios, cognationes, generis nobilitatem. Persuasit enim eis spiritus sancti operatio, cum dicit: Non habemus hic manentem ciuitatem, sed caelestem. Inquirimus Hierusalem. Hospites & peregrini sumus nos in hoc seculo, non habemus super terram patriam, sed ad caelestem imus patrem, desiderantes dissolui, & esse cum eo: desiderantes per mortem ad immortalem trāsire: illum sitientes, sicut ceruus ad fontes aquarum: illum desiderantes, illum concupiscentes qui nos dilexit, qui in nostris animabus mansionem fecit,

Gala. 4. b
Roma. 8. c

Luc. 11. e

Gala. 4. a

2. Cor. 4. b

Mar. 4. c

Luc. 11. f

Ibid. 17. e

Esa. 6. e

1. Cor. 2. b

Gen. 18. a

Iob. 38. a

Exod. 33. d

Esa. 6. a

Ezech. 1. b

Danic. 7. a

Roma. 8. c

A fecit, qui dignatus est cū pauperibus & peregrinis, & peccatoribus cōmunionem habere, qui in infirma nostra carne habitavit, qui spiritum sanctum hodie nobis demisit, & filios deus dei ac haeredes fecit. Etenim & filij simus. Demisit deus spiritum filij sui in corda nostra clamantem, Abba pater. atque adeo iam non fumus serui, sed filij dei: si autem filij, & haeredes. Audet horribile & metuendum quiddam sermo dicere festiuitate hac fretus: Deus in hominibus domicilium habuit, & ostendit homines deiparos. Stupendus sermo, at non meus ille sermo. Propter timorē tuum domine vterū gefsimus, & parturimus, & peperimus verbum salutis. Nos qui fumus carnes infirmitatis, peperimus spiritū salutis: quia cōcepimus hodie ab excelso spiritum adoptionis filiorum. De hac salutari incorruptissima spiritus conceptione, volo tibi hodie spiritualem & mysticam quēdam sermonem instituire, vt manifestius scias quis prius fueris, quis nunc factus sis, & quid intra teipsum conceperis, & qualem foetum in anima tua feras, & quo modo omni Christianae mēti quadret, vt ei dicatur, Benedicta & tu in mulieribus vt sponsa dei: & benedictus fructus ventris tui. qui quidē spiritus sanctus est, per quem ego, festiuitatis amator, hodie cōcionor. De hoc autem sermonem hinc exordior. Olim in principio, quādo omnium opifex ac dominus ineffabili cōsilio & sermone, iuxta imaginem suae imaginis effigauit hominem protoplastum: cōcessa faciei corporis illius, forma angelici cuiusdam fulgoris. Quam speciem mox vt honestatis osor demōn vidit, inuidit, illamq; per inobediētiam deceptam seduxit & corruptit, fulgoremq; illum coinquinans immutauit: quam opifex sermo deus renouare volens, non iterum sicut olim, extrinsecus hominē adornauit, vt ne iterum conspectus a malo daemone, inuidiam experiretur, qua pulchritudinis suae iacturam faceret. Propterea quid facit deus, & quid fit? Demisit spiritum filij sui in corda nostra, clamantem: Abba pater. Spiritus deus nostris fidelium spiritibus vnitus est, fraterno modo. Hoc donū est, quod nobis solis deus dedit, qui in Christum credim. Hic est thesaurus noster, de quo Paulus dicit, quod habemus thesaurū hunc absconditum in fictilibus vasis, luteis nostris corporibus. Hoc est granum sinapis, quod Christus in terra cordis nostri seminauit & occultauit. Hic sancti spiritus in nobis thesaurus est, & preciosissimum margaritum. Hic est ignis sanctissimus, de quo dicit Christus: Ignem veni mittere super terram, & volui videre si iam accēsus sit. Hic in nobis spiritus sanctus regnum caelorum est, de quo dicit Christus: Regnum caelorum intra vos est. Christus intus, spiritus sanctus intus, pater intus: quae oculus non vidit, & quae aures non audierūt, etiam ipsa intus. Et quo modo consequenter omnis Christianorū munda mens non comprobatur purum caelum, imō etiam caelo preciosior? Caeli enim peribūt, fideles autem permanent in seculum, quotquot deum intrinsecus in seipsis ferūt & vident. Vidit quidem & Abraham olim, sed extrinsecus apud quercum Mambre. Vidit & Iob, sed extrā, per turbinem & nebulas. Vidit Moses deum, sed extrā, per cauernam & in petra. Vidit Esaias, sed extrā, in throno excelso. Vidit Ezechiel, sed extrā, in animalibus oculatis. Vidit & Daniel, sed in visione noctis. Vident deum & qui nunc apud nos mundi corde, at non extrā, sed intrinsecus, sicut filij & haeredes dei, cohæredes autem Christi. Etenim prophetiae spiritus acceperunt omnes qui ante Christum iusti, non adoptionem filiorum. Nondum enim, inquit Lucas, spiritus sanctus

erat in hominibus. Non enim audierant a deo, qui ante Christum fuerunt: Regnum caelorum intra vos est. Non audierunt qui ante Christum: Veniam ego & pater meus, & mansionem apud vos faciemus. Idcirco dicit vobis, qui in eū creditis: Multi prophetae & iusti desiderauerunt videre quae videtis, & audire quae auditis; & nō audierunt: Tantum fidelibus in nouissimis deus spiritum suum sanctum demisit, & inhabitauit, & conuersatus est in nobis. Nullus infidelis hunc thesaurū spiritus sancti in seipso possidet, nullus Iudaeus donū hoc nouit, etiam si innumera bona operetur, ignorat has diuitias, nō habet hunc thesaurum spiritus. Quamuis & Iudaeus videtur habere legem, videtur & Pascha facere, sed corporale: videtur offerre sacrificium, sed quale faciunt Iani. Videtur & templum habere, sed nō adhuc vt fidelis. Tu templum dei, tu verum tabernaculum testamenti, tu domus sancti spiritus, in quo inuibrat semper. Videtur & Samaritanus, videtur & Arabs deū colere, & deum confiteri, verbum deum credere, & spiritum dei glorificare: sed neque an sit spiritus sanctus nouit, & quid sit deus omnino ignorat, neque spiritus sancti particeps est, neque deum verbum personam in deitate esse cognoscit. Non enim habet in seipso deum habitantem, non habet granum sinapis in se seminatum, non habet inappreciable margaritum, non habet regnum dei intra se, non habet thesaurum spiritus in seipso latentem, vt in agro. Si autem quis spiritū dei non habet, inquit, hic non est dei: sicut Paulus statuit. Quoniam autem hodie spiritus aduenit, & noua legis noua & admirabilis legislatio facta est, bonam in spiritu fiduciam habentes, spiritualia cum lege comparemus, vt illustres, in quo tu fidelis a Iudaeo differas, & quanto sublimius sit nouum testamentum veteri. Quae igitur lex, quam hodie a caelo datam discis? Spiritus gratia. Quae rationales tuae tabulae, in quibus haec lex insculpitur? Anima & corpus. Quae tua spiritualis circūcisio? Omnis mala concupiscentiae excisio, & ab ea auersio. Quod tuum altarium: mens tua spiritualis. Quod spirituale tuum sacrificium: omnis bona operatio. Quis altaris tui ignis? compunctionis calor. Quod templum tuum a deo conditum? mundum cor, in quo deus habitare amat. Has te doctrinas huius diei solennia paucis docent. Hanc tibi legem statuit dies Petecoste. Haec te mysteria docet spiritus. Custodi obsecro hoc bonū depositum perpetua memoria dignum. Custodi obsecro, spiritus sancti faciem inextinctam. Custodi thesaurum qui in te est occultum, ne a praedonibus rapiatur. Serua obsecro: & preciosum margaritum immaculatum. Retine cōceptionem spiritus, quem te sermo docuit, illaefam. Serua obsecro, hunc fructum immarcescibilem. Ecce manifeste didicisti, quae per dona spiritus es assecutus. Et quis prius eras, & quid nunc factus sis: nempe amicus dei, filius, Christus, frater, haeres, domus, templum, regni caelorum thesaurus. Quod vt nos omnes consequamur, gratia & misericordia sua dignetur cōcedere dominus noster Iesus Christus, cui sit gloria & imperium cum patre & sancto viuificoque spiritu, in omnia seculorum secula, Amen.

Acto. 8. d
Ioan. 14. e
Matt. 13. e

Roma. 8. b

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI
homilia, de sancto & adorando spiritu.

Eri a nobis, amatores Christi, sancti & adorandi spiritus celebrabatur aduentus: non humanarum cogitationum honore exceptus, sed paterne virtutis testimonio cōprobatus.

Non enim ex his que cogitamus vel loquimur, deus cō A
 mendatur: sed per ea, quibus illustramur, & pietas com-
 mendatur, & veritas prædicatur. Vnus dei sermo est,
 vna sancti spiritus doctrina, pietatisq; lampas est, & di-
 uinæ agnitionis prædicatio, ac doctrinæ dei illustratio.
 Operæ precium autē est, vt perseueremus diutius in san-
 cti adorandiq; spiritus enarratione, & manifestius ali-
 quid de sancta, gloriosaq; facultate dicamus. Iterum vt
 iisdem vtamur verbis, non per ea, quæ cogitamus, sed
 per quæ docemur spiritum sanctum, & quæ diuini do-
 cent sermones, imò quæ ipse de seipso prædicat, dū per
 prophetas loquitur, perq; apostolos fert radium suum:
 Natura inseparabilis est, vt pote qui ex inseparabili &
 indiuisibili natura progressus est. Nomē autem eius spi-
 ritus sanctus, spiritus veritatis, spiritus dei, spiritus do-
 mini, spiritus patris, spiritus filij, spiritus Christi: & sic vo-
 cat eum scriptura, immò ipse seipsum, & spiritum dei, &
 spiritum qui ex deo est. Et vt nunquam, cum audimus
 spiritum dei, putemus quòd per proprietatem dicatur
 spiritus dei, introducit scriptura spiritum sanctū, & ap-
 ponit, qui ex deo est. Aliud enim est dicere dei, & qui ex
 deo est. Dei enim sunt cœlum & terra, vt pote ab eo fa-
 cta. Ex deo autem nihil dicitur, nisi quod est ex substan-
 tia eius. Itaq; dicitur spiritus sanctus. Ista enim est prima
 & propria appellatio: & vt euidentiorem habens intel-
 ligentiam spiritus sancti naturam demonstrat. Spiritus
 sanctus, spiritus dei. Quis eū vocat spiritum dei: audi sal-
 uatorem, dicentem: Quod si ego in spiritu dei eiicio da-
 monia. Vt igitur sicut dicebam, ne quis audiēs spiritum
 dei, putet proprium quiddam significari, & non cōmu-
 ne naturæ, Paulus dicit: Nobis autem non datus est spi-
 ritus mundi, sed spiritus qui ex deo est. Iterū dicitur spi-
 ritus patris, sicut Saluator apostolis dicit: Ne solliciti si-
 tis, quo modo vel quid loquamini: non enim vos estis
 qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in
 vobis. Sicut autem dixit, spiritus dei, & subdit scriptu-
 ra: Qui ex deo est, sic iterum dictus est spiritus patris. Et
 vt ne putetis hoc secūdum proprietatem dici, saluator
 confirmat: Quando venerit paracletus spiritus veritat-
 is, qui à patre procedit. Illic ex deo, hic à patre dicitur.
 id quod sibi ipsi tribuerat, dicens: Ego à patre exiui, hoc
 & spiritui sancto ascribit, dicens: Qui à patre procedit.
 Quid est, procedit? Non dixit, gignitur. Quod enim nō
 est scriptum, non dixit esse sentiendum. Filius à patre ge-
 nitus est, spiritus à patre procedit. Queris à me omnem
 varietatem, quo modo genitus ille, & quo modo pro-
 cessit iste? Cum didiceris quòd genitus est, didicisti &
 modum, & comprehendisti vtique. Itaque cum audieris
 prædicari filium, comprehendisti natiuitatis modum. D
 Nomina sunt, quæ pia fide honorantur, non ratiocina-
 tione tenentur. Quæ autem vis nominis, Procedit: au-
 di: vt nomen natiuitatis prætereat scriptura, ne filium
 ipsum dicas, dicit spiritus sanctus, qui à patre procedit:
 inducit eum procedentem, vt aqua de fonte scaturien-
 tem. sicut & de paradiso dictum est: Fluius autē pro-
 cedit ex Edem, procedit & scaturit. Pater fons aquæ vi-
 uentis dicitur iuxta prophetam Hieremiam, dicentem:
 Obstupescat cœlum super hoc, & horreat valde terra:
 quoniā duo & mala fecit populus meus, me derelique-
 runt fontem aquæ viuentis. Diuinus sermo definiēs pa-
 trem fontem aquæ, inducit ex fonte vitæ, aquam viuam
 quæ procedit. Quid procedit? Spiritus sanctus sicut à
 fonte aqua. Vnde hoc quòd spiritus sanctus aqua voce-
 tur: dicit saluator: Qui credit in me, sicut dixit scriptu-
 ra, flumina ex ventre eius fluent aquæ viuæ. Et interpre-

Math. 12. c
 1. Cor. 2. c
 Matt. 10. c
 Luc. 12. b
 Ioan. 15. d
 Ibid. 16. f
 Gen. 2. b
 Hier. 2. c
 Ioan. 7. f

tans euangelista hanc aquam, subdit: Hoc autem dice-
 bat de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum.
 Si igitur euangelista Ioannes declarās, spiritum sanctum
 dixit aquam viuam, Pater autē dicit: Me dereliquerunt
 fontem aquæ viuæ: Fons spiritus pater, propterea etiam
 ex patre procedit. Dicitur igitur, repetere liceat, Spiritus
 dei, & spiritus qui ex deo, spiritus patris, & spiritus qui
 à patre procedit. Spiritum dominum testatur Esaias in
 persona Christi: Spiritus domini super me, eo quòd vn-
 xerit me. Et Paulus: Dominus autem spiritus est. Vbi au-
 tem spiritus domini, ibi libertas. Num per quem adue-
 nit libertas, ille seruus? Si eorum ad quos accedit spi-
 ritus sanctus, soluit seruitutis iugum, & præstat eis liber-
 tatis personam: quo modo ipse seruus? quo modo largi-
 tur quod non habet? quo modo cum ipse sit seruus, li-
 bertate donat? Non audisti Paulum dicentem: Lex spi-
 ritus vitæ in Christo Iesu liberū me reddidit à lege pec-
 cati: Liberōsne reddit spiritus seruus, qui natura sua nō
 habet libertatem? Nam si creatus est, etiā seruus factus,
 non reddit liberum. Ne vos sophismatis circunueniāt
 hæretici. Non dico eum seruum, non creaturam. Vidē-
 tur tria principia inducere, increatum, creatū, & aliud
 nescio quo modo vocem. Spiritus patris, spiritus qui ex
 patre: spiritus patris, spiritus qui à patre procedit. Spi-
 ritus domini, spiritus filij. Quòd autem sit filij, dicit Apo-
 stolus: Emisit deus spiritum filij sui in corda nostra cla-
 mantem, Abba pater. Ecce ipse spiritus filij. Alio loco
 iterum spiritum Christi dicit Paulus: Vos autem non
 estis in carne, sed in spiritu: siquidem spiritus dei habi-
 tat in vobis. Obsecro animaduertite sanctā hanc con-
 nexionem. Quasi catenam quādam sanctam & viuam
 ex triplici potentia inducit Paulus, naturā coniungens
 inseparabilem, & in diuersis nominibus vnam virtutē
 indicans. Vos autem, inquit, non estis in carne, sed in
 spiritu. Ecce spiritum, siquidem spiritus dei habitat in
 vobis. Vidisti spiritum dei: Si autem quis spiritum Chri-
 sti nō habet. Et sanē oportebat dicere, si autem quis spi-
 ritum dei non habet: sed dixit spiritum Christi, dixit spi-
 ritum dei, & subdit spiritum Christi. Si autem quis spi-
 ritum Christi non habet, hic non est eius. Verum hoc
 dixit, vt ostendat, si spiritus, & Christus. Et idem est
 Christum adesse, & spiritum adesse: & idem est spiritū
 dei dicere, & spiritum Christi. Est igitur spiritus san-
 ctus spiritus veritatis, quasi quis dicat, spiritum filij: quia
 dicit Saluator, Ego sum veritas. Dicitur spiritus veri-
 tatis qui est spiritus filij, sicut dicit Paulus: emisit deus
 spiritum filij sui. Est igitur & spiritus filij, & spiritus eius
 qui excitauit Iesum Christum. Et audi Paulum dicen-
 tem: Si autem spiritus eius qui excitauit Iesum Chri-
 stum habitat in vobis. Hæc nomina sancta & imma-
 culata Trinitatis, sancti & admirabilis spiritus sunt no-
 mina, non naturæ conuenientia, sed operationi. Pro-
 fundus sermo, & opus habet auribus attentis, munitis,
 & fidelibus. Dicitur autem iterum spiritus, spiritus vi-
 tæ: quia saluator dicit, Ego sum veritas & vita. Dicitur
 spiritus vitæ, sicut & Paulus dicit: Lex spiritus vitæ.
 Hæc nomina eiusdem sunt authoritatis, & eiusdem na-
 turæ. Sunt autem alia nomina, quæ non ascribuntur
 sancto spiritui, sed virtuti & operationi eius: vt sunt do-
 na eius. Dico itaque, & antè declaro sententiam, post-
 ea testimonium subinducturus. Quando dat spiritus
 sanctus precibus sanctorum vel mihi, vel alicui Chri-
 stianorum sanctificationem, accipio donum ita vt san-
 ctum habeam & corpus & animam. Donum datum
 mihi vocat spiritum Sanctificationis: hoc est, benefi-
 cium.

Rom. 8. c
 2. Tim. 1. a
 Ephe. 1. c
 2. Cor. 4. c
 Galat. 6. a
 Ibidem.
 Roma. 1. a
 Matt. 6. b
 1. Cor. 14. c
 Ibid. 13. a
 Esai. 11. a
 Psal. 44. b
 Esai. 11. a

cium. Si dederit spiritus sanctus cuiuslibet donum non ha-
 benti sapientiam, vel non habenti intelligentiam: sed so-
 lam fidem, quales sunt multi habentes dona, vt credāt
 scripturis, ignorantes scripturas, vocatur donum illud,
 Spiritus Fidei. Si autem quis accipiat virtutem & donū
 à spiritu sancto, vt credat promissioni bonorum quæ
 dantur in futuro seculo, ille Spiritum Promissionis ac-
 cepit. Si autem quis accipit & sapiētiae donum, vocatur
 donum Spiritus Sapiētiae: & vbi dona spiritus, vocā-
 tur spiritus: & attēde diligēter, quia hæc speculatio mo-
 do ita declaramus. Veniamus ergo ad demonstratio-
 nes. Quando quis habet donū charitatis, dicitur quòd
 habeat Spiritum Charitatis. Quādo acceperit donum
 martyrij, dicitur quòd habeat Spiritū Virtutis, hoc est,
 donum. Iam quia donās spiritus sanctus est, vocatur &
 Donum eodē nomine quo is qui donat. Idcirco dicit
 Paulus: Nō enim accepistis spiritū seruitutis iterum ad
 timorem, sed accepistis spiritum adoptionis filiorū. Et
 iterum: Nō enim dedit nobis spiritū formidinis, sed spi-
 ritum virtutis & dilectionis & tēperantiae. Spiritū autē
 dicit hic donum, sicut quādo dicit: Vos autē ob signati
 estis spiritu promissionis sancto. Promissionis spiritus
 vbi scriptum est: Dicit Paulus: Habētes autem eundem
 spiritum fidei & promissionis, hoc est gratiam spiritus.
 Ecce igitur spiritum fidei, & spiritum promissionis. Si
 fuerit quis mansuetus & humilis corde, donum accepit
 mansuetudinis: Est autem donum dei, & hoc dicit Pau-
 lus: Si & præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto,
 vos qui spirituales, instaurate eū qui talis est in Spiritu
 Mansuetudinis: hoc est, in beneficio doni mansuetudi-
 nis. Considerans, inquit, temetipsum ne & tu tēteris. Ec-
 ce spiritum mansuetudinis. Alij datur sanctificatio ani-
 mæ & corporis, & vocatur Spiritus Sanctificationis. Si-
 cut dicit Paulus, Seruus Iesu Christi, vocatus apostolus,
 segregatus in euangelium dei, quod antea promisit per
 prophetas suos secūdum spiritum sanctificationis. Vbi
 multi putauerunt, quòd adhæreat primo verbo, qui de-
 claratus fuit filius dei secūdum spiritū sanctificationis.
 Non est autem sic, sed Paulus ordinatus secūdum spi-
 ritum sanctificationis: & quādo ordinatus est ex resurre-
 ctione Iesu Christi. Quoniam alij quidē Apostoli ante
 passionem, hic autē post resurrectionem: & propterea
 dicitur secūdū spiritū sanctificationis. Et aliud, quan-
 do incipiemus omnes tēpore sacrorum mysteriorū di-
 cere, Pater noster qui est in cœlis: donū accipimus Spi-
 ritum Adoptionis, hoc est beneficium & donum sancti
 spiritus. Spiritum vocat & æmulationē, sicut dicit Pau-
 lus: Quoniam & vos æmulatores estis spirituū, hoc est
 donorum. Et adhuc excellentiorem vobis viam mon-
 stro. Si linguis hominū loquar & angelorum, charitatē
 autem nō habeo, nihil sum: hoc est, omni dono maior
 est charitas. Verūm ad propositum redeamus. Redit E-
 saias. Spiritus enim per omnes loquitur. Itaq; sicut Pau-
 lus dixit: spiritum vitæ, spiritum charitatis, spiritū virtu-
 tis, spiritum temperantiæ, spiritū promissionis, spiritum
 fidei, spiritum mansuetudinis, spiritum adoptionis filio-
 rū: ita & beatus Esaias, Egredietur, inquit, de radice Ies-
 se virga, hoc est, regia dignitas Christi. Virga enim re-
 gis symbolū est, vt dicit David: Virga æquitatis, virga
 regni tui. Egredietur virga de radice Iesse, & flos de ea
 ascendet, & requiescet super eum spiritus dei. Hic est no-
 men ipsius naturæ spiritus, deinceps sequūtur dona: Spi-
 ritus sapiētiae & intellectus, spiritus consilij & fortitu-
 dinis, spiritus scientiæ, spiritus pietatis, spiritus timoris
 domini. Sicut si quis explicet scripturā, siue tu, siue alius

A fidelis & Christianus, etsi absconditū nomen & obscu-
 rum fuerit, det autem spiritus sanctus alicui abscondita
 sensuum reuelare: is accepit spiritū reuelationis, qui re-
 uelat profunda. Vnde & Apostolus volens discipulos
 pios intelligere scripturas, dicit: Precor deū, vt det nobis
 spiritum sapientiæ & reuelationis, in agnitione illi
 minatus oculos mentis nostræ. Vidisti spiritū reuelatio-
 nis: sed ad propositum redeamus. Vbi opus est dicere
 profunda, vocatur spiritus reuelationis: vbi oportet ha-
 bere charitatē, vocatur spiritus charitatis: vbi decet ma-
 nifeste loqui doctorem, vocatur spiritus sapiētiae: vbi
 opus est auditore vt cum intelligentia capiat, nomina-
 tur spiritus intellectus. Spiritus sapiētiae datur docēti-
 bus, spiritus intellectus auditoribus. Ego prædico, tu in-
 telligis, & dictorum mentem capis, docere autē nescis.
 Spiritus itaq; ille donum est sapiētiae, propter doctrinam.
 Volens autem deus monstrare, quòd sicut mittit
 docenti sermonem sapiētiae, ita mittit & discenti do-
 num intellectus, vt capiat quæ dei sunt. Sapiētiae gra-
 tiam habet os prædicans, intellectus gratiam habet cor
 discens. Sapiētia armatura oris est, intellectus vero cor-
 dis. Propterea dicit, Os meum loquetur sapiētiam, &
 meditatio cordis mei intelligentiam. Alius non acce-
 pit doctrinæ gratiam, sed accepit donum, vt det consi-
 lium, consiliūq; bonum & admirabile. Nō enim om-
 nia quis accipit, vt ne donum naturam putet. Accipit
 quis doctrinæ gratiam, & vt ne quis extollatur, in ope-
 rum consilio inuenitur infirmus: & alius non valēs do-
 cere, bene cōsultat. Et inuenies aliquem, qui mutuū nunc
 aliis dat, nunc ab aliis recipit. Vnde hoc: Nunc demō-
 strationem adiiciam, quòd qui accipit gratiā doctrine,
 indigeat alterius consilio. Moses acceperat spiritum sa-
 piētiae, legislationis & doctrinæ. Permittebat sibi ipsi
 to die ius dicere, accedit Iethro socer eius, & cōsultat ei,
 ac dicit: Non potēs sufficere tanto populo solus tu, vt
 ei ius dicas: sed si hoc feceris totum teipsum perdes. At
 quid? Cōstitue, inquit, decanos, & quinquagenarios, &
 centuriones, & tribunos, vt ea quæ excedunt decanum,
 referant ad quinquagenariū: & quæ excedunt quinquagenarium,
 referant ad centurionem: & quæ centurionē
 excedunt, referant ad tribunum: & quæ excedunt tribu-
 num, referant ad te: & quæ excedūt te, referas ad deum.
 Si quod, inquit, graue negocium, referant ad te: si autē
 tibi quid graue, referas ad deum. Ecce legislator cum sa-
 piens esset, accepit consilium priuati, & factum est con-
 silium lex, & figura futurorum. Quoniam Iethro socer
 Mosi, sacerdos erat idolorū: postea autē cognito erro-
 re, didicit veritatē, factusq; est figura gentium ecclesiæ:
 quia sapiētiam legis transcendit gentiū intelligentia:
 non quia sunt gentes, sed quia respuerunt. Quando e-
 nim receptum est consilium Iethro, non erat sacerdos
 idolorum, sed agnouerat deum. Quia postquā cogno-
 uit opera dei, & mirabilia quæ narravit ei Moses in Aeg-
 ypto facta, dicit: Nunc ego cognoui. Vide respiscen-
 tiam, quòd magnus sit dominus deus noster supra om-
 nes deos. Nam vbi veritatem agnouit, accepit boni cō-
 silij donum. At nos ad propositū redeamus. Accipit do-
 cens spiritum sapiētiae, discens spiritum intelligentiæ
 vt intelligat. Propterea Esaias sapiētiam ascribit do-
 centi, intellectum audienti, & inquit: Sapiētiam archi-
 tectum, & intelligentem auditorem. Spiritus cōsilij da-
 tur consiliario: spiritus fortitudinis, consilium accipiē-
 ti: accipit donum consiliarius, vt dicat vt ille quippiam:
 accipit gratiam, qui consilium accipit dū perficit quod
 vtile est. Spiritus timoris domini. Singula dona illa
 C iij ad pro-

Ephe. 1. a
 Psal. 48. a
 Exo. 18. c. d
 Exod. 18. b
 Esai. 3. a

ad propositū vsum concedebantur. verbi gratia: Quādo extruebatur tabernaculum à Mose in solitudine, nō opus erat illi dono doctrinæ, sed dono architectonicis, quo modo consuerent byssum, hyacinthum, purpuram, coccinum, deditq; deus donum architectonicis, & artem consuendi, texendi, fundendi aurum, poliēdi lapides, & cōstruendi. Et quare omnes artes illas dedit quia tabernaculum faciebat deus super terram. Erat autem figura cœli & terræ tabernaculum. In sex autē diebus fecit deus cœlum & terram. Extruebatur tabernaculum figuram gerens cœli & terræ. Et opus habebat gratia spiritus suo operi congrua. Non enim erat tempus doctrinæ, sed futuri, & aliarum artium. Et dicit dominus: Ecce dedi virum nomine Beseleel de tribu Iuda, & impleui eum spiritu diuino, spiritu sapientiæ & sciētiae, & sensus. Sapientiæ spiritu, vt quod proponebatur ad faciendum, ita faceret & operaretur. Scientiæ autem, vt bene quadrarent: sensus vero, vt intelligeret quæ dicebantur à spiritu qualem haberent virtutem. Alio loco promittit deus se daturum gratiam misericordiæ, & dicit: Effundam super domum Dauid spiritum gratiæ & miserationis, hoc est donum misericordiæ. Iterum largitur dona humilitatis. Vnde hoc liquet: Tres pueri in camino, quoniam vt iusti flammam calcauerunt: vt humiles autem, peccatores se vocauerunt. Propter excellentem iusticiam, calcauerunt, & caminum rorem fecerunt. non inflati sunt, neque dixerunt, ô quanta nostra iusticia: nescimus enim naturam, trāsgressi sumus legē, sed operantur vt iusti, loquuntur vt peccatores. Considera enim, Calcabant flammam, exultabant vt iusti, & cōstebantur vt peccatores. Peccauimus, inique egimus, iniusticiam fecimus. Omnia quæ induxisti super nos, iudicio iusto fecisti: quia inique egimus, & discessimus à te, & mandata tua non audiuimus, vt bene esset nobis. Quoniam igitur cum iusti essent, seipsos humiliabant, acceperunt spiritum humilitatis, donum humilitatis. Et propterea cum viderunt gratiam, dicunt: Nō est nobis in tempore hoc princeps & propheta, neq; oblatio, neque thymiama, neq; locus vt offerantur primitiæ, & inueniatur misericordia. Quia igitur non habemus ciuitatem, neq; templum, neq; altare, pro omnibus humilitas nostra sufficiat. Propterea dicunt, sed in anima contrita & spiritu humilitatis suscipiamur. Alius cū plenus esset gratia, accepto integro dono, dicit: Spiritum accepit impletionis. Vnde hoc dicit Hieremias: Via filia populi mei, nō in sancto, neq; in puro, spiritum impletionis: non habent, inquit, spiritum qui impleat eos. Sic habebant spiritum impletionis Apostoli, vt scriptum est: Tunc, inquit, Paulus impletus spiritu sancto, quādo arguit Elymam magum. Vides donaria? Repetam igitur nomina ineffabilis naturæ. Spiritus dei, spiritus qui ex deo, spiritus domini, spiritus patris, spiritus filij, spiritus Christi, spiritus qui excitauit Christum, spiritus vite, spiritus veritatis. Dein dona, spiritus virtutis, spiritus charitatis, spiritus temperantię, spiritus promissionis, spiritus fidei, spiritus reuelationis, spiritus adoptionis filiorum. Qui accipit gratiam vt iudicet, accipit spiritū iudicij, sicut dicit Esaias, & purgabit eos dominus spiritu iudicij, & spiritu adustionis: puntricem & purgatricem vim vocat spiritum adustionis. Dauid autē petit spiritum Rectum, qui dirigat, & in rectam viā ferat. Et iterum petit donū principale, quo dominetur & sit princeps affectionum, faciatq; animam nō seruire suis affectionibus. Quoniam enim Dauid peccauerat, & à continentia venerat in nequiciam affectionum & volupta-

tis: & quia nō iuste iudicarat interficiendum virum, & seruus factus erat cōcupiscentiæ in adulterium prolapsus, petit spiritum rectum, inquit, in noua in visceribus meis: & ne proicias me, inquit, à facie tua: & redde mihi laticiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me: hoc est, dono quo dominet affectionibus, & cohibeam voluptates. Hęc à nobis dicta sunt de spiritu sancto diuina maiestate, & diuersitate in operationib; eius. Hæretici autē qui ignorauerunt, quod quādo dicit spiritum sanctificationis, vel promissionis, donorum memor sit: ipsi ad naturā referunt dicentes, quod deus dedit, & spiritum sanctum donauit. Vidisti, inquit, quod donum dei est? legerunt dona, & ea ad naturā referunt miseri. Oportebat intelligere, quæ nomina ad naturam pertineant, & quæ dona, & quæ gratiam significet: capones fuerunt adulteratæ veritatis, confuderūt omnia, subuerterunt seipsos, exciderunt à veritate, obtenebratum est insipiens cor eorū, dicentes se esse sapientes, infatuati sunt. Eapropter inferūt: Quoniam, inquit, de spiritibus moti dicimus, ea ipsa quæ de spiritu sancto saluator dixit. Quid igitur dicit ille: Spiritus veritatis deducet vos in omnem veritatem: non enim loquetur à seipso, sed quæcunque audierit loquetur, & quæ ventura sunt annuntiabit vobis, ille me glorificabit: quia ex meo accipiet, & annuntiabit vobis. Vidisti quo modo, inquit, à semetipso non loquetur, sed ex illo accipit: Num potest demonstrari spiritus autoritas? An non demonstrauit, inquit, eum subiacere potestati filij, & mutuari ab eo, & alius suppeditare: Attende diligenter, Quoties tibi dictum aliquod apparet obscurum, ne statim adducas te dictioni, sed expecta finem sententię. Non vides quando extruuntur domus, quo modo omnia cōfusa sint, calx, lapides, ligna, & in oculis tuis omnia sint confusa, artifices autem omnia bene quadrauerunt: Scit enim suo tempore, quo modo hoc confusum in hoc loco, illud in alio congruat: & quæ nūc dispersa in harmoniam quandam cōuenientia adificij pulchritudinem perficiant. Igitur cum videris dicentem ab hoc in illud, & ab illo in hoc trāsilire, crede quod materias præparet: quando coniungo materias, tunc ostendo quod bene cōueniant. Vna natura filij est & spiritus, vna virtus, vna veritas, vna vita, vna sapientia: at ab eo tempore quo saluator dignatus assumere creaturā nostram, impletus spiritu sancto: non quod inferior spiritu sancto, sed quod caro opus habeat humano modo, vt accipiat aduentum spiritus, nō quod non possit deus verbum, sanctificare creaturā quam assumpsit. Nam si hunc cōcesseris sermonem, superuacuis filius. Sufficiebat enim pater ad sanctificandam carnem. Non pater quasi infirmus coassumit filium. Non quasi infirmus, filius assumit spiritum. Sed quia vna natura est, quæ omnia in omnibus operatur, alia quidem pater operatur, & in omni natura suscipitur: alia vero spiritus, & in omni natura suscipitur. Quando igitur natura secundum seipsam cōsideratur, par est & æqualis, plena potestatis & autoritatis, admirabilis, neq; indiga, neq; imperfecta, non proficit, nō minuitur, nō augmenta suscipit, nō attenuatur. Cum autē accepit deus verbum carnē nostram, fecit eā humano more, quasi vnum apostolorū vel prophetarū suscipere spiritum sanctū. Dixit prius, non quod non sufficiat filius dei, sed vt perfecta trinitatis sciētia, in creatura illa ostendatur. Assoluta igitur est caro domini spiritū sanctū, & consequenter voluit saluator carnē, quā accepit spiritum

Exod. 31. c

Zach. 4. c

Danic. 3. c

Ibidem. d

Ibidem.

Acto. 13. b

Esa. 4. b

Matt. 12. c

Esa. 61. a

& Luc. 4. c

Acto. 1. f

Matt. 3. d

& Mar. 1. b

& Ioan. 1. c

Ioan. 1. d

Galat. 5. d

Roma. 8. b

Matt. 4. a

Ibidem.

Luc. 4. b

1 Cor. 12. d

spiritui sancto appropriare: vt id quod faciebat Christus secundum carnem, ascriberetur spiritui sancto, qui habitauit in eo, sicut in sancto templo humano. Homo enim propter nos, deus autem propter seipsum. Homo enim propter misericordiam eiecit demones, & voluit fugationem demonū ascribi sancto spiritui, & dicit: Si autem ego in spiritu sancto eiicio demonia: & non dixit in verbo, sed ascribit spiritui, sicut vir sanctus spiritum sanctum assecutus. Deniq; quando intravit in templum, sumit prophetam Esaiam, & legit. Legit autē quæ de seipso erāt scripta, & reperto, inquit, libro, dicit: Spiritus domini super me. Non contradici potest, quoniā quod vnxit me. Per spiritum, inquit, sanctum vnctus sum. Propterea Petrus, Iesum à Nazareth, quod vnxit eū deus spiritu sancto & virtute. Hic animaduertamus obsecro. Hęc enim omnia in edificio sermonis mei infumentur: non enim ab aliis in alia efferimur, sed (vt dixi) materias dispono, vt tu vnionem coaptas. Assecutus est spiritum sanctum, baptizatus est in Iordane, & dicit Ioannes: Vidi cœlos apertos, & spiritum dei descendentem sicut columbam, & manentem super eum. Vidisti quo modo humano modo accipit spiritum sanctū: nulus sic impius, vt credat quod diuinitas accipiat spiritū. Dicit Ioannes Baptista: Medius vestrum stetit, quem vos ignoratis, & ego nesciebā eum: sed qui misit me, vt baptizarem in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris spiritum sanctum descendentem sicut columbā, & manentem super eum, hic est filius meus. Descendit spiritus sanctus, vt impleatur hoc Esaiæ: Spiritus domini super me, baptizata est caro, & statim baptizatus ascendit de aqua, & ductus est à spiritu in desertū. Ducta est, & quasi pædagogum habuit caro spiritum sanctū. Quare ductus est: vt nobis figurā daret, quod sicut caro mea non ducitur concupiscentiis, sed ducitur spiritu: sic & vos debetis, propterea & Paulus: Si autem spiritu dei ducimini, non iam estis in carne. & quicunq; spiritu dei ducuntur, non sunt sub lege. Ducitur caro Christi, ducamur & nos. Propterea enim omnia in seipsum assumit, vt nobis exemplum relinquat. Ductus est à spiritu, vt taretur, & vicit diabolum: non deitas. Contumelia fuerit deitati dicere, vici. Deus enim nunquā vincitur, neque vincit, sed semper præualet & dominatur. Nam si omnino vinceret, possibile esset & ipsum vinci. At qui semper dominatur, & præualet in omnib; omnipotēs, & neq; obtumultuantur ei subditi, neq; ei negocium faciunt. Si igitur caro dominica, & dominicum figmentum, nouus homo cœlestis, nouum germen, quod nouo partu floruit, accipit spiritū sanctū, habeas testimonia quod aduenit spiritus de cœlo: & duxit eum spiritus, vt vinceret diabolum. Imago Adam quæ in principio seducta, vt homo postea vinceret, noua ingreditur comitata virtute spiritus. Propterea sicut dixit, Ductus est à spiritu in desertum, vt tentaretur: sic quādo reuertitur vt victor, dicit: Iesus autem reuersus est in virtute spiritus à deserto. Habuit igitur caro spiritum sanctum, non partem donariorum sicut nos, cum vni sapiētia, alteri scientia datur: sed omnia habuit dona. In veritate anxius sum & tremo, ne infirmitas linguæ oscuret magnitudinē eius, quod prædicatur. Igitur corpus domini & caro sancta, vt accepit spiritus sancti efficaciam: nō accepit, sicut de aliquo apostolorum dicitur & prophetarum gratiam vnam, vel alteram. Homo enim non est capax omnium, ideo dicit Paulus: Num omnes apostoli num omnes prophetæ: num omnes dona habent san-

tionum? In carne autem Christi omnia dona fuerūt, secundum substantiam carnis. Et attēde, impleuit primō proprium templum omni gratia. Habuit donum curandi morbos, effugandi demones, suscitandi mortuos, prædicandi futura, operandi ea quæ veritatis sunt: omnia potuit, & habuit donorum plenitudinē, quatenus impleta est caro eius omnib; charismatibus. Vnde opus fuit, vt inde omnes acciperemus ad mēsuram & partes: & inde apostolis & prophetis ex eo suppeditaretur. Ioannes testatur, quod in eo tota deitatis plenitudo. Et iterum: In quo habitat diuinitatis plenitudo corporaliter. Nō dixit simpliciter, In quo habitauit deitas, sed plenitudo deitatis: hoc est, omne deitatis donum. Et vt ne quis putet, quod in deo verbo habitauerit, dicit: In quo habitauit omnis plenitudo deitatis corporaliter. In carne ei omnis plenitudo sapiētiæ, intellectus, virtutis signorum, omnis operationis. Deinde à plenitudine eius mutuamur omnes. Testatur Ioannes baptizans, Et ego nesciebam eum: sed qui misit me vt baptizarem, ille mihi dixit, Super quem videris spiritum descendentē, & manentem super eum. Nō dixit qui largitur ei donū vnū: sed, manentem totum, hic est qui baptizat in spiritu sancto & igni. Deinde volēs ostendere Ioannes, quod nō sicut homo acceperit gratiam saluator, dicit quod nō ad mēsuram dedit deus spiritum, sed pater diligit filiū, & omnia dedit in manū eius. De plenitudine eius nos omnes accepimus, ille plenitudinem, nos de plenitudine. Quo modo? A quo impleuit dominicam carnem: à deo hausit sicut à fonte, & largitus est hominib; gratis. Attēde obsecro, dicit igitur: Quando venerit paracletus spiritus veritatis, ducet vos in omnē veritatem, quia de meo accipiet. Attēde magna diligentia, non dixit de me, sed de meo. Ex meo, cuius? De meo dabit vobis, sed accipiet, accipit nō mutuatum. At quoniam impleuit fontem vt originem donorū, à fonte haurit, & præbet omnib; de propriis. Et vnde hoc, quod accipere de propriis, est accipere, audi: Impleuit deus Mosem spiritu, & dicit Moses: Non possunt solus ferre pōdus huius populi, ordina alium teipsum. Dicit ei deus: Elige septuaginta seniores, & accipiā de spiritu qui in te, & dabo super eos. Non dixit accipiam tuum: sed, de spiritu qui in te. De meo accipiā. Dicit deus in diebus illis: Effundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt. Si deus à Mose accipiens mutuatus est, spiritum à filio accipiēs mutuatus est. Etenim Moses figura erat Christi. Quia sicut à Mose septuaginta fuerūt impleti, ita & à Christo orbis terrarum accepit spiritū sanctum. De meo accipiet: ex his quæ mihi suppeditauit homini dominico, sumet sibi qui dedit. Qui venit super me, & mansit in me, qui vnxit me, qui sanctificauit me, qui duxit me in desertum, qui reduxit me victorem, de meo accipiet, & annuntiabit vobis. Et vt ostēdat, quod non sancti spiritus mentionem fecerit, sed donorū eius, postquam dixit, de meo accipiet, adiicit statim: Omnia quæcunq; habet pater, mea sunt: accepi ea de spiritu sancto, propterea dixi, de meo sumet. Quoniam deus carnem sanctificauit spiritu sancto, & emisit donum spiritus pater in carnem Christi. Venit gratia, & omnia dona indidit Christo, dicit: De meo accipiet, & annuntiabit vobis. Quid igitur est, quod à seipso non loquetur, sed quæcūque audierit, loquetur vobis? Dictum est ante hoc, quod aliud est spiritus sanctus, & aliud donum: aliud rex, & aliud donum regis: Quando quis cōtra varias Barbarorum gentes bellum gerit, dubitat vbi præliari incipiat. Si in hanc impressionem facit, & occu-

Ioan. 1. b

Coloss. 2. b

1. d. virtus.

Ioan. 1. d

Ibidem. 3. d

Idem. 16. c

Exod. 18. a

& Deut. 1. b

Ioel. 2. g

Ioan. 16. c

patur, mox aliam prospectat erumpere aciem: si in duas partes diuidat, diuiditur virtutes. In medio sumus Arrianorum, qui reprobant Christi gloriam, in medio sumus Macedonianorum, qui diuinam spiritus gloriam contumeliis afficiunt. Si igitur confessa de filio loquar contra Macedonianos, Arrianus statim pugnat. De filio enim dicit, non persuasisti, & de spiritu mihi loqueris: Verum quia hodie propositum est de spiritu sancto, (sæpe enim iuxta gratiam nobis à Christo datam de filio victoriam reportauimus, testesq; dictorū vos estis, quod non fuerint deceptiones rhetorice, sed scripturarum demonstrationes.) volebam autem & nunc afferre de filio sermonem. Semper enim in illo virtutem fulgentem habet. Sed quia de hoc satis pluribus argumentis persuasi sunt, qui circa spiritum sanctum claudicant, nunc taceo. Impossibile autem est eos qui circa spiritum sanctum aberrant & claudicant, recto pede ambulare circa filium. Vsq; hodie non inuenis Macedonianum vllum hominū verbo subscribere iuxta Nicenū decretum, quanuis semper dicant: Nos recta fide incedimus. Quoniam de spiritu sancto non est manifestatum. Neque enim de hoc pugna vel labor erat: attamen secundum quod illis satis persuasum est, dico. Scriptum est, à seipso non loquetur. Dic Macedoniane, scriptum est hoc de filio, imò ipse dicit de seipso, ego à meipso non loquor. Attende obsecro, affero testimonium apud te cōfessum: (apud Arrianum enim certamine hic opus esset, in hoc quod dicit, Ego à meipso non loquor, & de spiritu sancto: apud te autem qui promissisti te hoc sanctè colere, nulla opus concertatione.) De Christo docens dicis, æqualem deo similem patri per omnia. Corā his qui consistuntur gloriam, quæstionem induxi. Dicis de spiritu, à seipso non loquatur: dicit filius de seipso, Ego à meipso non loquor, sed quodcumq; audiui à patre meo, hoc loquor. Ecce & filius à seipso non loquitur, attamē est æqualis honor. Hęc ad te dico. Arrianus enim & ille etiam de hoc dubitat. Idem euenit incredulis, quod & naufragis accidit, sicut dicit Paulus, qui circa fidē naufragium fecerunt. Arriani naufragio facti perdidērūt & Christi gloriam, & spiritus sancti virtutem. Macedoniani contendunt quidem emergere, sed dimidiā sarcinam amittunt. Si autem quis spiritum Christi non habet, hic non est eius. Attēde igitur, vt ne videamur more certantium illudere, & contumeliose demonstrationem facere. Ego à meipso non loquor. Interpretare mihi, quid est hoc quod dicit, Ego à meipso non loquor? Quo modo dixit saluator. Si enim adduxerit solutionē de filio, hanc intelliget & spiritui sancto cōgruere. Duo statuit æqualis ponderis, neq; spiritus à seipso, neq; filius à seipso: sed opus habet filius patre, opus habet & spiritus sanctus patre, itaq; æqualis erit honor. Attēde igitur: Scio quod in profundū meipsum dedi, sicut nouit virtus Christi omnia perscrutari, imò tremo potius q̄ dico, ne in immensam abyssum abeat nauicula, & desit spiritus. Da enim mihi nauim vacuam, gubernatorem, nauitas, funes, anchoras, omnia disposita & nusquā esse spiritum ventis: nonne tardat omnis quātuscumq; est apparatus, si desit operatio spiritus? Ita fieri solet, licet sit sermōnis ampla suppellex, & mens profunda, & eloquētia, & intelligentia, & non absit spiritus sanctus, qui vim supeditat, ociofa sunt omnia. Quare igitur de seipso, sicut & de spiritu sancto dixit, A meipso non loquor? Quasi agonistæ essemus, subuertemus contradicentem, sufficientibus consequenter argumentis persuasuri, & his & illis, siquidem parere voluerint. Non enim omnino ne-

cessitate eos adducemus, sed dico, si forte quidā persuadentur, & ne admireris si ego homo dicam hoc. Dicit deus Ezechiel: Abi ad domum Israël, & dic eis si forte audiant, si forte sciant. Dicimus hęc si forte audiant, si forte credant, si forte se nobis iungant. Quod si hęc nobis dicentibus non iunxerint, innoxij sumus nos. Sic Paulus docebat, & postquam docuit, dicit: Testificor, quod mundus sum à sanguine omnium vestrum. Non enim reueritus sum, quo minus annūciarem vobis viam dei. Et nūc dico, quare saluator dixit, A meipso non loquor: & de spiritu sancto, A seipso non loquetur. Oro charitatem vestram hic animaduertamus. Cum vnus sit Christus, multi prodierunt falsi Christi, sicut saluator dixit. Multi venerūt in nomine meo falsi Christi, & pseudo-prophetæ: cum vnus sit Christus & promissus per prophetas, quod veniat: ante aduentum eius apparuerunt quidam impostores, dicentes: Nos sumus. Theudas dixit: Ego sum. Iudas Galilæus dixit: ego sum, & seducebāt multos. Saluator venit, & dixit: Quotquot venerūt ante me, fures fuerunt & latrones, sed non audierūt eorum oues. Oues meæ meam vocem audiunt, & cognoscunt vocem meam, & sequuntur me. Venerunt igitur illi falsi Christi, & non docuerunt ex lege & prophetis, sed ex seipsis locuti sunt, & ex propria sententiā. Saluator venit, & non discessit à lege, non discessit à prophetis, sed dicebat quasi in exemplo, Bene dixit Elaias. & iterū: Non scriptum est in lege vestra. Et cū accederet ad eum diabolus, dicit ei: Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruiēs. Venit igitur Christus secundum carnem. Non locutus est ex seipso, sed ex prophetis. Igitur quia illi qui ante Christum venerunt, in nomine Christi non sunt locuti, neq; ex lege, neque ex prophetis, sed ex propria sententiā errores locuti sunt, dicit saluator: Ego à meipso non loquor, sicut illi. A seipso enim loqui, extra legem loqui est. Sic igitur oportet etiam te loqui, cū videris hereticos Aristotelica vel Platonica mouere: dic, Nos à nobisipsis non loquimur, quæcumq; audiuius à Christo, hęc loquimur. Et vnde hoc, quod à seipso loquitur pseudo-propheta nobis indicat: Dicit Ezechiel propheta: Viuo ego, dicit dominus ad prophetas, qui seducūt populum meū, non misi eos: à seipsis locuti sunt, & ex corde suo loquuntur. Proinde quia pseudo-propheta à seipsis prædicauerunt, saluator à suspitione hac se purgās, dicit: Ego à meipso non loquor. Vnde hoc q̄ saluator habitus est deceptor: Hoc primum cōfirmabimus. In festo scenopægiæ quærebāt turbæ Iesum, dicentes: Vbi est? Et erat de eo diuersa vox, alij dicebāt, bonus est: alij dicebant, Nō, sed seducit populū. Vidisti vbi habitus est seductor? Itē post sanctam saluatoris mortem dicunt potestates Pilato: Scimus domine, quod dixit seductor ille adhuc viuēs, post tres dies resurgam. Hęc ideo dixi, vt demonstrarem eum habitum fuisse seductore. Quia igitur seductor habitus est, dicit: Ego à meipso non loquor, sed de lege, de prophetis, quæcumq; audiui de patre, non secundum diuinitatē audiui à patre in lege & in prophetis. Ex persona carnis loquitur, vt solueret suspitionem. Ego à meipso non loquor, sed quæcumq; audiui à patre. Vos autē quæcumq; audiuiistis à patre vestro diabolo, loquimini. Et vt mōstret q̄ diabolus quando in aliquibus loquitur, mēdacium operatur, dicit: Quando loquitur mendaciū, ex propriis loquitur. Ego ex meipso non loquor, sed ex prophetis & lege: hoc enī est veritas. Sicut igitur saluator purgās se à suspitione, dicit: Ego à meipso non loquor, sicut deceptores, sic & de spiritu sancto.

Matt. 24. a
et Mar. 13. c
Lucæ. 21. b

Ioan. 16. b.

1. Cor. 11. a

Rom. 10. a

Ioan. 16. c

terum obsecro hic animaduertamus, iuxta dictum saluatoris: Multi apparet pseudopropheta & pseudochristi, & dicent quidem, ego sum: & alius, ego sum, sicut scriptum est, quod multi veniet in nomine meo, dicentes: Ego sum Christus, & multos seducunt: sed ne seducamini. Sicut igitur aliqui suspicabantur seductores esse Christos, sic & venturi multi, qui & ficturi se habere spiritum sanctū quem non habet, & loqui: sed illic quidem homo apparebat, & dicebat, Ego sum Christus: hic autem non audebat aliquis dicere, Ego sum spiritus sanctus. Non enim corporeus factus est, sed inuisibilis aduenit. Venit ad Petrum, venit ad Paulum, & erat ex confesso quod spiritus sanctus loqueretur. Prodit Petrus, & dicit: Spiritum habeo. A facie nullus videt quis habeat, vel quis non habeat: vel quis habeat spiritum immundum, vel quis habeat spiritum sanctum. Nam si visibilis esset, non decepisset: nam agnitione fuisset redargutus. Venit Montanus, dicens: Spiritum sanctum habeo. Venit Manichæus, dicens: Spiritum sanctum habeo, non fuit autem manifestum. Vt igitur ne plures nomine seducerentur, quoniā inuisibiliter donum veterum erat, dicit: Quando venerit paracletus spiritus veritatis, qui à patre procedit, ille vos memores faciet verborū meorum, & inducet vos in omnem veritatem: non enim à semetipso loquetur. Nam si quem videritis dicentem, Spiritum sanctum habeo: & non loquentem euangelica, sed propria, is à seipso loquitur, & non est spiritus sanctus in ipso. Sicut enim dicit de seipso, Ego à meipso non loquor: vt soluat suspitionem deceptionis, immo errorem à veritate separet: ita vt ostendat, qui nam habeant spiritum sanctum, & qui non habent, sed simulant se habere. A me audistis quid tradidi. Quando veniet inuisibilis spiritus mea loquetur. Si videritis aliquem euangelica repetentem, profectō spiritum sanctum habet. Veniet enim spiritus sanctus, vt recordari vos faciat eorum quæ docui. Si quis igitur eorū qui dicuntur habere spiritum sanctū, dicat aliquid à seipso, & non ex euangeliis, non credite, meā doctrinā sequamini. A seipso non loquitur, sed propter hoc factus est aduētus, qui indicet quis acceperit spiritum, & quis non acceperit: Si quis sequitur dicta Christi, spiritum sanctum habet. Nullus enim potest dicere, dominum Iesum Christum, nisi in spiritu sancto. Venit Manes, verè hæreticus, hoc est insanienis, alludens suæ seductioni nomen habens, & dicit: Ego sum paracletus, quem promissit saluator apostolis, Ego sum filius dei. Vbi audisti in euangelio Christi, quod sol & luna opifices sunt: Vbi dixit Christus, quod hęc hauriāt animas, & reducant eas: Vbi legisti hęc: Ex quo non legit hęc scripta, sed à seipso loquitur: manifestū est quod non habet spiritum sanctum. A seipso non loquetur, sed quæcumque audierit, annunciabit vobis: hoc est, quæ dixi confirmabit. Et vide miraculum. Quemadmodum saluator venit, & factus est impletio legis & prophetarum: ita impletio euangelij est spiritus sanctus. Christus venit, & impleuit quæ à patre in lege & prophetis sunt dicta, propter quod dicit Paulus: Impletio legis Christi. Spiritus sanctus venit & impleuit euangelica. Quæcumque sunt in lege, Christus implet: quæcumque sunt in doctrina Christi, spiritus implet: non quod imperfectus sit pater, sed apparuit Christus confirmās quæ sunt patris: sic apparuit spiritus sanctus, confirmans quæ sunt filij. Vnde hoc: Dicit saluator discipulis: Multa habeo dicere vobis, sed non potestis portare modō: quado autem venerit spiritus sanctus, inducet vos in omnē veritatē, quia à seipso non loquetur. Nam mea implet. Filius im-

plet ea quæ sunt patris, & à seipso non loquitur. Si autē audieris dicentē, Mittam vobis spiritum sanctum, non secundum deitatem accipias. Deus enim non demittitur. Nomina sunt hęc operationem significantia, eo q̄ omnis qui demittit, in illa mittit loca, in quibus non est. Finge quod ego loquar alicui in hac sede. Non possum dicere cuiquam, Veni, mittam te huc: hoc non est immittere, sed collocare vel adstituere. Quod cum deus vbique est, Cælum enim, inquit, & terram ego impleo, dicit do Hier. 23. e
Psalm. 138. b
tu illic es: si descendero in infernum, ades: si sumptero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris: etenim illuc manus tua deducet me. Quorsum igitur deus mittet? An forte quod ipse quidem vbique, is autē qui mittitur, non vbique? Misit deus filium suum in mundum: num vt non præsentem in mundo? Propter eā ne venit in mundū, quia antea non fuerat in mundo: Quo modo igitur Ioannes euangelista dicit, Omnia per ipsum facta sunt: In mundo erat, & mundus per ipsum factus est? Quo modo igitur iterum in mundū missus est? Num missus est, qui missus: & mansit, qui missus supra, & qui missus est infra: quo modo dicebat, Et qui misit me, mecum est? Obsecro diligenter attendas, securè serua sermonem. Potest enim dicere hæreticus: Mecum est, mihi est auxilio: sicut & ego dico, Deus mecum est. Nō dixit simpliciter: sed quid? Pater in me manens. Si mecum erat, & mecum mansit, quo modo ille misit, vel quo modo hic missus est? Et si mansit supra qui misit, & qui missus est venit deorsum, quo modo dicit filius: Pater mecum est? Si supra mansit qui misit, quo modo secum habet mittēs missum? Ego enim, dixit, in patre, & pater mecum est. Quo modo igitur missus est, qui dicit: Pater in me est? Et quo modo iterum misit? Igitur cū dicit, Mitto vobis spiritum sanctum: donum dicit sancti spiritus. Et vt discatis quod donum mittitur, spiritus autē non mittitur, saluator dicit apostolis: Manete in Hierusalem, donec induamini virtute ex alto, & sumetis virtutem superuenientis spiritus sancti in vos. Alia est virtus quæ conceditur, & alius est spiritus qui concedit, diuidens singulis prout vult. Igitur tu non potes ostendere mitti spiritum sanctū à pura deitate. Ego autem ostendam tibi factorem cæli & terræ mitti à spiritu sancto. Quid facis? Vel nega Christum, vel expunge scripturas, vel seruus scripturarum obedi scripturis. Et vbi, inquit, dictum est hoc? Audi deum dicentem per prophetam Esaiam præconē pietatis. Audi me, dicit, Iacob, & Israël quid ego loquar: Ego deus primus, & ego post hæc, & præter me deus non est. Attēde oro. Restat enim hic quod queritur. Quis igitur, qui dicit hęc, pater vel filius? Vide quo modo in figura monarchæ, trinitatem rectè prædicat. Ego deus primus, & ego post hæc, & præter me non est deus. Quis est qui hæc dicit? mundi conditor. Subdit enim, Ego manu mea fundavi terram. Vide quo modo opifex loquitur: Et spiritus meus firmavit cælū. Ego omnibus stellis mandavi, ego excitavi cum iusticia regem, & omnes viæ meæ rectæ. Dixit seipsum opifex, & factorem cæli ac terræ. Dicit postea hæc: Non ab initio in occulto locutus sum vobis hæc, neque in loco tenebroso. Dixit, Fundavi terram, & feci cælum: quando facti sunt, illic aderam. Et nūc dominus misit me & spiritum suum. Te qui fecisti cælum & terram, qui dixisti astris, Dominus misit & spiritum suum, genuit secundū deitatem, misit secundum carnem. Factor cæli & terræ dicit: Dominus misit me & spiritum suum. Missionem spiritus hæretici in contumeliā capiunt. Misit pater qui non migrat,

Ioan. 1. d

Ibid. 8. d

Ibid. 14. b

Ibidem.

Luca. 24. g

1. Cor. 12. b

Esai. 48. b

Ibidem.

Ibidem. c

Ibidem.

non migrat, nec transfertur loco. Misit filius qui non se discedere facit, & a quo non seceditur. Et idcirco scriptura dicit: Deus effudit donum spiritus sancti. Diuinitas non effusa est, sed donum: propter hoc ut demonstraretur, quod hoc quod effunditur non sit spiritus sanctus, sed spiritus dei gratia, dicit David Christo: Effusa est gratia in labiis tuis. Gratia effunditur, non qui donat gratiam. Si igitur equalis honor predicatur, & quod a seipso manifestatus est, & quod de meo accipiet, quasi a fonte, interpretari quis potest, ne habeant locum vel suffugium impietatis haeretici. Venerare spiritum sanctum, quem accepisti. Dic saepe, quod retributionem acceperis. Assumpsit Christus figmentum tuum, dedit mihi spiritum suum. Honore persecutus est creaturam tuam, ipsa ad dexteram patris collocata, & tu spiritum sanctum in ordine seruitutis constituisti: Hec salutaris lex suggerit, propheta loquuntur, apostoli diuinis oraculis annunciant, martyres confitentur, pij credunt, ecclesia contestatur, inscitia oppugnat, fidelis pluribus argumentis persuasum habet: sic & Christus glorificatur. Eius enim est gloria, & honor, & adoratio, simul cum patre, & sanctissimo & bono viuifico spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI

de fide, & lege naturae, & sancto spiritu, sermo.



Mnis scriptura, quae diuinitus inspirata, & uelut originem & fontem pietatis a spiritu ueritatis ducit. Omnia enim profunda flumina a sancto adorandoque spiritu, quasi a fertili & fecundo fonte scaturiunt. Omnia igitur quaecumque uel lex dicit, uel prophetae uaticinantur, uel apostoli praedicant, sancto spiritui uere tribuuntur & ascribuntur. Omnia enim operatur unus & idem spiritus, distribuens peculiariter unicuique sicuti uult. Hinc fulgurant omnigenae pietatis pulchritudines, praeclucet ueritatis sermones, manant diuinae sapientiae thesauri. Thesauri non qui in terra delitescunt, sed qui in profundo pietatis spectantur. Thesauri qui animas latificant, metes illustrant, orbem totum conuertunt, Adae paupertatem ditant. Quia sicut qui primitiuam pulcherrimamque pietatem exiit, in magnam deductus est humilitatem: Ita & qui pie uiuit, & uirtute praeditus est, ditescit, & exultat. Id quod testatur alicubi Paulus, dicens: Gratias ago deo, quia in omnibus locupletati estis in illo, omni sermone & omni scientia. Etenim qui dei sermonem accipit, diues fit: qui non accipit dei sermonem, fit inops. Huius testis est Hieremias, dicens: Et dixit, forte pauperes sunt, propter hoc non possunt audire sermonem domini. Et pauper quidem male audit, diues autem exultat. Diues inquam sermone ueritatis, & florens uirtutibus fructuosa philosophia. Qualis erat David dicens: Ego autem quasi oliua fructifera in domo dei. Oliua fructifera non foliis tantum germians, sed & fructibus pietatis abundans. Sepe enim fit, ut anima ramis & foliis sit decora, fructum autem ferat nullum. Sicut de Israel Hieremias dicebat: Vitis Israel pinosa, non autem frugifera. At propheta exultat, dicens: Ego autem quasi oliua fructifera non solum foris frondosa, sed intus succulenta. In domo dei fructifera. Non est enim bonum extra domum dei uersari. Offendes equidem multos, qui quauis sermonem ueritatis non acceperint, & foris sint, operibus tamen pietatis, ut apparet, sunt conspicui. Inuenies viros misericordes, compatiunt, iusticiae uacantes: sed nullos facientes fructus operum, quia nescierunt opus ueritatis. Nam & haec sunt

opera bona. Atque necessarium est, ut praecedat opus summum. Enim uero cum olim Iudaei dicerent domino: Quid faciemus, ut operemur opera dei? Respondit eis: Hoc est opus dei, ut credatis in eum, quem misit ille. Vides quomodo fidem opus uocauit? Igitur quamprimum credideris, simul & operibus ornatus eris. Non quod desint opera, sed per se ipsam fides plena est operibus bonis. Opera quidem erga homines, & ex hominibus sunt. Fides autem ex hominibus erga deum. Fides eum qui conuertitur, ciuem caelorum declarat. Fides hominem, qui terrenus est, deo familiarem efficit. Nihil enim extra fidem bonum. Et ut quadam uerbi similitudine utar, Fratres, similes mihi uidentur, qui operibus bonis florēt, & deum pietatis ignorat, reliquiis mortuorum pulchre quidem indutus, sensum autem pulchrorum non habentibus. Quae enim uilitas animae mortuae, deo quidem mortuae fide & ratione, bonis autem operibus uestita? Opera in se sunt retributionis & coronarum. Quod si agnoscere ignoras, pro quo certas? Non oportet quidem nudam ab operibus esse fidem, ut ne uituperetur. Veruntamen sublimior est fides, quam opera. Sicut enim hominibus, qui hominis nomen merentur, opus est primum, ut praecedat uita, & sic enutritur: conseruat enim uitam nostram alimentum: Ita necessarium, ut praecedat uita nostram spes in Christum, quae postea pascenda bonis operibus. Conceditur uiuere quempiam qui non nutritur: non conceditur autem nutriri aliquem non uiuentem. Ex hoc Ieiunauit Moses diebus quadraginta, sed quia habuit in se animam uiuentem, nihil detrimenti ex terrenorum penuria accidit ei. Ita & opus quidem habet anima, ut operibus alatur. Ante opera tamen fides primum indocenda est. Eum qui operatur opera iusticiae, sine fide non possum probare uiuum fuisse. Fidelem autem absque operibus possum monstrare, & uixisse, & regnum caelorum assecutum. Nullus sine fide uitam habuit, Latro autem cre didit duntaxat, & iustificatus est a misericordissimo deo. Atque hic ne mihi dixeris, desuisse ei tempus, quo iuste uiueret, & honesta faceret opera. Neque enim de hoc contenderim ego, sed illud unum asseuerauerim, quod sola fides per se saluum fecerit. Nam si superuixisset, fideique & operum fuisset negligens, a salute excidisset. Hoc autem nunc quaeritur, & agitur, quod & fides per se ipsam saluum fecerit: opera autem per se nullos unquam operarios iustificauerunt. Et uis plane uidere, quod opera sine fide non uiuificant? Testimonium bonum habuit Cornelius de eleemosyna & precibus, sed Christum ignorabat, deum quidem credens: dei autem sermonem nondum edoctus. Et quia opera erant bona & admirabilia. Placebant enim bonorum remuneratori & amatori deo. Sed quia magnus ille iusticiae & ueritatis oculus, iustus inquam ille iudex, personarum respectum nesciens, uidit bona quidem opera, sed mortua, eoque quod fidem non habebat: mittit diuinum angelum operibus ad praemia acquirenda ministrantem, ita ut bene certando ob fidem coronari possit. Qui dicit ei: Cornelie, praecipua ascenderunt in memoriam coram deo. Si igitur exaudita est petitio, inquit, & eleemosynae tuae acceptae sunt, quid mihi deest ad iusticiam? Mitte igitur in Ioppen dicit, & accersit Simonem, qui agnominatur Petrus. Qui ubi uenerit, loquetur tibi uerba, in quibus saluaberis tu, & tota domus tua. Itaque non poterant opera saluare. Nam si his quae Petrus praedicat, saluatur & ipse, & domus sua: nondum habuit Cornelius ex operibus salutem, donec operibus suis fides acquirendum praemium offerret. Atque hanc ob causam beatus Petrus uenerandus dei

Ibidem.

est, sed tribuit ei nomen uirtutis. An nescis qualibus semper insignes legati coloribus utantur? Vir es, inquit, bonus, celebratum ubique est nomen tuum. Omnes tuae bona opera decantant. Multaque talia exhortationi inserunt, ut flectant laudibus, & maliciam effugiant. Vides quomodo modo malicia uirtutem celebrando vincit? Nullus malus, malus dici uult. Natura enim quod suum est amplectatur, etiam si uoluntas diuersum eligat. Simus ergo dilecti oliua fructifera, & operibus, & fructibus & foliis ornati. Folia enim nostra sunt sermones, fructus autem uita. Sit igitur & honestus sermo, & bona frugis uita. Apud pium enim neque folium decidit. Folium enim eius, inquit David, non defluet, & omnia quaecumque faciet, prosperabuntur. Sed o miraculum. Cogita quomodo Adam nudus exiit de Paradiso, & quo modo David floret in domo dei. Ille quidem exiit nudus propter praenaricationem: ille autem in duto uirtutibus, clamat: Ego autem quasi oliua fructifera. Nihil nos ita spoliat, ut fructuum carentia. Nihil ita uestit, ut fertilitas. Propter opera bona fornicatus est Adam. Operae praecium fuerit repetere dicta. Bonorum enim repetitio, doctrinam in animabus bene stabilit. Sicut lanas, quae subinde in tinturas immerguntur, crebra tinctio profundius operationem recipere fecit: ita opus est ut & animae nostrae continuo in diuinis sermones intingantur, ut abluamur quidem a ueteri opprobrio, induamur autem nouam pulchritudinem. Enim uero lanae illae cum tinguntur, naturae suae nomen amittunt, & tincturae nomen accipiunt. Et non ultra uocas lanam, sed uel purpuram, uel coccinum, uel prasinum, uel tale aliquid, prout colorem tincturae praebuerit tinctura. Si igitur tinctio naturae nomen transformat: cur dei natura non transformat hominem, ita ut is, qui ante pulueris gemitum imaginem, post tincturam imaginem gerat fulgidam, & plus quam caeleste? Formatus igitur Adam pauper de terra. Puluere enim accepto, deus eum formauit. Sed nesciuit Adam quomodo formatus esset, ut dixi olim. Non enim oportebat eum testem adesse, eorum quae fiebant, ut ne contra deum extolleretur, & ignoraret eum qui se creauerat, & reprobarer suum conditorem. Si accepisset quid super naturam, quis remisisset ei immodicam superbiam? Propterea deus, cum finxit hominem, figmento magnam uirtutem & uariam humilitatem imposuit, ut per uirtutem insitam gratia dei in admiratione esset: propter humiliationem autem humanus fastus deprimeretur, ac modestior fieret. Dedit ei linguam, quae loqueretur, deum laudaret, diuina caneret, pulchritudinem naturae interpretaretur. Differit de caelo & terra parua linguae caruncula, neque duorum digitorum habens latitudinem: & quid inquam digitorum? neque unguis, sed summum illud paruum, & uile de caelo & terra loquitur. Et ut ne putet se magnam aliquam esse, & extollat se super naturam, sepe tumores & ulcera in ea sunt, ut discat quod mortalis existens, de externis & immortalibus loquatur: & sciat quae uirtus eius, quod predicatur, & infirmitas eius qui predicat. Dedit ei oculum paruum illud milium. Ut milium enim est id quod uidet, & ipsissimum pupillae medium: attamen per medium illud milium uidet omnem creaturam. Et ut neque uisu suo omnem creaturam accipiat, & extollatur: saepe innascuntur in oculis lemures, & lachrymae, & alia quae dolere faciunt, & turbant oculos, ut ab infirmitate seipsam agnoscat, ab formatione autem opificem. Dedit ei cor rationale, fontem cogitationum, radicem cupiditatum: sed in iisdem locis fecit uiscera, quae stercoreis aliisque

est, sed tribuit ei nomen uirtutis. An nescis qualibus semper insignes legati coloribus utantur? Vir es, inquit, bonus, celebratum ubique est nomen tuum. Omnes tuae bona opera decantant. Multaque talia exhortationi inserunt, ut flectant laudibus, & maliciam effugiant. Vides quomodo modo malicia uirtutem celebrando vincit? Nullus malus, malus dici uult. Natura enim quod suum est amplectatur, etiam si uoluntas diuersum eligat. Simus ergo dilecti oliua fructifera, & operibus, & fructibus & foliis ornati. Folia enim nostra sunt sermones, fructus autem uita. Sit igitur & honestus sermo, & bona frugis uita. Apud pium enim neque folium decidit. Folium enim eius, inquit David, non defluet, & omnia quaecumque faciet, prosperabuntur. Sed o miraculum. Cogita quomodo Adam nudus exiit de Paradiso, & quo modo David floret in domo dei. Ille quidem exiit nudus propter praenaricationem: ille autem in duto uirtutibus, clamat: Ego autem quasi oliua fructifera. Nihil nos ita spoliat, ut fructuum carentia. Nihil ita uestit, ut fertilitas. Propter opera bona fornicatus est Adam. Operae praecium fuerit repetere dicta. Bonorum enim repetitio, doctrinam in animabus bene stabilit. Sicut lanas, quae subinde in tinturas immerguntur, crebra tinctio profundius operationem recipere fecit: ita opus est ut & animae nostrae continuo in diuinis sermones intingantur, ut abluamur quidem a ueteri opprobrio, induamur autem nouam pulchritudinem. Enim uero lanae illae cum tinguntur, naturae suae nomen amittunt, & tincturae nomen accipiunt. Et non ultra uocas lanam, sed uel purpuram, uel coccinum, uel prasinum, uel tale aliquid, prout colorem tincturae praebuerit tinctura. Si igitur tinctio naturae nomen transformat: cur dei natura non transformat hominem, ita ut is, qui ante pulueris gemitum imaginem, post tincturam imaginem gerat fulgidam, & plus quam caeleste? Formatus igitur Adam pauper de terra. Puluere enim accepto, deus eum formauit. Sed nesciuit Adam quomodo formatus esset, ut dixi olim. Non enim oportebat eum testem adesse, eorum quae fiebant, ut ne contra deum extolleretur, & ignoraret eum qui se creauerat, & reprobarer suum conditorem. Si accepisset quid super naturam, quis remisisset ei immodicam superbiam? Propterea deus, cum finxit hominem, figmento magnam uirtutem & uariam humilitatem imposuit, ut per uirtutem insitam gratia dei in admiratione esset: propter humiliationem autem humanus fastus deprimeretur, ac modestior fieret. Dedit ei linguam, quae loqueretur, deum laudaret, diuina caneret, pulchritudinem naturae interpretaretur. Differit de caelo & terra parua linguae caruncula, neque duorum digitorum habens latitudinem: & quid inquam digitorum? neque unguis, sed summum illud paruum, & uile de caelo & terra loquitur. Et ut ne putet se magnam aliquam esse, & extollat se super naturam, sepe tumores & ulcera in ea sunt, ut discat quod mortalis existens, de externis & immortalibus loquatur: & sciat quae uirtus eius, quod predicatur, & infirmitas eius qui predicat. Dedit ei oculum paruum illud milium. Ut milium enim est id quod uidet, & ipsissimum pupillae medium: attamen per medium illud milium uidet omnem creaturam. Et ut neque uisu suo omnem creaturam accipiat, & extollatur: saepe innascuntur in oculis lemures, & lachrymae, & alia quae dolere faciunt, & turbant oculos, ut ab infirmitate seipsam agnoscat, ab formatione autem opificem. Dedit ei cor rationale, fontem cogitationum, radicem cupiditatum: sed in iisdem locis fecit uiscera, quae stercoreis aliisque

Matt. 7. 6

Esai. 14. d

Eccl. 10. b

fordibus opplētur, per quæ homo & comedit, vt si quædo cor extollatur, humiliet idipsum venter. Atque ita venter & stercus nostræ eruditioni seruiūt. Nam si cum homo est, & stercus circumfert, audet temeritatē ostentare, & non solum ostentare temeritatem, sed & contra deum, sicut Barbarus quidam rex ausus fuit dicere: Super stellas ponam sedem meam, & similis ero altissimo. Si tantum, inquam, stercoris & insuauitatis circumferēs sic loquitur, quis eum ferret exaltatum? Hac de causa Esaias magnis superbis dicit: Quid superbit terra & cinis? Verum iterum ad institutum redeamus. Deus creauit hominem de puluere, sed nesciebat homo quo modo esset factus, & propterea ignorabat & suam vilitatem. Deus enim (vt dicebā dudum) animam noluit esse priorem, vt ne videret formationem. Veruntamen, quoniā omnino nesciuit, ex qua humilitate substerit, & quod eum opifex de terra finxerit, conuertit eum in terram, à qua sumptus est: vt iterum de sua infirmitate eductus, agnoscat & primariam beneficentiam, & futuram inuidiam. Quia enim quando formatus est, nesciuit quod de terra factus esset. Attende diligenter, ne te fugiat latens sensus. Quia Adam dum formaretur, ignorabat quod de puluere surgeret: quando in resurrectione surget, sciet quod exuat puluerē & excitetur. Nam et si mortuus semetipsum non videat, videt tamen eum qui ante se est. Videmus nos mortuos, & in puluerē resolutos: & per quæ videmus, docemur. Non vidisti saepe audaces viros & superbos, quo modo saepe cōsternati & humiliati sunt in mortibus? Nunciatur mors, & toto corde tremiscunt, menteq; eorum nihil est abiectius. Ita sane & circa sepulchra philosophamur, videntes ossa nuda, & humanam naturam corrosam & dissolutam, cogitamus statim, & inter nos disputamus, dicentes: Ecce, quid tandē ex nobis fit? Et quod abimus? Confabulamur, egredimur de sepulchris: & humilitatis nostræ obliuiscimur. Apud sepulchra, ita vnusquisq; proximo loquitur: O miseram, o miseram nostram vitam. Quid tandem ex nobis fit? Quauis autem sic loquamur, rapimus tamen ipsi: & licet sic clamemus, iniuriam tamen nostram vlciscimur. Omnes enim planē ita philosophamur, quasi maliciæ renunciaturi. Et intus quidem tam pios sermones tractamus: egressi autem, deo aduersarij sumus. Ea propter deus vbique sepulchra fieri voluit, vt illis nostræ ipsorū infirmitatis memores fieremus. Ideo omnis ciuitas, omne castellū ante ingressum sepulchra habet, vt contendens intrare in ciuitatem quæ imperat & floret diuitiis & potentatu, aliisque dignitatibus, priusquam videt, quod secum concipit, videat primum quod fit. Ante portas sunt sepulchra, ante agros sunt sepulchra. Vbiq; ante oculos est nostræ humilitatis schola, & docemur in quid desinamus tandem, & videmus qualia futura sint phantasmata: neque hic solum, sed & ingressuri ad cōmunionem vitæ, docemur vilitatem summam naturæ. Saepē vir quando vxorē ducere vult, meminit in desponsatione, & scribit in dote. Nondum introducta est, & mors statim describitur: nondum cōuixerunt, neque nuptiæ habitæ, & mortem statim definit. Nondum nuptam vidit, & mortis aduersus illam calculos proponit. Scribit in hunc modum: Si mortuus fuerit vir ante mulierē, si mulier ante virum, hoc & hoc disponatur. Sic formatae sunt patriæ leges. Vbiq; omnibus naturæ sunt monumenta: & nō solum eorum qui sunt & viuunt, mortis feruntur sententiæ: sed & eorum qui nondum nati. Quid enim vltra dicit: Quod si natus fuerit filius, & mortuus fuerit: nondum fructus, & sen-

tentia lata est. Dein in instrumentis quidem agnosce naturam, sic cauens. Si autem quid humanum patitur, vel mulier moriatur, obliuiscitur eorum quæ scripsit, & alterius naturæ tragediam profert: & hæc dicit: Mene oportebat hæc ferre? Hunc tantum potui sperare dolorem: Coniugio fraudandus olim: Quid, inquis, obliuisceris eorum quæ scripsisti? & cum extra negocium es, agnosce naturæ limites: quādo autem in affectiones incidisti, obliuisceris legum naturæ: Hæc dicuntur in castigationem omnium, vt omnes omnia, quæ sibi eueniunt, fortiter ferant, & ne quis damnosa putet dei iudicia. Extra affectiones ne sis disputator magnus constitutus, sed cum te illæ inuadunt, magnanimitatem declara. Quando mœres, recordare verborum, quibus motum consolatoris. Quibus autem sermonibus vt timor apud lugentes? Nōne ita apud eos philosophamur? humanae sunt hæc calamitates. Non fers solus has calamitates. Non solus mortis vim sustinuit. Et reges similia ferunt. Damnum hoc saepe & principes faciunt, atque alij potentes. Agnosce tuum ipsius calculum. Homo es, per omnia communes leges habes, quas alij. Hæc & his plura loqueris, cum alium solaris. Num aliorum magnificus es doctor, tibi autem neque miser es discipulus: magna & generosa animæ fuerit, philosophū agere, cum affectiones feruent. Et posse in quavis calamitate, vel tristitia, vel damno dicere: Iustus es domine, & recta iudicia tua. Damnum fert vt homo, coronatur autem vt deum amans. Vita fratres multa difficultate plena est, & oportet omnino iustum & iniustum, & pium & impium affligi: sed magna est varietas. Aliud enim est eoripi, vt domesticum: aliud flagellari, vt alienum. Verberatur filius, verberatur & famulus: sed hic quidē vt seruus qui peccauit, ille verò vt liber, & vt filius, disciplina indigens. Plagæ illæ non faciunt aequalem honorem. Non ideo si patitur pius, quæ patitur impius, eiusdem conditionis erit cum impio: sed cōgruit correptio huic in afflictionem & probationem, impio autem in flagella & pœnas. Propterea Dauid sciēs has difficultates, de iustis quidem dicit: Multæ tribulationes iustorum: sed vide quid subdit, Et ex omnibus illis liberabit eos dominus. Nondum dixit afflictionem, & monstrauit curationem. De aduersariis autē dicit: Multa flagella peccatoris: & nihil tale subdit, quod de iustis dicebat: Multæ afflictiones iustorum, de his autem omnibus liberabit eos dominus. Hæc autem quis audiens, ne de seipso desperet, neque dicat: Si igitur vt peccator flagellor, & spem non habeo, infructuosa mea est correptio. Peccatorem enim vocauit nunc scriptura, nō omnino à pietate alienum, sed qui affligitur, & aliqua parte pius est, labitur tamen. Quod peccatoribus deus miseretur, plena omnis scriptura pignoribus diuine misericordie, inquit enim: Viuo ego dicit dominus. Nolo mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur & viuat. Iurauit deus, non quasi sibi ipsi discedēs, sed nostram infidelitatem ad fidē vrgens. Dicat igitur omnis homo, qui afflictionibus examinatur, Iustus es domine, & recta iudicia tua: & simul fortem declaret animam suam, pietatemq; nō soluat. Qualis erat beatus Iob, qui diaboli terriculamentum vicit, qui omnem eius rabiem pressit, qui constantiam mentis fluctus diaboli strauit, qui omnibus simul priuatus, attamen omnium dominum non negauit. Verum illius stratagemata proprium habebūt librum: nam verè opus habent, vt exquirantur. Non sermone breuiore & perfunctorio sigillentur illius certamina. At præ oculis habeamus, quæ dixit fortis ille, & magnus pugil.

Quoniam,

Iob. 1. d

Psal. 35. b
Ibid. 118. e

Acto. 15. e

Psal. 44. b

Exod. 14. d

1. Reg. 12. g

Iudic. 7. f


Quoniam, quia sigillum dicitis infert, nudatus omnibus, seipsum pietate non nudauit, sed dixit: Dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino visum est, ita & factum est. Bene, inquit, visum est. Concedit authoritati, non curiosè dispensationem explorat: non dixit sicut nos, Quare iuuenes moriuntur, & senes manent? Qualis est ista dispensatio? Desiderat senex mortem, solutus carnibus, opum indigus, & aliis consolationibus destitutus, frustraturque voto. Et puer amabilis formæ, gratus parentibus intempestiuus rapitur. Disce ne talia quæras: disce vt dicas: Iudicia tua abyssus multa. Disce vt dicas: Iustus es domine, & recta iudicia tua. Disce vt dicas: Sicut domino visum est, ita & factum est. Agnosce authoritatem, vt agnoscas & pietatem. Verum quoniam incidit sermo de gloria spiritus sancti, dicamus aliquid ex dogmatibus in vestram vtilitatem & securitatem. Nam sicut Iob, cum dixit, sicut domino visum est, authoritatem monstrauit & dominationem. Sic & apostoli dominationem authoritatem sancti spiritus ostendentes, dicunt: Visum est sancto spiritui, nihil imponere vobis. Visum est sancto spiritui. Si subditus est, quare ei visum est? si sub lege est spiritus, & seruit, quo modo visum fuit subdito? quo modo decreuit? Nōne quæ regi videntur, ea & fiunt, an potius quæ subditis placent? Sicut domino visum est, dicit Iob: spiritui sancto visum est, dicunt apostoli. Eiusdem authoritatis & honoris dictio vtrobique, quoniam indiuisa est gloria regni. At malicia hæreticorum iterum inuenit effugiū. Num enim quia dixerunt, dicunt, apostoli: Visum est spiritui sancto: subdiderunt autem, & nobis: iuxta illud habebunt & apostoli diuinitatis authoritatem? Hæc bene examinentur, ne in exercitatis suæ infidelitatis venenum iniiciant, nec synceris auribus impietatis hæresim infundant. Talia enim saepe magnificè loquuntur. Nihil, inquit, admireris dicta, fratrem te vocat, & quasi hostem te occidit. Ne mireris, inquit, si de spiritu sancto dicunt apostoli: Visum est spiritui sancto & nobis, visum est apostolis. Num dii apostoli? Num diuinam habent authoritatem? Quando hæc dicit hæreticus, nos à sancta scriptura tela proferamus. Sagittæ enim potentis acutæ in cor inimicorum regis mittendæ. Quid igitur ad hæc dicendum? Si hoc spiritus sancti dignitatem imminuit, itaque & Mosem coniunctum esse deo, dei imminuit dignitatem. Exempli gratia dico: Si non magnum putas, quod cum dicitur, visum fuit, eo quod & apostolis sit coniunctum, vtique neque magna tibi videri potest fides, quia & deus Mosi iunctus est. Dicit enim scriptura: Credidit populus in deum & in Mosem. Ceterum & aliud telum proferamus. Si spiritus sancti dignitatem destruit, adiuncta gloria apostolorum, cōtumelia & ex Samuèle erit deo. Scriptum est enim, Et timuit omnis populus deum & Samuèlem. Denuò & tertium promamus iaculum contra impietatem. Si dignitatem spiritus sancti, & diuinam authoritatem hoc imminuit, quod ei iunguntur apostoli, minuit & dignitatem dei Gedeon adiunctus eadem appellatione. Clamauit enim omnis populus militās, Gladius deo & Gedeoni. Sicut igitur coniunctus est Moses deo, nō vt honore par deo, sed vt minister dei. Et Samuël deo, non vt æqualis dignitate, sed vt propheta dei. Et Gedeon deo, non vt eiusdem honoris, sed vt miles prælij. Sic & apostoli iuncti sunt spiritui, vt prædicatores euangelij. Agnosce igitur authoritatem, & ne sigillis spiritus diuinitatem. Agnosce diuinam trinitatis theologiam, patris, & filij, & spiritus sancti. Ista est increata natura, ve-

ra dignitas, indiuisum imperium, impartibilis honor, indiscreta spes, incomprehensibilis gloria patris, & filij, & spiritus sancti: quam decet omnis gloria, honor, & adoratio in secula seculorum, Amen.

DIVI IOANNIS

CHRYSOSTOMI SERMO

de sancta & consubstantiali, vni-ficaque ac inseparabili Trinitate.



Vi aduersus sanctam & consubstantialem, inseparabilemque Trinitatem linguas acunt & blasphemant, nitunturque vnigeniti, & spiritus sancti dignitatem destruere, arguuntur quidem ab ipso spiritu sancto, qui locutus est per prophetas, & à verbo quod prædicauit sui ipsius proprium & in carne aduentum, propter nos ex sancta virgine factum, ineffabilem & alterationis expertem propter suas dignitates: arguuntur autem & postremum in die iusti iudicij, quando iterum veniet de cælo vt glorificetur in sanctis suis, & admirabilis appareat in his qui fidem in se custodierunt immutabiliter. Ausi autem sunt Arrianorum discipuli, & insania Macedonianorum laborantes, dicere deum magnū & paruum, & creaturam deum, gentilitatem nobis subintroducetes. Gentilium enim est creaturam adorare, & alium ex diis suis maiorem, alium minorem facere. Enimvero si in aliquo deficit filius vel spiritus sanctus, nō est deus. Paulus enim reprehendens dicit: Venerati sunt, & coluerunt creaturam supra eum qui condidit, qui est in omnibus deus benedictus. Quod si adorant filium, vt creaturam, dicentes & patrem creaturam, maledicti sunt, iuxta Mosem dicentem: Maledictus omnis qui adorat creaturam & facturam: nos autem non creaturam adoramus, sed Trinitatem, increatam, mutationis experte & consubstantialem, nihilque habentem aduentitium vel seruire, vel quod productione in esse venerit, quasi prius quidem non existens, postea autem adueniens. Vide, oro, testimonia sanctæ & consubstantialis Trinitatis, & venerare illam rectè, ne pereas. Et dixit, inquit, deus: Faciamus hominem secundum imaginem nostram, & secundum similitudinem. Cum quo cōsiliū inuit deus? Cum angelis, inquit. At non habent angeli imaginem dei: loquitur autem ad cooperificem filium, & sanctum spiritum. Et vt veritas hæc tibi persuadeatur, audi Psaltem dicentem: Verbo domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Non ignoras autem verbum esse filium. Dicit enim Ioannes Theologus: Et deus erat verbum: & de spiritu, Spiritus deus. Dicit igitur deus & pater deo filio & deo spiritui sancto: Faciamus hominem secundum imaginem nostram. Et non dixit, meam & vestram, neque meam & tuam. Significans autem scriptura esse vnam imaginem sanctæ Trinitatis, dicit: Et fecit deus hominem, secundum imaginem dei fecit illum. Sicut & Paulus clamat de filio: Qui cum sit splendor gloriæ & character substantiæ. Et iterum: Qui est imago dei inuisibilis. Iterum & alio loco dicit scriptura: Venite & descendamus & cōfundamus illorum

Roma. 1. c

Dente. 27. c

Gene. 1. c

Psal. 32. b

Ioan. 1. a

Ibid. 4. c

Hebr. 1. a

Colo. 1. c

Gene. 11. b

illorum linguas, dicendo, Venite: pares honore exhortando vocat. Neque enim si angelis imperasset, dicere debuit, venite: sed imperando, ite. Vide autem obsecro, quo modo patris vox filium & spiritum vocet. Nam si ad vnum solum hoc dictum esset, debebat dicere, Veni & descendamus & confundamus illorum linguas: quia autē dixit, Venite: vnius est vox ad duos honore æquales. Audi quoque & beatum Iob, qui manifestē declarat inseparabilem Trinitatem. Dicit enim: Viuit dominus, quāsic me iudicauit, & omnipotens, qui amaram fecit animam meam, & spiritus diuinus qui tenetur in naribus meis. Dicendo dominum & omnipotentem & spiritum dei, consubstantialē prädicat. Disce & hymnū Seraphin clamantium tertio sanctus, sanctus, sanctus: non enim dicunt semel sanctus, neque bis sanctus sanctus, neque quater dicunt, sancti sancti sancti sancti, vt ne multis nominibus multos deos nobis induceret, sed vnum solum. Ter autem dicendo sanctus, sanctus, sanctus: manifestat vnam & æqualem gloriam patris, & filij, & spiritus sancti. Audi item & prophetam dicentem: Spiritus domini locutus est in me, & sermo illius in ore meo pronuntiatus est: quia deus erat sermo. Ecce dicēdo spiritum domini, & sermonem, & dominum, pronuntiat inseparabilem Trinitatem. Vide autem & tres pueros in camino omnes creaturas & facturas, vt glorificent deum, vocantes, Solem, lunam, stellās, cælos, angelos, virtutes, homines, spiritus, omnem creaturam visibilem & inuisibilem & mēte präditam, & nusquam connumerant filium vel spiritum sanctum inter facturas. Quod si contendis, quod cum Iudæi essent, ignorarint spiritum sanctum, reprehenderis mox à scriptura: Erat enim quartus, inquit, quasi similitudo filij dei. De sancto autem spiritu dicit: Excitauit deus spiritu sancto puerum adolescentem, cui nomen Daniël. Et in aliis multis locis pramonstratus est spiritus sanctus in veteri. Itaque sciuerūt quidem patrem & filium & spiritum sanctum vnius esse deitatis & potentie, sciuerunt autem & quæ illi seruebant prouocare ad glorificandum deitatem. Vt autem scias, quod nihil aduentitium vel creatum Trinitati accedat, Paulus prapōnēdo patrem dicit sic: Vnus deus pater ex quo omnia, & nos ex illo: & vnus dominus Iesus Christus per quē omnia, & nos per illum: & vnus spiritus sanctus. Iterum autem dicit: Diuisiones donorum sunt, idem verò spiritus: & diuisiones ministrarum sunt, idem autē deus qui operatur omnia in omnibus. Hæc vtique omnia operatur vnus & idem spiritus, diuidens singulis prout vult, & non sicut scit. Iam cum baptizaretur filius, pater de cælo testificatus est, spiritus autem sanctus in specie columbæ descendit super illum, qui pari honore präditus est. Per hæc omnia vnum regnum in diuisibilis Trinitatis intel ligere possumus. Ipse autem deus sermo, qui propter nos verē incarnatus, rediturus vnde venerat dicit sanctis apostolis suis: Ite & docete omnes gentes, baptizantes illos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Ob signati sumus, sed vnum signaculum est sanctæ Trinitatis vnum baptisima. Quo modo igitur audes à paterna substantia alienare filium vel spiritum sanctum? Neque enim si alieni sunt, cum patre & spiritu sancto debebant connumerari. Quā nam ratione iuxta tuum sermonem aduersarie dei in baptismo debuerunt annumerari? Si creatus est filius vel spiritus sanctus, quare cum patre simul coassumuntur? Enimvero si nomen patris solum eum qui baptizatur potest saluare, quare co-

Iob. 27.1

Esai. 6.6

Ezech. 11.5

Daniel. 3.6

Ibidem. f

Ibidem. 13. e

Eph. 4. b

1. Cor. 12. a

Matth. 3. d

Ibid. 28. d

assumuntur & creatura, quasi pater non possit solus saluare: Absit. Igitur si patris infirmitatem negas, & consubstantialia nō admittis, cogere nobiscum fateri Trinitatem increatam & consubstantialē & omnipotentem. Iam si dixeris mihi de patre, Scriptū est: Te solum verum deum. Sed est & hoc scriptum, Et deus erat sermo. Et quo modo igitur æqualis patri? Dicendo enim de patre, quod ipse sit solus verus deus: monstrauit filium non naturalem, sed adoptatum filium. At quid proprie salutis inimice: num quia scriptum, sicut dicit Iohannes de patre, Deus lux est: de filio autem, Erat lux vera: ideo Iohannes audes propter hoc dicere minorem patrē, eod quod non adiecit, quod sit lux vera: sed de filio solo dicit, quod fuit lux vera? Sicut igitur non audes minorem facere patrem, eod quod non appositum est, quod sit vera lux: ita cum audis de patre, Te solum verum deum: de filio autem, solum quod sit deus, ne audeas minorem facere filium: quoniam nomina diuerso modo nunc illi, nunc huic adherent, vt de patre dicatur, deus verus: de filio autem, deus. & contra, Erat lux vera, tribuitur filio: patri autē, lux tantum. Porro sicut non licet dicere de patre, quod non sit lux vera: & de filio, quod non sit deus verus. Ipse enim dixit, Ego sum veritas: ita & de spiritu sancto, quoniam spiritus est veritatis. Atque ita per hæc testimonia disce, vt venereris inseparabilem deitatem. Omnia quæcunque habet pater, mea sunt, dicit vnigenitus deus, existens in sinu patris. Moses dicit: Qui est, misit me. Qui est, est pater: qui est, est filius, & habet se qui est, ad eum qui est, absque principio & non in tempore genitus est. Omnia quæ habet pater, qui verē vita & immortalitas & lux & omnipotens & deus & dominus, ea vtique habet & filius. Ego enim, inquit, veritas, & vita, & erat lux vera, & deus erat verbū. Et Thomas, inquit, apostolus: Dominus meus & deus meus, quem admodum & Psaltes dicit: Manibus meis deum exqui- suui, & non sum deceptus. Palpauit enim Thomas verbum in incredulitate, & non est deceptus, Christum & deum illum cōfessus in fide. Profectō, inquit, dico filii dei deum. Sed dicitis: Nō sine principio autem, sed creatum, proinde & seruū. Et quo modo hoc: Quasi in forma dei existens, non rapinam arbitratus est æqualem se deo, sed semetipsum inaniuit forma serui accepta. Si igitur seruus est (omnis enim creatura serua est) quo modo seruus existens formam serui accepit? Accepit enim quod non habuit, & mansit quod erat. Serui forma dei existens per misericordiam, absque sui versione accepit formam serui. Si autem non vis illum confiteri absque principio, sequitur quod fuerit tempus, quo non fuerit filius. Etiam, dicit. Ecce igitur inquam, iuxta tuum sermonem erat tempus quo non fuit pater. Qui enim filium non habet, pater nō vocatur. Et pater habuit principium, quo cœpit esse pater. Ex filio enī pater cognoscitur. Nūquid & pater tempore aliquo alterius patris erat filius? Proh, quanta blasphemiam. Itaque dum videris venerari patrem, summa illum contumelia afficis. Iam si filius ipse tempora fecit (omnia enim per ipsum facta sunt) quo pacto dicere audes, quod fuerit tempus quo non fuerit filius: proinde iuxta sermonem tuum, maius erit tempus quā sermo diuinus. Nam quod prius, id necessariō & maius. Vis autem scire, quod filius coæternus sit patri? Dicit Esaias: Ego deus primus, & ego posthac, & ante me non fuit alius deus, & post me non erit. Itaque si posteriorem patre dicitis filium: quo modo dicit pater, quod post me non erit alius deus? Sin exponis hoc de filio: quo modo dicit, ante me non fuit alius deus? Quapropter

Gene. 19. e

1. Cor. 3. d

Psal. 96. c

Hebr. 1. c

Psal. 109. a

Esai. 7. c

Ibid. 9. b

Baruch. 3. d

Ibidem. a. g

Mich. 5. a

Mat. 2. a

1. Cor. 3. b

Ioh. 16. c

Ibid. 8. g

propter ex his collige filium coeternum esse patri, audi autē & testimonia de filio, & fuge cum blasphematur. Pluit dominus à domino ignem & sulphur super Sodomam. Dominum vocat patrem, dominum filium, dominum spiritum sanctum. Sicut dicit, Dominus autem spiritus est: & non dicit, dominus minor, à domino magno. Et Moses dicit: Et adorent illum omnes angeli. Angelus autem creaturam non adorat. Et vt discas de filio hoc dictum esse, audi Paulum dicentem: Quando autem inducit primogenitum in orbem terrarum, dicit: Et adorent illum omnes angeli dei. Et Dauid quoque clamat: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellū pedum tuorum. Et non dixit, Dixit dominus domini mei: sed, dominus domino meo. Ecce (dicit Esaias) virgo vterum geret, & pariet filium, & vocabunt nomē eius Emmanuel: quod est interpretatum, nobiscum deus. Vtique dico ipsum filium, subiectum planē & inferiori patri. Arguit te denuo Esaias, dicens: Puer natus est nobis, filius est datus nobis, & vocabitur nomen eius magni consilij angelus, admirabilis consiliarius, deus fortis, potestatem habens, princeps pacis, pater futuri seculi. Propheta potestate präditum, & deum fortem prädicat, & tu dicitis illum subditum? Ille magni consilij angelum vocat, & tu dicitis paruum? Vide autem obsecro, quid Hieremias de eo clamat: Hic deus noster non conferetur alius ad illum. De patrēne dicit, an de filio? De patre dicit. Patrēne incarnatus est, an filius? filius. Itaque secundum sermonem tuum pater incarnatus. Verum nunc video iuxta sermonem prophetæ, quod filius qui & cōuersatus est cum hominibus. Etiam filius incarnatus est, pater autē non incarnatus permansit. Reprehenderis igitur insipiens, quod de filio hoc dicitis persequentia: Hic deus noster non conferetur ad illum alius, inuenit omnem viam scientiæ, & dedit eam Iacob puero suo, & Israël dilecto suo: postea super terrā visus est, & cum hominibus conuersatus est. Vides illum & legislatorē? Nam si ipse inuenit omnem viam scientiæ, & dedit eam Iacob puero suo, & Israël dilecto suo, ipse est qui & Mosi apparuit, & legem dedit. Et vnde hoc manifestum? audi prophetam dicentem: Disponam vobis testamentum quod disposui cum patribus vestris, quando apprehendi manum eorum, vt educerem eos ex Aegypto. Dabo leges meas in corda eorū, & in mentes eorum inscribam illas, & erunt mihi in populum, & ego ero eis in deum. Vides quod ipse est legislator tam veteris quā nouæ: nam quod nouam legem ipse tulerit, neque tu inficias ieris. Et tu Bethlehē domus Ephrata non minima es, vt sis in milibus Iudæ: ex te enim mihi egredietur dux, & egressiones eius ab initio dierum, & ipse reget populum meum Israël. Vides vnum populum patris & filij? Filius dicit: Ero eis in deum, & ipsi mihi in populum. Pater de Christo dicit: Et reget populum meum Israël. Disce vnum regnum patris & filij. Quæcunque autem quæ post hæc audis humilia, quod incarnatus sit & se humiliarit ipso dicente propter salutem hominum, sentit de illis vt dignum est de deo. Nam litera occidit, spiritus autē viuificat. Nam si apostolis, qui viderant sua miracula, & in nomine suo omnes morbos curauerant, dicebat. Multa vobis habeo dicere, sed non potestis portare modō: quid ergo ad multō crassiores Iudæi? etenim si cum diceret, priusquā Abraham fieret, ego sum: tulerunt lapides, vt lapidaret ipsum: quo modo quid sublimius sibi dici sustinissent? Sic & in veteri multa inueniet quis dici pro crassitate

auditorum: vt, Septē oculi domini respicientes orbem terrarum: & in velamento alarum tuarū proteges me. & Excitare, vt quid obdormis domine: & Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrabit, arcum suum intendit & parauit illum, sagittas suas ardentibus elaborauit. Et quo modo? neque enim volatilis est deus, neque somno grauatur, neque vel gladius apud deum, vel arcus, vel sagitta. Incorporeus enim deus est. Verum hæc interminatur propheta, attemperans se auditorum crassitudini: ita & deus verbum propter nos incarnatus, imitans patrem suum humilia loquitur ad nostram salutem respiciens. Quoniam enim ipsum aduersarium deo putabant, dicentes: Non est hic à deo: & De bono opere nō lapidamus te, sed propter blasphemiam: quia tu cum homo sis, facis teipsum deum. Et propter hoc quærebant eum lapidare, quod non solum soluebat sabbatū, sed quod & patrem suum dicebat deum, æqualem seipsum faciens deo: & ideo quia non capiebant sublimitia & sua deitate digna, incipit humilia dicere: per omnia declarans, quod non sit deo contrarius. Si diligeretis me, gauderetis vtique, quod ego vado ad eum qui misit me patrem, quoniam pater meus maior me est: quando enim seipsum æqualem patri faciebat, lapidare ipsum conabantur. Quod si hæc non sic se haberent, cogereris laudare Iudæos, quod iustē crucifixissent Christum, vt aduersariū dei. Nam qui semetipsum æqualem deo & patri facit, cum non sit talis, is deo aduersarius est. Caterum mendax erit & Paulus, dicens: Non rapinam arbitratus est se esse æqualem deo. Quid igitur est saluator, secundum quod incarnatus est? Sic dicēs, Vado ad patrem meum & patrem vestrum, & deum meum & deum vestrum: aliter vocat suum, secundum naturam: & aliter nostrum, secundum gratiam & adoptionem: aliter suum, propter bonam voluntatem, & propter creatam assumptionem: & aliter nostrum, vt creaturarū. Quod si in his ambigis, potuit dicere patrem meum, nō patrem meum & vestrum. Cuius ergo gratia diuinit se: nōne vt hæc nos deo dignam sententiam doceret? Vides, inquit, quo modo indiguerit paterno auxilio, dicēs: Nunc anima mea turbata est. Et quid dico, Pater salua me ex hora hac. Indigne legis. Nunc anima mea turbata est: & quid. Nam cum distinctionem ibi fecisset, subdit: Et quid dico, Pater salua me ex hora hac, sed propterea veni in horam hanc. Enimvero per hoc quod dixit, Propterea veni in horam hanc: monstrauit quod salutarem mortem non fugeret. Desiderio enim desiderauit hoc Pascha manducare vobiscum, inquit: Si possibile est transeat à me calix iste: veruntamen nō voluntas mea, sed tua fiat. Nunquid mortem formidat, vel inuolūtarius ad passionem accedit, qui dixit: Oportet filium hominis multa pati, & occidi, & sepeliri, & tertia die resurgere? qui dixit, Soluite templū hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Qui dixit: Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum recipiendi illam: nullus tollit illam à me, ego à memetipso pono illam, & ego iterum accipio illam. Qui increpauit Petrum, quem paulō antea beatificarat, Qui dixerat: Tu es Christus filius dei viuētis: sed deinde cum indignum illi videretur, quod pateretur, dixit illi: Vade post me satana, offendiculum mihi es, quia non sapis quæ dei sunt, sed quæ hominum. Qui obfirmavit faciem suam cum ascenderet in Hierusalem, vt salutem per passionem suam omnibus suppeditaret: qui per prophetas ipsam passionis suæ speciem prädixit. Per Hieremiam enim dicit: Super me cogitauerunt, dicētes: Venite, & immittamus lignū in panem illius,

Psal. 16. c

Ibid. 43. d

Ibid. 7. c

Ioh. 10. f

Ibid. 14. d

Philip. 2. a

Ioh. 20. e

Ioh. 12. d

Luc. 22. b

Mat. 26. d

Mar. 6. c

Ioh. 2. d

Ibid. 10. d

Mat. 16. c

Ibidem. d

Hiere. 11. d

Pfal.68.e
Ibid.21.d
Esaia. 50.c
Matt.26.d
1.Cor.2.b
Lucia.22.c
Philip.2.b
Mat.24.c
Marc.13.d
Gen.4.a
Ibid.2.d
Gen.29.c
Ioan.5.d
Ibid.12.g
Hebr.3.a
Prout.8.b
Hebr.5.a

illius, & exteramus illum de terra: crucem significans. A Per David autem, Dederunt in cibum meū fel, & in siti mea potauerunt me aceto. & Foderunt manus meas & pedes meos. Partiti sunt sibiipsis vestimenta mea, & super vestimenta mea miserunt sortē. Et per Esaia: Ter-gum meum dedi ad flagella, genas meas ad alapas, faci- em meam non auerti a confusione sputorum. Vidisti fanē hęc omnia perfecta in cruce: Nam sub Pilato fla- gellatus est, a seruo alapa cęsus, ab impiis consputus, a militibus clavis in cruce fixus, qui diuiserunt ipsius ve- stimenta, & sortem miserunt. Qui per tam multa passi- onem significauit, quo modo nūc cessaret: Quare igitur dicit, Pater si possibile est, transeat a me calix iste: Ignor- abat diabolus quis esset. Videns enim ipsum sitientem, esurientem, lassum, & alias dispensationes, reputauit ho- minem esse purum: videns autem eius diuina miracula, deum suspicabatur. Dubitabat igitur de eo, ignorans il- lum. Nam si euidenter scisset quod deus esset, non ausi fuissent ad eum accedere, sicut & Paulus dicit: Si enim cognouissent, vtique dominum glorię non crucifixis- sent. Pręterdit igitur dominus formidinem, quod ille alliceretur, vt cum accederet hominem, & ab iplo in fu- gam verteretur, redimerentur omnes qui ab illo deten- ti erant. Quemadmodum rex aliquis inuasurus tyran- num, fingit metum, dicens exercitibus suis: Fugiamus hinc a facie illius, vt ne a nobis fugiat, sed persequatur nos, & sic conuersi comprehendamus illum: Ita & do- minus prętexebat formidinem, vt cum diabolus ipsum quasi hominem aggrediretur, inueniret deum qui illū interimeret, & liberaret omnes qui ab illo detineban- tur in inferno. Sic enim dicit: Apparuit angelus confor- tans eum qui ab angelis adoratur. Et cui flectitur omne genu cęlestium, & terrestrium, & subterraneorum, quo pacto ab angelo robur accipiebat? Non robur accepit, sed glorificationem angeli dicentis: Tuum est regnum & imperium domine. Nullus scit diem illam vel horā, neque angeli, neque filius, nisi pater. Et quo modo er- go, inquit, æqualis est patri, qui nescit diem illam? Qui fecit illā, ignorabitne illam? Et quare igitur dicit, neq; filius: Vide theoriam exquisitiorem. Duas quis scientias & noticias in scriptura inueniet. Vnam quidem, quę ex opere sumitur, alteram verō ex cognitione. Cognouit enim, inquit, Adam Heuam vxorem suam, non quod prius ignorauerit. Aut quo modo ignorasset, qui dixe- rat: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro ex carne mea? Et cognouit Abraham Saram vxorem suam. Et Iacob Lian, & Rachel. Num ignorabat illas, qui propter illas annos quatuordecim seruiert? Sciebat quidem illas ag- noscendo, opere autem postea cognouit. Itaque pater qui non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio, scit diem tam cognitione, quā opere. Filius autē qui venit vt saluet mundum, & non vt iudicet, scit eam speculatiua noticia: quia autem nōdum iudicauit, ideo dixit: Ignorat diem, noticia operatiuam significans. At Paulus dicit: Considerate apostolum & pontificem cō- fessionis nostrę Christum Iesum, quod fidelis sit ei, qui fecit ipsum. Et alio loco: Dominum & Christum illum deus fecit. Et Solomō dicit: Dominus creauit me ab ini- tio viarum suarum in operibus suis. Vides quo modo creaturam & facturam suam cum scriptura significat: Verūm arguet te aduersarie dei, ea quę sequuntur: Om- nis enim, inquit, sacerdos, qui ex hominibus assumitur, pro hominibus constituitur, vt offerat dona & sacrifi- cia. Accepit enim ex nobis carnem absque peccato, quā pro nobis patri obtulit sacrificium. Itaque intellige,

quod secundum carnem fecerit eum, & non secundum diuinitatem. Sic & dominum Iesum Christū eum deus fecit. Nam ante dispensationem, vbique deus prædica- tur, sicut præmonstratum est, & nunquam aliquis factu- ram eum dicit, sed propter vnionem carnis dicit, Do- minum & Christum deus eum fecit. Propter auditorū crassitatem inquit, Dominus initio viarum suarū crea- uit me. Vides quod creaturam dicit? Verūm proceda- mus ad ea, quę ibi deinceps sequuntur. Ante scēlū suū Prout dicit me, ante omnes colles gignit me. Primum qui- dem d vanę glorię sectator disce, quod liber paręmie vel parabolę inscribitur. Quicquid autem per parabo- lam dicitur, nō idem est quod verbi vis ac litera. Nam dominus regnum cęlorum sagene & fermento, & gra- no sinapis assimilauit, & aliis multis. Et non omnino di- cimus regnum cęlorum aliquid tale esse. Sed non di- cam multis ambagibus. Dominus ab initio viarum sua- rum creauit me, ante seculum fundauit me, ante omnes colles gignit me. Quo modo igitur quod gignitur, cre- atur vel fundatur? vel quo modo quod creatur, gigni- tur? Nam si creatus est, non est genitus. Nos quę condi- mus, non gignimus: neque gignimus, quę condimus. Et quo modo possibile est, increato patri natum esse filiū creatum? Nos enim qui creati sumus, gignimus creatur: pater autem qui increatus est, filium genuit increatum. Aquilas autem interpretatus est, possedit me dicit. Igi- tur cum dicit, creauit me, prædicit futurum, quasi iam ef- fet factū. Etenim hic mos est scripturę, sicut cum dicit: Foderūt manus meas & pedes meos: quasi diceret, Ego quem videtis creatam carnem propria voluntate mihi adunasse, ab initio sum, non a Maria habeo initium. In principio enim erat verbum: &, priusquā Abraham fieret, ego sum. Cōstitet igitur filium increatum, & cum patre principio carētem, vt ne des & patri principium quo cęperit esse pater. Quod si dicit filium cum patre principio carere: dic, quo modo genuit pater filiū, volens vel non volens? Si dixerimus volens, contradicū: iam erat volūtas ante verbum, priusquam enim vellet, dicunt, non erat filius. Si autem dixerimus, non volens, dicunt: Vim patitur ergo deus. Omne autem quod vim patitur, non est deus. Nos autē dicimus, quod sicut Sol radios & lumen coęterna habet, ita pater filium & spi- ritum sanctum: vt ne dicamus & patrem sub principio. Si enim diceretur sub principio priusquam inciperet ef- se filius, non erat pater, pater secundum sermonem tuū. Erat enim tempus, quo pater non erat pater. Itaque & ipse incepit, vt esset pater. Itaque si dixeris, non volens, vim patitur: deus autem vim nō patitur. Quod enim vim patitur, deus non est. Vides in quantam incidis im- pietatem, si non cōfiteris, filium cum patre carere prin- cipio, & coopificem esse. Scriptum est enim, quoniam omnia per ipsum facta sunt. Non audis prophetam di- centem de filio: Ex ore paruulorum & lactentium per- fecisti laudem: & cętera. Quoniam videbo cęlos ope- ra digitorum tuorum, lunam & stellas tu fundasti. Non vides Christi auctoritatem, dicentem: Pater meus vsq; modo operatur, & ego operor: & Quo modo pater su- scitat mortuos & viuificat, & filius quos vult viuificat: & Adolescens tibi dico surge. Et spiritui immūdo: Ego tibi impero, obmutescē, & egredere ex illo. & Bono ani- mo sis fili, remittūtur tibi peccata tua. Quoniam enim illi dicebant: Nullus potest dimittere peccata, nisi solus deus: ex ore ipsorum arguit illos, dicens: Vos dixistis, quod dei solius est dimittere peccata. Ecce igitur dimic- to peccata, & cōfiteamini deitatem meam. Si autē non creditis,

Luc. 5. e
Matt. 12. a
Luc. 8. d
Ioan. 11. f
2. Cor. 3. d
Acto. 5. b
2. Cor. 6. d
Acto. 17. f
2. Cor. 13. f
Ioan. 6. g
2. Cor. 2. e
Ibidem.
Eccles. 7. a
& Eccles. 3. e
Psal. 7. c. &
Hier. 17. b
Acto. 13. a
Ibid. 21. c
Ibid. 15. e
Ibid. 16. a
Ibid. 20. e
Ezech. 11. c
d. & 36. f
Math. 18. c
Esa. 48. f
Acto. 20. f
Esaia 6. a
Esaia 6. b
Ibidem. c

credit, ex sanitate corporis videte & discite anima- bonam valetudinē. Tunc dixit ei: Surge, & tolle grab- batum tuum, & vade in domum tuam. Et iterum loco alio: Extende manum tuam. Et mari: Sile, obmutescē. Puella surge. Lazare veni foras. Volo, mundare. Et cę- tera omnia, per quę manifestat, quod cum patre æqua- lem habeat dignitatem. Quę cum omnia rectē di- diceris, crede quod patri consubstantialis sit, & quod consubstantialis sit & spiritus: Nam si ex patre procedit, & a filio sumit, non alterius substantię est spiritus. Spiritus dei, spiritus Christi, spiritus veritatis, spiritus consolator, non habes alium oppositum spiritus deus. Dominus autem spiritus est: sicut & Petrus ad Ana- niam, Cur conspirastis inter vos, vt tentaretis spiritū sanctum: & manifestans quod deus sit, inquit, nō men- titus es homini, sed deo. Vides quod deus spiritus, cui mentiti sunt? Et Paulus dicit: Vos templum dei estis, & spiritus dei habitat in vobis. Manifestum, quod deus est spiritus, qui habitat in vobis. In ipso enim viuimus, & mouemur, & sumus: & Secundus homo, in spiritum viuificantē. Et alio loco dicit: Caro non prodest quic- quam, spiritus est qui viuificat. Ne ausis igitur aliquid loqui contra consubstantialitatem & omnipotentem trin- nitatem. Et iterum: Nullus scit quę hominis, nisi spiri- tus hominis, qui in eo: sic, & quę dei nullus scit, nisi spi- ritus dei: non iam qui in illo, vt ne quis compositum spiritum putet. Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda dei. Profectō scrutatur, sed non comprehen- dit. Non enim scriptum est, quod comprehendatur: quo modo igitur scrutatur: vt extraneus? vt alienus? vt ignorans? An non est scriptū: Profundiora te ne quę- ras, & sublimiora te ne exquiras: quę proposita tibi sunt, ea & cogita. Non est enim tibi opus absconditis: num alienus est, iuxta tuum sermonem: Quo modo au- det ergo abscondita dei scrutari? De patre scriptum est: Quoniam ego sum deus probans renes, & scrutans penetralia cordis. Num quia nō additur hoc verbum comprehendo, ignorare patrem dices: Num ignorans scrutatur & probat: vt & de adorando spiritu hoc di- cere ausis: Quo modo dixit, Segregate mihi Paulū & Barnabam, in opus ad quod vocaui eos? Vides potesta- tem, intellige deitatem. Et Agabus: Hęc dicit spiritus sanctus: Virum cuius est zona hęc, sic ligabunt in Hieru- salem. Et apostoli: Visum est spiritui sancto, nihil ma- gis seruandum. Et iterum: Pertransij Phrygiam & Ga- latię regionem, prohibiti a spiritu sancto loqui sermo- nem in Asia. Vt venerunt autem in Mysiam, attenta- runt in Bithyniam proficisci, & non sinebat eos spiri- tus sanctus. Et iterum: Veruntamē spiritus sanctus per singulas ciuitates testificatur, dicens, & cętera. Et pro- pheta, Et spiritus meus, inquit, astitit in medio vestri. Dominus verō: Vbicunque fuerint duo vel tres con- gregati in nomine meo, illic sum in medio eorum. & Dominus misit me, ac spiritus eius. Attendite vobis ip- sis & toti gregi, in quo posuit spiritus sanctus episco- pos & diaconos. Vide virtutem spiritus sancti, & au- thoritatem, & potestatem, num alienus a deo sit spiri- tus. Vidi, inquit Esaia, deum super thronum excelsum & eleuatum, & Seraphim in circuitu eius. & c. ac dixi: O miserum me, quoniam compunctus sum, quoniā im- munda labia habens, in medio populi immunda labia habentis ego habito, & regem dominum Sabaoth vi- di oculis meis. Et dixit: Quis ibit ad populum hunc? Et dixi: Ecce ego, mitte me. Manifestū, quod qui sedebat in throno, dixit: Vade ad populum hunc. & dixit: Au- Tomus tertius.

ditu audiat, & minimē intelligatis, & videtes videatis, & minimē videritis. Quis est qui sedebat super thro- num? Pater, dicit: Si autem didiceris a Paulo, quod spi- ritus est, confiteris illum deum: Ostende, inquit, & cre- do. Audi illum dicentē. Bene dixit spiritus sanctus per Esaia prophetam: Vade ad populum hęc, & dic: Au- ribus audietis, & c. Paulus inquit, dixit spiritus sanctus. Esaia inquit, dixit dominus Sabaoth. Vides, inquit, quā diuersitate scriptura loquitur de patre & filio & spiri- tu sancto: Igitur ne dic posthac, Magnum & paruum deum, incidens in gentiliū errorem. Nam si paruum deus est filius, mentitur Paulus, dicens: Expectātes bea- tam spem, gloriā magni dei & saluatoris nostri Iesu Christi, quem nūc Paulus vocat magnum deum, tu ne dixeris paruum. Nam in deo perfecta sunt omnia, ex quibus Christus quantum ad carnem, qui tamen super omnia deus est in secula. Neq; creatum deū nomina- bis vtiquā: impius enim est, qui creaturā adorat. Quid igitur: Non dices corpus domini creatum? vide ergo quod & tu creaturam adoras. Inspiciens, nullus dicit re- gi, exue purpurā quam indutus es, vel surge a throno tuo, vt te nudū adorem: sed adorat regem super thro- num sedētem, & purpura vestitum. Complacitū enim fuit deo verbo, vt creatam carnem nostram sibi absq; macula adunaret, & adbraretur cum deo verbo, qua- tenus deitati adest. Et hoc significans diuinus David, clamat: Exaltate dominum deum nostrum, & adorate scabellum pedū eius, quoniam sanctus est. In alio elo- quio dicit: Cęlum mihi sedes, terra autē scabellum pe- dum meorū. Terrā nos iubet adorare d beate David: Et quo modo Moses legem ponit, neque cęlum, neque terram, neque quę in eis sunt adoranda. Videte sacra- mentum. Quoniam adunaturus erat nostram carnem absque macula in vnam carnem. Caro autem nostra ex Adam, ex terra est. Iuxta quod dicit: Et adorate sca- bellum pedū eius. Non enim terram nō adoramus, sed deum verbum, qui vniuit sibi absque peccato carnem quę ex terra formata est. Ade. Ne igit vltra dicas, crea- tum deū filium. Aut dic, vbi dixit pater: Creauit mihi fi- lium: vel filius, creauit me pater. Neque humanas voces Christi in eius diminutionē accipe. Nam si his dictis, & humanis in eo demonstatis ausi sunt quidā dicere fantasmā & apparentiam fuisse, quod fuit incarnatus: si hęc non essent facta, in quam non exciderent impie- tatem? Proinde omnis qui sanctis scripturis credit, a- doret trinitatem increatam, incommutabilem, ver- sionis expertem, omnipotentem, principio carentem, coęternam & consubstantialitatem, patrem, & filium prius quidem absque carne, deinde autem voluntate pro- pria in fine seculorum perfectum hominem factum, absque peccato, absque versione & mutatione sui. Ho- mo enim factus mansit id quod erat, nempē deus: non enim excidit a gloria & dignitate sua: & misit spiritum sanctum, spiritum, qui locutus est per prophetas. Eos autem qui dicunt spiritum sanctum, aut filium vel ver- sum, vel mutatum, vel alterius substantię, vel ex nihilo factum, vel quod fuerit tempus quando non erat, ana- themate punit ecclesia. Sufficiant hęc ei qui voluerit, tamen pauca sint: omnia enim tractare impossibile. Docenti enim mihi deficeret tempus. Neq; ipsum mū- dum opinor capere libros, qui scribuntur: nos autē in- digni qui tantam ex sacris scripturis vtilitatem assequa- mur, adoremus patrem & filium & spiritum sanctum, cui sit gloria in secula seculorum, Amen.

Lucan. f scius, nec domino ad voluntatē paruerit, multis vt va- pulet necesse est. Quod si nullam dixeris vitæ rationē reddendā fore, frustra q; id & vulgō opinari nonnul- los: ergōne diabolus ipse cruciabitur, quia habeat & ip- se dei noticiam longē magis quām homines certiorē? Siquidem dæmones vniuersi & deū norunt, fatentur, & contremiscunt. Itaq; si vitæ huius actionum, prauo- rumq; facinorum nullæ essent reddendæ rationes, fo- rent & hi supplicio quouis liberati. Nō ita se res habēt, non ita, cauendū sanē ne vos fallat opinio. Nam si cer- tē nihil de gehenna constaret, quōnam pacto duode- cim apostoli bis senas & Israëlitas essent tribus iudi- caturū? Quid præterea & Paulus illud assereret, inquit: Nōne videtis quoniam de angelis (ne de temporariis his dixerim) sumus iudiciū facturi? Quid etiā & Chri- stus illud protulisset: Viri Niniuitæ resurgent, & con- demnabunt generationem hāc, eritq; terra Sodomorum magis in die iudicij, quām hi, tolerabilis? Qui il- lud ioco agis, quæ seriō agenda sunt? quid falleris infā- niendo: quid dei clementiam oppugnās: eō enim ge- hennam deus & parauit, & cōminatū est, vt illam tre- pidi caueremus. Itaque qui eam tollit, nihil aliud eniti videtur, quām vt falsā opinione captus in eam enixius prolatur. Non igitur erunt illorum vires, aut manus debilitandæ, qui pro virtute contendunt, neq; torpen- tium augenda segnicies: quando enim cum pertinaci hac & stulta vulgi persuasionē, quā gehennā negent, à scelere desistatur: quando etiā imponetur nequiciæ fi- nis, aut vbi de iusticia constabit: non dico solum quæ flagitiosum à iusto secernat, sed arguat à peccatore de- linquentem: id est, cur aliquoties nonnulli hominum pœnas hic pro sceleribus luan, nonnulli verō, qui aut exquē, aut grauius fortē commiserint, sint sanē dum vi- uent, tormentorum expertes. Si itaq; nullibi sit de ge- henna compertū, nil profectō tibi quod eiusmodi ob- iectantibus respondeas, suppetet. Quocirca obsecro, vt rebus his irratione dignissimis reiectis, eorum ora oc- cludatis, qui longē aliter de gehēna, quām vos ipsi sen- serint: quando vt per exigua errata, ita & benefacta ac- cerrimē conquirentur, ad eō vt pro impudico oculorū aspectu pœnas daturi simus, proq; superuacaneis, ocio- seq; dictis, pro leui insuper & tenui contumelia, proq; violentia demum ipsa tormenta nobis subeunda sint. Sic contrā pro gelidioris aquæ cyatho communicato, vel solo gemitu mercedem promerebimur. Da enim signum, inquit, in faciem ingemiscētium, & dolentiū. Quo igitur pacto affirmare audebis eum, qui nostra omnia diligentius scrutetur, frustra fuisse gehennam comminatum: ne obsecro, ne inquā inani hac spe tum- teipsum, tum tuæ huius opinionis sectatores eas perdi- tum. Nam si meis fortē diffidendum esse dictis censue- ris, ludæos, Gentiles, hæreticosq; vniuersos rogato: res- pondēbunt sanē ad vnum omnes futurum iudiciū, futurāque vt bonorum, ita & malorum retributionem. Quod si homines haud satis petitioni huic factu- ros existimaueris, pete vel dæmones ipsos, audies mox illos clamitantes: Quid huc venisti nos ante tempus cruciatum? Quibus omnibus in vnum coactis, persua- de animo ne frustra deliret, ne gehennam expertus, de ea certior fiat: quin illius contemplatione, & metu mo- deratior effectus, eiusdem queat & cruciatus effugere, & futuris bonis potiri.

Diu. Iohannis Chrysostomi de martyribus, sermo, Incerto interprete.

Nemo est, qui nesciat martyru glorias ad hoc diuino consilio à dei populis frequentari: nisi, vt & illis debitus honor diceretur, & nobis virtutis exempla fauente Christo monstran- tur: vt dū hęc ita celebrari perspicimus, cognoscamus, quanta eos gloria maneant in cœlis, quorū natalitia ta- liter celebrantur in terris: quò possumus etiā ipsi talibus prouocari exēplis, virtute pari, deuotione consimili ac fide: vt Christo præstante dimicare & vincere hostem possumus: vt parta victoria, cū iisdem sanctis in regnis cœlestibus triūphemus. Quis est enim, qui eorū volens merito copulari, nisi prius constantiā eorum teneat? E- tetur fidē, imitetur virtutem passionis, eorū gloria pa- ribus vitæ liniamenti aut inueniat, aut exquirat? Qui et si martyrio par esse non possit: tamen muneris tanti dignitate se quisq; bonis actibus dignū præbeat. Adest enim clementissimus deus, qui desiderantibus suis aut martyriū præbeat, aut sine martyrio cū sanctis præmia diuina restituat. Nobis nanq; peccata nostra officiant: nobis, inquam, peccata nostra aduersa prouocant, ar- cent prospera, bona à nobis diuina repellūt. Qui si do- mino seruiremus, vt par est: cūcta nobis prospera pro- uenirent. Duæ sunt enim causæ in seculo, quæ homini aduersa important: quæ aduersa licet de vno maliciæ fonte procedant, tamē hęc nonnunquā peccatoribus & iustis æquē obueniunt: sed diuersitate meriti discer- nuntur. Aliud enim pro peccatis affligi, aliud pro iusti- cia exerceri. In peccatore meritorum retributio, in iusto gloriosa de virtute certatio. Illic peccator, vt me- reatur, affligitur: hī iustus pro examine cōprobatur. Vt enim infirmatur peccator aduersis, ita iustus tentati- onibus roboratur. Sic dimicantur aduersus peccatū san- cti: sic & laborando fortiores, & moriēdo victores ef- fecti sunt. Nullus athletæ sine certamine fortior dici, nullus sine victoria poterit coronari. Nemo miles sine prælio hostem subiecit, nemo sine bello imperatorem promeruit. Habes Christiane competentia arma, qui- bus hostem expugnes: habes fortissima tela, quibus ini- micum debelles. His te iam dudū dominus per gratiā imbuit, & postmodum Apostolus Paulus armauit. Hęc sunt arma, quibus dimicantur sancti: quorum virtutes diligis, & victorias admiraris. Imitare Christiane, quos diligis, sanctos: & quorum virtutes frequentas, eorum vitam & instituta sectare. Esto talis, de eorum exem- plo: quia & hi de superiorum, tales effecti sunt. Nec e- nim virtus ab eo poterit imitari cuiusquam, qui eius vitam non fuerit imitatus. Cæterum amare non est, quem imitari nolueris: & quem sectari detrectas, eum profectō amare te simulat. Habes exempla, quæ secte- ris, vt vincas: quia Abel in principio ante vlliū exem- plum, prior dedicauit martyrium. Qui quidem optat erit innocens in seculo viuere: quām à fratre occisus, in occidentis perniciem martyrium dedicare. Cain enim nec innocentiam naturæ seruauit, & pietatis iu- ra in cæde fratris corruptit. Perpetrat scelus, quod nec ipse sciebat admittere, nec frater nouerat præcauere. Gerit diabolus totum, qui iam parentes fecerat pecca- tores. Gerit, inquam, diabolus totū: sed consentit Cain hosti, quem de parentum casu debuerat execrari: vt vterque reatus crimen incurreret: & diabolus, qui par- ricidium suauis: & Cain, qui assensum persuadenti dia- bolo commodauit. Solus autem Abel sanctissimus inter fratrem & diabolum, inter parricidam & hostem, inter persuadentem & factorem purus atque integer perseuerat. Fit enim Abel innocēs, gloriofus sacerdos: & victima,

& victima, immolator: hostia, antistes, & holocausta. Vt enim sancte atq; innocenter deo hostias immola- bar: ita sancta atq; innocens hostia deo summo effectus est. Nec non & Iacob sanctissimū innocentē & iustum Esau reprobis impietate atq; crudeliter minatur occidere: quod quidē facinus etiā ipse cōplessit: nisi ad propaga- tionem paterni seminis eum dominus reseruasset, sicut idem Esau loquitur dicens: Appropinquet dies mortis patris mei: vt ego occidā Iacob fratrem meū. O nepharium scelus venenato ore prolatum. Vt fratre occidat, patri mortē exoptat. Bis in vna causa delinquit: & dū optat obitum patris, & dum disponit parricidium fra- tris. Nō intelligit miser se gemino ac duplici crimine detineri: non intelligit, inquam, vtrunq; scelus à se in sua iam professione cōpleri. Nec cōsiderat iudicio dei se perditū, nisi & hoc quod mente conceperat, suis ser- monibus indicaret: vt maliciam, quam dominus in eo reprobauerat, sua professione expromeret. Denique Iacob fugæ consiliū inuenit, ne immoratio sui fratre fa- ceret parricidam. Cuius quidē peregrinationis angus- tias, tribulationes, & metus, ita dominus gubernauit, vt in ipso durissimā seruitutis obsequio augetur patri- monio, locupletaretur fide: & quod est amplius, per visi- tationes & diuina colloquia, angelicāq; luctamina, sua eum benignitate donaret. Quid Ioseph persecutione fratru, quid David Saūlis regis atrocissimo metu, quid prophetarum, apostolorumq; sanctorum chorum lu- dæorum odiis, aut afflictis, aut iugulatos enumerem? Quis enim sanctorum in seculo, non aut persecutionē perpeffus, aut ab inimicis est iugulatus? Nulli est dubiū inimicum esse seculū sanctis domini. Vox est ad suos dicentis, Si me persecuti sunt, & vos persequuntur. Et rursus addit dicens: Si de seculo essetis: seculum, quod suum effes, amaret. sed quia de seculo non estis, & ego elegi vos de seculo: propterea odit vos seculum. Et rur- sum, Vos plorabit & plangetis, seculum autē gaude- bit: vos tristes eritis, sed & tristitia vestra in laticiam veniet. Timēda sunt Christianis præsentis seculi gau- dia: & optāda pro deuotione mœsticia, quæ cœlesti le- ticia repensetur. Pro amore dei, odia humana optāda sunt: pro dilectione Christi, inimicorū assectatio appe- tenda. Nemo enim amatur à mundo, nisi qui odio fue- rit Christo: nec diligitur à seculo, nisi qui execrabilis fuerit deo. Seculi est enim, quodcunq; lætatur: dei est, quod pro iusticia affligitur. Inimici sui amicū nemo in amicicias sumit, nec qui amico inimicus esse voluerit. Nemo aduersariū fratri, familiarem sibi arrogat, nisi qui germanitatis iura violare æmulo liuore desideret. Hosti domini sui seruus nunquā famulatur, nisi à do- mino atrocissima fœuerrate vexetur. Nemo miles ab imperatore extraneo stipendium accipit: sin autem il- lum, cui militat, lædit. Quid agis Christiane, si domini hostem amicum habueris? Quid agis, inquā, si dilexe- ris seculū, saluatoris Christi hostē pariter & inimicum? Quid agis, inquā, si amaueris mūdū, qui deum tuū ini- mica crudelitate peremit? aut enim eris seruus accep- tus, si domini tui inimicum fueris detestatus: aut si eius amaueris inimicum, eris ipse à domino alienus. Quare aut oderis inimicum, necesse est, si domini tui volue- ris esse charissimus: aut si eius amaueris inimicum, cum eodem in die iudicij multaberis. Fuge Christiane, fu- ge quod dominus non amat: detestare & horre, quæ ti- bi detestanda mandauit. Præsenti liberalitate æternā vitam mereare, momentaneo Iucro præmia diuina ac- quire. Thesauros tuos ad cœlestia regna trans mitte: fœ- Tomus tertius.

nerare in pauperibus dominū, in egenis Christum & pacse & vesti. Et serua mandata, quæ te ad vitam per- ducant: custodi præcepta, quæ te deo proximū faciant. Propera ad æterna: ad futura festina. Nec te aliqua dul- cedo seculi ac præsentis vitæ detineat, sed tibi futura omnia Christo munerante, occurrant.

De martyribus, quod aut imitandi, aut nō laudandi sunt, sermo. Incerto interprete.

Vi sanctorum merita religiosa charitate mi- ratur, quiq; iustorum glorias frequenti laude colloquitur, eorum mores sanctos atq; iusti- ciam imitetur: quoniā quem delectat sancti alicuius meritū, delectare debet par circa cultū dei ob- sequium. Quare aut imitari debet si laudat, aut laudare nō debet si imitari detrectat: vt qui aliū laudat, lauda- bilem se reddat, & qui sanctorū merita admiratur, mi- rabilis ipse vitæ sanctitate reddatur. Nam si propterea iustos fidelesq; diligimus, quod in ipsis iusticiā fidemq; suscipimus, & possumus nos quoq; esse quod sunt, si fa- ciamus ipsi quod faciunt. Neq; enim difficile nobis est quod ab ipsis geritur imitari, cum sine præcedenti exē- plo ab antiquis talia gesta conspicimus: vt nō ipsi alio- rum æmuli redderentur, sed æmuladæ virtutis seipfos nobis præberēt exemplū: vt dum nos ex ipsis & ex no- bis alij proficiunt, sic Christus in suis semper seruus in ecclesia sancta laudetur. Vnde ab origine mūdī inno- cens Abel occiditur, Enoch deo placens transfertur, ius- tus Noë inuenitur, Abraham fidelis probatur, Moses mansuetus dignoscitur, Iesus castus, David lenis, He- lias acceptus, Daniël sanctus, tres pueri victores red- duntur, Apostoli discipuli Christi credentium magi- stri habentur. E quibus eruditi cōseffores fortissimi pug- nant, martyres perfecti triumphāt, & Christiani sem- per exercitus diabolū deo armati debellāt. In istis sem- per pares virtutes, dissimiles pugna, gloriose victoriæ. Vnde tu Christiane delicatus es miles, si putas te posse sine pugna vincere, sine certamine triumphare. Exere vires, fortiter dimica, atrociter in prælio isto cōcerta. Considera pactum, conditionem attende, militiā nos- sce. Pactum quod spopōdisti, conditionē qua accessi- sti, militiā cui nomē dedisti. Hoc enim pacto quos mi- raris, cuncti pugnarunt, hac conditione vniuersi vice- runt, hac militia omnes triumpharunt. Deniq; cōside- ra præsentē deo te cum hoste pugnare, fauet ille vt vin- cas, fauet vt obtineas. Cū pugnās adest, cū dimicas præsens est. Tantū enim virū de eius præsentia concipis, quantum inimico debilitatis accedit. Tu erigeris in virtutem, hostis incidit in debilitatem. Tibi arma diuinitus ministrantur, illi maliciæ tela frangūtur. Ti- bi conspectus dei virū adhibet incrementa, hosti præ- sens maiestas adimit nocendi venena. Tibi angeli ap- plaudunt, illi formidinē adhibēt. Tibi enim fortitudo tribuitur, illius malicia infirmatur: Quibus tu foueris, ille opprimitur: quibus tu erigeris, ille profternitur. In tua pugna dominus congregitur, dominus dimicat, dominus præliatur, & victoria tibi adscribitur. Certa- men tuum dei certamen est, prælium tuum Christi est prælium. Quid trepidas, quid formidas, quasi tua vir- tute deuincas? Prende arma, procede in bellum, forti- ter dimica, vt dimicanti adit ille qui vinci non nouit. Non potest imperatorem promereri, qui hostem à se noluerit superari. Non potest regi esse acceptus, qui ho- sti fuerit lenocinatus. Nec enim hostem poterit vin- cere, nisi qui atrociter voluerit dimicare. Victoria mi- litis,

alios iustis- cimus

Delicatus est miles, q sine certamine triumphat

Felicitate qui vincit.

Daniel. 3. c.

Ibid. 6. c. Acto. 3. a.


Gloriosum Apostolorum meritum.

Acto. 3. a.

litis, peremptio est hostis: & peremptio hostis, gloria est imperatoris. Denique in certamine Christiano, aut superstes miles prostrato hoste beatus de prelio redit, aut hostem victor moriendo deuincit. Felicitate enim vincit, qui post victoriam vinci non nouit. Felicitate vincit, qui & diabolus & mundus post victoriam dereliquit. Felicitate vincit, qui proficiens e mundo diabolus quem in presenti deuincit, in futuro cum domino iudicabit. Alios enim post unum certamen ad alias palmas dominus feruat, alios consummato martyrio iam coronat. Alios victores retinet in exemplum, alios iam perfectos transmittit ad celum. Alios frequenter desiderat videre certantes, alios passione iam meritis imponit regnis celestibus triumphantes: ut imperatoris Christi ab omnibus dignatio collaudetur, qui in suis & semel & frequenter hostem deuincit, & quilibet quo modo pugnare viderit, munerabit. Tantum contra hostem exercetur animus, exerantur artus, deuotio preparetur, ut procedens miles ad bellum, vel primo prelio coronetur, vel frequentibus trophais palmarum numero honoretur. Sic dimicant, quos diligere Christiane consuevit: sic preliati sunt, quos semper amasti. Denique tres pueri in Chaldaea Barbari regis dum terrores despiciunt, formidines calcant, minas continent, sic eundem regem cum suis ignibus deuicerunt. Daniel quoque cultor dei, amator iusticie, veritatis defensor, dum in asserendo deo regis edicta continent: sic & leonum rabie vicit, & de inimicorum interitu exultauit. Petrus & Ioannes Apostoli ad orandum deum hora nona Salomonis templum ascendunt, claudum curant, virtute faciunt, quinque milia hominum predicando acquirunt. Vnius cura multitudinis salus efficitur. Vnus enim curatur, & multi saluantur. Vnum membri viciu in homine vno corrigitur, sed plurimorum utilitates operante domino reparantur. Vnius debilitas curatur, sed multorum salus acquiritur. Vexato sanitas redditur, sed prauitas in obduratis corrigitur. Ascendunt Apostoli dominum deprecari, sed preces claudi non poterant aspernari. Præueniuntur precibus preces, rogantem claudum rogaturi ante audiunt quam precentur: nec permittit claudus orare illos quos petit, nisi prius acciperet ipse quod optauit: ut ante ab eis quod voluit impetraret, quam ipsi a domino quod volebant expeterent. O gloriosum Apostolorum meritum, qui ante in templo operantur, qui ipsi dominum deprecantur: ante virtus ostenditur, quam oratio ad dominum præmittatur, effectus preces præueniunt, virtutes desideria antecedunt: nec expectatur ut vota ad dominum præmittantur, quia dominus ipse ante efficit, quam rogetur. Interea claudus aliud petit, & aliud accipit: aliud postulat, & aliud impetrat: aliud cupit accipere, & aliud a domino meruit impetrare. Postulat eleemosynam, & sanitatis accipit curam. Petit aliquid ad vicium accipere, & integritatem corporis meruit recuperare. Quod petit, inquit Petrus, non habeo: sed illud dabo, quod ex gratia Christi reddo. Argentum quidem & aurum non est mihi, quod autem habeo, hoc do tibi. In nomine domini Iesu Christi, surge & ambula sanus. Sanctissimus Petrus nihil sibi de facto, nihil de opere, nihil de virtute adscribit: sed totum illi adsignat, per quem meruit quod ipse petit. Denique cura, ut dixi, vni claudi negocium geritur, multitudinis vnus sanus efficitur, & plurimorum utilitati consulitur. Adeo miratur cuncti virtute, stupet factum, honorat deum, quinque milia credunt in Christum, ut & claudi desiderium, & apostolorum meritum, & benignitatis Christi in multorum salutem probaretur exemplum.

DIVI IOANNIS

CHRYSOSTOMI ORATIO DE beato Philogonio, qui fuit ex patrone causarum factus episcopus, & quod nihil æquè reddidit nos deo probatos, atque si studiosi simus carum rerum quæ publicæ conducunt vtilitati, & quod negligenter aduenientes mysteria grauissimè puniuntur, etiam si semel tantum in anno scelus hoc commiserint. Dicta est autem quinque diebus ante natalem Christi. Er. sino Roterod. ano interprete.



Go quidem & hodie destinata aduersus hæreticos luctaturus vestes exuere, quodque restabat debiti vobis persolvere. Verum beati Philogonii dies, cuius hodie memoriam celebramus, ad ipsius benefactorum enarrationem linguam nostram euocauit. Et omnino parendum est. Etenim si qui patri matrem maledicit, morte moritur: profecto clarum est eum qui benedixerit illis vitam præmia recepturum: & si iis qui iuxta naturam parentes sunt tantam debemus præstare benevolentiam, multo magis id præstandum iis, qui iuxta spiritum sunt pariter, potissimum verò quum iam vita defunctos nostra laudatio nihilo reddat illos gloriosiores, nos verò congregatos tum qui loquimur, tum qui audimus, reddat meliores. Nam ille quidem subuectus in celum haudquaquam egere potest humanis laudibus, ad feliciorè magisque duraturam quietem profectus. Ceterum nos qui haec nunc hic versamur, multa quoque opus habemus exhortatione, illius egemus encomiis, quod vobis delictum ad eius imitationem excitetur. Quapropter sapiens quidam hortatur, dicens: Memoria iusti cum laudibus. Non perinde quod laudatur qui decesserunt, sed quod ij potius qui res istas egregias laudibus vehunt. Quonia igitur hac ex re tanta nobis utilitas proficitur, obtemperemus, neque recusemus. Nam & ipsum tempus huic narrationi congruit. Siquidem hodie beatus ille ad tranquillam omniumque turbationis expertem vitam translatus est, eoque nauigium appulit, vbi deinceps non poterit metuere naufragium, nec vllam animi deiectionem aut dolorem. Et quid mirum est, si locus ille purus est ab omni molestia animi, quum Paulus hominibus adhuc in hac vita degentibus loquens dicat: Semper gaudete, sine intermissione orate. Quod si hic vbi morbi, vbi insectationes, vbi præmatura mortes, vbi calumnia, vbi inuidia, vbi desperationes, vbi ira, vbi cupiditates, vbi innumerabiles insidiae, vbi quotidianæ sollicitudines, vbi perpetua sibi quoque coheretia mala sunt, innumeros ex omni parte dolores adferentia, Paulus dixit fieri posse ut semper gaudeamus, si quis paululum ex rerum mundanarum fluctibus erexerit caput, vitamque suam recte moderetur, compositurque: multo magis postquam hinc demigraverimus facile compositi erimus eius boni, quum hæc omnia subblata fuerint, aduersa valetudo, morbi peccandi materia, vbi non est meum ac tuum, frigidum illud verbum, & quicquid est malorum, in vitam nostram inuehens, innumeraque gignens bella. Quamobrem maximopere gratulor huius sancti felicitati, quod quamquam translatus est, atque hanc quoque apud nos est ciuitatem reliquit, tamen in alteram transiit ciuitatem, nepe dei, ac digressus ab hac ecclesia ad illam peruenit, quæ est primogenitorum descriptorum in caelis, ac relictis hæc festis transiit ad celebritatem angelorum. Etenim quod & supernè sit ciuitas, ecclesia, ac celebritas, audi Paulum dicentem: Accessistis ad ciuitatem dei viventis, ad Hierosolymam caelestem, & eccle-

panu- gis.

De in medio.

Marc. 12. d.

Hebr.

& ecclesiam primogenitorum descriptorum in caelis, & ad innumerabilem angelorum frequentiam. Non solum autem ob multitudinem virtutum caelestium, verum etiam ob abundantiam bonorum, ac iuge gaudium & læticiam, panegyrim, hoc est totius multitudinis cœtum appellat totam illam vitam. Nec enim alia res facere solet panegyrim, quam mercium venalium copia, quum triticum, ordeum, & omniungæ frugum species, ouium greges, bouum armenta, vestes, aliaque id genus plurima importantur, aliis quidem vendentibus, aliis verò comercantibus. Sed quid, inquis, harum rerum est in caelis: Horum quidem nihil, sed sunt his multo magis præclara. Non enim illic sunt triticum, ordeum, ac frugum variae species, sed illic vbi que fructus spiritus, gaudium, benevolentia, bonitas, pax, ac mansuetudo summa exuberat copia. Non ouium greges, non bouum armenta, sed spiritus iustorum perfectorum, animarum virtutes, vitæque recta facta per omnes caelos videre licet. Non vestes aut amictus, sed coronas quouis auro præciosiores, tum brachia, certaminum præmia, aliaque innumera bona reposita iis qui recte fecerint: adhuc ibi est multitudo congregatorum, longè tum copiosior, tum honoratior. Neque enim constat ex viris vrbis indigenis, sed hic sunt angelorum infinita milia, illic fodalitia prophetarum, alibi martyrum chori, apostolorum ordines, cunei iustorum, omniumque qui fortiter rem gesserunt varij cœtus. Profecto miranda panegyris est. Iamque id sanè maius est omnibus, quod in media frequentia versatur horum omnium rex. Etenim vbi dixisset, ad innumerabilem angelorum frequentiam, subiecit, & ad iudicem vniuersorum deum. Quis vnquam vidit in panegyrim prodeuntem regem? Hic quidem nemo vidit, illic autem qui ad sunt perpetuo vident, quatenus illum videre licet: non solum præsentem, verum etiam suæ gloriæ splendore condecorantem vniuersum cœtum. Et nostræ quidem celebritates sub meridiem plerumque soluantur, ille verò non item. Neque enim melius in orbem recursus, neque annorum circuitus, neque dierum numerum expectat: sed stat perpetuo, illiusque bona finem non habent, nec senescere nec marcescere possunt, sed sunt tum senij, tum mortis expertia. Nullus illic tumultus, quem admodum hic: nulla turbatio, sed ingens omnium cum ordine decenti compositio, haud secus atque in cithara quapiam, modulatissimum concentum & quauis musica suauiorem redderem vtriusque creaturæ domino, dum anima illic vel in sacris adytis, diuinis, mysterijs, diuinorum arcanorum celebratione peragit. Ad hanc beatam requiem transiit beatus Philogonius. Quæ nam igitur oratio par sit viri laudibus, quæ deus tam felici sorte dignatus est? Non est vlla. Sed age dic mihi, num idcirco silebimus: Et cuius rei gratia conuenimus? An dicemus nos haud posse magnitudinem gestorum orationem consequi? Atqui ob hoc ipsum necesse est dicere, quandoquidem hæc est præcipua laudum illius pars, quod factis verba æquiparari non possint. Nam quorum benefacta naturam etiam superant mortalem, perspicuum est, quod horum laudes excedunt linguam humanam. Haud tamen ob id aspernabitur officium nostrum, quod pro viribus præstamus, sed suum imitabitur dominum. Siquidem & ille viduæ duos tantum obolos deiicienti in gazophylacium, non tantum duorum obolorum mercedem reddidit. Quare ita tandem? Quoniam non perpendebat pecuniæ modum, sed animi diuitias. Nam si pecuniæ modum expendas, magna paupertas est: si voluntatem explices, ineffabilem videbis exitum tertius.

celi animi mercedem. Proinde quæ nostræ facultates exiguae sint minimique precij, attamen quæ possumus offerimus. Ea licet non respondeant magnitudini meritum animæ præclari iustique Philogonii, tamè hoc ipsum celsitudinis illius maximè fuerit argumentum, quod nec pusilla repellat, sed idem faciat quod solent diuites. Siquidem illi quum acceperint à tenuibus exigua, quibus non eget, sua vicissim apponunt, remunerantes eos, qui quod poterat, obtulerint: itidem & hic, quum acceperit à nobis laudem verbis peractam, qua nequaquam eger, redonabit nobis per ipsa facta benedictione, qua semper vti possumus. Vnde igitur laudationem illius auspicabimur? An à magistratu, quæ spiritus illi tradidit gratia? Nam mundani magistratus, nequaquam possunt Christianorum demonstrare virtutes, quin potius frequenter habent accusationem malicie. Quam ob causam? Quonia & sollicitudines amicorum, & circumcurrationes, & adulationes, aliaque permulta his foediora tales magistratus solent conciliare. Ceterum vbi deus suo suffragio designarit aliquem, illaque manus sanctum contigerit caput, incorruptum suffragium, alienum ab omni suspitione iudicium, indubitata fuerit delecti comprobatio, propter eius qui delegit autoritatem. Porro quod elegerit illum deus, vel ex ipsa morum integritate perspicuum est, quippe quem ex medio abreptum foro ad thronum hunc euexerit: adeo castam & insignem prius egit vitam, quum uxorem haberet ac filiam, & in foribus negociis versaretur, adeo solem ipsum splendore vicit, ut protinus ab illo gesto, hoc magistratu dignus videretur, & à tribunali ad tribunal euectus sit. Ac tum quidem hominibus patrocinabatur aduersus homines qui struebant insidias, iis qui afficiebantur iniuria, superiores reddens iis qui iniuriam inferebant, hic autem adest hominibus patrocinans aduersus demones inuadentes. Quantum autem sit pietatis argumentum, quod deus illum tanto magistratu dignum iudicarit, audi, Christus excitatus à morte quid dicit Petro: Postquam enim illum interrogasset, Petre amas me? Ille respondit: Tu domine scis quod amo te. Non dixit Christus, abiice pecunias, ieiunium exerce, macera te laboribus, mortuos excita, demones abige, nihil vel horum vel aliorum miraculorum recteque factorum in medium adduxit, sed omnibus illis prætermissis dicit illi: Si diligis me, pasce oves meas. Hoc autem dicebat non solum ut nobis certissime declararet quantopere ipsum diligeret Petrus: verum etiam ut palam faceret quantam haberet benevolentiam erga suas oves, exemplum proposuit Petri erga ipsum amoris, tantumnum dicens: Qui diligit oves meas, me diligit. Vide igitur quam multa propter hunc gregem passus sit Christus. Homo factus est, serui formam assumpsit, consputus est, alapis caesus est, postremo ne mortem quidem recusauit, & quidem ignominiosissimam. Quin & ipsum sanguinem suum effudit. Itaque si quis voluerit illi comendatus esse, curam habeat ouium illius, publicam querat utilitatem, fratrum suorum saluti prospiciat. Nullum enim officium hoc deo charius est. Et ob id alicubi dicit: Simon Simon, expecta te satanas ut cribraret te tanquam triticum, sed ego rogavi pro te, ne deficiat fides tua. Quod igitur huius sollicitudinis curæque præmium mihi repedis? Sed quam tandem poscit reparationem? Eandem curam quam nobis impendit, reposcit. Nam & tu, inquit, aliquando conuersus confirma fratres tuos. Sic & Paulus ait: Imitatores mei estote sicut & ego Christi. Quo modo ille factus est Christi imitator? Omnibus per omnia placens, & non

Simile.

Dubitatio. A sacerdotij tempore incipit.

Ioan. 21. e.

Ab episcopo quid potissimum requirit deo.

Luc. 22. e.

1. Cor. 4. d.

& 11. a.

non querens suam ipsius vtilitatem, sed multorum ut salui fierent. Rursus alio loco dicit: Etenim Christus non sibi ipsi placuit, sed multis. Neque prorsus alia res est, quae perinde declaret doceatque; quis sit fidelis & amans Christi, quam si fratrum curam agat, proque illorum salute gerat sollicitudinem. Haec omnes audiant & monachi, qui montium occuparunt cacumina, quique modis omnibus seipsum mundo crucifixerunt, quod pro viribus ecclesiarum praefectos adiuent, horumque curas leniant precibus, concordia, charitate, scientes quod non modis omnibus opulentur iis qui tot periculis obiciuntur per gratiam dei, totque negotiorum curas sustinent, quibuscunque possunt rationibus, auxiliantur, quanquam procul habitantes, & victus fors ipsis perisset, & tota in scopulum impigisset sapientia. Verum hoc esse maximum amicitiae erga Christum argumentum, declaratur & hinc. Videamus autem quo modo munus hoc episcopi administrarit. Quin potius non est opus hic pluribus verbis aut voce nostra, quum vester fauor vestrumque studium hoc vltro declaret. Quae admodum enim aliquis ingressus vineam, vitisque contemplatus, pampinis comantes, fructu grauidas, maceris ac septis vndique munitas, haudquaquam desiderat orationem cuiusquam qui demonstrat vinitoris industriam, & agricolae virtutem: Itidem & hic, si quis ingressus conspiciat vites spirituales, vestrumque fructum contempletur, nil opus habuerit ut ex cuiusquam oratione discat qualis sit vester praepositus. Sicut & Paulus scribit alicubi: Epistola mea vos estis, quae inscripta est, & legitur. Fluius arguit qualis sit fons, & fructus indicat qualis sit radix. Dicendum igitur erat & tempus & initium quando vineam hanc suscepit. Neque enim hoc minimum habebit momenti ad absolendam Encomij partem, sed omnino satis fuerit ad declarandam hominis virtutem. Res tum erat multae difficultatis quum nuper esset sedata persecutio, manentibus etiamnum grauisimae tempestatis illius reliquiis, quumque negotia plurimam desideraret correctionem. His insuper illud adiungendum erat, quod quae admodum dicebatur, haereticorum factio sub illo nata negotium exhibuit, illius sapientia cuncta prospiciente. Verum ad aliam necessariam materiam nobis festinat oratio, eoque communi patri, beati Philogonij sectatori haec dicenda relinquentes, ut qui melius nobis teneat quicquid est antiquitatum, ad aliam concionandi rationem transeamus. Appetit enim festum omnium festorum maxime venerandum, adorandumque: quod si quis appellet omnium festorum metropolim, haudquaquam aberret. Quod autem hoc est? Christi iuxta carnem natiuitas. Ab hoc enim illustratio dei, festum videlicet Epiphaniarum, ac sacrum Pascha, Ascensio, & Pentecoste originem ac fundamentum ducunt. Nisi enim secundum carnem natus esset Christus, nequaquam baptizatus esset, nam id est festum Theophaniarum. Nequaquam fuisset crucifixus, nam hoc est festum Paschae. Nequaquam misisset spiritum sanctum, quod est festum Pentecostes. Itaque ab hoc ceu fonte quopiam, hi diuersi amnes orti, nata sunt nobis haec festa. Verum non ob hoc tantum par est hunc diem caeteris anteponi, sed etiam ob id, quod id quod in hoc natum est, caeteris omnibus est venerabilius. Nam quod Christus homo factus mortuus est, quum nullum omnino peccatum perpetrasset, quid huic amplius poterat adiungi miraculo? Sed mortale corpus assumpsit. Erat quidem & hoc admirandum. Caeterum quod deus quum esset voluerit homo fieri, tantumque sese demittere sustinuerit, quantum ne cogitatione quidem complecti queas, hoc est omnium ma-

Rom. 15. 4
Nik in an-
lis regnant
quid am.

Simile.

2. Cor. 3. 4

Cor. episto
po hac di-
cuntur.

Natalis
Christi.

aximè reuerendum, stuporisque plenum. Quod quidem & Paulus admirans dicebat, sine controuersia magni pietatis mysterium. Quod magnum? Deus declaratus in carne. Ac rursus alibi: Non enim angelos apprehendit in carne. Semen Abraham apprehendit. Vnde debuit per omnia fratribus assimilari. Propter hoc potissimum amplector diligoque diem hunc, & amorem eius in medium propono, ut vos huius amatorij pharmaci participes reddam. Eoque rogo vos omnes obsecroque, ut summo studio summaque cum alacritate velitis adesse, sed prius suam quisque domum repurget, ut videamus dominum nostrum in curis iacentem ac fasciis inuolutum, horrendum ac stupendum spectaculum. Quid enim excusabimus, aut quam veniam obtinebimus, si quum ipse nostra causa descenderit à caelis, nos ad illum vel ex adibus ire grauemur: quum alienigenae barbarique ex Perside accurrant ut illum videant in praesepi iacentem, tu verò ne breue quidem spacium emetiri sustines, ut hoc felici spectaculo perfruaris. Nam si cum fide accesserimus, proculdubio videbimus illum in praesepi iacentem. Si quidem haec mensa vicem explet praesepis. Nam & hic ponitur corpus dominicum, non quidem fasciis inuolutum sicuti tunc, sed vndiquaque spiritu sancto conuestitum. Qui mysteriis initiati sunt, intelligunt quae dicuntur. Ac Magi quidem nihil aliud quam adorarunt, tibi verò si cum puritate accesseris conscientia, permittemus ut sumas, & sumptu domum abeas. Accede igitur tu quoque munera offeres, non qualia deferebant illi, sed multo religiosiora. Obtulerunt illi aurum, offer tu temperantiam ac virtutem. Obtulerunt illi thus, offer tu puras preces, quae sunt odoramenta spiritualia. Obtulerunt illi myrrham, offer tu modestiam, & cor submissum cum elemosyna. Quod si hisce cum muneribus accesseris, multa cum fiducia particeps eris huius sacrae mensae. Nam haec ideo nunc loquor, quod sciam certò futurum, quod in illa die complures accedant irruantque ad victimam hanc spiritualem. Id igitur ne faciamus ad detrimentum & condemnationem animae nostrae, sed ad salutem: iam nunc obtestor obsecroque: ut omnibus modis repurgatis animis vestris, ita demum adeatis mysteria. Neque mihi quicquam dixerit, vereor, habeo conscientiam peccatis opletam, sarcinam circumfero grauisimam. Sufficit enim horum quinque dierum tempus, si sobrius fueris, si attentus, si vigilaueris, multitudinem peccatorum reddes contractiorem. Nec illud perpende quod breue tempus est, sed illud considera quod benignus est dominus. Quae admodum & Niniuita tridui spacio tantam iram dei à se depulerunt, nec obstitit illis temporis angustia, sed animi promptitudo, amplectens domini benignitatem, totum peragere valuit. Et meretrix illa breui temporis momento, quum ad Christum accessisset, omnia probra diluit. Quin & calumniantibus Iudaeis, quod illam admisisset, tantamque praebuisset fiduciam, Christus illis quidem silentium imposuit, hanc verò malis omnibus liberatam, comprobatoque illius studio, ita domum remisit. Quid ita tandem? Quoniam seruenti animo, & flagranti corde, ardenti que accessit fide, sanctosque illos ac sacros attigit pedes, solutis capillis, fontibus lachrymarum ex oculis emisis, vnguento profuso. Etenim per quem deperat homines, per eadem parauit remedia poenitentiae, per quem auocarat oculos intemperantium, per haec emisit lachrymas: per capillos arte compositos multos illexerat ad peccatum, per eosdem pedes absterfit Iesu. Vnguento multos inescarat, per hoc pedes illius lauit. Proinde & tu quibus rebus prouocasti deum, per has rursus facito

Luc. 19. 4

Hec intelli-
genda sunt
promissa co-
fessione sa-
cramentali.

Math. 16. d

Hier. 23. e
Ps. 144. d

Ad Eucha-
ristiam non
temere acce-
dendum.

cito propitium: Prouocasti illum pecuniarum rapina, per eandem illum reconcilia, quumque & rapta restitueris illis quos iniuria affecerat, & alia insuper addideris, dicit iuxta Zachariam: Reddo si quid rapui, quadruplum. Prouocasti linguam maledicentia, multis contumelia affectis, vicissim lingua placato, puras emittes preces, benedicens maledicentibus, laudans vituperantes, gratias agens iniuriam inferentibus. Haec non egent multis diebus annisve, sed solo animi proposito vnicò die perficiuntur. Discede à malo, virtutem amplectere, deliste à prauitate. Polliceor te posthac ista non commissurum, & istud sufficere ad exculpationem. Ego testificor ac fidei iubeo fore, ut si nostrum quisque qui peccatis obnoxij sumus recedens à pristinis malis, ex animo vereque promittat deo se postea nunquam ad illa rediturum, nihil aliud deus requirat ad satisfactionem vltiorem. Benignus enim est, & quemadmodum parturiens cupit eniti fetum, ita & ille cupit effundere suam misericordiam. Sed obstant peccata nostra. Diruamus igitur maceriam, atque ex hoc iam tempore festum auspicemur, hosce dies quinque negotiis omnibus valere iussis. Valeat forum, valeat curia, facessant mundanae curae, cum pactis & contractibus: animam meam seruare cupio. Quid lucrifecerit homo, si totum mundum lucrifaciens, animam suam iacturam faciat? Egressi sunt à Perside Magi, egredere tu è temporariis negotiis, ad Iesum proficiscere, non est longum interuallum si velimus. Non enim necesse est traicere mare, neque montium superare cacumina, sed domi sedens, si pietate exhibeas, multamque cordis concupitionem, potes illum videre, potes totam diruere maceriem, totum submouere obstaculum, abbreviare viam longitudinem. Deus enim, inquit, appropinquans ego sum, & non deus procul. Et dominus propè est omnibus inuocantibus ipsum in veritate. Nunc autem multi Christianorum in tantam vecordiam tantumque venere contemptum, ut quum innumeris scateant malis, nullam tamen vitae suae curam habeant: sed in diebus festis negligenter ac temere ad mensam hanc accedant, haud intelligentes quod communionis tempus non est festum, neque celebritas, sed conscientia pura, vitaque à peccatis repurgata. Quemadmodum enim qui sibi nullus mali conscientius est, hunc oportet singulis diebus accedere: sic qui peccatis occupatus est, nec poenitet, eum ne in festis quidem accedere tutum est. Neque enim semel in anno accedere, liberat nos à peccatis, si indignè accesserimus, quin hoc ipsum potius auget damnationem, quod quum semel tantum accedamus, ne tum quidem pure accedimus. Quapropter adhortor vos omnes ne negligenter, veluti festo die cogente ad diuina mysteria accedatis, sed si quando parabitis huius sacrae hostiae fieri participes, multis ante diebus repurgetis vos ipsos per poenitentiam, precationem & elemosynam. Denique per hoc, ut vacetis spiritualibus, nec denuò conuertamini canis in morem ad proprium vomitum. An non enim absurdum tantam habere curam rerum corporalium, ut appetente festo multis ante diebus vestem è scriniis depromptam diligenter appares, emas calciameta, mensa largior splendidiorque paratur, denique variam vndiquaque rerum copiam excogites, omnibusque modis temetipsum ornas, nitidumque reddas: animam verò neglectam, sordentis, squalidam, fame contabescens nullum habere respectum, quum sola maneat impura: ac corpus quidem nitidum huc adducere, animam verò nudam incultamque? Atqui corpus quidem videt conseruus, neque quicquam est detrimeti, quomodo cunquè fuerit habi-

tum: illam autem videt dominus, qui grauissimè punit negligentiam. An nescitis quod haec mensa plena est igni spirituali? Et quemadmodum fontes aquae vim exundant, ita haec flammam quandam habet arcanam. Ne igitur accesseris stipulam adferens, non ligna, non foenum, ne augas incendium, exuratque animam ad communionem accedentem: sed accede ferens lapides preciosos, aurum, argentum, quod puriore reddas materiam, multoque cum lucro discedas. Si quid mali est, abigas ab animo. Habet quis inimicum, grauius laesus est, soluat simultatem, coerceat animum exardescetem, intumescentemque, ne quis sit tumultus aut perturbatio. Regem enim excepturus es per communionem: quum autem rex ingreditur animam, oportet magnam esse tranquillitatem, multumque silentium, profundam cogitationum quietem. Sed atrociter laesus es, nec potes iram remittere. Quid igitur? An igitur te ipsum magis etiam & grauius laedes? Neque enim tantis malis te afficiet inimicus, quacunque fecerit, quibus te ipsum afficis, si non illi reconcilieris, sed dei leges concularis. Ille te contumelia affecit, dic mihi num tu ideo deum afficis contumelia? Etenim non recipere in gratiam eum qui molestiam attulit, non tam est illum vlcisci, quam deum afficere contumelia legis huius auctorem, praecipientis ut inimicis reconciliemur priusquam accedamus ad altare. Proinde ne respicias ad conseruum, neque ad magnitudinem iniuriarum, quas intulit ille, sed ad deum, illumque timore in animum demisso, illud expende, quod quò maiorem vim admoueris animo tuo, post innumera mala cogens illum redire in gratiam cum eo qui molestiam intulit, tantò maius praemium ferens à deo, qui haec praecipit. Et quemadmodum hic deum excipis multo cum honore, sic & ipse te illi multa cum gloria excipiet, reddetque tibi millecuplam istius obedientiae mercedem: quam nobis omnibus assequi contingat, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI
in Iuuentinum & Maximum martyres,
Sermo, docto quodam interprete.



Eri beatus Babylas cum tribus pueris nos hodie congregabat: hodie verò per sanctorum militum, in acie exercitum Christi ostendit. Hic tri quadriga martyrum, hodie biga se ostendit. Impar eorum est aetas, sed par fides. Varia certamina, sed eadem fortitudo. Illi tempore superiores, isti recetiores. Et cum tantus thesaurus sit ecclesiae, nouas & veteres habentis margaritas: sed vna omnium est gratia. Eorum flos neque languescit, neque defluit tempore. Nescit vetustatis rubiginem splendoris istius natura. Temporis accessione, opes quae ad corpora spectant, facile intereunt, vestimenta absumuntur, domus destruuntur, & aurum rubigine consumitur: & in summa, omnium sensibilibium facultatum natura, tempore tandem, aboletur, & intercidit. At non sic se res habet in spiritualibus thesauris, de martyribus inquam, qui semper in eodem manent vigore, semper in eodem iuuentutis flore sunt, semper suae gloriae fulgorem emittunt & radios. Quod scientes non aliter praeficos, aliter recentiores colitis sanctos, sed eadem alacritate omnes. Non enim exploratis tempus, sed exquiritis animi fortitudinem, fidem, zelum feruidum, & eas virtutes, quas praese ferunt sancti, ob quorum honorem hodie conuenimus. Hi enim tanto amore dei flagrabant, ut etiam extra persecutionis tempus, martyrij corona redimiti fuerint, absque pugna triumphum retulerint,

Deum odio
proximi af-
ficere con-
melia quid
fit.

Math. 16. d

tulerint, absq; pralio victoria potiti sint, absque theatri certamine brabium rapuerint. Et quo modo hoc? Ego dicam: sed forte me rem paulò altius enarrantem. Erat rex quidè, etiam nostro æuo omnes qui se preceserunt, impietate vincēs, de quo & heri à me dictum. Qui, cum videret res nostras martyrum morte clariores fieri, & ea causa nò solum viros, sed & teneros pueros, virginèsq; nondum nubile: & in summa, ex omni sexu & ætate quosdam pro religione ad mortem profilire, cruciabantur, & dolebat. Ceterum, mouere bellum manifestè nolebat. Omnes enim, dicebat, ad martyrium, quasi ad alvearium apes volabant. Hæc autem nò à semetipso habebat, sed à progenitoribus suis didicerat. Etenim & illi, utpote tyranni, ecclesiam infestauerunt, & populi quoque in nos insurrexerunt, quum adhuc parua religionis scintilla esset: eam tamen nò expugnarunt, neq; cõfregunt, sed ipsi potius contracti sunt. Augebatur quotidie scintilla hæc, ferebaturq; in sublime, & omnem vndique orbem inuadebat. Cum occiderentur, adurerentur, suspenderentur, præcipitarentur, bestiis obicerentur fideles: carbones sicut lutum calcabant, mare & fluctus sicut pratium intuebantur, ad gladium sicut ad diademam & coronam currebant, omniaq; tormentorum genera ita contemnebant, ut ea nò solum generosè & fortiter ferrent, sed & alacriter & volupè. Enimuero sicut plantæ rigatæ magis crescunt, ita & fides nostra oppugnata magis floret: & seditione agitata, incrementa maiora sumit. Neque orti aquis irrigati ita germinant, & fœcundati sunt, ut ecclesiæ, si martyrum irrigentur sanguine. Hæc omnia atq; plura cum rex ille sciret, meticulosior erat, quam ut manifestè cum nostris cõfigeret. Non, inquit, triumphos & victorias, & coronas mutuo parabimus, sed quid facit? Vide oro malignitatè. Medicos & milites, & oratores omnes, vel à professionibus suis discedere, vel fidem suam abiurare iubet. Excitauitq; in huc modum contra nostros bellum tela eminens mittens, ut si à fide desisteret, ridiculè vinceretur, utpote qui fidem opibus nò præferrent: sin generosè perseveraret, & vincerent, neque sic egregia foret victoria, neque insignis triumphus. Nihil enim magnū, artè vel professionem pro pietate contemnere. Neque is se uicij eius finis erat. Nam ad hæc, si quis superioribus annis, cum adhuc pij reges rerum potiretur, vel altaria demolitus fuisset, vel templa suffodisset, vel oblationes diripiisset, vel aliud tale quiddam egisset: rapiebatur ad tribunal, & occidebatur, etiam insons, & duntaxat delatus. Fingebatur quoque & alias varias causas, ita ut pie uiuentium nemo non lugeret. Agebat autè hæc, ut obscuraretur, contemptaq; esset martyrij corona, & nihilominus cades & strages fierent. Nihil tamen arte hac proficiebat. Nā qui ita affligebantur, non ad illius calculum & malignitatè spectabant, sed ad incorruptum iudicè, à quo & cœlestem coronam accepturos sese confidebant. Interea cum hæc ita sese haberent, & bellū quidem rex parturiret aduersus nostros, cessaret autem, veritus ne vinceretur: accidit ut milites quoddam conuiuium haberet, in quo & martyres, quos hodie colimus, erant. Ceterum, ut conuiuiorum mos est, cum varij sermones hinc inde dicerentur, alijq; alia tractaret, martyres nostri mala sui seculi inter se deplorabant, lōgè fœliciora fuisse superiora asserentes, dicebantq; & inter se, & ad sodales: Quem iuuaret vltra viuere, vel spirare, vel Solem intueri, facris legibus ita cõculcatis, pietate ita violata, creaturarum omnium domino ita contempto? Omnia nidore plena sunt & fumo, omnia sacrificijs immūdis referta.

A Proh, neque purum aërem spirare possumus. Dicta hæc ne perfuntoriè transeas, sed considera quando ea locuti sunt, & quata pietate. Nam si in militari symposio, ubi regnant ebrietas & intemperantia, ubi certatur de prodigalitate, ubi agon est stuporis & insipientiæ, sic ingemiscebant & lugebant: quales erant domi, cum soli inter se agerēt: Quales erant in precibus & ieiunijs, qui deliciarum tempore, tam humiliati & tam apostolica præ se ferebant peccata: Gaudebāt alij, hi verò lugebāt: impiè agebant alij, hi verò zelo vrebantur. Sanè ipsi ob fratrum valetudinem suam sanitatem non sentiebant. Sic dolebat & lachrymabatur in malis quæ tunc fiebant, quasi vniuerso mundo tutores dati essent. Neque clādestinum fuit talia eos dixisse. Nam ex sodalibus & conuiuijs, adulator & irrisor quidā, obsequium regi facturus, omnia ut dicta erāt, detulit. Rex accepta occasione iam diu quæsita, causatus est ex verbis illis affectatam tyrannidem, ut ita martyrij corona priuaret, & iussit confiscatis facultatibus eorū omnibus nudes eos in carcerem conici. Illi autem gaudebant & exultabant, dicentes: Quid nobis diuitijs, preciosaq; veste opus? Si & indusum intimum, nempe caro, propter Christum exuendū est, nò obluetabimur, sed spontè cõcedemus. Et ocyus dicto scripti sunt libelli indices, confiscataq; omnia. Porro ut homines in patriam migraturi, substantiam omnem in pecuniam commutatam præmittunt: ita & illis accidit. Quoniam enim in cœlos transiituri, inimicis ipsis negocium ageribus, & in hoc ministrantibus, opes suas ante se miserunt. Non enim ille tantum opes, quas eleemosynæ nomine dispēdimus, transferuntur in cœlum, sed etiam quascunq; nobis hostes fidei priorumque persecutores rapiunt, alibi thesauri erūt. Est enim hoc non minus quam illud. De hoc audi quid Paulus dicat: Et rapinam, inquit, facultatum uestrarum cum gaudio tulistis, scientes vos habere meliorem substantiam, & manentem in cœlis. Ut autem ingressi sunt in carcerè, confluit ad eos omnis ciuitas, tametsi multis terroribus, minis, & periculis interdicitū erat, ne quis vel eos accederet, vel eis loqueretur, vel quouis modo communicaret. Atqui timor dei efficiebat, ut nò curarentur ea principis mandata. Vnde multi ob consuetudinè, quam cum martyribus habebant, facti sunt & ipsi martyres. Multi enim cõtempta præsentis vite frequenter eos visitando, sacras apud eos vigilias cõtinuis psalmis perficiebant. Erant familiaritates illæ spiritualis eruditionis atque cõsolationis plenæ. Et clausa quidè tunc est ecclesia, carcer autem ecclesia factus est. Neque hi solum qui eos visebant, sed & qui intus cum eis tenebantur, meram sapientiam & virtutè à patientia & fide eorum discebant. Rex, ut hæc audiuit, valde stomachatus est, cupiens tamen eos supplantare, & ab alacritate sua destituere, auaros quosdā homines, & impostores subornauit, qui si quando priuatum colloquium sese offerret, eos accederent: non ut à rege missi, sed quasi singulari compassione & proprio consilio id agentes, & adhortarentur ut à religione desistant, & ad impietatem transeant. Dicebant enim: Sic nò solum imminēs periculum effugietis, sed maiori dignitate honestati, maiorem quoque principatum adepturi estis, regis ira fœliciter placata. Nonne vidistis & alios vestri ordinis id ipsum fecisse? Quibus illi responderunt: Atqui nos hac potissimum ratione viriliter stabimus, & pro illorum ruina nosmetipsos in sacrificia offeremus. Benignus & misericors nobis dominus est. Solet etiā vno accepto sacrificio toti orbi consiliari. At sicut olim tres pueri dixerunt:

dixerunt: Non est in tempore hoc princeps & propheta, & dux, neque sacrificium, neque incensum, neque holocaustum, neque locus primitiarum coram te, ut possimus inuenire misericordiam, sed in animo contrito, & spiritu humilitatis suscipiamur: quasi in holocaustis arietum & taurorum, & sicut in milibus agnorum pinguium. Ita & illi videtes altaria subuersa, clausas ecclesias, sacerdotes fugatos, fideles omnes in exilium actos, studebant ut pro omnibus offerrentur domino, relictisque militaribus signis, angelicis sese choris adiungerent. Quocirca & dicebat: Quid etiam si nunc nò morimur, moriedum tamen omnino est non multo post hæc. Satius igitur fuerit mori pro rege angelorū, quam pro rege tam impio. Hic etsi moriatur quis pro rege, nichil accipiet à rege sua dignū fortitudine. Et quid posset defuncto præstare, si vel maximè vellet? Atqui eis sepulchro ne sepultura quidem contingit, & non raro à canibus deuoratur. Quod si pro rege angelorū mortui fuerimus, certi sumus, nos accepturos corpus multo gloriosius, maiori gloria cõspicui erimus, longè maiora nobis erunt laborū præmia. Proinde arripiamus arma spiritualia: non opus iaculis & sagittis, sufficit pro omnibus lingua. Sunt enim & sanctorū ora pharetra, è quibus diabolico capiti continui & crebri ictus inferuntur. Nunciata sunt & hæc atque similia regi, qui nec sic destitit, sed illecebrarum escis iterum atque iterū illos tentauit. Ita autem mandauit, quod si cederet victi, sub omnium oculos produceretur: sin fortes perseverarent, uti per duellionis rei educeretur & occiderentur, neque vlla Christianæ professionis, ob quam tenebantur, metio fieret. At qui reuelat profunda & abdita, non permittit, ut machinationes illæ occultæ manerent, & ignotæ insidiæ. Nā quemadmodū olim mulier Aegyptia Iosephū in lecto apprehēdens, licet speraret factum suum clam fore omnibus hominibus, nò fuit tamen occulta, vel oculo illi soporis nescio, vel posteritati. Quippe quod absq; arbitro illa Iosepho dixit, id nunc toto vbique mundo canitur: Ita & ea quæ per subornatos illos consiliarios, dolosus rex agebat, sperans occulta fore, nequaquam manserunt occulta. Didicerunt enim posterius omnes & insidias dolosas, & triumphantium victorias. Deniq; cum multo tempore exacto alacritatè eorum non solum non frangeret multitudo dierum, sed potius studium & ardorè excitaret, amulatoresq; multos faceret, iussit tandè media nocte in barathrum eos abduci. Ducebantur itaque in densas tenebras luminaria, & decollabantur, ceterum capita detruncata tunc

diabolo magis terribilia erant, quam cum adhuc vocē darēt: Sicut & caput Ioannis nò tantum terrebat, cum loqueretur, quantum cum in disco mutū afferretur. Habet enim & sanctorum sanguis suam vocem, quæ non per aures auditur, sed occidentium cõscientiam inuadit & perstringit. Post beatā autè illam cõdem, quidam etiā cum salutis periculo, athletas illos optimos rapuerunt, etiam ipsi viuī martyres, ut illorum reliquias curarent decenter. Nam quamuis nò occidebantur, optabant tamen mori potius, quam ut corpora illa relinquerent inhumata, ita ad venationē eorum festinabant. Dicunt qui tunc affuere, & quibus corpora illa recēs occisa videre datū fuit, quod iacentibus simul illis in sepulchro, talis quædam ex eorum oculis & vultu gratia resplenderit, qualem in Stephano Iudæis respõsuro fuisse Lucas dicit. Neque vllus est, qui non pio quodam horrore illis adstiterit, aded aspectus ille afficiebat omnes. Quin & omnes clamabant in laudem eorum, id quod à Dauide dictū: In vitā sua nò sunt separati, & in morte non sunt diuisi. Pariter enim cõfessi sunt, pariter carcerem inhabitauerunt, pariter in barathrum abducti sunt, pariter capite multati sunt. Et vnus vtriusque corpora tumulus tenet. Et vnum quoque tabernaculum in cœlis eos excipiet, quādo in maiore pertenturi sunt gloriam, nempe immutandi. Illos non indignū fuerit, & columnas, & scopulos, & turre, & cadelabra, & tauros simul appellare. Nam ecclesiam sicut columnæ sustinet, sicut turre mununt: & sicut scopuli omnes vndarum assultus repulerunt, multam interim ipsi seruantes tranquillitatem, sicut luminaria tenebras impietatis discusserunt: & sicut tauri anima promptitudineq; eadē, suauē Christi iugum traxere. Idcirco sæpe eos inuifamus, tumulus adornemus, magnaq; fide reliquias eorum contingamus, ut inde benedictionē aliquā assequamur. Etenim sicut milites, vulnera quæ in præliis sibi inflicta regi monstrantes, fidenter loquuntur: ita & illi in manibus absæta capita gestantes, & in mediū afferentes, quæque voluerint apud regem cœlorū impetrare possunt. Proinde magna fide, promptitudineq; huc veniamus, quod & visis sanctorum monumentis, & consideratis eorum præmijs, inde varios thesauros vndiquaque colligamus: & per præsentem vitam ita, iuxta voluntatem dei, transeamus, ut in portum æternitatis cum multis mercibus ingrediamur, fruituri regno cœlorum in Christo Iesu domino nostro, cui sit gloria in secula, Amen.

Tertij Tomi finis.

Quaternionum canon.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z
A B C D.

Omnes sunt quaterniones præter
D. ternionem.

PARISIIS,

Excudebat Carola Guillard, sub sole aureo, via ad Diuum Iacobum, anno
salutis millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto.